


VE RI
TAS



CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA.

VOL. II.

CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE P. BURMANNI SECUNDI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.



VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

XXIII.

CL. CLAUDIANI

DE SECUNDO CONSULATU

FL. STILICHONIS

V. C.

LIBER.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ut Scipio Africanus amavit Musas et Ennium laudum suarum præconem, sic et Stilicho amat Claudianum.

Major Scipiades, Italis qui solus ab oris
  In proprium vertit Punica bella caput,
Non sine Pieriis exercuit artibus arma:
  Semper erat vatum maxima cura duci.

Scipio Major, qui ex finibus Italiæ unus convertit in caput suum bella Carthaginiensia, non tractavit arma sine studiis Pieriis: benevolentia singularis in *Poëtas*

In Vat. pr. Petav. sec. et Exc. Lucens. pr. vocatur Liber tertius *de Consulatu* vel *Laudibus Stiliconis.* In Gryph. ed. 1548. ascriptum erat, *Hic Panegyricus separandus videtur a superioribus duobus.* item, *Incipit Liber de Adventu Stiliconis in Urbem.* ex veteri Cod. ut videtur, quem Heinsius nominare neglexit. hic tamen notaverat, in Vat. pr. post Præfationes nullam addi inscriptionem.

1 *ductus ab oris* Isingr. *hortis* Med. sec.—3 *Nec* Pric.—4 *vatis* Put. *virtus*

NOTÆ

De Secundo] Nonnulli primum contendunt esse Stilichonis Consulatum, non secundum, quem quadriennio post hunc gessit, ex Claverio.

2 *In caput*] In sese convertit totam belli Punici molem.

3 *Pieriis artibus*] Studiis Musarum, quæ Pieriæ et Pierides dicuntur a

Gaudet enim virtus testes sibi jungere Musas.
  Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.
Ergo seu patriis primævus manibus ultor
  Subderet Hispanum legibus Oceanum,
Seu Tyrias certa fracturus cuspide vires
  Inferret Libyco signa tremenda mari;
Hærebat doctus lateri, castrisque solebat
  Omnibus in medias Ennius ire tubas.
Illi post lituos pedites favere canenti,
  Laudavitque nova cæde cruentus eques.
Cumque triumpharet gemina Carthagine victa,
  (Hanc vindex patris vicerat, hanc patriæ)

erat semper huic *ductori. Etenim virtus lætatur asciscere sibi Musas spectatrices.* Et ille *diligit versus, quicumque agit* facta *digna versibus. Igitur seu adolescens ulturus umbras paternas, subjiceret Imperio* Romano *mare Hispanum; seu domiturus exercitus Carthaginienses, ictu indubitato, importaret vexilla metuenda mari Libyco; Ennius eruditus affixus erat lateri* ejus, *et* in *bellis cunctis consueverat irrumpere in acies medias. Pedites plauserunt illi* Ennio *cantanti post buccinam, et eques* idem Ennius *sanguinolentus strage recente prædicavit* Scipionem. *Et cum* hic Scipio *triumpharet, Carthagine duplici subacta, (subegerat hanc* Hispanam, ut *ultor patris* sui, subegerat *illam* Libyam, ut ultor *patriæ*

Moret. sec. m. pr. *ducis* Pal.—5 *sibi testes* Reg. *subjungere* duo Leidd. et novemdecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv.—6 *digna facit* Vat. sec. Reg. Oxon. pr.—7 *patris* Reg. Florent. Moret. sec. Vat. quart. Var. LL. e marg. Parm.—8 *legibus* vel *regibus* Var. LL. e marg. Parm.—9 *Ceu* Jun. pr. *Tyrias certa* Exc. Læti. *certo* Med. sec. *contra* ed. Vicet.—11 *castusque* Jun. pr. Oxon. sec.—12 *Ennius i. m. obvius* Vat. tert. *cominus* Moret. pr. *emulus* Oisel. *vias* Vat. sec. m. pr.—13 *Illic* Vat. pr. Oxon. pr. *siluere* Moret. pr. *Laudavitque* vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Læti et Lucens. pr.—14 *Laudabatque* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. Ald. et Var. LL. ed. Ant. *clade* Petav. pr.—15 *media* Med. sec. m. pr. *victor* Thuan.—16 *Nam vindex* Pal. *judex* Moret. pr. *patris* duo

NOTÆ

Pieria regione Macedoniæ, vel a devictis Pierii filiabus, iisque in picas conversis.

5 *Musas*] Virtus amat Musas sui spectatrices et laudatrices.

6 *Carmen amat*] Et certe tales fuerunt Alexander, Julius et Augustus Cæsar, et alii magni Heroës.

9 *Tyrias*] Vires Carthaginiensium, qui ex urbe Tyro in Phœnicia profecti erant.

11 *Hærebat doctus*] Ennius tam carus fuit Africano ut mortuus ejus sepulcro sit illatus. Ovidius: 'Ennius ingenio maximus, arte rudis.' Hic docuerat Catonem Majorem virum doctissimum.

12 *Ire tubas*] Ennius fuit Centurio, et arma cum laude tulit.

15 *Gemina Carthagine*] Utramque

Cum longi Libyam tandem post funera belli
  Ante suas mœstam cogeret ire rotas;
Advexit reduces secum Victoria Musas,
  Et sertum vati Martia laurus erat.
Noster Scipiades Stilichon, quo concidit alter
  Hannibal, antiquo sævior Hannibale,
Te mihi post quintos annorum, Roma, recursus
  Reddidit, et votis jussit adesse suis.

suæ) et *cum demum post cædes belli diuturni adigeret Libyam tristem progredi ante currum suum* triumphalem, *victoria retulit secum Musas revertentes, et laurus bellica erat corona poëtæ* Ennii. *Stilicho,* qui est *Scipio noster,* a *quo alius Hannibal crudelior Hannibale vetere prostratus est, te restituit mihi,* o *Roma, post curriculum quinque annorum, et imperavit* me *interesse Consulatui suo optabili.*

Vatt. Farn. Rott. Med. tert. *patrius* Pat. *patri* Leid. pr. et tredecim alii. *patri* vel *patris* Vat. pr. *vicerat, hinc* Voss.—17 *Et longi* Jun. pr. *tendit* pro *tandem* id. Jun.—18 *mæstas* Petav. sec. *cogit et ire* Pal. *suam rotam* Moret. sec.—19 *Adduxit* duo Med. *secum reduces* Moret. sec.—20 *certum* Moret. pr. —21 *Nostri* Jun. pr. *qui* Pric. *cui* leg. Heins. *concidat* Petav. sec.—23 *plus* pro *post* Farn. *quinos* Heins. Gesn. ed. Bipont. et al. *quintos* duo Leidd. omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Jun. pr. duo Oxon. *recessus* Ambr. pr.

NOTÆ

vicit Scipio, Hispanicam et Libycam. Hispanicam expugnavit uno die, ulturus manes patris sui, qui in Hispania occisus fuerat: Libycam vicit ut ulcisceretur patriam suam toties a Carthaginiensibus infestatam.

17 *Libyam*] Prælatam Libyæ effigiem.

21 *Alter Hannibal*] Gildo sævior Hannibale.

23 *Post quintos*] Claudianus, mortuo Mediolani Theodosio, ibi consedit aliquamdiu; aut Stilichonem ad bella secutus est, et cum eo Romam rediit.

24 *Votis suis*] Honori suo votivo, id est, optabili.

XXIV.

CL. CLAUDIANI DE SECUNDO CONSULATU FL. STILICHONIS V. C. LIBER.

ARGUMENTUM.

Celebratur gaudium Romæ videntis Stilichonem, victorem modestum, priscis Ducibus majorem, cultum ab omnibus, urbis liberatorem, reparatorem Consulatus, Imperii amplificatorem, malorum Rectorum ultorem; qui Romam iterum fecit orbis caput: hinc prædicatur ipsa Roma urbium altissima, Cœlo æmula, legum parens et imperii, victrix materque omnium gentium, terræ et maris; Deorum amica, et sedes. Populus colit Stilichonem, ut Patrem, vocat Dominum. Proceres et Victoria illum ambiunt Consulem, non armis sed amore munitum, et liberatorem: huic, ut liberalitatem exerceat, edatque spectacula, Diana ipsa feras suppeditat.

Quem populi plausu, procerum quem voce petebas,
Aspice, Roma, virum. Jam tempora desine longæ
Dinumerare viæ, visoque assurgere semper
Pulvere: non dubiis ultra torquebere votis.
Totus adest oculis, aderat qui mentibus olim,
Spe major, fama melior. Venerare curulem,

O *Roma, intuere virum, quem expetebas applausu populi et acclamatione Primorum. Jam cessa numerare tempus itineris diuturni, et surgere continuo ad* primum *pulverem excitatum: non angeris amplius desideriis suspensis. Ille totus præsens est oculis* tuis, *qui alias præsens erat animo* tuo, *ingentior ipsa expectatione, melior*

1 *Populus* Rott. *clausu* Jun. pr. *procerum* vel *placida* Vat. pr. *patebas* Tholos. —2 *Auspice* Med. tert. *desine tempora* Lov.—3 *moræ* Ambr. pr.—4 *nec* inc. Heins. *ver* Pal. *procedere* Jun. pr.—6 *curules* Reg.—7 *te* Voss. Exc. Gevart.

NOTÆ

1 *Quem populi, &c.*] Procul dubio Roma impensius optabat Stilichonem Consulem renuntiatum.

3 *Visoque assurgere pulvere*] More eorum, qui impensius quenquam desiderant et expectant: nam statim atque globus pulveris excitatus est, assurgunt visuri an veniat is quem expectant.

6 *Spe major*] Major est quam ex-

Quæ tibi restituit fasces: complectere dextram,
Sub juga quæ Pœnos iterum Romana redegit.
Excipe magnanimum pectus, quo fræna reguntur
Imperii, cujus libratur sensibus orbis.
Os sacrum, quod in ære colis, miraris in auro,
Cerne libens. Hic est pro te bellator ubique,
Defensor Libyæ, Rheni pacator et Histri.
Ostentare suos prisco si more labores,
Et gentes cuperet vulgo monstrare subactas;

fama. Cole Consulem, qui reddidit fasces tibi; osculare manum, quæ reduxit iterum Carthaginienses in servitutem Romanam. Suscipe animum generosum, qui moderatur habenas Imperii, cujus curis Mundus sustinetur. Aspice volens vultum illum *sacrum, quem veneraris in statuis aheneis, et admiraris in* statuis *aureis. Hic Stilicho est ubique pugnator pro te, qui liberavit Libyam,* qui *placavit Rhenum et Danubium. Si* Stilicho *consuetudine antiqua vellet jactare facta sua, et ostendere*

constituit Lov. *amplectere* Rott.—8 *qui fasces* pro *quæ Pœnos* Ambr. pr. *tantum Romana* Petav. sec. *reduxit* Leid. pr. *coëgit* Reg. Moret. sec. *subegit* Pric. Med. tert. inc. Heins. Put. Jun. pr. Lov. m. sec. *redegit* vel *subegit* Florent. *subegit* vel *coëgit* Oxon. sec.—9 *Accipe* Lov. *regna* Mazar. *regentur* Pal. Med. pr. *regantur* Moret.—11 *in ære* Jun. pr. *in ære* Exc. Læti. *mente* Oisel. *coles* Mazar. *mirare sub auro* Voss. m. pr. *mirare sn auro* Lov. *mirare sine auro* tres Vatt. Pric. m. sec. duo Med. tres Petav. inc. Heins. Put. Ambr. sec. Jun. pr. Moret. sec. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *mirare sub auro* vel *miraris in auro* Leid. pr.—12 *hic te* inc. Heins. *felix bellator* Vat. pr. et tert. Pal. Florent. Med. pr. Reg. Thuan. Vat. Livin. *pro te bellator* duo Leidd. tres Vatt. Farn. Rott. Med. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Voss. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *pro te qui pugnat* Lov. *pugnator* Ambr. pr. Vat. sec. Sched. Gud. *felix* vel *pro te* Med. tert. *ubique* Exc. Læti. *utrique* Oisel.—13 *pacator* Vat. pr. et tert. Pal. Florent. Med. pr. et sec. Reg. Mazar. Thuan. *calcator* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *damnator* vel *calcator* Lov. *calcator* vel *pacator* Petav. tert. *Hebri* Rott. *Istri* Exc. Læti.—14 *Obturare* Ambr. pr.—15 *In* vel. *Et* Moret. pr. *cuperes* Jun. pr. *virgo* Tholos.—

NOTÆ

pectabamus, melior est quam eum fama ipsa prædicabat, etsi bonus et magnus semper fuit.

Curulem] Consulem in Curuli seu sella eburnea sedentem. Continens pro contento, Metonymicῶs.

7 *Restituit*] Qui fasces seu Consulatum suæ pristinæ majestati reddidit.

8 *Pœnos*] Gildonem et Mauros, quibus devictis est *defensor Libyæ*, hoc est, liberavit Libyam, et eam restituit Romanis ad frumentum suppeditandum.

10 *Libratur*] Ita mundus vigilantia curisque Stilichonis sustinetur libraturque, ut nec propendeat, nec in alterutram partem peccet cadatve.

13 *Pacator*] Stilicho Danubii accolas cum Theodosio pacavit.

14 *Prisco more*] Triumphantium veterum.

Certassent utroque pares a cardine laurus.
Hæc Alamannorum spoliis, Australibus illa
Ditior exuviis. Illinc flavente Sygambri
Cæsarie, nigris hinc Mauri crinibus irent:
Ipse albis veheretur equis: currumque secutus
Laurigerum, festo fremuisset carmine miles.
Hi famulos traherent Reges: hi facta metallo
Oppida, vel montes captivaque flumina ferrent.
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes:
Inde catenato gemeret Germania Rheno.
Sed non immodicus proprii jactator honoris
Consul, Roma, tuus: non illum præmia tantum,
Quam labor ipse juvat. Strepitus fastidit inanes,
Inque animis hominum pompa meliore triumphat.

populo Romano *nationes* a se *devictas, victoriæ similes* ex *cardine gemino* mundi *conferrentur. Hæc* victoria *foret locupletior divitiis Alemannorum, illa præda Meridiana. Illinc Sicambri coma flava incederent, hinc Mauri capillis nigrantibus. Ipse* Stilicho *inveheretur equis candidis, et milites comitantes currum laureatum resonuissent acclamatione solenni. Hi raptarent reges captivos: illi urbes expressas metallo, aut gestarent effigiem montium et fluviorum subactorum. Hinc flumina Libyæ flerent ruptis cornibus, inde Germania moereret, Rheno vincto. At Consul tuus,* o *Roma, non est ostentator immoderatus gloriæ suæ. Munera non tantum delectant illum, quantum labor ipse. Contemnit murmura vana* pompæ, *et triumphat apparatu nobiliore in mentibus hominum. Urbs Romana non excepit sane*

16 *Certarent* Med. tert. item Gesn. et ed. Bipont. *Certassent* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Thuan. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *lauri* Put.—17 *Alamanorum* Vat. pr. Med. quart. Bonon. Tholos. *Alemanorum* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *Alamannorum* Leid. sec. *studiis* Moret. pr.—18 *illic* Leid. sec. Vat. quart. Med. tert. Ambr. item Moret. sec. *flamante* Jun. pr. *flagrante* Med. tert.—20 *Ille* Oisel. *currusque* Put. Petav. sec.—21 *fremuisset* vel *tremuisset* Oxon. sec. *cardine* Pal. Put. duo Med. *carmine* vel *cardine* Med. tert.—22 *traherent famulos* id. Med. *fata* Petav. sec. *fracta* Pat. Moret. sec. *ficta* malit Hein. *metallis* tres Vatt. Farn. *metallo* vel *metallis* Med. tert.—23 *montis* Ambr. sec. *fulmina* Moret. sec.—24 *lucerent* Leid. sec. et quindecim scripti, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *lucerent* vel *lugerent* Leid. pr. Med. tert.—25 *Rheto* Voss.—26 *immodici* Jun. pr.—28 *juvat ipse labor* Med. tert.—30 *artes* Pal. vid. infra

NOTÆ

16 *Certassent*] Velut inter se Laurus Victoriæve contendissent, utra esset pulchrior et gloriosior.

21 *Festo carmine*] Acclamatione solenni, *io triumphe! io triumphe!*

22 *Facta metallo*] Imagines urbium devictarum, montium, fluminum, in triumpho præferebantur.

28 *Labor*] Virtus cum vero labore conjuncta.

Strepitus] Fastidit strepitus, famæ, gloriæ, auræ popularis, sermonum vulgi.

29 *In animis*] Mavult triumphare in

Non alium certe Romanæ clarius arces
Suscepere ducem, nec cum cedente rediret
Fabricius Pyrrho, nec cum Capitolia curru
Pellææ domitor Paullus conscenderet aulæ.
Nec similis Latias patefecit gloria portas,
Post Numidas Mario, post classica Martis Eoi
Pompeio. Nulli pars æmula defuit unquam,
Quæ gravis obstreperet laudes, stimulisque malignis
Facta sequebatur, quamvis ingentia, Livor.
Solus hic invidiæ fines virtute reliquit,
Humanumque modum. Quis enim livescere possit,

alium ductorem magnificentius, neque tum *cum Fabricius reverteretur, Pyrrho fugiente, neque cum Paulus victor Regiæ Macedoniæ ascenderet curru* in *Capitolium, neque honor æqualis aperuit portas Romanas Mario post Numidas* victos, neque *Pompeio post tubas belli Eoi. Pars* aliqua *zelotypa non defuit unquam ulli* horum, *quæ* pars *inimica extenuaret gloriam* horum *et invidia* incitata *stimulis iniquis comitabitur facinora* eorum, *etsi magna. Hic unus* Stilicho *superavit virtute* sua *limites invidiæ et terminos* præscriptos *hominibus. Nam ecquis possit*

vs. 124.—31 *concedente* Med. quart. illa *nec cum cedente* usque ad *Pyrrho* margini ascripta erant in Lov.—32 *non* Rott. Put. *currum* Petav. sec.—33 *parvus* pro *Paullus* Med. pr. *contenderet* Voss. m. pr.—34 *Non* Farn. Put. *Latios portus* Moret. pr.—35 *plus* Bonon.—36 *nulla* Jun. pr.—37 *instreperet* Med. sec. *obstaret* vel *obstreperet* Pric. *laudi* Put. Vat. Livin. *laudis* Pat. Tholos. ed. Vicet. *laudes* duo Leidd. Voss. Vat. sec. inc. Heins. Oxon. sec. Petav. item Ambr. sec. ambo Moret. Exc. Gevart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *laudes* vel *laudi* Med. tert. Lov. *tumulisque* Petav. sec.—38 *sequeretur* Ambr. pr.—39 *fasces* Moret. sec. m. pr. *relinquit* Vat. quint. Med. tert. inc. Heins. Put. Ambr. pr. Leid. pr.—40 *Humanumque genus* Jun. pr. *nescit* Mazar. *posset* Pric.

NOTÆ

hominum animis, quos devicit, simulque devinxit sibi amore comitante, et omni genere virtutum. Tiberius apud Tacitum: ‘ Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies et mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur.’

32 *Fabricius*] Fabricius, qui de Pyrrho ex Italia expulso triumphavit, non tam magnifice exceptus est quam Stilicho.

33 *Pellææ aulæ*] Pella est urbs Macedoniæ, Alexandri natalibus insignis; ponitur pro ipsa Macedonia, cujus Rex Perses devictus est a Paulo Æmilio, qui gaza ejus allata Romam ditavit.

35 *Numidas*] Quorum Rex Jugurtha a Mario est triumphatus.

Martis Eoi] Belli ad Orientem gesti, in quo Mithridatem Pompeius debellavit.

39 *Solus hic invidiæ fines*] Solus Stilicho invidiam superavit; (quasi vero invidorum malevolentia oppressus est) adeo nullus locus est quo non pestis illa grassetur!

40 *Livescere possit*] Livor non attingit res subductas hominum mortalitati.

Quod nunquam pereant stellæ? quod Jupiter altum
Possideat cœlum? quod noverit omnia Phœbus?
Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis
Invidiæ mensura capit. Ductoribus illis
Præterea divisus erat favor. Æquior ille
Patribus, invisus plebi: popularibus illi
Munito studiis languebat gratia Patrum.
Omnis in hoc uno variis discordia cessit
Ordinibus. Lætatur Eques, plauditque Senator,
Votaque patricio certant plebeia favori.
O felix, servata vocat quem Roma parentem!
O mundi communis amor, cui militat omnis

invidere, quod astra nunquam extinguantur? Quod Jupiter teneat Cœlum excelsum? Quod Apollo cognoverit cuncta? Est locus aliquis virtutis, quem nullus modus invidiæ sævientis attingit. Insuper benevolentia Romanorum *partita erat* in *duces illos. Ille amicior* erat *Senatoribus, odiosus populo: amor Senatorum debilis erat in huncfretum amore populari. Omnis dissensio ordinum diversorum compressa est in hoc uno* Stilichone. *Equites gaudent, Senatores gratantur* huic, *et favor plebis* in hunc *non cedit favori Senatorum. O fortunate* Stilicho, *quem Roma conservata appellat patrem* suum! *O deliciæ communes urbis!* pro *quo tota Gallia pugnat, quem*

Jun. pr. Leid. sec. Exc. Gevart.—41 *pereunt* Farn. Pric. Ambr. pr. Put. Petav. tert. Bonon. Tholos. Exc. Lucens. pr. *pereunt* vel *pereant* Oxon. sec. *jugiter* conjiciebat Heins. *altum* Vat. pr. et tert. Med. sec. Reg. Mazar. Petav. tert. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Schott. *olim* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *olim* vel *altum* Oxon. sec. *unum* manus docta in ora ed. Vicet.—42 *Possideant* Vat. sec. quod placebat Heinsio, ut nempe ad *stellas* referatur. *moverit* Jun. pr. *noverat* Mazar. Tholos. Leid. pr. m. pr.—43 *aliquid* Farn. Rott. Bonon. Tholos. Leid. sec. *menti* pro *meriti* Rott. *meritis* Med. tert. m. pr. et sic leg. Heins.—45 *diversus* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel. Exc. Læti.—46 *invisis* Moret. sec. m. pr. *plebis* Leid. pr.—47 *gloria* id. Leid. —48 *at hoc* Bonon. *concordia crescit* Thuan.—49 *senatus* Voss. Ambr. pr. Leid. sec. Exc. Gevart.—50 *devota* pro *plebeia* Vat. sec. m. pr. *favore* Pal. Pric. Rott. Jun. pr. Oxon. sec. tres Med. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Ambr. sec. Moret. sec. Leid. sec. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *patricios canores* Moret. pr.—51 *quem Roma vocat servata* Jun. pr. Oxon. sec. Vat. sec. Pal. Pric. Med. pr. Moret. pr. *potentem* Oxon. sec. m. pr.— 52 *communis* vel *totius* Oxon. sec. *honor* Pat. *quo* ed. Vicet.—54 *in adventum*

NOTÆ

42 *Noverit omnia*] Sol, ex Homero, omnia cernit et audit.

45 *Æquior patribus*] Pompeius tuebatur partes optimatum, Marius populi, &c.

50 *Patricio*] Supra de hoc vocabulo diximus.

51 *Parentem*] Symmachus vocat Stilichonem *publicum parentem*, neque renuit S. Ambrosius.

52 *Mundi amor*] Deliciæ et corculum mundi, ut Titus Imperator.

Gallia, quem Regum thalamis Hispania nectit!
Cujus et adventum crebris petiere Quirites
Vocibus, et genero meruit præstante Senatus!
Non sic virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non lassis optantur flamina nautis,
Ut tuus aspectus populo. Quæ numine tanto
Littora fatidicas attollunt Delia lauros,
Venturi quoties affulget Apollinis arcus?
Quæ sic aurifero Pactoli fonte tumescit
Lydia, cum domitis apparuit Evius Indis?
Nonne vides, et plebe vias, et tecta latere

Hispania conjungit affinitati Imperatorum! cujus adventum Romani postulaverunt precibus repetitis, et Senatus obtinuit, genero Honorio *concedente. Flores non ita expetuntur à puellis, non pluviæ segetibus, non venti secundi* ita expetuntur a *nautis fatigatis, ut conspectus tuus* expetitus est a *populo. Quæ littora Deli erigunt lauros præsagas* ob *tantum Deum; quoties arcus Phæbi venientis resplendet? Quæ Lydia ita turget fonte aureo Pactoli, cum Bacchus enituit, Indis subactis? Annon aspicis, et*

Rott. *ad meritum* pro *adventum* Jun. pr.—55 *in genero* Voss. *meruit genero* Farn. Rott. *genero meruit* duo Leidd. totidem Oxon. Jun. pr. Vat. Livin. Lov. Pat. Tholos. Bonon. Reg. Mazar. Florent. ambo Moret. duo Petav. tres Ambr. totidem Med. inc. Heins. *patrante* Ambr. sec.—56 *fluctibus* Med. quart. inc. Heins.—57 *Aspera* Put. Moret. pr. *nec* Vat. sec. Pric. *lapsis* Jun. pr. Vat. quint. *lassis* duo Leidd. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Voss. Moret. sec. tres Petav. tres Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *fessis* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Exc. Læti. *lapsis* m. pr. et *lassis* m. sec. Oxon. sec. *lassis* vel *fessis* Vat. quart. *flumina* Vat. pr. Pal. Rott. Leid. pr. Lov. Exc. Cod. Rhem.—58 *populis* Pal. Med. pr. *quo* Vat. pr. *quæ* vel *ecquæ* Reg. *munere* Vat. tert. ed. Vicet. *cautó* Ambr. pr. Sched. Gud.—59 *laurus* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Mazar. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *voces* Leid. sec. m. sec. Exc. Gevart. unde *sortes* conjecerat Heins.—60 *affixit* Bonon. *optatur* Put. *effulsit* Vat. sec. Lov. Moret. pr. Thuan. *affulsit* duo Vatt. Farn. Pric. Rott. Med. tert. *effulget* Mazar. *affulget* Vat. pr. et tert. Oisel. Florent. Oxon. pr. duo Med. *effulcit* Pat.—61 *Non sic* duo Vatt. *Non* vel *Quæ* Petav. pr.—62 *Euchius* Leid. sec. Lov. ambo Moret. *undis* Med. tert. Put. Thuan.—63 *Febe* Lov.—64 *his*

NOTÆ

53 *Hispania*] Ob affinitatem Theodosii et Honorii, qui erant ex Hispania oriundi.

55 *Meruit*] Tanquam rem magnam.

59 *Fatidicas*] Delos insula maris Ægæi tam clara alumno Apolline, ut inde oracula peterentur, et ex ipsis lauris præsagia rerum ducerentur.

62 *Evius*] Seu *Euhyus*, Bacchus sic dictus a Jove, qui illum inflammans in Gigantes exclamabat *εὖ υἱὲ*, id est, *age o fili, bene fili.*

63 *Tecta latere matribus*] Studio videndi effusis. Plinius de Trajano Romam ingrediente: 'Videres referta tecta ac laborantia,' &c.

Matribus? ut, Stilichon, cunctis inopina reluxit
Te victore salus! Septem circumspice montes,
Qui Solis radios auri fulgore lacessunt,
Indutosque arcus spoliis, æquataque templa
Nubibus, et quicquid tanti struxere triumphi.
Quantum profueris, quantam servaveris urbem,
Attonitis metire oculis. Hæc fabula certe
Cuncta forent, si Pœnus adhuc incumberet Austro.
  Mos erat in veterum castris, ut tempora quercu

vicos densari populo, et domos matribus, o *Stilicho, ut salus improvisa affulsit, te domitore! Cerne septem colles, qui provocant jubar Solis splendore domuum aurearum, et arcus* triumphales *ornatos exuviis, et templa educta* ad *cælum, et quicquid tot victoriæ cumulaverunt. Considera oculis admirantibus quantum juveris* Romanos, *quantam conservaveris urbem. Hæc omnia sane essent fabula, si Mauri adhuc nos infestarent* a *Meridie.* Id *consuetudinis observabatur in exercitibus antiquorum,*

Stilico Farn. *his* omnes Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. duo Med. Mazar. Petav. pr. Pat. Tholos. Lov. duo Ambr. ed. Parm. Exc. Gevart. *ut* duo Leidd. Ambr. pr. Oxon. sec. inc. Heins. Put. Thuan. Petav. sec. duo Med. ambo Moret. Exc. Lucens. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *hic* vel *ut* Reg. *hic* vel *his* Med. tert. *his* vel *ut* Voss. Oxon. pr. *in* vel *o* Florent. *refulsit* Lov.—65 *salus.* cum στιγμῇ, Moret. sec. *circum aspice* Lov. *circum inspice* Leid. sec. Med. sec. Exc. Gevart.—66 *fulgente* Leid. sec. Exc. Gevart. *lacessant* Lov. —67 *Inductosque* Farn. Pric. Rott. Oisel. Med. quart. Put. Reg. Mazar. Petav. sec. Pat. Ambr. pr. Jun. pr. Lov. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *actus* Rott.—68 *quicquam* Rott. *tanti quidquid* Leid. pr. Med. tert. *fluxere* Jun. pr. *traxere* Ambr. pr. Vat. quint. *traxere* vel *struxere* Petav. pr.—69 *quantam* Florent. quatuor Med. Reg. Mazar. Petav. pr. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *quantum* Leid. pr. Vat. sec. Pric. Oisel. inc. Heins. Ambr. pr. Jun. pr. duo Oxon. ambo Moret. Lov. qui et *quam tu* habet ex emendatione, edd. Isingr. Gryph. *quantum* vel *quantam* Vat. pr. *umbram* Vat. quint. *urbem* Leid. pr. Oxon. pr. *orbem* Jun. pr. Oxon. sec. Pric. Moret. sec.—70 *mirare* Thuan. *terræ* vel *certæ* Med. tert. —71 *Pœnus* Med. quart. Ald. *Renus* Put. Thuan. Petav. sec. Pat. Tholos. Ambr. sec. ed. Parm. *Rhenus* Leid. sec. Florent. m. pr. duo Med. Exc. Lucens. pr. edd. Parm. Isingr. Pulm. Gryph. *Phenus* Var. LL. ed. Antv. *rehnus* Vat. sec. Pal. *Rhetus* Var. LL. e marg. Parm. *Rhenus* vel *Pœnus* Med. pr. *Auster* Bonon. *ostro* Ambr. pr.—72 *Mors* Tholos.—73 *validum* Var. LL.

NOTÆ

64 *Ut reluxit salus*] Quo tempore Gildonem superasti.

65 *Septem montes*] Fuit, ex Claverio, Romæ moles quadrata, quæ septem cingulis, id est, septem columnarum ordinibus cingebatur; quasi Roma ceu Cœlum aliquod haberet instar septem planetarum.

68 *Quicquid*] Divitiæ omnes, quas tot triumphi accumulaverunt, tot tecta auro ornata, essent fabula et cinis, nihilque remaneret præter sermones hominum, nisi Gildonem a Meridie, hoc est, ex Africa, nos infestantem devicisses.

71 *Incumberet*] Velut nobis fame

Velaret, validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit morti subducere civem.
At tibi quæ poterit pro tantis civica reddi
Mœnibus? aut quantæ pensabunt facta coronæ?
Nec solam populi vitam debere fatetur
Armis Roma tuis; sed, quo jucundior esset
Lucis honoratæ fructus, venerabile famæ
Pondus, et amissas vires, et regna recepit.
Jam non prætumidi supplex Orientis ademtam

ut corona ex quercu umbraret caput ejus, *qui, hoste occiso, generoso impetu evaluit eripere leto civem moriturum. Sed quæ* corona *civica poterit dari tibi*, o Stilicho, *pro tanta urbe? vel quantæ coronæ remunerabuntur facinora* tua? *Neque* vero *Roma confitetur se debere armis tuis solam vitam populi* sui: *at ut dulcedo vitæ veneratæ foret gratior, reparavit* per te *majestatem colendam famæ* suæ, *et opes perditas, et imperium. Jam non* Roma *rogans repetit* a *legatis Orientis su-*

ed. Antv. *valido fusis* Med. quart. *fuso hoste* vel *fusum hostem* Vat. quint.—74 *morti potuit* Reg. Jun. pr. Oxon. sec.—75 *poterunt* ut et *præmia* pro *Civica* Thuan.—76 *Civibus* Pric. Jun. et Moret. pr. *Mœnibus* vel *Civibus* Oxon. sec. *pulsabunt* Ambr. pr. *fata* Jun. pr. Oxon. sec. *pensent tua facta* conjiciebat Heins.—77 *Nec solam* Voss. *Nec solum* Moret. sec. *Nam* Put. *Non* Farn. *Nec* Florent. tres Med. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. totidem Ambr. Tholos. Oxon. et Moret. pr. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *solum* duo Vatt. Pal. Pric. Oisel. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Læti. *solam* tres Med. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Pat. Tholos. Moret. pr. Lov. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *populis* Oisel. *fatentur* Vat. sec. Pal. Rott. Med. pr. inc. Heins.—78 *quod* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *quod* vel *quis* Med. tert. *jocundior* Vat. pr. *jocondior* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *esses* Vat. tert. *esse* Vat. quint. *extat* Moret. sec. unde *exstet* conjiciebat Heins.—79 *odoratæ* inc. Heins. *adoratæ* Mazar. *fructu* al. *fructus* Jun. pr. duo Leidd. totidem Oxon.—80 *admissas* Farn. Voss. Oxon. pr. Leid. sec.—81 *prætumidis* Oxon. sec. *præti-*

NOTÆ

oppressis incubaret.

75 *Civica*] Corona ex quercu decerni solita ei qui, hoste occiso, civem periclitantem ab ipsis fati faucibus eripuisset. Fiebat autem ex quercu, quod hæc prima hominum nutrix fuisset; et quod non minus debeatur conservatori, quam nutrici aut parenti.

76 *Coronæ*] Stilicho post victum Rhadagaisum hostem immanissimum coronatus cum toto exercitu rediit.

79 *Lucis fructus*] Dulcedo vitæ, quæ ut fructus suavissime degustatur.

80 *Pondus*] Majestatem, auctoritatem famæ, qua Roma ab omnibus gentibus colebatur.

Regna recepit] Roma destituta frugibus ob Libyam a Gildone ereptam, et vitam et imperium amissura erat, sed hæc omnia recepit, postquam Gildo a Stilichone victus, Libyaque restituta est.

81 *Ademtam Libyam*] Gildo, ut eriperet Libyam Honorio, dicebat eam pertinere ad Arcadium, ut sic fratres ad bellum civile incenderet, et hinc ipse proficeret. Honorius itaque Libyam sibi ereptam repete-

Legatis poscit Libyam, famulosve precatur,
Dictu turpe, suos: sed robore freta Gabino
Te duce Romana tandem se vindicat ira.
Ipsa jubet signis, bellaturoque togatus
Imperat: et spectant aquilæ decreta Senatus.
Ipsa tibi trabeas ultro dedit: ipsa curulem
Obtulit ultori, fastosque ornare coëgit.
Nil perdit decoris prisci, nec libera quærit
Sæcula, cum donet fasces, cum prælia mandet;
Seque etiam crevisse videt. Quis Gallica rura,

verbi Libyam ereptam, et non orat servos suos; res inhonesta relatu: sed munita viribus Gabinis tandem ulciscitur sese, ira Romana, te ductore. Ipsa imperat vexillis, et Magistratus *togatus imperat* ducibus *pugnaturis: Aquilæ opperiuntur Senatusconsulta. Ipsa obtulit tibi sponte vestem* Consularem, *ipsa obtulit Sellam* eburneam *vindici* suo, *et sponte impulit* te *honorare fastos. Nihil amittit dignitatis antiquæ, neque desiderat* amplius *tempora libertatis, cum det Consulatum et decernat bella; immo aspicit sese quoque amplificatam esse. Ecquis recordatur agros*

midus Vat. quint. *princeps* Var. LL. ed. Antv. *adeptam* duo Vatt. Pal. Pric. Leid. Petav. pr. Bonon. Pat. Oxon. pr.—82 *famulosque* Vat. quint. duo Med. —83 *fulta* duo Vatt. Thuan. Petav. pr. Bonon. Tholos. duo Ambr. Sched. Gud. *freta* vel *fulta* Oxon. sec. *firma* vel *freta* Med. tert.—84 *te* inc. Heins. —85 *bellatorque* Farn. *bellatorique* Med. quart. *bellaturisque* Moret. pr. *rogatus* Ambr. tert. Florent. Ald.—86 *exspectant* duo Leidd. et maxima pars Codd. Exc. Schott. Gevart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. item Gesn. et ed. Bipont. —87 *tibi* Exc. Schott. in quibus Gronovius ascripserat locum l. II. vs. 279. *mihi* Ambr. pr. *sibi* Rott.—88 *ultori fastosque* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Rott. Oisel. Florent. Med. pr. Oxon. pr. *ultori fasces* Pric. *ultori, fascesque* Vat. Livin. *hæc ultro fasces* duo Med. inc. Heins. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Exc. Lucens. sec. ed. Vicet. *hæc ultro fastos* Med. sec. *fasces* Pric. duo Leidd. et tredecim alii, Var. LL. ed. Antv. *hæc ultro fastos* vel *ultori fastosque* Med. tert.—89 *prodit* Pal.—90 *Fœdera* vel *Secula* Moret. pr. *quum* vel *cui donet f. cui* Exc. Lucens. sec. *donat* Pal. Med. pr.—91 *Cum se etiam* ed. Vicet. *Nunc etiam* Vat. sec. Farn. Med. quart. inc. Heins. Put. Petav. sec. Pat. Ambr. sec. Voss. duo Leidd. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Sæpe* vel *Nunc* vel *Sese* Reg. Oxon. pr. *stupet* pro *videt* Med. sec. *jura* Oxon. pr.

NOTÆ

bat a legatis Orientis, seu Arcadii, quibus tergiversantibus Stilicho eam armis recepit, Gildone deleto.

82 *Famulos*] Non jam Roma fame pressa precatur populos Libyæ famulos suos, seu a se olim in servitutem redactos, non, inquam, precatur, ut fruges mittant.

83 *Gabino*] Id est, freta Roma viribus Italicis, seu Magistratuum suorum Gabino more cinctorum virtute, prisca quidem, hoc est, priscorum seu veterum Romanorum virtutem imitante.

84 *Romana ira*] Digna Romanis. Ovidius: 'Dignas Jove concipit iras.'

86 *Aquilæ*] Hoc est, Duces expectant decreta Senatus.

88 *Ornare*] Suo nomine.

91 *Crevisse*] Roma videt se etiam

Quis meminit Latio Senonum servisse ligones?
Aut quibus exemplis fœcunda Tybris ab Arcto
Vexit Lingonico sudatas vomere messes?
Illa seges non auxilium modo præbuit Urbi,
Sed fuit indicio, quantum tibi, Roma, liceret.
Admonuit Dominæ gentes, instarque tropæi
Retulit ignotum gelidis vectigal ab oris.
Hoc quoque majestas augescit plena Quirini,
Rectores Libyæ populo quod judice pallent;

Gallorum, et ligones Senonum laborasse pro *Italia? Vel quod exemplum* visum est, *Tybrim attulisse a Septemtrione fertili fruges excultas aratro Lingonum? Illæ fruges non tantum dederunt urbi subsidium, sed* etiam *ostenderunt quantum tu posses*, o *Roma: hæ fruges admonuerunt populos* Germanos *Imperatricis* Romæ, *et reportaverunt a finibus frigidis speciem tropæi, tributum incognitum. Majestas integra Romanorum per* hoc *etiam augetur, quod præfecti Libyæ timent, populo*

rutra conjiciebat Heins.—92 *Latio meminit* Put. *servire* Vat. quart. Put. Ambr. pr. *inservisse* Vat. sec. Moret. pr.—93 *At* inc. Heins. *fecundo* Moret. sec. *fecundo ...alto* Med. sec.—94 *Lingonicum* Petav. sec. *Lindonico* Farn. *Lingonio* Var. LL. ed. Antv. *Lingolico* Med. quart. *Liganico* Jun. pr. *in indomito* Moret. pr. *Ligonico* duo Vatt. Pal. Rott. Mazar. Oxon. pr. Moret. sec. *vexatas* Ambr. pr.—95 *Ipsa seges non auxilium mihi* Moret. pr. *Ipsa* Moret. sec. Lov. Ald. Med. sec. *Auxilium non illa seges* Exc. Læti. *Illa seges non auxilium* duo Leidd. Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bon. Pat. Tholos. tres Ambr. totidem Petav. Lov. Jun. pr. duo Oxon. Exc. Schott. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. In Voss. erat *Illa seges non auxilium.* sed ascriptum erat, 'NB. sed nescio an pes ille admitti possit. Auctoritatem certe non habeo.' —96 *valeret* Vat. tert. m. pr.—97 *Admovit* vel *Admonuit* Thuan. *Ammonis domitæ* vet. Cod. *gentis* Petav. sec. Med. tert. m. pr. Exc. Gevart. *triumphi* Moret. pr. Vat. sec.—99 *Hæc* Oxon. pr. Ambr. sec. Pric. Moret. et Petav. sec. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *Quirinis* Moret. sec. *Quiriti* conjiciebat Heins.—100 *Libici* Voss. *Libyci* duo Leidd. et longe plurima pars Codd. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *populi* Reg. m. sec. *quo* Leid. pr. Oxon. pr. Reg. Petav. sec. *quoque* Med. sec. *qui* Moret. pr. *vindice* Pal.

NOTÆ

crevisse, si quidem Galli, Germani, ipsi suppeditant annonam, id quod nunquam fecerant.

92 *Senonum...Lingonico*] Senones et Lingones sunt Galliæ populi, vulgo *de Sens*, et *de Langres*, iique Septemtrionales, habita ratione Romæ.

94 *Sudatas vomere*] Messes in quibus arandis non sudavit vomer, sed boves vomerem et aratrum trahentes.

97 *Admonuit Dominæ*] Tanta potestas per Stilichonem recuperata admonuit populos Romam esse Reginam, et Romanos rerum Dominos.

98 *Vectigal*] Roma retulit pro vectigali hactenus inaudito fruges ex frigidis oris Germaniæ; quod vectigal tropæi et victoriæ speciem habet.

99 *Quirini*] Romanorum qui a Quirino seu Romulo orti sunt: *populo judice*, velut olim stante rep. in qua augetur majestas populi.

Et post emeritas moderator quisque secures
Discrimen letale subit: quid Pœnus arator
Intulerit, madidus quantum transmiserit Auster.
Ardua qui late terris responsa dedere,
Hinc trepidant humiles: tremuit quos Africa nuper,
Cernunt Rostra reos. Cani virtutibus ævi
Materiem pandit Stilichon, populumque, vetusti
Culminis immemorem, dominandi rursus in usum
Excitat, ut magnos calcet metuendus honores,
Pendat justitia crimen, pietate remittat

Romano *judicante, et* quod *quisque Proconsul rector post gestum imperium exponitur periculo mortis:* ab eo petitur, *quid agricolæ Libyæ persolverint, et quantum Notus pluvius transportaverit. Hinc* illi, *qui reddiderunt Provinciis longe oracula metuenda, submissi pavent. Forum videt reos, quos Africa nuper formidavit. Stilicho aperit campum virtutibus antiquitatis severæ, et impellit in consuetudinem iterum imperando populum oblitum majestatis veteris, ut* populus *timendus proterat summos magistratus, expendat scelera legibus, relaxet culpam clementia, absol-*

Thuan. *judice* vel *vindice* Vat. quart.—102 *mortale* Vat. Livin. *quod* Leid. a m. pr. et al. *quid* Leid. sec. tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Voss. Reg. Mazar. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *qd* duo Med. *quam* Ald. *plenus* Leid. m. pr. Bonon.—103 *quantum madidus* Med. quart.—104 *quis* Med. tert. *latis* Thuan. *latis terræ* Pat.—105 *Hi* Ambr. pr. Moret. pr. Bonon. Pat. Med. quart. Petav. pr. m. pr. *Hic* duo Vatt. Pal. Med. pr. Thuan. Mazar. Petav. tert. Tholos. Ambr. tert. Vat. Livin. ed. Parm. *Hij* duo Vatt. Med. tert. *Hinc* vel *Nunc* Oisel. *timuit* Leid. sec. m. sec. Vat. pr. Rott. Oisel. Med. sec. Put. Reg. Mazar. Oxon. pr. Voss. m. sec. Vat. Livin. Exc. Gevart. *tremuit* vel *timuít* Pric. *quos habuit* Florent. m. pr.—106 *Cernent* Thuan. Ambr. sec. inc. Heins.—107 *Materiam* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *pendit* Rott. Med. sec. *pandit* vel *pendit* Med. pr.—108 *in unum* Exc. Gevart.—109 *Excutit* Jun. pr. *heroës* duo Vatt.—110 *Pandat* Pal. Reg. *Perdat* Oxon. sec. *Pellat* Leid. pr. m. sec. *Pendat* vel *Pandat* Med. tert. *justitiæ* Med. id. *remittit* Jun.

NOTÆ

101 *Post emeritas secures*] Post gestum imperium, post expleta administrationis suæ tempora. Emeritus quid sit, supra diximus.

102 *Discrimen*] Exponitur periculo mortis, accusatus et forte convincendus rerum male gestarum.

103 *Auster*] Ratio a rectore Libyæ petitur, quantum scilicet frumenti plaga Australis seu Meridiana dederit.

104 *Ardua responsa*] Sublimia, superba, metuenda, ut quæ sunt in arduo.

106 *Reos*] *Reus*, dicitur quisquis vocatur in judicium: *Actor*, quicumque vocat.

107 *Materiem*] Stilicho dat materiam exercendis virtutibus, quas severa exercebat antiquitas: nam populus, ut olim, in jus vocat summos magistratus, et secundum leges judicat facta potentium.

Errorem, purosque probet, damnetque nocentes,
Et patrias iterum clemens exerceat artes.
Fallitur, egregio quisquis sub Principe credit
Servitium: nunquam libertas gratior extat,
Quam sub Rege pio. Quos præficit ipse regendis
Rebus, ad arbitrium plebis Patrumque reducit:
Conceditque libens, meritis seu præmia poscant,
Seu punire velint. Posito jam purpura fastu
De se judicium non indignatur haberi.
Sic docuit regnare socer: sic cauta juventæ
Fræna dedit: teneros his moribus induit annos,

vat insontes, condemnet sontes, et mitis colat iterum artes patrias. Ille *errat, quicumque putat servitutem* esse *sub Imperatore optimo: nunquam libertas est jucundior, quam sub Rege pio. Quos ipse præponit rebus administrandis, componit* eos *ad voluntatem populi et Senatorum, et volens indulget* his, *seu petant mercedem* pro *virtute, seu velint castigare. Imperator ipse, superbia deposita, non irascitur fieri judicium de se. Sic* Stilicho *socer* Honorii *docuit imperare. Sic imposuit juventuti* ejus *habenas prudentes: informavit ætatem tenellam his præceptis,* ipse

pr.—111 *pravosque* Moret. pr. *nocentis* Vat. pr.—112 Deerat hic versus Reg. et Oxon. pr.—113 *judice* duo Vatt. Put. Petav. pr. m. pr.—114 *nusquam* Med. quart.—115 *pios* Moret. pr. *perficit* Put. Tholos. *ille* Put. *regendum* Tholos. *gerendis* ed. Vicet.—116 *et arbitrium* Jun. pr. Farn. *patrum plebisque* Put.—117 *Concedisque* Jun. pr. *Concedatque* Moret. sec. *Acceditque* Med. sec. *meritis.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Petav. sec. *meritis, seu* Ald. *poscunt* ed. Vicet. *poscat* duo Ambr. *pascant* Leid. sec.—118 *velit* Med. quart. duo Ambr. *fasto* Jun. pr.—119 *dedignatur* Pric. Reg. Thuan.—120 *Sic regnare socer docuit* Lov. *Sic docuit regni socer et siccata* Voss. m. pr. *decuit* Gryph. vitiose. *regimen socer et* Thuan. *regni socer et* Petav. sec. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. *regni socer et sic casta* Ambr. sec. Tholos. *migrare* pro *regnare* Farn. *et casta* Var. LL. e marg. Parm. *siccata* Leid. sec. Petav. sec. *arta* Leid. pr. *casta* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Reg. Mazar. duo Petav. *apta* Put. Lov. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *acta* Moret. pr. *fessa* Pat. *tanta* Thuan. *sacra* vel *casta* Med. tert. *casta* vel *cauta* Oxon. sec. —121 *sic* pro *his* Vat. pr. Pal. Oisel. Florent. Reg. Oxon. pr. duo Med. *sic*

NOTÆ

112 *Patrias artes*] Exerceat artes orbis regendi, more patrum. Virgilius: 'Tu regere imperio populos, Romane, memento. Hæ tibi erunt artes.'

115 *Quos præficit*] Ut tutor Imperii, et parens publicus.

118 *Purpura*] Ipse Princeps purpura micans se ultro submittit legibus. Justinianus in Inst. quib. mod. test. in f. §. 8. 'Divi Severus et Antoninus sæpissime rescripserunt. Licet enim, inquiunt, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.' Et Cic. de Leg. l. IV. 'Digna vox est majestate regnantis se legibus alligatum principem jam profiteri.' Τίς γὰρ ἂν ἠθέλησεν ἀπειθεῖν, ὁρῶν τὸν βασιλέα πειθόμενον; *quis enim voluerit non obedire, videns Regem obedientem?* Xenophon in Agesilao.

Verior Augusti genitor, fiducia belli,
Pacis consilium; per quem squalore remoto
Pristina Romuleis infloruit arcibus ætas:
Per quam fracta diu translataque pæne potestas,
Non oblita sui, servilibus exulat arvis;
In proprium sed ducta Larem, victricia reddit
Fata solo, fruiturque iterum, quibus hæserat olim,
Auspiciis, capitique errantia membra reponit.

existens *verior pater Imperatoris, præsidium* in *bello, consilium* in *pace; per quem, situ expulso, juventus prima urbis Romanæ refloruit: per quem dignitas* Consulatus ante *lacerata diu, et fere transposita, non immemor sui exit* ex *agris servilibus, sed reducta in sedem suam reddit urbi fata triumphantia, et rursus potitur auguriis, quibus quondam constituta fuerat, et reddit quoque capiti* suo *corpus errabundum.*

vel *his* Vat. tert. *imbuit* tres Vatt. Pal. Pric. Oisel. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *imbuit* vel *induit* Vat. quart. Mazar.—122 *Verior* vel *Votior* Med. tert.—123 *conscilium* Farn.—124 *artibus* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *arcibus* Leid. pr. Pric. duo Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. duo Ambr. ambo Moret. et ed. Parm. ex conjectura. *artibus* vel *arcibus* Lov.—125 *quem* Parm. *Postquam* Thuan. *translataque* vel *mutataque* Med. tert. deerat vero hic versus Jun. pr.—126 *Nunc* Oxon. sec. *exulet* Vat. tert. m. pr. *antris* Vat. quint. *arvis* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Exc. Læti. *armis* Thuan. Moret. pr. Vat. sec. Med. quart. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—127 *seducta* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *deducta* Jun. pr. *translata* Put. *victoria* Moret. pr.—128 *hæsitat* Voss. m. pr.—129 *captaque* Petav. sec. *hærentia* Moret. sec. Med.

NOTÆ

122 *Verior Augusti genitor*] Theodosium Honorii patrem natura fecit, studium et amor et institutio Stilichonem ejusdem veriorem fecit patrem.

124 *Ætas*] Ut homines, sic imperia suam ætatem habent: adolescunt, vigent, consenescunt.

125 *Translata*] Potestas Consulatus translata Constantinopolin, velut arbos; *non oblita sui*, seu veteris suæ majestatis, Stilichonis ope relinquit agros serviles, hoc est, victos quondam, et in servitutem redactos a Romanis; vel agros serviles vocat, quia servo Eutropio subjectos, mancipatos.

127 *In proprium sed ducta Larem*] Reducta in propriam et antiquam sedem, Romam scilicet, reddit fata triumphantia in solo natali.

Victricia fata] Quæ fata etsi statuissent caput Imperii semper esse Romam, quodammodo victa fuissent, si Consulatus translatus esset Constantinopolin. At per Stilichonem perfectum est, ut *fata* sint *victricia*, Consulatusque hæreat in urbe Roma, iisdem auspiciis, quibus in principio constitutus est.

129 *Capitique*] Stilicho *reddit capiti*, scilicet Romæ, *errantia membra*, hoc est, partes Imperii avulsas, seu Consulatum alterum, qui Constantinopoli gerebatur, et quasi a propria sede avulsus vagabatur.

Proxime Dis Consul, tantæ qui prospicis Urbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther:
Cujus nec spatium visus, nec corda decorem,
Nec laudem vox ulla capit: quæ luce metalli
Æmula vicinis fastigia conserit astris:
Quæ septem scopulis zonas imitatur Olympi,
Armorum legumque parens: quæ fundit in omnes
Imperium, primique dedit cunabula juris.
Hæc est, exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, parvaque a sede profectas
Dispersit cum Sole manus. Hæc obvia fatis,

O *Consul* prope *similis Diis, qui consulis tantæ urbi, qua nihil sublimius cœlum continet in mundo, cujus vastitatem oculi non comprehendunt, neque mentes pulchritudinem, neque ulla lingua elogium: quæ similis splendore auri attollit caput* ad *sidera finitima: quæ æmulatur zonas Cœli collibus septem, mater armorum et legum, quæ spargit potestatem* suam *in* homines *omnes, et* quæ *invenit initia juris primi. Hæc est* urbs, *quæ nata* ex *parvis initiis porrexit se ad utrumque* Mundi *cardinem, et propagavit cum Sole manus ortas ex sede tenui. Hæc exposita fatis,*

quart. *reliquit* Pal. Med. pr. Cod. Barth.—130 *qui tantæ* Oxon. sec. *quis* Mazar. *prospicit* Farn. *conspicis* Florent. m. pr.—131 *nil* Pric. *aër* Jun. pr. *aër* vel *æther* Oxon. sec.—133 *laudis* Voss. m. sec.—134 *fastidia* Thuan. *vestigia* Vat. quint. *contulit* et emendatum *conserit* Lov.—135 *Qui* Petav. sec. *scopuli* inc. Heins.—136 *regumque* Vat. quint. *potens* Rott. *parens* vel *potens* Vat. quart. *fundat* Florent. m. pr. *fudit* Thuan.—137 *venabula* Jun. pr. *ruris* Petav. tert.—138 *Hæc etiam* Thuan. *pependit* Med. sec. m. pr. *recedit* Put. Thuan. Pat. Var. LL. ed. Antv.—139 *Ad geminos* Ambr. tert. *profusas* Thuan. *profecta* quatuor Vatt. Farn. Oisel. *profectas* duo Leidd. et sedecim scripti, Exc. Gevart. Luceus. pr. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm.—140 *Dispensit* Pal.

NOTÆ

130 *Proxime Dis Consul*] Homines urbesque conservare divinum quidpiam est.

133 *Luce metalli æmula*] Urbs auro undique collucens, et astris aureis simillima.

134 *Fastigia*] Altitudinem ædificiorum in collibus exstructorum.

135 *Zonas*] Septem erant Romæ colles, plures alii numerant: septem etiam sunt Zonæ seu Cœli regiones ex quibusdam, ut refert Barthius: sed tamen communiter Zonæ quinque numerantur. De quibus alibi; sed vide supra vs. 65.

136 *Legumque parens*] Quia ut *communis patria*, ex Modestino, scripsit leges orbi universo: alii legunt *Legum potens*, id est, quæ habet potestatem belli et legum.

137 *Cunabula juris*] Theophilus dixit, τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια: *prima legum exordia.*

140 *Cum Sole*] Oriente et Occidente extendit manus ex urbe parva proficiscentes, hoc est; extendit imperium; nam manus symbolum est imperii et potestatis.

Innumeras uno gereret cum tempore pugnas,
Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes,
Et Gallum terris prosterneret, æquore Pœnum,
Nunquam succubuit damnis, et territa nullo
Vulnere, post Cannas major Trebiamque fremebat:
Et cum jam premerent flammæ, murumque feriret
Hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos.
Nec stetit Oceano: remisque ingressa profundum
Vincendos alio quæsivit in orbe Britannos.
Hæc est, in gremium victos quæ sola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovit,

cum eodem tempore faceret bella innumerabilia, et cum *expugnaret urbes Hispaniæ, cingeret* urbes *Siciliæ, et debellaret Gallos* prælio *terrestri, Carthaginenses navali, nunquam fracta est cladibus, et non perterrita est ulla plaga, animosior post* clades *Cannarum et Trebiæ spirabat* bella: *et cum jam ignes impenderent, et hostis* Annibal ad portas prope *quassaret mœnia, mittebat exercitus contra Hispanos ultimos. Neque* Roma *retardata est Oceano: intrans mare* cum *navibus quæsivit in axe altero Britannos subigendos. Hæc est, quæ una admisit in sinum* populos *domitos, et* quæ *instar matris non Imperatricis protexit gentem hominum nomine*

Med. pr. *votis* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. Reg. Pat. Ambr. pr. Exc. Schott. ed. Vicet. *fatis* vel *votis* Vat. tert. Pric. Med. pr. et tert. et Leid. pr. qui pro glossa habet, 'quod (sc. *votis*) melius est.'—141 *gemeret* Petav. sec.—142 *submitteret* Farn. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *subverteret* Put. *subsideret* Exc. Schott. *obsederat* Lov. Voss. Leid. sec. Med. quart. Exc. Gevart. *obsideret* Leid. pr. et triginta Codd. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *obsideret* vel *obsederat* Moret. sec.—143 *In terris Gallum* Vat. sec.—145 *Cumas* ed. Vicet. *trabeamque* Pal. *Trebiaque* vel *Trebiamque* Med. tert.—146 *premeret flammis* Moret. pr. *fremerent* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Thuan. Oxon. pr. *premerent* vel *tremerent* Med. tert. *murumque feriret* Vat. tert. Florent. duo Med. Reg. Mazar. Exc. Læti. *ferirent* Vat. pr. *teneret* duo Leidd. cum viginti quatuor aliis, Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *teneret* vel *feriret* Med. tert.—147 *et extremos* Petav. tert *etiam* pro *aciem* Put. *mutabat* Voss. Leid. sec. Exc. Gevart. *Ibernos* Pat.—148 *Hæc* Ald. *remis* Pal. Florent. Med. pr. sine copula.—149 *ore* Pal. Med. pr.—150 *gremio* Med. tert. *junctos* Florent. m. pr.—153 *nexuque suo* Thuan. Jun.

NOTÆ

144 *Nunquam succubuit*] Horatius: 'Per damna, per cædes, ab ipso Ducit opes animumque ferro.'

145 *Cannas Trebiamque*] De his alibi.

147 *Hostis*] Ipse Annibal, de quo Horatius, 'Parentibusque abominatus Annibal,' sed supra de hoc plura diximus.

149 *Alio in orbe*] Hactenus incognito: id præstitit Roma per Julium Cæsarem, qui, ex Suetonio, 'aggressus est Britannos ignotos antea, superatisque pecuniās et obsides imperavit.'

151 *Communi nomine*] Fovit ut suos, non tam communi nomine subditos, quam socios, quam cives, quam filios, eosque defendit contra tyran-

Matris, non dominæ, ritu : civesque vocavit,
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.
Hujus pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patriis regionibus utitur hospes :
Quod sedem mutare licet : quod cernere Thulen
Lusus, et horrendos quondam penetrare recessus :
Quod bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem :
Quod cuncti gens una sumus. Nec terminus unquam
Romanæ ditionis erit : nam cetera regna
Luxuries vitiis, odiisque superbia vertit.
Sic male sublimes fregit Spartanus Athenas :
Atque idem Thebis cecidit. Sic Medus ademit

communi; et appellavit eos *cives, quos subegit, et colligavit* gentes *remotas vinclis piis.* Nos *omnes debemus hujus curis in pace, quod externi fruuntur finibus* omnibus *tanquam patria* sua : *quod fas est permutare domicilium : quod ludus* est *videre Islandiam, et ingredi latebras olim terribiles: quod vulgo potamus* aquas *Rhodani, potamus* aquas *Orontis, quod omnes sumus* tantum *populus unus. Neque finis unquam erit Imperii Romani : etenim luxus* defluens *vitiis, et ambitio* incensa *odiis destruxerunt alia imperia. Ita Lacedæmonii everterunt Athenas se efferentes improvide: et iidem* Lacedæmonii *victi sunt a Thebanis. Ita Medi*

pr. *revixit* Leid. sec. *revexit* Jun. pr. *revexit* vel *revinxit* Oxon. sec.—154 *Cujus* Mazar. *spatiis* Var. LL. e marg. Parm.—156 *libet* Thuan. *cerneret hylem* Vat. pr. *Thilen* tres Vatt. Petav. sec. *Tylem* Reg. Mazar. Petav. sec. *Thulem* Florent. quatuor Med. inc. Heins. *Thilem* Lov. Moret. sec. Put. Thuan. Petav. tert.—157 *Lusus* Vat. pr. Rott. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *Rursus* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *hostiles* Ambr. pr. *tenebrare* Rott. *terebrare* Med. sec. *recursus* Jun. pr. Moret. sec. m. pr. *recessus* vel *recursus* Oxon. sec.—158 *Rhodanum passim* Pric. *Phasin* Vat. quint. *Phasim* Moret. pr. m. pr.—159 *Quam cuncti* Put. *res* ed. Vicet. *quis terminus* Med. quart.—160 *erat* Leid. pr. m. pr.—162 *sublimis* Pric. *vertit* duo Vatt. Petav. pr. et Ambr. pr.—163 *isdem* Florent. *Thebæ* Med. quart. *sed Medus* Tholos.

NOTÆ

nos, ac simul devinxit omni studio pietatis et clementiæ. Hinc Rutilius de Roma : 'Fecisti patriam diversis gentibus unam ; Profuit injustis, te dominante, capi.'

157 *Horrendos*] Islandiæ seu Thules recessus horrendos ob barbariem, quam expulit Roma.

158 *Orontem*] Fluvius est, qui alluit Antiochiam in Syria : per hunc intellige Cœlesyriam Syriamque, quas alluit.

159 *Cuncti*] Quod populi omnes terrarum sunt velut populus unus

Nec terminus] Virgilius de Jove : 'Imperium sine fine dedi :' id enim Romani prædictum esse a Sibylla putabant, Imperium scilicet Romanum æternum fore.

161 *Luxuries*] Silius Italicus : 'Inde aspice late Florentes quondam luxus quas verterit urbes.' Varias Imperiorum mutationes atque conversiones Claudianus percurrit.

163 *Thebis cecidit*] Spartam destruxerunt Thebani, sed avaritia et vitiis

Assyrio, Medoque tulit moderamina Perses.
Subjecit Persen Macedo, cessurus et ipse
Romanis. Hæc auguriis firmata Sibyllæ,
Hæc sacris animata Numæ: huic fulmina vibrat
Jupiter; hanc tota Tritonia Gorgone velat.
Arcanas huc Vesta faces, huc orgia secum
Transtulit, et Phrygios genitrix turrita leones.

eripuerunt imperium Assyriis, et Persæ Medis abstulerunt: Alexander *Macedo vicit Persas, ipse vincendus* a *Romanis. Hæc* urbs Roma *munita prædictionibus Sibyllæ, hæc* urbs *animata* est *cærimoniis Numæ* Pompilii. *Jupiter torquet fulmina* pro *hac: Pallas defendit hanc tota* ægide *Gorgonea. Vesta transmisit huc ignes secretos, et Bacchus Orgia, et mater turrigera* Cybele *Leones Idæos. Huc*

remus Put.—164 *Persis* duo Vatt. Petav. pr.—165 *Macedo Persem* Reg. Oxon. pr. Florent. *Macedo Persen* Med. pr. Mazar. Vat. Livin. *Persem* Vat. tert. Thuan. Petav. sec. Leid. sec.—166 *Romanus* Pal.—167 *Hæc animata Numæ sacris* Petav. tert. *nuimata* vel *operata* Lov. *Numæ est* Florent. Ambr. tert. *Numæ* sine *est* duo Leidd. quatuor Med. inc. Heins. Pal. Farn. Pric. Put. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. duo Ambr. Bonon. Pat. Tholos. ambo Moret. Lov. Vat. Livin. omnes Vatt. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *hinc* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. edd. Vicet. Parm. Ald. Isingr. et al. *hæc* in Heins. *hic* Med. sec. Moret. sec. Oxon. sec. *qua* Vat. tert. *cum* Vat. sec. Put. Petav. pr. Ambr. pr. Var. LL. e marg. Parm. *cui* Med. quart. *fulmine* Petav. pr. *librat* Vat. quint. Petav. pr. Ambr. pr. Sched. Gud. Heinsius ascripserat locum Ovid. Metam. II. 311. 'dextra libratum fulmen ab aure.'—168 *hinc* Reg. *hunc* vel *hinc* Oxon. pr. *toto* Moret. pr. *vellat* inc. Heins. qui *vallat* conjiciebat.—169 *Arcanos* Pric. *Archasias* Pat. *orgia sacer* Oxon. pr. *Bacchus* Farn. vet. Gyr. Exc. Lucens. sec. *secum* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti.—170 *tutata* Jun. pr.—171 *depulsurus* qua-

NOTÆ

omnibus inquinatam. Unde Cicero: 'Quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed et omnibus opulentis populis prædixisse.'

165 *Cessurus et ipse Romanis*] Alexander non victus a Romanis, sed partum ab Alexandro Persarum Imperium ab illis subactum est.

167 *Animata*] Religio est velut anima Imperatorum: sine hac stare non possunt.

Numæ huic] Sine elisione, more Græcorum. Virgilius, 'Ionio immenso.' Numa Pompilius secundus Rex Romanorum convertit animos ad cultum Deorum.

Huic fulmina vibrat] Jupiter in gratiam Romæ vibrat fulmina. Alludit ad tempestatem, quæ a Romæ portis repulit Annibalem.

168 *Tritonia*] Pallas a palude Tritonide in Libya.

Gorgone] Ægide seu clypeo, in quo Medusa una ex Gorgonibus insculpta est.

169 *Arcanas faces*] Ignes arcanos, hoc est, in quibus arcana quædam vis continetur ad servandum imperium. Et hi ignes vigiles asservabantur a Vestalibus.

Orgia] Cærimoniæ Bacchi, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, *a furore*, quo Bacchantes eas celebrabant.

170 *Leones*] Cybele Deorum mater

Huc depulsurus morbos Epidaurius hospes
Reptavit placido tractu, vectumque per undas
Insula Pæonium texit Tiberina draconem.
Hanc tu cum Superis, Stilichon præclare, tueris.
Protegis hanc clypeo, matrem regumque ducumque,
Præcipueque tuam. Dedit hæc exordia lucis
Eucherio, puerumque ferens hic regia mater
Augusto monstravit avo: lætatus at ille

Æsculapius hospes Epidauri expulsurus morbos arrepsit lapsu leni; et insula Tyberis fovit serpentem Pæonium advectum per aquas. O Stilicho, illustrem tu tutaris hanc urbem *cum Diis, tutaris hanc scuto* tuo *parentem Imperatorum et ductorum, et præsertim tuam. Hæc* urbs *largita est initia vitæ Eucherio* filio tuo, *et hic mater ejus regalis attollens* eum *infantem porrexit avo Imperatori* Theodosio:

tuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Reg. Mazar. Petav. pr. Exc. Læti, ed. Vicet. *defensurus* duo Leidd. et novemdecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *defensurus* vel *depulsurus* Farn. Med. tert. *ultro* pro *hospes* Oxon. pr. duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. Med. pr. Reg. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *hospes* vel *ultro* Med. tert.—172 *tractu placido* inc. Heins. Ambr. sec. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *tacito* Pal. Med. pr. *vectusque* Var. LL. ed. Antv.—173 *traxit* Leid. sec. et plurimi alii, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. *texit* vel *traxit* Reg.—174 *persis* pro *superis* Tholos.—175 *patriam* pro *matrem* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Florent. quatuor Med. Voss. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Lov. ambo Moret. Exc. Gevart. Læti et Lucens. pr. Ald. Exc. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *regnique* Mazar.—176 *tuo* inc. Heins. Ambr. sec. *hic* Reg. *primordia* duo Vatt. Petav. pr. Ambr. sec. Exc. Schott.—177 *puerum felix* Pat. *gerens* Bonon. Ambr. pr. Petav. tert. *hinc* tres Vatt. Oisel. Florent. Med. sec. Reg.

NOTÆ

invehitur curru, quem trahunt leones.

171 *Depulsurus*] Alii legunt *Defensurus*: nec male. Dicimus, 'defendere aliquem a morbo,' vel 'morbum alicui defendere.' Horatius: 'Defendit æstatem capellis.'

Epidaurius] Æsculapius sub forma Serpentis, Epidauri, quæ urbs est Peloponnesi in Græcia, colebatur. Inde, peste grassante, precibus Romanorum advectus est, reptavitque leniter in insulam Tiberis, pestisque cessavit. Tantumne Dæmoni licuit! De hoc supra.

173 *Pæonium draconem*] Serpentem valentem arte medendi, instar Pæonis medici præstantissimi, qui Plutonem ab Hercule vulneratum sanasse dicitur. Græcis dicitur παιὼν, et παιήων, ἀπὸ τοῦ παίειν *ferire*, quod feriat pellatque morbos. Homerus de Pæone, ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων, *spargens remedia pellentia dolores.* Vel per *Pæonium* intellige Apollineum, seu Apollinis filium Æsculapium, nam et Apollo ipse dicitur παιὼν.

174 *Cum Superis*] Unde et prope pari cum Diis seu Imperatoribus veneratione colendus est Stilicho.

175 *Clypeo*] Armis, bellis, potestate.

177 *Regia mater*] Serena regalis de gente Imperatorum, filia Honorii, et filia adoptiva Theodosii, cujus proinde nepos est Eucherius.

Sustulit in Tyria reptantem veste nepotem:
Romaque venturi gaudebat præscia fati,
Quod te jam tanto meruisset pignore civem.
Nec tamen ingratum, nec qui benefacta referre
Nesciat, hunc credas populum. Si volvere priscos
Annales libeat, quoties hic prælia sumsit
Pro sociis, quoties dono concessit amicis
Regibus Ausonio quæsitas sanguine terras!
Publica sed nunquam tanto se gratia fudit
Assensu. Quis enim Princeps non omnibus egit
Obsequiis, dominum sese patremque vocari,
Quod tibi continuis resonant convexa diebus?

sed ille gaudens extulit nepotem Eucherium *repente in vestimento purpureo; et Roma prænoscens fatum* ejus *futurum lætabatur, quod jam promeruisset* habere *te civem pignore tanto. Neque tamen putes hanc gentem* esse *ingratam, nec* eam, *quæ ignoret rependere beneficia. Si juvet legere historias antiquas, quoties hæc* Roma *suscepit bella pro amicis, quoties dedit pro munere regibus fœderatis provincias partas cruore Romano? At benevolentia popularis nunquam effudit sese tanta consensione,* quanta pro te. *Etenim ecquis Princeps non efficere tentavit officiis cunctis, ut appellaretur Dominus et Pater, quo* tuo

Mazar. *hunc* Bonon. duo Ambr. *huc* Oisel. m. sec. Thuan.—181 *Quæ* Mazar. Moret. pr. Med. tert. *non tanto* Mazar. *toto* Rott. Ambr. pr. *tanto* duo Leidd. et triginta fere alii, Exc. Læti, Gevart. Schott. et Lucens. pr. Ald. et Var. LL. ed. Antv. *tanto* vel *toto* Oxon. sec. *pectore* ed. Parm. et Vicet. deerat hic vs. Tholos.—182 *Non* Vat. sec. Farn. Rott. Med. quart. inc. Heins. Put. Thuan. Petav. tert. Tholos. Lov. Moret. pr. Ambr. tert. ed. Vicet. *ingratum* vel *ignarum* Med. tert. *non qui* Put. *tua facta* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. Oxon. pr. duo Med. Leid. pr. Junt. Isingr. Gryph. *benefacta* vel *tua facta* Farn.—183 *condas* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *credes* duo Ambr. *solvere* Vat. quart.—184 *liceat* inc. Heins. *hæc* Moret. sec. *hinc* Vat. et Ambr. tert. Exc. Læti. *hic* duo Leidd. et novemdecim scripti, ed. Parm. et Exc. Gevart.—186 *Ausoniam* Voss. m. pr. Petav. sec. Oxon. sec. *quæris* pro *terras* Voss. m. pr. *terras?* cum interrogandi nota, Mazar.—187 *gloria* Moret. pr. Vat. sec. Exc. Schott. *fundit* Vat. tert.—188 *non omnibus* Vat. pr. et tert. Reg. Oisel. Bonon. Tholos. *hoc omnibus* duo Leidd. Oxon. pr. Lov. Petav. pr. duo Ambr. *hæc* Vat. sec. *hoc* vel *non* Vat. quart. *emit* conjiciebat Heins.—189 *sese dominum* duo Vatt. Farn. Pric. Vat. Livin. *dominum sese* Leid. pr. Oxon. pr. Florent. tres Med. Reg. Mazar. Exc. Lucens. pr.—190 *Quæ* inc. Heins. Florent. Med. tert. *Quod* tres Med. Put. Reg. Thuan.

NOTÆ

180 *Venturi præscia fati*] Futuræ magnitudinis, quam fatum promittebat Eucherio: sed alio ista abierunt, ut postea videbimus.

181 *Tanto pignore*] Roma meruit habere te civem, tanto pignore, hoc est, filio suscepto in sinu suo, qui filius erit ipsi velut pignus amoris erga illam tui.

187 *Gratia fudit*] Nunquam favor popularis tam enituit, quam cum vocatus es, *Dominus, et Pater patriæ.*

Macte novis, Consul, titulis. Mavortia plebes
Te dominum, Bruto non indignante, fatetur.
Et, quod adhuc nullo potuit terrore subacta
Libertas Romana pati, Stilichonis amori
Detulit. Exultant avidi, quocumque decorus
Conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt:
Nec vaga dilecto satiantur lumina vultu:
Seu Circum trabeis fulgentibus aureus intres:
Seu celebres ludos: solio seu fultus eburno
Cingas jure forum: denso seu turbine vulgi
Circumfusa tuæ conscendant Rostra secures.

nomine *Cælum personat singulis diebus?* O *Consul* Stilicho, *magis aucte novis honoribus, populus martius confitetur te Dominum, Bruto non irascente: et quod libertas Romana nullo metu coacta hactenus sustinuit tolerare, honorifice indulsit benevolentiæ* suæ in *Stilichonem.* Romani *alacres gaudent, quocunque spectabilis* in *loco videaris, et efferunt ad astra nomen* tuum: *neque oculi* eorum *errantes explentur* videre *faciem caram, seu ingrediaris Circum vestibus micantibus auro, seu peragas ludos; seu innixus sella eburnea circumdes Curiam* in *judicando, seu secures tuæ ascendant Rostra circumstipata ingenti multitudine populi. Qui*

Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. *Quin resonent* Vat. tert. Exc. Læti. *resonat* Jun. pr. Pric. Med. pr. Pat. Ald. *resonant* duo Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Bonon. Mazar. duo Petav. totidem Ambr. Voss. Moret. sec. Vat. Livin. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *resonent* ed. Parm. Exc. Lucens. pr. *retonant* videtur fuisse in Leid. sec. teste Heinsio. *retonent* vel *resonant* Oxon. pr. Lov. Exc. Schott. *connexa* Pal.—191 *titulis consul* Jun. Oxon. pr. *Mavortia Roma* Med. quart.—192 *fatetur* vel *fatentur* Thuan.—193 *subacta* duo Vatt. Petav. pr. Ambr. pr. *coacta* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—194 *peti* Vat. tert. m. pr. *amores* vel *amoris* inc. Heins.—195 *decorum* Ambr. pr. *decoris* vel *decorus* Med. tert.—196 *Conspirare* Jun. pr. *Aspiciare* Moret. pr. *Conspatiare* Var. LL. ed. Antv. *tendunt* vel *tollunt* Med. tert. —197 *socientur* Jun. pr.—198 *crimen* Oxon. sec. *Circes* Pal. *ingentibus* Vat. sec. Moret. pr.—200 *Cingis* Med. quart. *cive* Thuan. *jure* vel *lege* Petav. pr. *fore* Jun. pr. *denso* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *densi* Oxon. pr. *denso.* çum τελείᾳ στιγμῇ, Mazar.—201 *Interfusa* Thuan. *concedant* Lov. *circumdent*

NOTÆ

Mirum certe populi in merita tua grati animi indicium.

190 *Quod tibi resonant*] Quod nomen Cœlum resonat *tibi*, in tui gratiam, in theatrali plausu.

191 *Mavortia*] Populus Romanus, qui Martem parentem agnoscit, ob Romulum Martis filium.

192 *Bruto non indignante*] Te vocat Dominum, quem titulum vel Brutus ipse ob tuam virtutem amaret, etsi Reges Dominosque ejecerit.

198 *Circum*] Seu Circum maximum intres ad spectacula venationum, cursuum, &c.

200 *Cingas jure forum*] Vel circumdes forum fascibus tuis, vel tu ipse medius cingaris foro, seu fori judicibus juri dicundo vacantibus.

201 *Rostra*] Forum in quo depen-

Quæ vero procerum voces, quam certa fuere
Gaudia, cum totis exsurgens ardua pennis
Ipsa duci sacras Victoria panderet alas!
O palma viridi gaudens, et amicta tropæis,
Custos imperii Virgo, quæ sola mederis
Vulneribus, nullumque doces sentire laborem:

vero fuerunt plausus optimatum, quam vera lætitia, cum Victoria alta, excitata alis omnibus, ipsa expanderet Ductori Stilichoni *pennas sacratas. O puella* Victoria *lætans palma viridante, et redimita triumphis, conservatrix imperii, quæ una sanas plagas* nostras, *et doces nullum persentiscere sudorem: seu sidera Coronæ Dictææ*

****

ed. Parm. et Vicet. *conscendunt* Mazar. *succedant* Var. LL. e marg. Parm. *conscendunt* vel *conscendant* Med. tert. *carinæ* Vat. quint.—202 *Quæ vero* vel *O quales* Oxon. pr.—203 *ter totis* inc. Heins. *tutis* Rott. *notis* conjiciebat Heins. *aurea* Med. quart. *pinnis* Oisel. Petav. sec. Oxon. sec. m. sec. Exc. Lucens. pr. *pinis* et emendatum *pinnis* Voss. *pinnis* vel *pennis* Med. tert.—204 *ducis* Lov. Ambr. pr. *pandit et* Reg. *arces* Farn. *ædes* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Exc. Læti et Lucens. pr. vid. infr. vs. 214. *ales* Voss. *alas* duo Leidd. cum septemdecim aliis, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *aras* vel *alas* Lov. *alas* vel *ædes* Petav. pr. Oxon. sec. Med. tert. Heinsius ascripserat locum Lampridii in Alexandro Severo p. 118. 'Pater eadem nocte in somnis vidit alis se Romanæ victoriæ in cœlum vehi.' Ovid. VIII. Metam. vs. 13. 'Inter utrumque volat dubiis victoria pennis.' et II. Trist. vs. 171. 'Ausoniumque Ducem solitis circumvolet alis.' ita *ales Victoria* VI. Cons. Honor. 597.—205 *O palma viridi* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. tres Med. Put. Reg. Mazar. Pat. Ambr. Oxon. pr. Voss. Moret. sec. duo Leidd. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *Et* tres Vatt. Farn. Rott. *Et* vel *O* Petav. pr. *florens* Jun. pr. Oxon. sec. *amica* Vat. pr. m. pr. Pric. Oisel. duo Med. Reg. Mazar. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Petav. tert. Oxon. pr. *amica* vel *amicta* Vat. tert.—207 *docens* Reg. Oxon. pr. *jubes* Vat. sec. Moret. pr. *sevare* Farn. *dolorem* Jun. pr. Oxon. sec. tres Vatt. Med. sec. Put. Pat. Petav. pr. Var. LL. ed. Antv. *ca-*

NOTÆ

debant rostra navium devictarum.

202 *Certa gaudia*] Vera, sincera, non adulandi studio, non ambitione extorta.

206 *Custos imperii Virgo*] Victoria, quam ut Deam exhibet, eamque sic alloquitur: Fave, annue, o Virgo, seu sis prope Coronam Ariadnes; seu prope Leonem; seu cum sceptro Jovis; seu in ægide Palladis, seu prope Martem. Prope coronam Ariadnes, propter Herculem vicinum (ἐγγόνασιν vocant *ingeniculum*, quia genu nititur), cui Herculi semper favit Victoria. Prope Leonem, propter Virginis signum vicinum, quæ et ipsa Virgo Victoria haberi potest, cum alas pariter nacta sit. Cum sceptro Jovis, quia Victoria in ipsius Jovis manibus posita est. Hebræi Deum vocabant, *Deum exercituum*. In ægide Minervæ, quia ægis fert secum terrorem, et ideo victoriam. Prope Martem denique, quia Mars est bellorum præses. Hanc quoque Annotationem nobis suppeditavit doctissimi nobilissimique Huetii prompta liberalitas.

Seu tibi Dictææ placuerunt astra Coronæ;
Seu magis æstivo sedes vicina Leoni;
Seu sceptrum sublime Jovis, seu Pallados ambis
Ægida; seu fessi mulces suspiria Martis:
Adsis perpetuum Latio, votisque Senatus
Annue, Diva, tui. Stilichon tua sæpius ornet
Limina, teque simul rediens in castra reducat.
Hunc bellis comitare favens: hunc redde togatum
Consiliis. Semper placidis te moribus egit,
Servavitque piam victis, nec polluit unquam
Laurum sævitia: cives nec fronte superba
Despicit, aut trepidam vexat legionibus Urbem.
Sed verus patriæ Consul, cessantibus armis,
Contentus lictore venit: nec inutile quærit

juvant te, seu potius regio finitima Leoni æstivo, seu cingis sceptrum altum Jovis, seu clypeum Palladis, seu delinis anhelitum Martis fugati: faveas semper Italiæ, o Dea, et indulge precibus Senatus tui. Stilicho decoret frequentius templa tua, et revertens reducat te una in castra sua. *Hunc sequere facilis* in *præliis: hunc refer* in *pace* ad *consilia: semper exhibuit se moribus clementibus, et conservavit innocuam te* pro *domitis; neque unquam contaminavit laurum crudelitate* sua: *neque contemnit cives vultu arroganti, aut infestat* suis *cohortibus urbem timentem. At* Stilicho, *verus Consul patriæ, bellis compositis venit contentus lictoribus. Neque requi-*

---

lorem et emendatum *dolorem* Lov.—208 *dilectæ* Pat. *potuerunt* Moret. pr.—210 *geris* pro *Jovis* Med. tert. *Jovi* Pal.—211 *fessos* Thuan. *mulges* Vat. pr. m. pr.—212 *præcipue* Ambr. pr. *perpetue* duo Vatt. *lauro* pro *Latio* Pat.—213 *tuus* Vat. tert. Oxon. pr. *tuis* Reg.—214 *Lumina* Jun. pr. Reg. *Limina* vel *Lumina* Med. pr. *veniens* Med. quart. *radiens* Voss.—216 *placide* id. Voss. m. pr. *placidum* Jun. pr. *emit* conjiciebat Heinsius, ut supra vs. 188.—217 *victam* Leid. pr. Ambr. sec. *vita* Leid. sec. Voss. m. pr. Med. tert. *vitas* Put. *veritas* Petav. sec. *victa* Vat. sec. Var. LL. e marg. Parm. *justa* Moret. pr. *juncta* inc. Heins. Moret. sec. *justis* duo Vatt. Petav. pr. m. pr. Tholos. Ambr. pr.—218 *Laurus* Put. *civem* ed. Vicet. *cujus* Petav. sec. *curis* inc. Heins. *civis* Pat. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *cives* duo Leidd. et novemdecim scripti, Exc. Lucens. pr. et Pat. recent. Var. LL. e marg. Parm.—221 *Contemptus* duo Med. *Cum tutus* Jun. pr. *Contectus* et emendatum *Contemptus*

NOTÆ

208 *Dictææ*] A Dicte monte, id est, Cretensis Coronæ, quam Bacchus Ariadnæ Minois Cretensis filiæ in Cœlo paravit, et eam inter astra collocavit.

210 *Seu sceptrum*] Seu ambis sceptrum Jovis: tanquam esses hoc sata, ut Astræa, ut Pallas, ut Mars.

211 *Ægida*] Clypeum. De hac Ægide supra diximus.

219 *Aut vexat*] Magnæ sunt illæ Stilichonis laudes, sed tamen contra sentit Rutilius his versibus: 'Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat, Et

Ferri præsidium, solo munitus amore.
Magnarum nec parcus opum geminare profundas
Distulit impensas, sed post miracula castris
Edita vel genero, Romæ majora reservat.
Auratos Rhodiis imbres, nascente Minerva,
Indulsisse Jovem perhibent, Bacchoque paternum
Jam pulsante femur, mutatus palluit Hermus
In pretium, votique famem passurus avari

rit subsidium vanum armorum, corroboratus una benevolentia civium : *neque parcens divitiis ingentibus procrastinavit duplicare sumtus immensos, at post prodigia* liberalitatis *peracta* in *milites, vel* spectacula pro *genero* Honorio, *reservat Romæ ampliora. Aiunt Jovem dedisse pluvias aureas Rhodiis, Pallade nascente, et Baccho jam impellente femur patrium, Hermus expalluit conversus in aurum, et*

Lov. *redit* Med. quart. *milite* pro *inutile* inc. Heins. *quærunt* Farn.—222 *subsidium* Ambr. sec. *contentus* Voss. m. sec. Leid. sec. Put. Exc. Gevart. ed. Vicet.—223 Hic versus margini ascriptus erat in Lov. et Oxon. pr.—224 *Detulit* Thuan. *et post* Vat. sec. Rott. Var. LL. ed. Antv. *sed* Florent. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *nec* inc. Heins. *miracula* vel *munuscula* Vat. tert. Med. tert. *et post tot munera* conjiciebat Heins. et ascripserat IV. Cons. Honor. 565. 'quantæ miracula pompæ.'—226 *Aurato* Jun. pr. *imbres Rhodiis* Vat. sec. *imbres Rhodii* Moret. pr. *Rhodiis* Florent. inc. Heins. Reg. duo Petav. Bonon. duo Ambr. ed. Vicet. *divis umbris* Petav. sec. *rudiis* Jun. Oxon. pr. Vat. quint. Pal. Pric. tres Med. Put. Thuan. Mazar. Pat. Petav. pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *Divis* Leid. pr. m. pr. vet. Gyr. Ambr. tert. Læti m. sec. et Lucens. pr. *Divus* Med. tert. *Divis* et emendatum *radiis* Leid. sec. *Divis* et *radiis* Voss. et Exc. Gevart.—227 *Inclusisse* Ambr. pr. Sched. Gud. *referunt* Florent.—228 *Depulsante* pro *Jam pulsante* duo Vatt. *laxante* Vat. pr. Pal. Pric. Rott. Oisel. Reg. Thuan. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *lassante* Vat. tert. duo Med. *lassante* vel *pulsante* Florent. *Depulsante* vel *Jam lassante* Petav. pr.—229 *famam*

NOTÆ

captiva prius, quam caperetur, erat.'

222 *Solo munitus amore*] Civium amor murus est aheneus.

226 *Auratos imbres*] Strabo: Χρυσὸν ὑσθῆναι φασὶν ἐν τῇ νήσῳ κατὰ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς γένεσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός: *Aurum pluisse dicunt in insula* (Rhodo) *circa generationem Minervæ ex capite Jovis.* Pindarus vero dixit, Χρυσαῖς νιφάδεσσι, *aureis nivibus*, Rhodon irrigatam esse.

228 *Pulsante femur*] Semele matre fulmine Jovis extincta, Bacchus tenellus inclusus est in femore Patris Jovis, ut novem menses expleret, quibus exactis cœpit pulsare femur paternum, ut sibi pateret exitus : unde et *Dithyrambus* dicitur; nam δὶς *bis*, θύρα *fores* significat, quasi *binis foribus egressus sit*, sive *bis natus*, semel ex matre Semele, deinde ex femore Jovis.

Hermus] Fluvius Asiæ minoris, volvens arenas aureas. Virgilius : 'Auro turbidus Hermus.' Hodie, *Sarabat* : intrat mare Ægæum.

Ditabat rutilo, quicquid Mida tangeret, auro:
Fabula, seu verum, canitur; tua copia vincit
Fontem Hermi, tactumque Midæ: pluviasque Tonantis,
Obscurat veteres, obscurabitque futuras
Par donis armisque manus. Si solveret ignis,
Quas dedit immanes vili pro pondere, massas:
Argenti potuere lacus et flumina fundi.
Nec tibi, quæ pariter sylvis dominaris et astris,
Exiguam Stilichon movit, Latonia, curam.
Tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras

Midas laturus inediam ob *desiderium avarum, locupletabat auro micante quicquid contingeret: seu fabula* illa *sit, seu veritas: abundantia tua superat originem Hermi, et contactum Midæ, et imbres Jovis. Dextera* tua *æqualis et fortitudine et liberalitate obumbrat* laudes *antiquorum, et obumbrabit* laudes *nepotum. Si flamma liquefaceret moles immensas, quas* Stilicho *donavit, quasi essent pondera temnenda,* hinc *stagna et fluvii aurei possent affluere. Et Stilicho non parvam impendit curam tibi,* o *Diana, quæ imperas sylvis una et cælo. Tu etiam curas*

Reg. Oxon. pr. Bonon. Pat. Petav. tert. *amari* Farn. ed. Vicet.—230 *Ditaret* Mazar. unde *Ditârat* legebat Heinsius. *Dictabat* Moret. pr. *rigido* vel *rutilo* Med. tert. *tangit et auro* Voss.—231 *ceu* Leid. sec. cum septemdecim aliis et Exc. Gevart. *vestra cecinit* Pat. *vincet* Vat. sec. Moret. pr. *vicit* Leid. sec. et viginti Codd. Exc. Gevart. et Lucens. pr.—232 *Frontem* Petav. sec. *pluviæque* Vat. pr. *plumasque* Put. *pluviamque* Vat. tert. Leid. pr. Oxon. pr. Florent. Med. sec. Reg. Mazar. Exc. Lucens. pr.—233 *Obscuras v. obscurabisque* Thuan. *obscuravitque* Florent. Mazar. *futuras* Vat. sec. Thuan. Var. LL. e marg. Parm. *futuros* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *futuros* vel *futuras* Med. quart.——234 *volveret* Put. *solverit* Pat.—235 *Quod* Oisel. duo Vatt. *Quot* Jun. pr. *immensas* Med. sec. *pro vili* Pat. *profundere* Thuan. *sub pondere* Vat. Livin.—236 *patuere* Jun. pr.—237 *Non* Put. *dominatur* Vat. sec. Thuan. Moret. pr. *dominatur et* Oxon. sec. *dominabitur* vel *dominatur et* Jun. pr.—238 *movit Stilico* Reg. *Tritonia* Farn.—239 *mobilibus* Leid. sec. m. pr. Vat. sec. Rott. Oisel. Bonon. Pat. Lov. Moret. pr. duo Petav. Var. LL. ed. Antv. *vestra* Farn.

NOTÆ

230 *Mida*] Seu Midas, cum reddidisset Baccho Silenum rectorem, obtinuit ab hoc Deo, ut quicquid tangeret, aurum fieret; sicque et pane et potu, quibus vescebatur, in aurum suo tactu mutatis, stultitia avari desiderii et fame simul torqueri cœpit; sed ab eodem Baccho liberatus est, postquam caput suum Pactoli aquis immersit.

232 *Pluviasque Tonantis*] Jovem conversum in pluviam auream, et descendentem ad Danaën; quod ex Horatio, 'Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo,' &c.

235 *Vili pro pondere*] Dedit massas auri, non minus liberaliter ac si esset pondus vilioris pretii.

238 *Latonia*] Diana, Latonæ filia, nata in insula Delo in mari Ægæo, hodie *Sasille*.

Illustrare feris, summoque in vertice rupis
Alpinæ socias, arcu cessante, pudicas,
Et pharetratarum comitum inviolabile cogis
Concilium. Veniunt humeros et brachia nudæ,
Armatæque manus jaculis, et terga sagittis;
Incomtæ, pulchræque tamen: sudoribus ora
Pulverulenta rubent: sexum nec cruda fatetur
Virginitas: sine lege comæ: duo cingula vestem
Crure tenus pendere vetant. Præcedit amicas
Flava Leontodame, sequitur nutrita Lycæo
Nebrophone, telisque domat quæ Mænala Thero.

ornare spectacula nostra belluis insignibus, et in cacumine supremo saxorum Alpinorum, arcu quiescente, convocas socias tuas *castas et cœtum intactum comitum* tuarum *pharetratarum.* Illæ *accurrunt* habentes *humeros, et lacertos nudatos, et manus instructas jaculis, et terga telis: inornatæ, sed tamen formosæ: vultus* earum *pulvereus suffunditur sudore: pudicitia animosa non arguit sexum: crines* sunt *sine ordine: zonæ duæ prohibent vestem fluere usque ad pedes. Leontodame flava prævenit socias* suas. *Nebrophone educata* in *Lycæo subsequitur; et Thero,*

labores Jun. pr.—240 *Illustrasse* Pat.—241 *circu* vel *curru* vel *cursu* Oisel. *cessare* Reg. inc. Heins. *cessante* vel *cessare* Oxon. sec.—242 *Quæ* pro *Et* Med. quart.—243 *Consilium* Lov. Moret. sec. Petav. tert. Put. Thuan. inc. Heins. *Consicilium* Farn.—244 *pharetris* pro *sagittis* legebat Heins.—245 *Incultæ* Thuan.—246 *rubent* quatuor Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. Reg. Mazar. duo Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. *horrent* Leid. sec. et duodecim scripti, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *trahunt* Thuan. *horrent* vel *rorant* Exc. Schott. *horrent* vel *rubent* Med. tert. Oxon. sec. *nec sexum* Thuan. *non* Pal. Florent. Med. pr.—248 *amicus* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—249 *Leontomede* Jun. pr. *Leontodome* Pal. Med. pr. Petav. pr. Ambr. sec. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. *Leontodone* Tholos. *Leontodame* Florent. Med. sec. *Leontodane* Prie. *Leuntodime* Thuan. *Leontomade* Petav. sec. *Leontiade* Moret. pr. *Neotodone* Med. quart. *Leondromache* vel *Leonthodame* Oxon. sec. *Lyæo* Moret. pr.—250 *Nebrophone* Var. LL. e marg. Parm. et m. sec. *Nebrothane.*

NOTÆ

242 *Inviolabile*] Castum, virgineum Dianæ concilium; quales decet esse Dianæ comites; quod poëtæ finxerunt, quia, quæ sine otio, eæ sine amore vivunt. Ovidius: 'Otia si tollas, periere Cupidinis artes.'

243 *Nudæ*] Exertæ ad pugnandum in belluas.

246 *Nec cruda fatetur*] Virgines illæ tam animosæ, tam virides, tam crudæ sunt, ut quis credere possit eas non esse fœminas.

249 *Leontodame*] Hæc sunt nomina Dianæ comitum desumta ex natura rei. *Leontodame, δαμάειν τοὺς λέοντας, domare leones.*

Lycæo] Hic mons est Arcadiæ in Græcia, sicut et Mænalus. Lycæum dicitur, *ἀπὸ τῶν λύκων, a lupis.*

250 *Nebrophone*] Quæ occidit hinnulos seu pullos cervorum: *νεβρὸς, hinnulus, φένω* et *φονεύω, occido, φόνος, cædes.*

Thero] *Θὴρ, θηρὸς, fera;* sic *Thero*

Ignea Cretæa properat Britomartis ab Ida,
Et cursu Zephyris nunquam cessura Lycaste.
Jungunt se geminæ, metuenda feris Hecaërge,
Et soror, optatum numen venantibus, Opis,
Progenies Scythiæ : Divas nemorumque potentes
Fecit Hyperboreis Delos prælata pruinis.
Hæ septem venere duces. Exercitus alter

quæ confodit sagittis feras *Mænali; Britomartis ardens festinat ab Ida Cretensi, et Lycaste nunquam concessura ventis* ob *celeritatem. Duæ* sorores *adjungunt* se, *Hecaërge* scilicet *timenda feris, et soror* ejus *Opis, Dea jucunda venatoribus, ambæ natæ* in *Scythia. Delos anteposita frigoribus Septemtrionalibus reddidit* illas *Deas, et præsides sylvarum. Hæ septem ductrices advenerunt : altera ca-*

****

Nebrothale Vat. sec. *Negrophone* Exc. Læti. *Nebrotale* Moret. pr. *Ebropene* Jun. pr. *Nebropene* duo Leidd. Thuan. Put. Lov. Petav. sec. *Neopene* Med. quart. *Nebrophone* vel *Ebropene* Oxon. sec. *Theto* Med. sec.—251 *Britomartis* Reg. Exc. Læti. *Briomartis* Leid. pr. Lov. Oxon. sec. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. duo Ambr. ambo Moret. tres Med. totidem Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Brimartis* Vat. quint. Pal. *Diomartis* Voss. Leid. sec. *Dromartis* Jun. pr. *Driomartis* Exc. Gevart. *aula* pro *Ida* Tholos.—252 *Lycasse* Reg.—253 Hic et sequens versus in Reg. desunt. *silvis metuenda Nicarce* vet. Gyr. Exc. Læti. *silvis metuenda Mycharce* ed. Vicet. *Erimanthe* Vat. pr. et tert. *Erymanthe* Ambr. sec. Ald. *Erimarce* Put. Var. LL. e marg. Parm. *Erinarce* inc. Heins. *Aliarce* Florent. *Nicearche* Ambr. tert. *ynarce* Ambr. pr. *ataërce* Oxon. pr. *Erge* Oisel. *Michaërce* Petav. tert. Tholos. *Lycaërce* Med. pr. cum glossa, *i. e. lupos inhibens. Licaërce* Pal. *Nicaërce* Vat. sec. *Agatherte* Med. quart. *Achaërce* Rott. Med. sec. Thuan. Mazar. Pat. Jun. pr. Var. LL. ed. Antv. *Achaice* Pric. *Acaërce* Vat. pr. et tert. mi sec. Lov. Oxon. sec. *Nicaherte* Moret. pr. *Nichaërce* Bonon. *Ethaërge* Leid. pr. *Emiatoe* Farn. *Inarce* Moret. sec. Leid. sec. Petav. sec. *Et arce* Lov. *Acharce* vel *In arce* Voss. *jacarce* vel *Alierce* Med. tert. *Erymanthe* vel *Nichoërce* Petav. pr.—254 *nomen* Vat. tert. Rott. Florent. Thuan. *venantibus* duo Leidd. duo Oxon. Jun. pr. Lov. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *venatibus* Farn. Mazar. Moret. pr. Vicet. Parm. Isingr. Raphel. *virtutibus* Rott.—255 *Scythica* Farn. *Progenitæ Scythia* Vat. pr. et tert. Med. sec. Reg. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *Progenitæ Cyntho* Pal. *Progenitæ Chinto* Med. pr. *ve-*

NOTÆ

dicitur quæ conficiat feras.

251 *Britomartis*] Nympha Cretensis formosa, Dianæ cara, aliter *Dictinna* dicta, ἀπὸ τῶν δικτύων, *a retibus*, quæ invenerit. Diodorus *Britonam* appellat. Hæc cum Minoëm stuprum sibi parantem effugere non posset, sese submersit, pudicamque mortem vitæ prætulit impudicæ.

252 *Lycaste*] Sic dicitur ἀπὸ τῶν λύκων, *a lupis*, quos venatur.

253 *Hecaërge*] Id est, *procul arcens, expellens, ambigens feras*: ἑκάεργος etiam vocatur Apollo, quia ἕκα, *procul*, εἴργει, seu ἐργάζεται, *abigit*, suis radiis, quæ obstant.

254 *Opis*] Una inter Dianæ comites memoratur.

256 *Delos*] Delos, quam comites Dianæ prætulerant frigoribus Scythiæ Septemtrionalis, effecit ut a Diana Deæ redderentur.

Nympharum incedunt, acies formosa Dianæ,
Centum Taygeti, centum de vertice Cynthi,
Et totidem casto genuit quas flumine Ladon.
Has ubi collectas vidit, sic Delia cœpit:
O sociæ, mecum thalami quæ jura perosæ
Virgineo gelidos percurritis agmine montes,
Cernitis, ut Latio Superi communibus ornent
Hunc annum studiis? quantos Neptunus equorum
Donet ab orbe greges? laudi quam nulla canendæ
Fratris plectra vacent? Nostram quoque sentiat idem,
Quam meritis debemus, opem. Non spicula poscit

terva nympharum progrediuntur, cohors pulchra Dianæ, Nymphæ *centum de culmine Taygeti, centum de* culmine *Cynthi, et totidem quas Ladon produxit aquis pudicis. Diana postquam aspexit has congregatas, ita incepit loqui: O comites, quæ exosæ mecum jura matrimonii peragratis montes frigidos* cum *cohortibus castis; aspicitis, ut in Italia Dii illustrent hunc annum amore communi?* aspicitis, *quanta Neptunus det ab omni* parte *Orbis armenta equorum? quam nulla lyra fratris* mei Apollinis *quiescat* in *laudibus* Stilichonis *cantandis? Idem* Stilicho *recipiat etiam nostrum favorem, quem debemus virtuti* ejus. *Hic labor non petit*

lata Pat. *delata* Med. quart.—258 *incedit* Med. tert. *famosa* Leid. sec. Voss. Vat. sec. inc. Heins. Bonon. Tholos. duo Ambr. duo Petav. Lov. Exc. Schott. et Gevart. *famosa* vel *formosa* Moret. sec. Oxon. sec.—259 *Taygete* Leid. sec. et duodecim scripti, Exc. Lucens. pr. *Taygetæ* inc. Heins. Jun. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *Taygete* et emendatum *Taygetis* Leid. pr.—260 *caste* Vat. tert. *vertice* Lov.—261 *Quas* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—262 *thalami mecum* Rott. Med. sec. *jure* Lov.—263 *percurrens* Rott. *ordine* Mazar.—264 *ut lævi* Farn. *lætis* Pal. Med. pr. *læti* Leid. sec. Vat. tert. Pric. Rott. Oisel. Florent. duo Med. Reg. Mazar. Voss. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Gevart. et Cod. Rhem. *læti* vel *Latio* Vat. pr. *Latio* vel *lati* Med. tert. Vat. quart.—265 *quanto* Florent.—266 *Donat* Med. pr. Lov. *ab ore* Med. quart. Var. LL. e marg. Parm. *orbe* Lov. Moret. sec. Voss. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *urbe* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Reg. Oxon. pr. Petav. tert. ed. Parm. et Vicet. *urbe* vel *orbe* Vat. pr. Florent. *laudique* Reg. Ambr. tert. unde Heinsius *laudique* vel *laudique ut* conjiciebat. *quo* Bonon. Tholos. Petav. sec. *q* Pal. *quoque* Put. *quod* duo Leidd. Lov. Moret. sec. Pat. Ambr. pr. Pric. Rott. Mazar. Petav. pr. Thuan. omnes Vatt. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. sec.—267 *Fratri* Thuan. *vacunt* Vat. sec. Moret. pr. *sentiet* Rott.—268 *Qua* Bonon. Tholos. *meriti* Pal. *nec*

NOTÆ

259 *Taygeti...Cynthi*] Taygetus est mons Laconiæ in Græcia: Cynthus est mons Deli insulæ in mari Ægæo.

260 *Ladon*] Fluvius Laconiæ, cujus aquæ castæ dicuntur ob pudicitiam Lacœnarum, quæ hujus ripas accolunt.

265 *Neptunus ab orbe*] Neptunus dicitur auctor equorum: *ab orbe*, ab omni parte orbis. Alii legunt, *donet habere:* phrasis Græca.

Iste labor; maneant clausis nunc sicca pharetris:
Omnis et a solitis noster venatibus arcus
Temperet: in solam cruor hic servetur arenam.
Retibus et clathris dilata morte tenendæ
Ducendæque feræ: cupidas arcete sagittas.
Consulis in plausum casuris parcite monstris.
Acceleret divisa manus: mihi cursus anhelas
Tenditur ad Syrtes. Mecum Dictæa Lycaste
Et comes Opis eat: steriles juvat ire per æstus.
Namque feras aliis tellus Maurusia donum
Præbuit: huic soli debet, ceu victa, tributum.

tela; nunc hæc *incruenta remaneant pharetris tectis: et arcus omnes nostri abstineant a consueta venatione: hic sanguis reservetur in circum solum. Feræ capiendæ et adducendæ* sunt, Divæ, cum *retibus et cratibus, cæde dilata: removete jacula avida. Sinite portenta moritura in laudem Consulis* Stilichonis. *Cohors* mea *separata festinet: cursus paratur ad Syrtes mihi anhelanti: Lycaste Cretensis et Opis socia mecum veniant: lubet currere per* arenas *æstuosas* et *infœcundas. Etenim terra Mauritanorum concessit* pro *munere belluas aliis* Consulibus: *at debet huic* Stilichoni *uni* belluas pro *vectigali, quasi domita. Dum* vero *nos indaga-*

Med. sec. Mazar.—269 *Ille* Moret. pr. *plausis* inc. Heins. *non sicca* Tholos. *spicla* Pric. *cuncta* Moret. pr. *sicha* Jun. pr.—270 *Solidis* Var. LL. ed. Antv. *vester* Farn. *nostri* Leid. pr. *nostris* Med. quart. Moret. pr. *venantibus* Petav. sec.—271 *Temperat* Farn. *sola arena* Med. tert. *huc* Farn.—272 *clatris* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *claustris* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *clausis* Vat. quart. inc. Heins.—273 *Atque a cæde* pro *Ducendæque* Moret. pr. *arcere* Vat. quart. Pal. Petav. tert. Lov. Bonon.—274 *clausuris* Farn. ceterum in Lov. hic versus deerat.—275 *divina* Mazar. Jun. pr. *diversa* duo Vatt. Ambr. pr. *divisa* vel *diversa* Petav. pr. *modo* pro *mihi* Pat. *dum* duo Leidd. cum viginti sex aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *et* Moret. pr. unde *en* conjiciebat Heinsius. *dum currus* Lov. Exc. Schott. Sched. Gud. vid. infra 286. *dum catus* Var. LL. ed. Antv. *decursus* Ald. *currus* tres Vatt. Med. tert. inc. Heins. Put. Bonon. Thol. duo Ambr. tres Petav. *currus* vel *cursus* Oxon. sec. *anhelans* Petav. tert. Bonon.—276 *sentes* Thuan. *Syrtis* Exc. Schott. *Dictynna* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. *Dictina* Med. pr. *Dictinna* Med. sec. Reg. Mazar. *dilecta* duo Vatt. Thuan. *Licasta* Oxon. pr.—277 *eas* Pal. *erit* Reg. Pat. *erit* vel *erat* Oxon. pr. *jubet* Moret. sec. m. pr.—278 *terris* pro *tellus* Jun. pr. *Marsuria* Med. sec. *dono* Ambr. pr. *donat* Pal. Med. pr.—279 *Præbet* Rott. Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. *hinc* inc. Heins. *solium* Var. LL. ed. Antv. *solvit* pro *soli* Pat. *dederat* pro *debet* Pric. *sic victa* Jun. pr. *ceu victa* Vat. pr. et quart. Ald. *quo* Pat. *quod* Med. quart. *sed* duo Leidd. cum quatuordecim aliis, Exc. Schott. Gevart.

NOTÆ

274 *Monstris*] Feris monstrosis.

275 *Anhelas Syrtes*] Non quod Syrtes anhelæ sint, sed quod cursus ad Syrtes, seu loca Syrtibus vicina, reddit me anhelantem. Syrtes autem sunt acervi arenarum ad Libyam, sic dictæ ἀπὸ τοῦ σύρειν, *trahere*, quod velut trahere videantur naves.

Dum nos horribiles Libyæ scrutamur alumnos,
Europæ vos interea perquirite saltus,
Et scopulos. Posita ludat formidine pastor,
Securisque canat Stilichonem fistula sylvis.
Pacet muneribus montes, qui legibus urbes.
Dixit, et extemplo frondosa fertur ab Alpe
Trans pelagus. Cervi currum subiere jugales,
Quos decus esse Deæ primi sub limine cœli
Roscida fœcundis concepit Luna cavernis.

mus terribiles alumnos Libyæ leones, *interim vos indagate sylvas Europæ, et rupes. Pastor metu abjecto gaudeat, et tibia cantet Stilichonem, sylvis tutis.* Et ille *placet montes donis, qui* placuit *urbes legibus.* Diana sic *locuta est, et statim proficiscitur ab Alpibus sylvosis trans maria. Cervi juncti trahunt currum* ejus, *quos* cervos *Luna humida produxit in aditu primo cœli* sub *antris fertilibus, ut* essent

Lucens. pr. item Var. LL. e marg. Parm. *sed* vel *ceu* Med. tert.—280 *horribilis* Ambr. pr. *horrentes* Jun. pr. *horrentes* vel *horribiles* Oxon. sec. *alumnos* Vat. pr. *arenas* conjiciebat Heins.—281 *Europes* Thuan. Ambr. pr. Sched. Gud. deerat hic versus in Moret. pr. *perquirite* Exc. Læti, Vat. Livin. *præcurrite* Vat. quint. *percurrite* duo Leidd. et alii magno numero, Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. Sched. Gud. *perquirite* vel *percurrite* Vat. pr.—282 *ludat posita* Vat. sec. Reg. Med. sec. *laudes posita* Moret. pr. *laudat* Rott. Med. pr. *laudet* Pal. Med. sec. Oxon. sec. *laudet* et emendatum *ludet* Lov.—283 *Secureque* Thuan. *canet* Med. tert.—284 *Pacet muneribus* duo Vatt. Med. sec. duo Ambr. Lov. Vat. Livin. Oxon. pr. Cod. Ursin. Exc. Lucens. sec. *Paecet numinibus* Exc. Cod. Rhem. *Parent numinibus* Vat. quint. Pal. duo Med. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *Parent muneribus* Vat. quart. Pric. Rott. Bonon. ed. Vicet. *Paret muneribus* Petav. sec. *Paricet muneribus* Moret. pr. *Parcet muneribus* Med. tert. *Parcit* Moret. sec. *Pascet* Mazar. *Pacat* vel *Pacet* Petav. pr. *Parent* vel *Pacet* Pric. *Parent* vel *Placent* Florent. *Parent* vel *Placet* Leid. pr. Oxon. sec. *Pacet muneribus* vel *Parent numinibus* Vat. pr. *muneribus* Leid. pr. Reg. Tholos. Var. LL. e marg. Parm. *muneribus* vel *numinibus* Petav. pr. *ut* pro *qui* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Med. tert. Lov. Cod. Ursin. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *qui legibus* Med. sec. Reg. Oxon. pr. Vat. Livin. *ut* vel *qui* Florent. Petav. pr. Lov. *urbis* Moret. pr. Petav. sec.—285 *exemplo* Tholos.—286 *torvi* Moret. pr. *cervique jugum* duo Med. Heinsius ascripserat locum III. de Rapt. 54. 'Et juga cœrulei subeant Actæa dracones.' *petiere* Med. tert.—287 *Hos* Ambr. pr. *Quod* Rott. *omne Deæ* Thuan. Heinsius asteriscum apposuerat. *primum* Florent. *lumine* Vat. tert. Rott. Reg. Med. sec. *limite* Jun. pr. Oxon. sec. *limina* Lov. *limine* duo Leidd. et viginti quinque alii, ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *limine* vel *lumine* Vat. pr.—288 *Rosida* ed. Vicet. *accepit* inc.

NOTÆ

284 *Muneribus*] Editis spectaculis. De *Muneribus* in hoc sensu supra dictum est.

286 *Cervi currum subiere*] Id quod fingitur ob Dianæ velocitatem in venando.

288 *Fœcundis*] Ex eorum opinione, qui globum Lunæ habitabilem esse,

Par nitor intactis nivibus. Frons discolor auro
Germinat, et spatio summas æquantia fagos
Cornua ramoso surgunt procera metallo.
Opis fræna tenet: fert retia rara Lycaste,
Auratasque plagas: immortalesque Molossi
Latrantes mediis circum juga nubibus ibant.
Quinque aliæ paribus (Phœbe sic jusserat) armis
Diversa regione ruunt; ducuntque cohortem
Quæque suam. Variæ formis et gente sequuntur
Ingenioque canes: illæ gravioribus aptæ
Morsibus: hæ pedibus celeres: hæ nare sagaces.
Hirsutæque fremunt Cressæ, tenuesque Lacænæ,

honor Divæ. Candor eorum *similis est nivibus intaminatis. Frons variata vernat auro, et cornua imitantia intervallo* suo *fagos excelsas, attolluntur alta metallo* in speciem *ramorum. Opis moderatur habenas: Lycaste gestat retia aperta, et plagas aureas: et Molossi æterni allatrantes currebant circa currum* in *ipsis nubibus. Quinque aliæ* comites in *armis similibus (sic Diana imperaverat) evolant* per *tractus varios, et unaquæque ducit catervam suam. Canes diversæ figura, et natione, et natura, subsequuntur: illæ idoneæ* sunt *morsibus audacioribus: hæ veloces cursu: aliæ odoræ naribus. Et Cressæ hispidæ latrant, et Lacænæ graciles,*

Heins. Ambr. item Moret. sec.—289 *fraus* Oxon. sec. *sed discolor* Moret. pr. *decolor* Put. *alvo* Thuan.—291 *spatiosa* Pal. Farn. *spatiosa* vel *pretiosa* Med. pr. Heinsius ascripserat locum Ovid. III. Metam. 'spatiosam cornibus frontem.'—292 *movet* Put.—293 *Molosi* ambo Moret. *Molossos* Reg.—294 *Lætantes* Pat. *vaga* Pal. Med. pr. *nubibus* vel *montibus* Thuan. *rupibus* conjiciebat Heins.—295 *Quin aliæ* Florent. *aliis pariter* Pat. Var. LL. ed. Antv.—296 *ducitque* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *ducuntque* Ambr. pr. Put. Thuan. Lov. Exc. Lucens. pr.—298 *regionibus* Put.—299 *sceleres* Pric. *et nare* Pal. Oisel. Vat. pr. m. pr. Florent. Reg. Mazar. Oxon. pr.—300 *frement* Pal. *Crassæ* Thuan. *teneræque* Moret. sec. Ambr. sec. inc. Heins. qui

NOTÆ

et in eo majora nasci animalia dixerunt. Hic natus esse dicitur Leo Nemeæus, qui inde in terras decidit, et ab Hercule victus est.

289 *Discolor*] Frons ob aurum adjunctum, ostendit alium colorem quam nativum.

291 *Ramoso*] Virgilius: 'Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.'

293 *Immortales*] Quia perpetuo comitantur et comitabuntur Dianam.

Molossi] Canes venatici ex Molossia Epiri regione, in Græcia.

300 *Cressæ, Lacænæ, Britannæ*] Canes Cretæ, Laconiæ, Britanniæ, quæ sunt variæ et forma, et patria, et natura: sed omnes aut velocissimæ, aut fortissimæ. Quod ad canes Britannos spectat, Symmachus vocat *Scoticos*. Mirum quiddam ex Plinio refert Lipsius de cane inusitatæ magnitudinis, quem 'Indiam petenti Alexandro Magno rex Albaniæ dono dederat.' Hic enim canis, Alex-

Magnaque taurorum fracturæ colla Britannæ.
Dalmatiæ lucos abruptaque brachia Pindi
Sparsa comam Britomartis agit. Tu Gallica cingis
Lustra, Leontodame; Germanorumque paludes
Eruis, et si quis defensus arundine Rheni
Vastus aper nimio dentes curvaverit ævo.
Nubiferas Alpes, Apenninique recessus,
Garganique nives Hecaërge promta fatigat.
Speluncas canibus Thero rimatur Hiberas,
Informesque cavis ursos detrudit ab antris,
Quorum sæpe Tagus manantes sanguine rictus
Non satiavit aquis, et quos jam frigore segnes
Pyrenæa tegit latebrosis frondibus ilex.

et Britannæ laceraturæ cervices crassas taurorum. Britomartis habens *crines effusos excutit sylvas Dalmatiæ et partes excelsas Pindi. Tu*, o *Leontodame, circumdas nemora Galliæ, et scrutaris paludes Germanorum*, et apros, *si quis aper magnus tectus arundinibus Rheni sinuaverit dentes* ob *ætatem longiorem. Hecaërge velox vexat Alpes aërius, et latebras Apennini, et glacies Gargani. Thero indagat*, cum *canibus suis, antra Hispaniæ, et expellit ursos turpes ex speluncis intimis, quorum* ursorum *guttura stillantia cruore Tagus frequenter non explevit aquis* suis, *et quos jam debilitatos frigore quercus Pyrenææ operiant arboribus opacis. Nebro-*

teretesque conjecerat.—301 *ramorum* Pal. *Gebennæ* Moret. pr.—302 *Dalmaticæ* Florent. Leid. pr. ' quid *Pindo* cum *Dalmatia?*' posito asterisco, ascripserat Heins.—303 *comas* Jun. pr. Oxon. sec. *Briomartis* Leid. pr. et plurimi Codd. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Driomartis* Leid. sec. Voss. Exc. Gevart. *tum Gallica* inc. Heins. *cum* Bonon. *Gallia* Petav. tert.—305 *Estius* pro *Eruis* Pal. *Estuis* Med. pr. unde *Excutis* legebat Heins. *quid* Ambr. pr. *quisquis* Farn.—306 *curvaverat* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—307 *Apenninumque* Pal. Farn.—308 *Germanique* Voss. *amnes* pro *nives* Thuan. *in carcere* pro *Hecaërge* Petav. sec. *Incarte* Put. *In calce* Ambr. pr. alia alias lectiones exhibent Mss. vid. supra vs. 253.—309 *miratur* Put. *harenas* inc. Heins.—310 *Informisque canis* Lov. Vicet. *in* pro *ab* Jun.—312 *a frigore* Moret. pr. *segnis* Thuan. Bonon. Petav. sec.—313 *regit* Pal. Petav. tert.

NOTÆ

andro spectante, apros, damas, tauros, ursos contemnebat: sed objectum sibi leonem, et deinde elephantum prostravit, contudit, superavit.

302 *Dalmatiæ*] Dalmatia est regio supra sinum Adriaticum.

Pindi] Pindus est mons Thessaliæ.

303 *Agit*] Ita excutit, nihil ut agendum relinquat.

304 *Paludes*] Germania olim paludibus infesta, nunc cultissima: contra Palæstina, olim cultissima, hodie aspera et inculta multis in locis.

307 *Apennini, Gargani*] Hi sunt montes Italiæ.

310 *Informes ursos*] Quorum rudis

Cyrneis Siculisque jugis venata virago
Nebrophone, cervos aliasque in vincula cogit
Non sævas pecudes, sed luxuriantis arenæ
Delicias, pompam nemorum: quodcumque tremendum
Dentibus, aut insigne jubis, aut nobile cornu,
Aut rigidum setis: capitur decus omne timorque
Sylvarum: non cauta latent, non mole resistunt
Fortia, non volucri fugiunt pernicia cursu.
Hæc laqueis innexa gemunt: hæc clausa feruntur
Ilignis domibus. Fabri nec tigna polire
Sufficiunt. Rudibus fagis texuntur et ornis

phone virago peragrans montes Corsicæ et Siciliæ, nectit catenis cervos, et alias bestias non crudeles, sed delectationem circi abundantis, ornamentum sylvarum. Quodcumque timendum est dentibus, aut notabile jubis, aut spectabile cornibus, aut hirsutum setis: honor omnis et formido nemorum capitur: non feræ sagaces effugiunt; non robustæ obsistunt magnitudine sua: *non celeres elabuntur fuga citata. Hæc* animalia *nexa funibus ingemiscunt: hæc inclusa catenis ligneis apportantur: neque artifices sufficiunt* ad *ligna adornanda: caveæ virides contexuntur* ex *fagis et*

tangit Vat. quart. *lapidosis* ed. Vicet. *frontibus* Put.—314 *Cyrnæis* Vat. pr. *Cirnæis* Florent. inc. Heins. Put. Petav. Exc. Lucens. pr. *Smirnæis* Leid. pr. *Cirreis* Reg. Mazar. Bon. Pat. duo Oxon. *Cirræis* Med. quart. *Cyrreis* Pric. Rott. Var. LL. ed. Antv. *Cyrceis* Vat. tert. Pal. Farn. *Circeis* Jun. pr. *Circæis* duo Med. Petav. tert. Tholos. Ambr. pr. Moret. pr. ed. Vicet. Exc. Schott. Gevart. et Cod. Rhem. *Syrmæis* Med. tert. *Cyricis* Thuan. *Crineis* duo Vatt. *Cirreneis* Moret. sec. *Cirnenis* m. pr. et *Circeis* m. sec. Voss. Leid. sec. *celerisque jugis* Jun. pr.—315 Varias lectiones Mss. in τὸ *Nebrophone* vid. supra vs. 250. *cervas* Tholos. *aliisque* Moret. pr. *alias* sine copula Vat. quint.—316 *Nec* duo Vatt. Rott. Put. *non luxuriantis* Med. tert.—317 *nemorum pompam* Jun. pr. Oxon. sec. *pompas* Oxon. pr. Petav. sec. m. pr. *pompamque petit* Moret. pr. *quocumque* Farn. *quemcumque* Med. tert. *timendum* duo Vatt. Petav. pr. Med. sec.—318 *jugis* Ambr. pr. *mobile* Pal. Med. pr.—319 *rapitur* Thuan. *esse* pro *omne* Tholos.—320 *Silvarum.* cum τελείᾳ στιγμῇ. ambo Moret. Exc. Gevart. item Gesn. et ed. Bipont. *nec* Pal. *caute* Vat. tert. Rott. Oisel. duo Med. Florent. Petav. tert. et pr. m. sec. Bon. Pat. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *capte* Reg. *arte* Thuan. *aut mole* Moret. pr.—321 *nec* Pal. Moret. pr. *velocia* Vat. quart.—322 *Quæ* Jun. pr. *innixa* Lov. Var. LL. ed. Antv. *vel clausa* Jun. pr. *hæc clausa* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. tres Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—323 *Ilignis* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *In lignis* Vat. quint. duo Med. Put. Reg. Thuan. Moret. sec. Leid. sec. ed. Vicet. et Parm. *Illinis* Petav. sec. *In lignis* vel *Ilinis* Leid. pr. *non* Jun. Oxon. sec. *signa* Put. *ligna* Oxon. pr. Petav. pr. m. pr. *tigna* vel *ligna* Vat. quart. *politæ* Thuan. *parare* Exc. Schott.—324 *rudibusque* Vat. quart. ed. Vicet.

NOTÆ

et indigesta moles esse videtur.

314 *Cyrnæis*] Corsicis, a Cyrna urbe vel monte Corsicæ, de qua supra.

Frondentes caveæ. Ratibus pars ibat onustis
Per freta, per fluvios.. Exsanguis dextera torpet
Remigis, et propriam metuebat navita mercem.
Per terram pars ducta rotis; longoque morantur
Ordine plaustra vias, montani plena triumphi:
Et fera solicitis vehitur captiva juvencis,
Explebat quibus ante famem: quotiesque reflexi
Conspexere boves, pavidi temone recedunt.
Jamque pererratis Libyæ flagrantibus oris,
Legerat eximios Phœbi germana Leones,
Hesperidas qui sæpe fugant, ventoque citatis
Terrificant Atlanta jubis, armentaque longe
Vastant Æthiopum, quorumque impune fragosa

ornis impolitis: pars navibus oneratis afferebatur per maria et flumina. Manus remigum trepidæ torpescunt, et nautæ formidant merces suas. Pars adducitur in curru per terram, et plaustra repleta spoliis montium, longa serie impediunt itinera: et feræ captæ trahuntur a bobus timentibus, quibus bobus feræ illæ *satiabant famem* suam: *et quoties* boves *avertentes se spectaverunt*, toties *timidi refugiunt plaustra. Et jam soror Apollinis*, Diana, *finibus ardentibus Libyæ peragratis, elegerat Leones insignes, qui frequenter fugant Hesperidas, et terrent Atlantem villis excussis vento, et populantur late armenta Æthiopum, et quorum rugitus horribiles*

horis Thuan.—325 *Fundentes* Thuan.—326 *vel* pro *per* quatuor Vatt. Pal. Farn. Oisel. *fluviis* Leid. pr. Pal. Farn. Pric. duo Med. Thuan. Petav. sec. *torquet* Moret. pr.—327 *mortem* Thuan.—328 *terras* Ambr. pr. *longeque* Put. *moratur* Moret. sec.—329 *montanis triumphis* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Exc. Læti. *montani triumphi* Leid. pr. duo Med. Inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv.—330 *trahitur* Ambr. pr. Put. Moret. pr.—331 *Explevit* duo Leidd. cum viginti tribus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Explerat* malebat Heins. *reflexis* Vat. quint.—332 *reducunt* Pal. *retexunt* Farn.—333 *frequentibus* Vat. quint. *fragrantibus* Pal.—334 *Rexerat* Vat. quint. *Legat ad* Jun. pr. *Phæbe* Var. LL. ed. Antv.—335 *Hesperides* Pal. Med. pr. Moret. sec. *Hesperias* Lov. Put. *fuga* Moret. pr.—336 *Terruerant* Med. tert. *animata* pro *Atlanta* Thuan. *Terrificat Atlanta jugis animataque* Moret. pr.—337 *fragose* Vat. quint. ceterum hic et sequens vs. desiderantur

NOTÆ

331 *Quibus*] Non feræ devorabant hos boves a quibus trahebantur, sed eorum similes ante devoraverant.

335 *Hesperidas*] Leones Libyci, Massyli, qui fugant *Hesperidas*, seu Nymphas Mauritanas similes Hesperidibus.

337 *Impune*] Nunquam sine damno, sine strage pecorum.

Fragosa murmura] Rugitus, qui murmur et fragorem edunt similem fragori arborum cadentium.

Murmura pastorum nunquam venere per aures.
Non illos tædæ ardentes, non strata superne
Lapsuro virgulta solo, non vocibus hædi
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.
Ultro se voluere capi, gaudentque videri
Tantæ præda Deæ. Respirant pascua tandem :
Agricolæ reserant jam tuta mapalia Mauri.
Tum virides pardos, et cetera colligit Austri
Prodigia, immanesque simul Latonia dentes,
Qui secti ferro in tabulas, auroque micantes,

nunquam attigerunt aures pastorum sine damno. Faces accensæ non deceperunt illos leones, *non ligna tecta cespite deorsum casuro, non rabies excitata* noto *clamore hædi suspensi, non fovea decepti. Voluerunt sponte sese comprehendi, et lætantur spectari* ut *præda tantæ Divæ. Pascua liberantur tandem, et coloni Mauritaniæ jam aperiunt casas securas. Tunc Diana congregat* etiam *pardos maculosos, et alia monstra* plagæ *meridianæ, et dentes immensos* elephantorum, *qui incisi ferro ad*

in Moret. pr.—338 *pastores* Farn. *pastorum* Leid. pr. m. sec. Oxon. sec. Exc. Læti. *pastores* vel *pastorum* Med. tert. *pastores...excepere* duo Vatt. *pastorum... venere* Florent. duo Med. Reg. Mazar. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *pastores ...excepere* vel *pastorum...venere* Oxon. sec. *excepere* vel *venere* Med. tert. *auras* Thuan. Tholos. duo Ambr. Exc. Schott. quod probat Barthius.—339 *ollos* Jun. pr. *nec* Tholos. *cæde* duo Med. *fructa* ed. Vicet.—340 *Lapsura* Florent. Med. pr. *jugulata* pro *virgulta* Tholos. *ædæ* pro *hædi* Exc. Lucens. pr.—341 *Prudentis* vel *Pendentis* Med. sec. *simulata* id. Med. *fides* Exc. Cod. Rhem. *fassa* Vat. quint.—342 *Ultra* Med. sec.—343 *respirat* Med. pr. *pridem* Ambr. pr.—344 *cuncta* Mazar. *tuta* Exc. Læti. *tota* Pal. Rott. duo Med. *rupta* ed. Vicet. *muri* Jun. pr.—345 *barros* duo Petav. Bonon. Tholos. duo Ambr. duo Leidd. Ald. Exc. Schott. et Gevart. et *chaliros* m. sec. *barros* Voss. *Mauros* Lov. m. pr. et emendatum *Pardas*. *barros* vel *pardos* Oxon. pr. *pardos* deerat in inc. Heins. totus autem versus desideratur in Med. quart. *antri* Thuan.—346 *Prodigii* Farn. *dentes* vel *barros* Vat. tert.—347 Pro hoc et seq. vs. unum exhibent Vat. pr. Reg. Oxon. Oisel. et Leid. a m. pr. *Qui mox in tabulas inscripto consule secti*. *scripto* autem pro *inscripto* habet Leid. unde *ascripto* legebat Heins. *tabulis* Vat. quint. *ferro tabulas* Ambr. pr. Bonon. Petav. tert. *in ta-*

NOTÆ

339 *Non tædæ*] Sunt illa instrumenta, quibus venatores utuntur ad capiendos leones : faces, quibus eos terrent, et impellunt in foveas stratas virgultis, quas foveas dum pro terra solida calcant, decidunt in cavum : aut venatores eos decipiunt præda pendente, quæ præda est sæpe hædus.

341 *Pendentis*] Hædi ad laqueos immanes suspensi, et suis vocibus leonum famem solicitantis.

343 *Respirant pascua*] Non pascua, sed armenta, quæ sunt in pascuis : vel pascuorum domini, ante metu oppressi, respirant tutius liberati ab his monstris.

345 *Virides pardos*] Glaucis et viridantibus maculis sparsos.

347 *Tabulas*] Tesseras eburneas, quibus inscriptum Consulis nomen ; vel tabellas eburneas, quas Consules novi inter munuscula populo largiebantur.

Inscripti rutilum coelato Consule nomen,
Per proceres et vulgus eant; stupor omnibus Indis
Plurimus ereptis elephas inglorius errat
Dentibus. Insedit nigra cervice gementum,
Et fixum Dea quassat ebur, penitusque cruentis
Stirpibus avulsis patulos exarmat hiatus.
Ipsos quin etiam nobis miracula vellet
Ducere; sed pigra cunctari mole veretur.
Tyrrhenas fœtus Libycos amplexa per undas
Classica turba sonat, caudamque a puppe retorquens

tabellas faciendas, *et fulgentes auro*, habentesque *nomen splendidum Consulis depicti insculptum, ferantur per primores et populos* omnes, *et* sint *admiratio Indorum omnium. Elephantus multus inhonorus vagatur, dentibus sublatis* sibi. *Diva* Diana *sedit in collo nigrante* ferarum *ingementium, et excutit ebur affixum, et* hoc *revulso funditus* a *radicibus sanguineis, spoliat ora patentia* earum. *Præterea* Diana *optaret adducere ipsos* elephantos *admirandos, sed timet retardare* spectacula *magnitudine crassa* bestiarum. *Caterva classiariorum complexa partus Libyæ*

bulas, ferro Vat. Livin. Ald. *micante* Thuan.—348 *Inscripti* vel *Insculpti* Vat. tert. *cælatum* Ambr. pr. *Principe* Vat. tert.—349 *eunt* Pal. Med. pr. *erant* Farn. *undis* Med. sec.—350 *Pluribus* id. Med. *electis* Pal. Farn. *ejectis* duo Vatt. *erectis* Put. Jun. pr. Thuan. Med. quart. ed. Vicet. *ejectis* vel *ereptis* Petav. pr. *exsectis* conjiciebat Heins. *elephans* Leid. pr. duo Med. *ibat* Moret. pr. Med. sec.—351 *an sedit* Pric. *incedit* Vat. quint. Med. quart. *increvit* vel *insedit* Vat. tert.—352 *felix* pro *fixum* Pric. *fissum* Vat. sec. *clam* pro *Dea* Petav. sec. *cassat* Reg. *cruoris* Farn.—353 *Stipibus* Petav. sec. *adversis* Tholos. *advulsis* Leid. sec. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *patulis* Vat. quart. *populis* Thuan.—354 *quin nobis etiam* Florent. *munuscula* Pal. *miracula* vel *munuscula* Med. pr.—355 *verentur* Tholos.—356 *Tyrrhenos* Farn. Rott. *Tyrrhenos Libycas* tres Vatt. *Libycos fœtus* Pal. Med. pr. Jun. pr. *Libycas* Ambr. pr. *Libyes* Reg. *senis* pro *fœtus* Petav. tert. *complexa* Ambr. tert. *advexa* Put. Petav. tert. Ambr. p. Lov. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *adnexa* duo Vatt. inc. Heins. Bonon. Petav. pr. *adnixa* Petav. sec. Tholos. Ambr. item Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *adnixa* et emendatum *complexa* Leid. pr. *adnixa* vel *amplexa* Florent. *adnixa* vel *adnexa* Exc. Schott. Heins. notaverat, forte corrigi posse ex illo Virg. Æn. III. 208. 'haud mora; nautæ Annixi torquent spumas, et cærula verrunt.'—357 *Classes* Petav. tert. *Classis* tres Vatt. Farn. Pric. tres Med. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Bonon. Jun. Oxon. item Leid. pr. et ed. Vicet. *Classi* Leid. sec. et quatuordecim alii,

NOTÆ

349 *Stupor omnibus Indis*] Alii τελείαν στιγμὴν post *Indis* ponunt, ut sensus sit: Hæ tabellæ tam affabre et factæ et insculptæ sint, ut Indis ipsis opera eburnea jactantibus creare possint admirationem.

350 *Inglorius*] Elephas errat sine gloria et honore dentium.

351 *Insedit*] Diana sedet in elephanto, et avellit ebur.

357 *Sonat*] Turba quæ regit classem, nautico clamore testatur gaudia sua; clamorem illum nauticum vocant *Celeusma*.

In proram jacet usque leo. Vix sublevat unum
Tarda ratis. Fremitus stagnis auditur in imis,
Cunctaque prosiliunt cete; terrenaque Nereus
Confert monstra suis; et non æquare fatetur.
Æquora sic victor quoties per rubra Lyæus
Navigat, intorquet clavum Silenus, et acres
Insudant tonsis Satyri, taurinaque pulsu
Baccharum Bromios invitant tympana remos.
Transtra ligant hederæ: malum circumflua vestit

feros *per mare Thuscum resonat*, *et leones* aliqui *reflectentes caudam*, *a puppe usque ad proram extenduntur. Navis lenta vix portat unum* ex illis: *rugitus exauditur in vadis profundis*, *et cete omnia prorumpunt*, *et Neptunus comparat portenta terrestria* cum *suis*, *et confitetur* sua *non adæquari* illis. *Ita quotiescumque Bacchus triumphator navigat per mare rubrum*, *Silenus regit gubernaculum*, *et Satyri animos incumbunt remis*, *et tergora* tensa *boum impulsu Bacchantum adhortantur remiges Bacchi. Hederæ nectunt transtra: pampinus circumsparsa cingit malum:*

item Gevart. *Classi annexa* Ambr. tert. *Classica* vel *Classis curva* Exc. Pat. sec. *Classica curva* vel *torva sonant* Lov. *in puppe* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Reg. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *relinquens* Reg. Moret. sec. Oxon. pr.—358 *Ad puppem* Jun. pr. *Ad proram* duo Leidd. tres Vatt. Pric. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Voss. ambo Moret. tres Ambr. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *In* vel *Ad* Vat. tert. Rott. *jacit* Med. tert. *jacet* duo Leidd. cum undecim aliis. *ipse* ed. Parm. et Vicet. *imum* Pal.—360 *Terrenaque* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Tholos. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Ald. Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Tyrrhenaque* Vat. quint. Med. tert. ed. Vicet. Heins. ascripserat seqq. *Tyrrhena monstra*, *delphines*. vid. Ovid. Met. III. ubi fuse narrat fabulam. Seneca Agamemn. 451. 'Tyrrhenus omni piscis exultat freto.'—361 *et non* Vat. pr. Oxon. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Læti et Lucens. pr. *sed non* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *errare* Pal.—362 *quatiens* Bonon. Tholos. ambo Moret. *quaties* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *quaties* vel *quoties* Med. tert.—363 *clavos* duo Vatt. Petav. pr.—364 *Insudant* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Reg. Mazar. Moret. pr. *Adsudant* Voss. Moret. sec. Lov. Ald. Exc. Gevart. *Assudant* duo Leidd. Vat. quint. Jun. pr. Pric. Med. quart. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Pat. tres Amb. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. item ed. Antv. *Assudant* vel *Insudant* Med. tert. *Satyri tonsis* Vat. sec. Moret. pr. *repulsu* Voss. Leid. sec. *cursu* Jun. pr.—365 *Bronios* Moret. pr.—366 *nectit* Thuan. qui in seq. *aurea serpens* habet.—368 *madi-*

NOTÆ

359 *Tarda ratis*] Quasi navis onusta uno tantum leone fiat tardior: id quod indicat magnitudinem ejus portentosam.

363 *Silenus*] Bacchi comites sunt Silenus, Satyri, Fauni, Bacchæ. At Silenus tamen fuit ejus altor et præceptor.

365 *Bromios remos*] Remiges Bacchi Bromii ἀπὸ τοῦ βρέμειν *fremere*. Cujacius legit *pronos remos*, quasi proclives et sentientes se vehere Deum.

Pampinus: antennis illabitur ebria serpens,
Perque mero madidos currunt saliuntque rudentes
Lynces, et insolitæ mirantur carbasa tigres.

serpens vinosa implicat antennas, et Lynces volitant, et exsiliunt per funes madentes vino, et vela obstupescunt tigres incognitas sibi.

----

das Put. *validos* Farn. *saliuntque* Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Petav. pr. Pat. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Schott. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *soliuntque* omnes Vatt. Pal. *soluntque* Farn. Rott. *solvuntque* duo Leidd. totidem Petav. Med. sec. Put. inc. Heins.—369 *Lynces insolitæ* Put. Moret. pr. Gyraldi liber habebat seqq. *Imponit finem Libro comparatione ad imitationem Virgilii in primo Georg.* Vat. pr. ad calcem hujus libri habet, EXPLICIT LIBER TERCIUS DE LAUDE STILICONIS. INCIPIT DE CONS. HONORIO AUGUSTO.

NOTÆ

367 *Ebria serpens*] Indicatur quoddam Bacchi venenum, quod mentes inficiat, hominesque reddat similes Satyris lascivis, serpentibus, lyncibus, tigribus: quod contingit ob varia in variis hominibus vini effecta.

XXV.

CL. CLAUDIANI

DE BELLO GETICO

LIBER.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ego dicturus superatos a Stilichone Getas, post intermissam per biennium rem Poëticam, revertor ad templum Apollinis, ubi cecini Consulatum et victorias Stilichonis. Unde mihi statua ahenea a Principe, petente Senatu, data est. Hinc quo major mihi honos delatus est, eo severiores sum experturus censores. Sed fremant isti, si velint: satis gratam mihi attentionem parabit vel magnitudo belli Getici, vel Stilichonis benevolentia.

Post resides annos longo velut excita somno
Romanis fruitur nostra Thalia choris.

Musa nostra, quasi excitata a longo sopore, post duos *annos sine labore, potitur*

In Vat. pr. manu recenti ascriptus erat hic Liber. in Vat. sec. plane deerat, ut et in Vat. Livin. in Moret. pr. legitur post Panegyricos in Stilichonem. in Lov. post vi. Cons. Honor. in Excerptis Gevart. nono loco erat. Vaticanus pr. inscribit *de Bello Pollentino*. Med. pr. *de Bello Pollentiaco*, uti et

NOTÆ

Getico] Bellum Geticum, seu contra Getas, Septemtrionales populos, a Stilichone gestum est contra Alaricum, Gothorum Regem, quem profli-

Optatos renovant eadem mihi culmina cœtus,
Personat et noto Pythia vate domus.
Consulis hic fasces cecini, Libyamque receptam :
Hic mihi prostratis bella canenda Getis.
Sed prior effigiem tribuit successus ahenam,
Oraque patricius nostra dicavit honos.

cœtibus Romanis: eadem pulpita reddunt mihi frequentiam expetitam, et templum Apollinis resonat cantibus *poëtæ cogniti. Hic cantavi fasces.Consulis* Stilichonis, *et Libyam receptam* ab eo: *hic bella cantanda* sunt *mihi, Getis superatis. At primus labor peperit mihi statuam æream; et Senatores consecraverunt honorifice*

Sched. Gud. in quibus tamen deest Præfatio. Rott. et Lucens. pr. *de Bello Gothico.* in Florent. erat *Liber Claudiani de cultu clarissimo Stiliconi per Romanos.* Reg. Put. Voss. Exc. Schott. Cod. Rhem. et Var. LL. ed. Antv. *de Bello Getico* inscribunt. in Exc. Læti vocatur *Liber de Victoria Stiliconis contra Getas.* in Petav. pr. *De Victoria Stiliconis contra Alaricum.* in Leid. pr. erat *Incipit Liber de interfectione Alarici*, et *Incipit Prologus de interfectione Alarici.* Ald. habet *de Bello Getico id est de Victoria Stiliconis contra Alaricum.* Margo Parm. *de Victoria Stiliconis contra Alaricum seu de Bello Getico.* in Petav. pr. manu recenti ascriptum erat, *Præfatio de Victoria Stiliconis contra Alaricum, item Liber de Victoria Honorii, qui attribuitur Stiliconi.* Exc. Lucens. pr. habet *De Bello Gothico.* Heins. ascripserat: *Bellum Gothicum*] sic Trebell. Poll. in Claudio p. 202. l. 12. p. 203. l. 12.—2 *fertur* x. *Thalia loqui* inc. Heins. *modis* vel *choris* Oxon. pr.—3 *revocant* Put. Ambr. pr. *culmine* et m. sec. *carmina* Vat. pr. *cultus* inc. Heins. *cantus* conjiciebat Heins.—4 *Personet* Vat. pr. *voto* id. Vat. *Phicia* Rott. *Phacia* Vat. tert. *Pincia* Var. LL. e marg. Parm. —5 *huic fasces* Put. *hic* vel *hæc* Ambr. pr. *cecinit* Leid. pr. Jun. pr. Oxon. sec. Vat. tert. Pric. Rott. Ambr. pr. *cecini* quatuordecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. Vicet. et Colin.—6 *Hac* Put. *Hæc* Ambr. pr.— 7 *prius* Pal. Pat. *aënam* Exc. Lucens. pr. *ahenam* vet. Gyr. Exc. Læti, et sic Claver. *amœnam* duo Leidd. totidem Oxon. quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *amœnas* Jun. pr.—8 *patriciis* Med. sec. *vestra* Vat. pr. *honor*. Pal.

NOTÆ

gavit ad Pollentiam urbem, juxta Alpes in Italia. Unde bellum hoc dicitur, vel *Bellum Geticum*, vel *Pollentiacum*, vel *Victoria Stilichonis contra Alaricum.*

1 *Resides annos*] Duos annos quietos scilicet expertesque studii poëtici.

2 *Thalia*] Una ex Musis, sic dicta ἀπὸ τοῦ θάλλειν, *florere*, quod Poëtarum rerumque quas canunt gloria in dies magis ac magis efflorescat. Hic Thalia sumitur pro Musa, species pro genere.

Fruitur choris] Nostra Musa, vel potius nos fruimur attentione cœtus Romanorum.

4 *Pythia domus*] Templum Apollinis, qui Pythius appellatus est a perdomito serpente Pythone. Porro in hoc templo Apollinis carmina recitabantur, magna astante frequentia. Immo et Poëmata et Poëtarum nobiliorum imagines lauris hederisve coronatæ ibi reponebantur. Unde Persius, 'Quorum imagines lambunt hederæ sequaces.'

Noto vate] Personat cantibus vatis cogniti, seu qui jam in hoc templo sæpius auditus est.

5 *Fasces*] Consulatus insignia, de quibus supra; sumuntur pro ipso

Annuit hunc princeps titulum, poscente Senatu:
Respice, judicium quam grave, Musa, subis!
Ingenio minuit merces properata favorem,
Carminibus veniam præmia tanta negant.
Et magis intento studium censore laborat,
Quod legimur medio conspicimurque foro.

simulacrum nostrum. Imperator concessit hunc honorem, Senatu petente: considera, o *Musa, quam magnificum testimonium sustinere debeas! Præmium maturatum subtrahit ingenio benevolentiam* hominum, *tantaque munera præripiunt veniam omnem versibus. Et poëma* nostrum *experitur censorem magis severum, quod* nos

Mazar.—9 *huic* Reg. Oxon. pr. cum glossa, *i. e. statuæ*. *hunc* Leid. sec. Florent. Voss. Oxon. sec. Med. quart. inc. Heins. Mazar. Petav. pr. tres Ambr. Exc. Læti, Gevart. et Cod. Rhem. item Var. LL. e marg. Parm. *hic* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Rott. Oisel. *hinc* Leid. pr. et octo alii, Var. LL. e marg. Parm. m. sec. *et* Exc. Læti m. sec. *titulum Princeps* duo Vatt.—10 *Aspice* inc. Heins. *quæ* Ambr. tert. *nimpha* Pat.—11 *minuis* Vat. tert. *minor est* Med. sec. *minuit* vel *metuit* Petav. pr. *laborem* Jun. pr. Pat. *favore* Vat. tert. Med. sec. *favorem* vel *laborem* Vat. quart.—12 *præmia magna* Pal.—13 *intentum* Moret. sec. *in tanto* Vat. quint. *intento* vel *in tanto* Vat. quart. *studii* Bonon. *censere* Vat. tert. *censisse* vet. Gyr. *censisse baborus* Exc. Lucens. pr. *laborant* Rott. Oisel. Thuan. Petav. sec. Bonon.—14 *Et* pro *Quod* Jun. pr. *legimus*

NOTÆ

Consulatu.

7 *Prior successus*] Primus labor, qui mihi feliciter successit, ob cantatam Libyam a Stilichone receptam, Gildone profligato.

Effigiem] Claudiani carmen de bello Gildonico tam fausto successu probatum est, ut ipsi statuam æream, poscente Senatu, Arcadius et Honorius in foro Divi Trajani erigi collocarique jusserint.

8 *Patricius*] Patricii sic dicti sunt a patribus seu Senatoribus, qui ob ætatem et prudentiam patres vocabantur: ut autem ab *Ædili* fit *Ædilitius, Lateri, Latericius;* sic a voce *Patri, Patricius.*

Patricius honos] Id est, honore Patricio, seu a Patriciis aut Senatoribus statuam mihi poni petentibus, delato, *ora nostra dicata sunt*, seu simulacrum oris nostri dedicatum ac repositum est in foro Trajani.

9 *Annuit*] Concedit. Senatus decernebat statuas viris præcellentissimis, Princeps concedebat.

Titulum] Statuæ honoratiores titulis ornatæ sunt: statuæ communes absque his erant. Inscriptionem, seu titulum, hujus statuæ vide supra inter 'Testimonia de Cl. Claudiano.'

10 *Judicium quam grave*] O Musa, honorificum de te Senatus Imperatorisque judicium tam grave est, tantique ponderis, ut non nisi magna cum difficultate sustineri possit.

11 *Ingenio minuit*] Præmium properatum sæpe facit ut homines minus favorabiles sint Poëtarum ingeniis, sicque minuit eum favorem quo illorum excipiuntur opera.

12 *Carminibus veniam*] Poëta, cui tantus honos contigit, opus componere tenetur omni ex parte perfectum: quia nulla deinceps venia speranda est.

14 *Legimur*] Eo severiores censores experiemur, quod legamur; hoc

Materies tamen ipsa juvat, solitumque timoris
  Dicturo magna sedula parte levat.
Nam mihi conciliat gratas impensius aures
  Vel meritum belli, vel Stilichonis amor.

legimur et videmur in *foro medio. Tamen argumentum ipsum adjuvat* nos, *et* velut *officiosum minuit magna* ex *parte metum consuetum* mihi *cantaturo. Etenim aut magnitudo belli, aut benevolentia Stilichonis parat mihi favorabilius jucundam attentionem.*

Leid. pr. *legimus conspicimusque* Put.—15 *tantum* pro *tamen* Oxon. pr. *timorem* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *timoris* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr.—16 *juvat* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *juvat* vel *levat* Lov.—17 *jam* Vat. pr. Farn. *concinnat* vel *conciliat* Med. quart. *auris* Oisel. Bonon. *auras* Vat. tert. *artes* vel *aures* Med. quart.—18 *libri* pro *belli* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Oisel.

NOTÆ

est, quod statuæ nobis erectæ titulus gloriosus legatur in medio foro.

15 *Solitumque timoris*] Phrasis Græca: id est, *timorem solitum*.

16 *Sedula*] Esset profecto quod timerem; sed argumentum ipsum promtum et facile, ac velut sedulum et officiosum, timorem magna ex parte discutit.

18 *Meritum belli*] Magnitudo belli Getici, quo patrato, de urbe Romana Stilicho tam bene meritus est.

XXVI.

CL. CLAUDIANI DE BELLO GETICO LIBER.

ARGUMENTUM.

Stilicho Getarum victor, defensor Reip. gloriosior est, quam qui navem Argo servavit; quam qui Harpyias, segetem armatam, Dracones, Taurosque ignivomos aut pepulerunt aut domuerunt.

Nam ille restituit imperium, leges, vitam, bona, Romam ipsam, quæ hoc freta despectat et ignes hostium, et Jovis instar, ipsos gigantes; quæ videt Getam fugientem, captivum, desertum: huic parcitur quia decorum, quia vitanda hostium desperatio, et pugna proxima, exemplo Curii Pyrrhum fugantis. Hunc Curium, immo et Marcellum, et Fabium, et Scipionem superat Stilicho, qui Getas Spartaco ferociores vincit.

Cujus cladis dulcior memoria, quia magnum periculum, quod etiam augebatur fama, variisque prodigiis.

Unus erat Stilicho qui erigeret desperantes, et verbis et virtute fugientes retineret, et ad defensionem excitaret.

Post Rhætiam petit, commotam placat, terretque Germaniam. Ejus adventu reviviscunt urbes, accurrunt legiones: pavet Alaricus; quendam tamen fugere suadentem irridet, aciemque instruit. Stilichoni hortanti parent omnes, etiam Alani, pro Romanis mori gloriantes. Pugnatur acriter: vincitur Alaricus ad Pollentiam, quæ non minus insignis est clade Getarum, quam fuerat ante clade Cimbrorum.

INTACTI cum claustra freti, coëuntibus æquor
Armatum scopulis, audax irrumperet Argo,
Æetan Colchosque petens; propiore periclo
Omnibus attonitis, solus post numina Tiphys

Cum Argo navis *impavida, iens ad Æetam et Colchidem, infringeret repagula maris inaccessi*, et *freta horrentia rupibus concurrentibus; cunctis obstupefactis*

1 *cum lustra* Put.—2 *Arctatum* Raphel. contra libros. *irruperat* Pric. m. pr. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *Argos* Vat. pr. Pal. Farn. Med. quart. inc. Heins. Moret. pr. Oxon. sec. ed. Vicet. Exc. Cod. Rhem.—3 *Æeam* vet. Gyr. *Œteam* Lov. *Œtam* Petav. pr. Jun. pr. Leid. sec. *Letheam* Oxon. pr. *Œthen* Ambr. pr. *Œtham* duo Med. Put. Thuan. Petav. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Oceanum* Ambr. sec. *Æteam* Leid. pr. *Œtam* vel *Œtheum* Oxon. sec. *Aëtnam* Gesn. *Ætnam* (f. *Aëtnam*) ed. Bipont. *Æætham* leg. Delr. *Æeam* legi posse credebat Barth. *Colchosque petens.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Florent. Med. sec.—4 *munera* Put. Pat. Oxon. pr.—5 *damno tenui*

NOTÆ

1 *Intacti*] Maris, quod nulla navis adhuc tetigerat. Primus enim Jason navigavit; vel potius Sidon, urbis Sidonis conditor, et Noëmi pronepos. Alii Phœnicibus, alii Ægyptiis tribuunt artem navigandi.

Claustra irrumperet] Infringeret, irrueret, velut obices et repagula maris, quod clausum hactenus remanserat. Nam prima navium Argo mare intrasse dicitur.

Coëuntibus scopulis] Fabulis Poëtarum decantatæ sunt Symplegades, seu rupes Cyaneæ; sic dictæ a præt. med. συμπέπληγα verbi συμπλήττω, *concurro;* seu ἀπὸ τοῦ κυνὸς, *acane*, quod canum instar in sese irruere atque concurrere dicerentur. Hæ rupes sitæ sunt in ostio Ponti Euxini: nata fabula est, quod ex adverso intrantibus geminæ rupes cernerentur, paululum vero deflexa nave, una tantum appareret, sicque ambæ concurrisse putarentur; vel quod navigantibus non navis, sed rupes et arbores moveri videantur.

2 *Argo*] Navis Argonautarum, quæ varia pericula subiit et superavit: hujus fragmenta, Domitiani temporibus, velut religiosa, Romæ servabantur, ut auctor est Martialis: 'Sanctior est tota parva tabella rate.'

3 *Æetan*] Regem Colchidis: alii legunt, *Æeam*, quæ est ipsa Colchis, regio scilicet ad Pontum Euxinum.

Propiore periclo] Saxis sese jam ad collisionem attollentibus.

4 *Post numina*] Post Junonem et Minervam, quæ navis Argus Deæ tutelares erant.

Incolumem tenui damno servasse carinam
Fertur, et ancipitem montis vitasse ruinam,
Deceptoque vagæ concursu rupis in altum
Victricem duxisse ratem. Stupuere superbæ
Arte viri domitæ Symplegades; et nova passæ
Jura soli, cunctis faciles jam puppibus hærent,
Ut vinci didicere semel. Quod si ardua Tiphyn
Navis ob innocuæ meritum sic gloria vexit;
Quæ tibi pro tanti pulso discrimine regni
Sufficiant laudes, Stilichon? Licet omnia vates

discrimine viciniore, Tiphys unus dicitur post Deos liberasse navem salvam cum *levi detrimento, atque effugisse casum periculosum saxorum, et deduxisse in mare* superius *navem triumphantem eluso conflictu saxi errantis. Symplegades altæ victæ industria hominis obstupuere; et ferentes imperium recens terræ, postquam didicerunt semel domari, nunc favorabiles omnibus navibus hærescunt. Quod si fama ingens extulit Tiphym propter honorem navis illæsæ; quæ gloria,* o *Stilicho, satis erit tibi*

Pric.—6 *servasse* Vat. tert.—7 *concussu* Oisel. *concursu* vel *cum cursu* Oxon. pr. —8 *superba* Oisel. m. sec. Med. sec. Vat. Livin. *superbæ* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *superbi* Vat. pr. m. pr. Farn. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. sec.—10 *Jura sali* Vat. pr. m. sec. *certis* Oxon. pr. m. pr. *cunctis* duo Leidd. et viginti tres alii, Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *horrent* Vat. pr. m. sec. Farn.—11 *Et vinci* Lov. Mazar. *puppim* pro *Tiphyn* Moret. pr. *Tiphym* Leid. sec. tres Vatt. Pal. Farn. Pric. tres Med. inc. Heins. *Typhin* Reg. Tholos. Petav. sec. *Typhim* Put. Mazar. Thuan. Bonon. Ambr. pr. duo Petav. —12 *Majus* pro *Navis* Petav. tert. *ab innocuæ* Leid. sec. Exc. Gevart.—13 *pulso* Exc. Læti et Lucens. pr. *digno* ed. Vicet.—14 *Sufficient* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *Sufficerent* Jun. pr. Oxon. sec.

NOTÆ

Tiphys] Peritissimus navis gubernator: sic Orpheus illum vocat, κυβερνητῆρά τε Τίφην, *gubernatorem Typhin.*

5 *Tenui damno*] Extrema puppis parte concursu rupium elisa: id quod emissa prius columba, et caudæ partem amittente, futurum dignoscebatur.

6 *Montis*] Saxorum, quæ montis instar in sese invicem ruere videbantur.

7 *Decepto*] Eluso saxorum jamjam ruere minitantium conflictu.

8 *Superbæ Symplegades*] Altæ et velut superbo supercilio cœlum affectantes.

9 *Nova jura soli*] Ferentes novum imperium terræ, cui deinceps adhærere debebant. Nam ante rupes illæ erant mobiles, et soli seu terræ jura nesciebant: sed in fatis erat, ut statim atque navis aliqua transiisset, solo deinceps, ut rupes ceteræ, figerentur. Valerius Flaccus: 'Tum freta, quæ longis fuerant impervia sæclis, Ad subitam stupuere ratem.'

12 *Navis ob innocuæ meritum*] Propter industriam adhibitam in servanda nave illæsa; quo facto de Argonautis tam bene meritus est Tiphys. Quasi diceret Poëta, Si Tiphys ob navim contra Symplegadas servatam tantum

In majus celebrata ferant, ipsamque secandis
Argois trabibus jactent sudasse Minervam;
Nec nemoris tantum junxisse carentia sensu
Robora, sed, cæso Tmarii Jovis augure luco,
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.
Plurima sed quamvis variis miracula monstris
Ingeminent teneras victuro carmine mentes;

pro expulso periculo tanti imperii? quamvis Poëtæ extollant omnia aucta in majus, et venditent Palladem ipsam laborasse in *scindendis tabulis Argois, et non solum conjunxisse ligna sylvarum expertia sensus, sed etiam animasse trabes vocales, arboribus fatidicis, scissa Jovis Tmarii sylva vaticinante. At quanquam* poëtæ *referunt portentis diversis multa prodigia, versibus demulcentibus animos rudiores, et* dicunt

Put. Lov. Ambr. pr.—15 *in majus* Heinsius ascripserat locum Ammiani Lib. XVI. p. 69. ed. Lindenbr. 'barbarica rabies exarserat in majus.' et postea eodem libro, 'querebatur de fama, quod omnia in majus augeret.' vid. pag. 84. 121. 171. sic *in melius, &c.* vid. Passerat. ad Propert. p. 223. *secundis* Vat. quart. Farn.—16 *ratibus* Vat. quint. *jactent* Pric. Rott. Oisel. Ambr. sec. duo Petav. *jactant* Leid. sec. cum septemdecim aliis et ed. Vicet. *Argois jactent trabibus* malebat Heins. *fundasse* Pal.—17 *Ne* Lov. *nostri* pro *tantum* Bonon. *vinxisse* Pal. Vat. quart. *vixisse* Vat. tert. Rott. Moret. sec. *junxisse* Vat. Livin. tres Med. Reg. Thuan. Mazar. Tholos. Moret. pr. Ambr. sec. duo Petav. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald.—18 *monitu* pro *Tmarii* Exc. Læti. *tenari* Reg. Oxon. pr. *toneri* Petav. sec. *totum* Vat. tert. *summi* Pric. m. sec. Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. *teni* Var. LL. ed. Antv. *teneri* duo Leidd. et maxima Codd. pars, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Sched. Gud. *monitu* vel *teneri* Florent. *Tmarii* Heins. Hesychii, Stephani, atque Callimachi auctoritate.—19 *armasse* Vat. tert. Med. sec. Mazar. Sched. Gud. *armasse* vel *animasse* Florent. Ambr. pr. Oxon. sec.—20 *vel quamvis* Vat. Livin.—21 *Ingeminant* Leid. sec. Med. sec. Jun. pr. Pat. Exc. Gev. *Ingeminet* Vat. sec. *Ingenerent* Tholos. *tenera victuro* Sched. Gud. *teneræ* vel *teneras* Leid. pr. *vincturo* Vat. quint. Florent. m. sec. Med. pr. Ambr. pr. *vincturi* Vat. pr. Farn. Pric. Oisel. *Juncturi* inc. Heins. *vincturet* Med. sec. *victuro* Leid. pr. Pal. Med. quart. Mazar. Pat. Petav. pr. Exc. Cod. Rhem. *victuri* Vat. tert. Rott. Put.

NOTÆ

laudatus est, quis satis laudet Stilichonem, ob navim Reip. conservatam contra cruentas Getarum tempestates?

16 *Minervam*] Quæ texendæ Argo navi præfecta erat. Unde dicitur *Palladia puppis*, ut facta a Pallade in usum Jasonis, vel, ex Scholiaste Arati, in usum Danai fratrem Ægyptum fugientis.

18 *Tmarii*] Tomarus vel Tmarus est mons Dodonæ sylvæ in Epiro Græciæ regione. In hac sylva columbæ Ægypto profugæ, quercusque fatidicæ responsa dicebantur: hinc dicitur *Jupiter Tmarius in Dodona*, Τμάριος Ζεὺς ἐν Δωδώνῃ. Hesychius.

Augure luco] Luco Jovis, qui vaticinabatur, sicque augur, fatidicus, loquax, præsagusque dicitur: id quod fictum est a Poëtis, quod Sacerdotes, ad fovendam populorum superstitionem, in his arboribus latentes certis temporibus, velut numina consulentibus responderent.

Harpyiasque truces, insopitisque refusum
Tractibus aurati custodem velleris anguem,
Et juga taurorum rapidis ambusta favillis,
Et virides galeis sulcos, fœtasque novales
Martis, et in segetem crescentis semina belli;
Nil veris æquale dabunt. Prohibere rapaces
Scilicet Harpyias, unaque excludere mensa
Nobilior titulus, quam tot potuisse parátas
In Latii prædam Geticas avertere fauces?

Harpyias crudeles, et draconem custodem velleris aurei, porrectum spiris vigilantibus, et juga taurorum circumusta ignibus violentis, sulcosque viridantes scutis, camposque fœcundos pugnæ, et semina belli surgentis in messem; nihil afferent simile veritati. Nimirum an major laus est *avertere Harpyias prædatrices, et expellere* eas *mensa una, quam potuisse arcere tot guttura Getica sitientia sanguinem Italiæ?*

Reg. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *vincturo* vel *victuri* Vat. quart. *mentis* Vat. tert.—22 *Arripiesque* Jun. pr. *insopitasque* Petav. sec. *revulsum* Lov. *refugit* Jun. pr.—23 *auratis* Mazar. *rabidis* vel *rapidis* Exc. Læti. *angusta* Jun. pr.—25 *junctos* pro *virides* Vat. pr. *succos* Vat. tert. Lov. Voss. Ambr. sec. *novalis* Oisel. *fetusque novellos* Moret. sec. *novales* vel *novellis* Reg.—26 *in segetes crescentia* Vat. tert. *crescentia* Florent. *semina* Vat. pr. Pric.—27 *velis* Jun. Oxon. sec. *rapacis* Oisel.—28 *expellere* Leid. sec. Voss. Exc. Gevart.—29 *titulis* idem Voss. et Exc. Gevart.—30 *advertere* Put.—31 *En* Vat. pr.

NOTÆ

22 *Harpyias*] Gloriosius est Getas cædem sitientes ab Italia avertere, quam Harpyias mensa una excludere. Harpyiæ autem sic dictæ sunt ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, *a rapiendo*. Monstra hæc volucrum, quæ auribus ursinis, corpore vulturino, vultu virgineo, manibus uncis, et turpi ventris proluvie deformes, immundo contactu omnia fœdare solebant.

23 *Anguem*] Qui perpetuo vigilans custodiebat vellus aureum, quique artibus Medeæ a Jasone sopitus est. Per vellus aureum alii virtutem, alii doctrinam, alii divitias Thessaliæ in Colchidem portatas a Phryxo, et a Jasone reportatas intellexerunt.

24 *Taurorum*] Qui flammas naribus evomebant, quique pariter domiti sunt a Jasone beneficio Medeæ. Per anguem vigilem taurosque indomitos, vel divitiarum custodes acerrimos a Jasone victos; vel iram, libidinem, et alias animi pestes virtutis et doctrinæ beneficio vinci solitas intellige.

25 *Virides galeis*] Jason scilicet victo Draconi velleris custodi, consilio Medeæ, dentes avulsit, eosque, sementis instar, sparsit in campum; inde nata seges hominum armatorum, qui sese invicem occiderunt. Nata fabula est, quod Regis, nomine Draconis, filii discordia immissa turbati, sese pessumdederunt.

28 *Mensa*] Harpyiæ Phineum Arcadiæ, vel Thraciæ, vel Paphlagoniæ Regem, excæcatis novercali consilio propriis liberis reum, ideoque ipsum a Diis excæcatum, invaserant; et mensam ejus ciboque fœdo contactu fœdassent, sed Calais et Zethes Bo-

Anne ego terrigenas potius mirabor in ipsis
Procubuisse satis, vitæ quibus attulit idem
Principium finemque dies, quam cæsa Getarum
Agmina, quos tantis aluit Bellona tropæis,
Totaque sub galeis Mavortia canuit ætas?
Per te namque unum mediis exuta tenebris
Imperio sua forma redit, claustrisque solutæ
Tristibus exsangues audent procedere leges.
Jamque potestates priscus discriminat ordo
Justitiæ, quas ante pares effecerat una
Nube timor. Tua nos urgenti dextera leto
Eripuit: tectisque suis redduntur et agris
Damnati fato populi, virtute renati.

An ego justius admirabor terrigenas cecidisse in ipsa segete, quibus dies idem dedit initium vitæ et exitum, quam prostratos exercitus Getarum, quos Bellona nutrivit victoriis tantis, et quorum vita tota Martia consenuit sub scutis? Etenim, o Stilicho, *suus splendor purgatus densa caligine a te uno restituitur regno; et leges semianimes liberatæ* a *mœsto carcere audent egredi. Et jam antiquus ordo justitiæ distinguit magistratus, quos formido prius reddiderat æquales* in *eadem confusione. Manus tua nos liberavit* a *morte imminenti, et gentes condemnatæ fato, resurgentes tua fortitudine remittuntur* in *domos et campos suos.* Nos *jam*

Farn. Petav. tert. *An* duo Vatt. Pal. Pric. Oisel. *Haut* Reg. *Anne* Vat. tert. Rott. Florent. Med. pr. Mazar. Tholos. duo Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *melius* Med. pr.—33 *cæca* Voss. Leid. sec. *celsa* Moret. pr. Oxon. sec.—34 *aluit tantis* Tholos. *triumphis* Florent.—35 *canduit* Jun. pr. Oxon. sec. *æstas* Var. LL. ed. Antv.—36 *virum* pro *unum* Farn. Pric. Florent. *iterum* conjiciebat Heins. *excita* Moret. pr. inc. Heins.—37 *solutis* Med. quart. inc. Heins.—38 *producere* Pal. Med. pr.—39 *Namque* Jun. pr. Oxon. sec. *presens* pro *priscus* Oisel.—40 *deffecerat* Med. sec. *offecerat* legebat Heins. Deest antem hic versus Bonon.—41 *ingenti* Vat. pr. Farn.—42 *in agris* Farn. *arvis* Pal. Med. pr.—43 *Damnato* Rott. *fatis* Jun. pr. *fato* vel *fatis* Oxon. sec.—

NOTÆ

reæ filii alati, ab eo humaniter excepti, eas ad Plotas, seu Strophades insulas abegerunt.

31 *Terrigenas*] Nationes natas ex terra armatas.

33 *Getarum*] Getæ, qui et Gothi dicti sunt: sed Claudianus maluit dicere *Getas*, quod hæc vox magis placebat ob antiquitatem. Getas autem, instar segetis armatæ exsurgentes, vicit Stilicho gloriosius quam si vicisset terrigenas.

35 *Canuit*] Getæ, qui canitiem galea premebant, et usque ad senectutem in armorum tractatione versabantur.

41 *Nube*] In eadem turba, in eadem caligine, eadem confusione, quibus imperium infestabatur.

43 *Damnati fato*] Populi infeliciter et fato volente damnati ad ferendas Getarum cædes et rapinas.

Jam non in pecorum morem formidine clausi
Prospicimus sævos campis ardentibus ignes:
Alta nec incertis metimur flumina votis,
Excidio latura moram: non poscimus amnes
Undosam servare fidem: nubesque fugaces,
Aut conjuratum querimur splendere serenum.
Ipsa quoque internis furiis exercita plebis
Securas jam Roma levat tranquillior arces.
Surge, precor, veneranda parens, et certa secundis
Fide Deis, humilemque metum depone senectæ,

non inclusi metu, instar gregis, videmus flammas immites in *agris flagrantibus: neque exploramus desideriis dubiis fluvios profundos allaturos retardationem ruinæ* nostræ: *non precamur fluvios* ut *custodiant fidem aquarum, et* non *conquerimur nimbos fugientes, aut elucere serenitatem conspirantem* cum hostibus. *Roma etiam ipsa vexata furoribus domesticis populi, nunc placidior attollit turres tutas.* O Roma, *mater venerabilis, exsurge, quæso, et* jam *secura confide Deis faventibus, et abjice*

44 *mortem* Petav. sec. *cum pecudum mortem* Var. LL. ed. Antv. *clusi* Lov. Moret. sec. Exc. Læti.—45 *flammis* pro *campis* inc. Heins. *ignis* Oisel.—46 *metitur* Put. Var. LL. e marg. Parm. *fulmina* vet. Gyr. Ambr. sec. ambo Moret. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—47 *motura* Jun. pr. *motura* vel *latura* Oxon. sec. *nec* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Læti et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *amnis* Oisel. Thuan. *annis* Vat. tert. Rott. Put. *annis* vel *amnes* Reg. *annis* vel *annos* Oxon. pr.—48 *Undosos* Ambr. pr. *servasse* Leid. pr. Med. quart. Thuan. inc. Heins. *negaces* Pric. m. pr.—49 *conjurati* Vat. tert. Rott. Oisel. Med. sec. duo Petav. *pendere* Ambr. sec.—50 *in terris* Pal. *interius* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Vat. pr. m. sec. item Gesn. et ed. Bipont. *internis* Leid. pr. Med. quart. inc. Heins. Reg. Petav. sec. duo Ambr. Exc. Lucens. sec. Sched. Gud. ed. Parm. *curis* pro *furiis* Vat. quint. *belli* pro *plebis* Pric. m. pr. et Exc. Voss. unde Heins. conjiciebat *interni...belli.*—51 *leva* Ambr. tert.—52 *veneranda comes* Vat. tert. *tuta* Reg. Lov. *cuncta* Vat. pr. Farn.—53 *humilisque* legebat Heins.

NOTÆ

44 *Formidine*] Jam non timemus ignes hostiles.

46 *Metimur*] Exploramus taciti, an satis profundi sint fluvii ad impediendum arcendumque hostem; tacitique vota facimus, ut fluvii illi sint insuperabiles.

48 *Undosam fidem*] Non precamur, ut flumina nos undis suis fideliter custodiant, liberentque ab hostibus.

49 *Conjuratum*] Non querimur, quod nubes fugiant, ut ante, quod sudum conspiret in gratiam hostium, qui nos sereno tempore facilius expugnare possunt.

52 *Parens*] Tot Heroum virorumque illustrium mater erigitur ad ponendam in fortuna meliore fiduciam.

53 *Senectæ*] Ut hominum, ita et imperiorum suæ sunt ætates. Imperium Romanum sub Romulo crevit, puerorum instar; sub aliis Regibus adolevit; sub Consulibus plenum robur attigit; at sub Arcadio et Honorio, ignavis Imperatoribus, consenuisse et interitui proximum esse videbatur: id quod accidit.

Urbs æquæva polo. Tum demum ferrea sumet
Jus in te Lachesis, cum sic mutaverit axem
Fœderibus Natura novis, ut flumine verso
Irriget Ægyptum Tanais, Mæotida Nilus;
Eurus ab occasu, Zephyrus se prodat ab Indis,
Caucasiisque jugis calido nigrantibus Austro,
Gætulas Aquilo glacie constringat arenas.
Fatales hucusque manus, crebrisque notatæ
Prodigiis abiere minæ: nec sidera pacem
Semper habent: ipsumque Jovem, turbante Typhœo,

timorem abjectum senectutis, tu quæ es *urbs æquatura* diuturnitatem *Cœli. Lachesis inexorabilis tum demum capiet potestatem in te, cum natura ita inverterit mundum, ordine novo, ut Tanais, fluvio mutato, alluat Ægyptum;* ut *Nilus* alluat paludem *Mæotidem;* ut *Eurus surgat ab Occidente, Favonius ab India, et culminibus Caucasi turbatis Noto ardenti, Boreas condenset gelu arenas Libycas. Hactenus petitiones funestæ* hostium, *et minationes prædictæ monstris frequentibus evanuerunt. Neque* vero *astra fruuntur quiete perpetua; et aiunt Jovem ipsum, si liceat* dicere, *ti-*

—54 *tunc* Pal. Florent. Mazar. duo Ambr. Jun. pr. Leid. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr.—55 *In te jus* Med. quart. Exc. Gevart. *mutaverat* ed. Vicet. *urbem* Med. sec. m. pr.—56 *suis* pro *novis* Ambr. tert. *cum flumine* Med. sec.—57 *Mæotica* Med. quart. *Mæotina* Rott. Lov. Petav. tert.—58 *prodat* Vat. quart. Oisel. Petav. pr. Pat. *promat* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Pric. Rott.—59 *Caucaseïsque* Lov. ambo Moret. Exc. Gevart. *calidoque* Jun. Oxon. sec. *migrantibus* Put. Pat.—60 *Aquilon* Put. Jun. pr. Oxon. sec. *glacies* Florent. m. sec. *constringet* Voss. ed. Vicet. *confringat* Exc. Læti. *habenas* Farn.—61 *Fatalis* Florent. *nunc usque* Med. quart. inc. Heins. Put. Thuan. Tholos. Oxon. pr. Ambr. tert. *nocivæ* vel *notatæ* Oisel.—63 *tropheo* Var. LL. ed. Antv. *tre-*

NOTÆ

54 *Æquæva polo*] Claudianus male auguratus est Romam æqualem futuram esse Cœlo; nam post obitum Stilichonis, capta et misere direpta est ab Alarico Gothorum Rege, coactis ante matribus suos devorare liberos per famem, et deinde iis flagellatis, quod opes negarent. S. Hieronymus: 'Illustris fœminæ domum victor ingressus, cum defossas opes vili excusaret tunica, fustibus et flagellis eam cecidit.'

55 *Lachesis*] Una Parcarum, de qua alibi.

57 *Tanais*] Vulgo *Don*, separans Europam ab Asia, et influens in paludem Mæotidem, supra Pontum Euxinum.

58 *Eurus*] Ventus est flans ab Oriente: Zephyrus ab Occidente.

59 *Caucasiis*] A Caucaso, qui mons est patentissimus versus Septemtrionem, separans Scythiam ab India.

Nigrantibus] Turbatis pluvia nigranti immissa ab Austro vento meridiano, qui calidus est, humidus, et pluvius.

60 *Gætulas*] Gætulia Libyæ regio est calida et arenosa.

62 *Prodigiis*] Quæ in hoc libro postea describentur.

63 *Typhœo*] Hic unus ex Giganti-

Si fas est, tremuisse ferunt, cum brachia centum
Montibus armaret totidem, spiramque retorquens
Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.
Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?
Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloeus,
Martem subdiderint vinclis, et in astra negatas
Tentarint munire vias, steteritque revulsis

muisse, Typhœo lacessente, cum vibraret montes centum, manibus totidem, et reflectens tractus serpentum suorum sese *erigentium, tangeret Ursas obstupefactas. Quid admirabile* est, *si adversitas turbat imperia humana? cum fratres gemelli, quos Alœus ferox generavit, oneraverint Martem catenis, et conati sint* ipsi *obstruere iter interclusum ad cœlum; et moles* Mundi *fere constiterit pugna cœlesti* Gigantum,

muisse Reg. Thuan. Leid. pr. Oxon. pr. Ambr. sec. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *timuisse* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel.—65 *erraret* Pat. *spirasque* duo Vatt. *spiramque* duo Leidd. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *spiramque* vel *sphæramque* Pric. —66 *Ambiat* Med. sec. *ereptis* Put. *faucibus* vel *anguibus* Med. quart.—68 *Aleus* Lov. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *Alous* Moret. pr.—69 *Matrem* Pal. Exc. Læti. *subsiderint* Var. LL. ed. Antv. *in antra* Oxon. pr.—70 *Tentarunt* Farn. Put. ed. Parm. et Vicet. *Tentavit* Mazar. *Tentarint* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *mutare* Jun. pr. Vat. tert. m. pr. *munire* vel *venire* Exc.

NOTÆ

bus, qui bellum intulit Jovi, qui regnare non potuit nisi illis profligatis. Lucanus: 'magnoque æterna parantur Regna Deis, Cœlumque suo servire Tonanti Nonnisi sævorum potuit post bella gigantum.'

64 *Si fas est*] Si ita loqui decet, ne res humanas cum divinis componere impietatis esse videatur.

Brachia centum] Hic quoque fingitur Centimanus, ut Briareus, et apud Horatium, 'Centimanus Gygas,' vel 'Gyges.'

65 *Spiramque*] Spira est tractus ille seu volumen sinuosum, quo serpens graditur; Gigantes autem *δρακοντόποδες, anguipedes*, esse dicebantur; quod obliquis et tortuosis modis omnia agerent, serpentumque malitiam atque crudelitatem imitarentur.

66 *Arctos*] Signa cœlestia, majorem scilicet et minorem Ursam, de quibus supra fusius egimus.

68 *Aloeus*] Aluit Otum et Ephialten ex conjuge Iphimedia, quæ a Neptuno violata peperit hos filios, qui novem digitis unoquoque mense crescentes, vel per novem annos novem cubitorum aut ulnarum mensuram implentes, portentosæ proceritatis erant; hinc ab Homero dicuntur ἐννεαπήχεες et ἐννεόργυιοι· nam *ἐννέα novem: πῆχυς cubitus: ὀργυιὰ ulna.* Hi tanto robore feroces bellum Diis intulerunt, Martem ceperunt; sed ipsi mox perierunt. *Asper Aloeus* autem dicitur, quia ex Lucano; 'Impius hinc prolem superis immisit Aloeus.'

70 *Steterit*] Machina Cœli, interrupto illo perpetuo motu, vibratis in Cœlum tribus montibus saxosis.

Pæne tribus scopulis cœlesti machina bello.
Sed caret eventu nimius furor: improba nunquam
Spes lætata diu: nec pervenere juventæ
Robur Aloidæ. Dum vellere Pelion Otus
Nititur, occubuit Phœbo, moriensque Ephialtes
In latus obliquam projecit languidus Ossam.
  Aspice, Roma, tuum jam vertice celsior hostem:
Aspice, quam rarum referens inglorius agmen
Italia detrusus eat: quantumque priori

avulsis tribus rupibus. At nimia insania non habet exitum: spes mala nunquam fuit diu hilaris; neque Aloidæ attigerunt vim juventutis. Otus dum conatur avellere Pelion montem, *occisus est* ab *Apolline, et Ephialtes cadens objecit debilis Ossam transversam in latus.* O *Roma, vide tuum hostem, altior jam* toto *capite: vide, quam paucas reducens turmas ignominiose abeat depulsus Italia: et quantum discre-*

Læti. *repulsis* inc. Heins. Pat. Var. LL. e marg. Parm.—71 *populis* Mazar. *cœlestis* Rott. Oisel. Tholos. Moret. sec.—73 *provenere* Moret. pr.—74 *Aleiadæ* Oxon. pr. *Aloïadæ* Pric. Florent. Med. sec. Mazar. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. *Alioïadæ* Lov. Moret. sec. *Alciæ* Var. LL. ed. Antv. *Liciadæ* Oxon. sec. *Alciadæ* Leid. pr. *Alciadæ* Rott. Oisel. *devellere* Med. sec. *Otus* Vat. Livin. *Otris* ed. Vicet. *Otys* Vat. quart. inc. Heins. Leid. sec. Lov. duo Petav. Var. LL. e marg. Parm. *Otis* Vat. quint. Pal. Farn. *Othys* Moret. sec. *Othis* Leid. pr. Oisel. Florent. tres Med. Put. Thuan. Mazar. Petav. tert. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Moret. pr. qui et *Ophi* habet, Var. LL. ed. Antv. *Othris* Jun. Oxon. sec. *Oris* Pric. *Otri* Ambr. sec. *Othus* Ambr. tert. *Otrys* Vat. pr. et tert. Rott. *Otos* Pat. *Ossæ* Reg. *Otry* Exc. Læti. *Otryn* vet. Gyr. *Othyn* Ald. *Osse* vel *Othris* Oxon. pr. Heinsius ascripserat seqq. de Oto et Ephialte vid. Virg. in Culice, qui hos duos conjunxit. Hygin. Fab. 28. Lucian. p. 737. 819. de *Oto* Callimach. Hymn. in Dian. sub finem, et notas Frischlini p. 36.—75 *Phœbus* Petav. sec.—76 *obliquum* duo Vatt. Pat. *obliquum* vel *obliquam* Petav. pr.—77 Deerat hic vs. Moret. sec. et Ambr. sec.—78 Deest hic versus tribus Vatt. Pal. Oisel. tribus Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. Pat. duobus Petav. totidem Ambr. ed. Vicet. et Var. LL. ed. Antv. in Petav. pr. autem margini ascriptus erat. *Respice* Exc. Lucens. pr. *referas* Tholos. —79 *decursus* Med. pr. Var. LL. e marg. Parm. *decursus* vel *detrusus* Florent. Petav. pr. cum glossa, 'decursa novissima meta est.' *erat* pro *eat* Vat. quart.

NOTÆ

71 *Cœlesti bello*] Quod contra Cœlum a gigantibus movebatur.

72 *Caret eventu*] 'Vis consili expers mole ruit sua.' Horatius. Μισεῖ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν βίαν, *Deus odit vim.* Euripides.

73 *Spes*] Qui malas spes in corde fovet non diu lætatur.

Pervenere robur] Non pervenere ad robur juventæ Aloidæ, seu illi gigantes qui Aloei credebantur filii; novem enim tantum annos attigerunt. Unde et dicuntur ab Homero, ἐννέωροι: *ἐννέα novem, ὥρα annus, tempus.*

74 *Pelion .... Ossam*] Sunt montes Thessaliæ.

77 *Vertice celsior*] Altior toto capite, vel sublimior ex collibus aspice.

78 *Rarum agmen*] Milites paucos, eosque dispersos ac palantes.

Dissimilis, qui cuncta sibi cessura ruenti
Pollicitus patrii numen juraverat Histri,
Non nisi calcatis loricam ponere Rostris.
O rerum fatique vices! qui fœda parabat
Romanas ad stupra nurus, sua pignora vidit
Conjugibus permixta trahi. Qui mente profunda
Hauserat Urbis opes, ultro victoribus ipse
Præda fuit. Nostri quondam qui militis auro
Aggressus tentare fidem, desertus ab omni
Gente sua, manibusque redit truncatus et armis.
Hoc quoque, quod veniam leti valuere mereri,
Si positis pendas odiis, ignoscere pulchrum
Jam misero, pœnæque genus vidisse precantem.

pans a se *prius* veniente, *qui promittens omnia concessura sibi irrumpenti, juraverat* per *numen Danubii patrii*, se *non depositurum esse thoracem, nisi prius Roma eversa. O vicissitudinem rerum et fati! qui* spe *præparabat uxores Romanorum ad turpia stupra, aspexit liberos suos raptari mixtos cum uxoribus* suis: *qui devoraverat animo avido divitias Romæ, ipse sponte fuit præda victoris; qui alias conatus erat corrumpere pecunia fidelitatem copiarum nostrarum, derelictus ab omni sua gente, revertitur spoliatus militibus et armis. Si ira deposita, hoc pariter examinas, quod* barbari *potuerint obtinere veniam mortis, gloriosum* est *jam*

Med. pr. Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv. *abit* Petav. et Ambr. tert. *eat* vel *abit* Florent. *prioris* Lov.—81 *numen* ambo Moret. Ald. *nomen* Pal. Med. pr. *juraverit* Moret. sec.—82 *rastris* Pal. *castris* Ambr. pr.—85 *morte* Pal. Med. pr. *profundas* Reg. Thuan. Ambr. sec. *profana* Vat. quart. Pal.—86 *ultra* Put. *ille* Reg.—87 *quondam nostri* Moret. pr. *nostris* Pal. Med. pr.—88 *Egressus* Jun. pr. *Congressus* Ald.—89 *manibusque suis* Lov. m. pr. Moret. sec.—90 *Hic* Vat. pr. *Hæc* Oxon. pr. *Hoc* vel *Hic* Reg. *leti veniam* Vat. quint. Oxon. pr. *potuere* inc. Heins.—91 *ponis* pro *positis* Med. pr.—92 *pœnæque gravis* Pric.

NOTÆ

81. *Juraverat*] More gentium quæ Danubium accolunt.

82 *Non nisi calcatis Rostris*] Juraverat se non depositurum arma, nisi prius Romam intrasset, Senatumque et forum seu Rostra calcasset. Rostra erant locus publicus in foro, ubi appensa erant navium in bello captarum Rostra. Ideo vocabantur Rostra.

84 *Sua pignora*] Liberos, qui pignora sunt amicitiæ conjugalis, vidit captivos trahi cum conjugibus; adeo ut horum greges singulis aureis venderentur.

85 *Mente profunda*] Animo avidissimo, et gurgitis instar, omnia devorante.

89 *Manibus truncatus*] Spoliatus parte militum, quæ sunt Ducum manus.

Armis] Spoliatus armis, seu instrumento apparatuve bellico.

90 *Veniam leti*] Si consideres cur meriti sint veniam leti; id est, meriti sint salutem, veniamque ac potestatem effugiendæ mortis.

Quæ vindicta prior, quam cum formido superbos
Flectit, et assuetum spoliis affligit egestas?
Sed magis ex aliis fluxit clementia causis,
Consulitur dum, Roma, tibi. Tua cura coëgit
Inclusis aperire fugam, ne pejor in arcto
Sæviret rabies venturæ conscia mortis.
Nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum,
Ut propius peterere, fuit. Procul arceat altus
Jupiter, ut delubra Numæ, sedemque Quirini
Barbaries oculis saltem temerare profanis

parcere afflicto, et species est supplicii aspexisse rogantem. Quæ ultio major est quam cum timor dimittit barbaros tumentes, et cum paupertas deprimit hostem assuefactum rapinis? At indulgentia provenit potius ex aliis rationibus, dum providetur tibi, o Roma: amor tuus impulit dare effugium clausis, ne furor prævidens mortem impendentem arderet violentior in angustiis. Neque hoc fuit tanti momenti, extinguere nomen et gentem Getarum, ut lacessereris propius. Jupiter excelsus avertat longe, ut barbaries queat violare saltem visu impio templum Numæ Pompilii, et domicilium Romuli, ac cognoscere

m. pr.—94 Flectat Oxon. pr. Vincit Pal. Med. pr. assuetos inc. Heins. astringit Reg. afflixit Ambr. sec.—95 fugit Pal. fulsit Ambr. sec. sententia Jun. pr. dementia Petav. pr.—96 cum Lov. peregit Moret. pr. m. pr.—97 viam Pric. m. pr. nec pejor Oisel. Moret. pr. Petav. sec. pejus legebat Heinsius, qui ascripserat Lib. I. in Eutrop. 190. 'pejus in aurum Æstuat.' et Ovid. Ep. IV. Heroid. 34. 'Pejus adulterio turpis adulter abest.'—98 Serviret Pal. nuncia Vet. Gyr. conscia duo Leidd. et plurimi alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. Sched. Gud.—100 Ut peterere fuit propius Pal. Med. pr. paterere Leid. sec. m. pr. Pric. Jun. pr. asserat Moret. sec. arceat altus vel alter ut alter Vat. tert.—101 sedesque vet. Gyr.

NOTÆ

96 *Tua cura*] Cura de te concepta efficit, ut Getis permitteretur fugiendi potestas, ne in desperationem verterentur. Id quod observant sapientissimi quique Duces. Notum adagium, 'fugienti pons aureus.' Et Scipionis laudata sententia est, 'viam hostibus, qua fugiant, muniendam.' Vegetius. Id etiam Pyrrhus censebat ex Frontino. Nam 'clausis, ex desperatione crescit audacia; et cum spei nihil est, sumit arma formido.' Vegetius.

97 *Pejor in arcto rabies*] Rabies hostium inclusorum erumpit violentius.

100 *Procul arceat*] Non diu arcuit Jupiter: non multo post scriptum a Claudiano hoc carmen Roma vastata est, ut diximus.

101 *Sedemque Quirini*] Romuli, qui in Cœlo Quirinus appellatur. Sedes autem Quirini, seu Romuli domicilium, est ipsa Roma.

102 *Temerare*] Quasi Barbari etiam violarent oculis id quod aspexissent; quod dicebant ob eorum feritatem atque impietatem.

Possit, et arcanum tanti deprendere regni.
Quanquam, si veterum certamina rite recordor,
Tunc etiam, pulchra cum libertate vigerent,
Et proprio late florerent milite Patres,
Semper ab his famæ petiere insignia bellis,
Quæ diversa procul tuto trans æquora vires
Exercere dabant. Currus regumque catenæ
Inter abundantis fati ludibria ductæ.
At vero Italiam quoties circumstetit atrox
Tempestas, ipsumque caput læsura pependit;

secreta tanti imperii. Tametsi, si bene memini, bella antiquorum, tunc quoque cum Senatores valerent libertate gloriosa, et undique abundarent militibus indigenis, semper quæsiverant decus gloriæ ex his præliis, quæ prælia *longe distantia permittebant experiri animos suos secure ultra maria. Currus et turbæ Regum conductæ* sunt *inter ludibria felicitatis affluentis. Sed quotiescumque* belli *procella horribilis circumdedit Italiam, et suspendi* visa est, *oppressura caput ipsum; non ipsis* ha-

Exc. Lucens. pr.—103 *dependere* Vat. quart.—104 *sive tamen* pro *si veterum* Petav. sec.—105 *vigeret* Put. Petav. sec. Bonon. Leid. sec. Exc. Gevart. cum glossa, *sc. Roma.*—106 *florerent undique* Pal.—107 *belli* Pal.—108 *divisa* Reg. Thuan. Oxon. pr. Ambr. sec. vet. Gyr. *totas* Vat. pr. Farn. *tuto* vel *tanto* Exc. Læti. *tanto* vel *dubio* Vat. tert. *Virtus Exercere dabat* conj. Scalig. —109 *Exc d tre* Var. LL. e marg. Parm. *dabat* vulg. *dabant* duo Leidd. et octodecim alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. ed. Antv. *catenæ* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Rott. m. pr. *catervæ* Jun. pr. duo Oxon. ambo Moret. Tholos. Ambr. tert. et ita duo Heins. Gesn. et ed. Bipont. *catenæ* vel *catervæ* Petav. tert.—111 *At non* Vat. pr. *circumstitit* Med. quart. Exc. Lucens. pr. *atrox* vel *horror* Med. pr.—112 *pependit* vel *petitum* Farn. *petivit* conjiciebat Heins.—113 *varii* Ambr. pr. *rabies*

NOTÆ

103 *Arcanum*] Penetralia, sacra quædam deposita, quibus imperii salus contineretur: quale erat *Palladium* Trojæ, *Ancilia*, et *ignis Vestæ* in urbe Romana. Quibus visis admiratio et majestas urbis Principis imminuatur.

106 *Proprio florerent milite*] Cum Senatores florerent, id est, haberent Rempub. florentem, et, arboris florentis instar, abundantem flore quodam ac delectu militum propriorum, non vero mercede conductorum.

108 *Tuto*] Sine patriæ periculo.

109 *Regumque catenæ*] *Currus et catenæ* sunt *currus catenati*, vel currus Regum catenis onustorum.

110 *Abundantis fati ludibria*] Id est, currus captivi ducebantur velut quædam ornamenta pompæ triumphalis, velutque ludibria quædam fortunæ abundantis, qua scilicet Respub. carere potuisset sine detrimento.

112 *Pependit*] Instar nubis alicujus suspensæ, aut potius fulminis hominum cervicibus impendentis.

Non illis vani ratio ventosa favoris,
Sed graviter spectata salus; ductorque placebat,
Non qui præcipiti traheret simul omnia casu,
Sed qui maturo vel læta vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,
Nec pro successu nimius, spatiumque morandi,
Vincendique modum mutatis nosset habenis.
Cautius ingentes morbos et proxima cordi

bita est *vana ratio famæ levis; sed salus sapienter considerata est, et dux eligebatur, non ille qui una raperet cuncta impetu temerario, at ille, qui provida sapientia ducens circumstantias rerum aut prosperas aut adversas, neque cedens adversitati, neque exultans prosperitate, cognosceret commutatis imperiis tempus cunctandi et rationem superandi. Industria manus Pæoniæ curat prudentius morbos*

pro *ratio* Put. *ratio vani* Pal. *spectata* inc. Heins. *ventura* Moret. sec. *furoris* Med. sec. Reg. vet. Gyr. *timoris* vel *favoris* Pal. duo Med.—114 *suspecta* Med. sec. Ambr. sec. *doctorque* Leid. pr. Med. sec. Reg. m. pr. Petav. sec. Lov. m. pr. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Ald. et ed. Vicet. *ductorque* Vat. Livin. *doctorque* vel *ductorque* Oisel. *placebit* Med. sec.—115 *simul* Vat. tert. Pric. Tholos. Exc. Læti. *semel* Leid. pr. cum viginti tribus aliis, ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. Heinsius ascripserat locum Lucan. II. 147. 'semel omnia victor Jusserat.'—116 *mature* Med. quart. *lecta* Lov.—117 *Conscilio* Farn. *Concilio* Vat. tert. Florent. m. pr. *gerens* Voss. Thuan. Leid. sec. Exc. Gevart. *neque* Med. sec. *nisi* Put. *umquam* vel *impar* Moret. pr.—118 *præ* Ambr. tert. *quod* Vat. pr. *præ* vel *post* legebat Heins. *nimius* Oisel. *nimio* Vat. tert. Rott. *tumidus* Lov. m. sec. Exc. Læti. *munus* Vat. quint. *nimius* duo Leidd. cum octodecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Cod. Rhem. ed. Parm. et Vicet. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. item Exc. Schott. in quibus Gronov. ascripserat locum Tacit. III. Ann. *minas* Pric. *minitans* Moret. sec. *minuas* Put. Petav. sec. Oxon. pr. *nimius* vel *minuas* Reg. Petav. pr. Oxon. sec.—120 *ingentis* Oisel.—121 *Viscera* Ambr. sec. *solacia*

NOTÆ

113 *Non illis vani*] Cum periculosum patriæ bellum incumbebat, Romani veteres nullam habuerunt rationem famæ levis, quam adepturus erat ille, qui fortiter pugnaret; sed consuluerunt uni patriæ saluti, ducemque elegerunt, qui non nisi gravibus de causis committendo in Italia prælio se exponeret.

117 *Momenta*] Vel minima puncta, seu levissimos quosque motus fortunæ prosperæ aut adversæ in sapientiam vertens.

118 *Nec pro successu nimius*] Nimis elatus, ut Minutius Felix, qui victoriæ consulto oblatæ successu exultans, spe palmæ majoris lacessebat Annibalem, a quo deletus fuisset, nisi a Fabio Maximo fuisset adjutus.

Spatium morandi] Id scire debet dux optimus, talis Fabius Maximus, 'Unus qui nobis cunctando restituit rem.' Virgilius. Et Augustus, ex Suetonio, dixit, 'Prælium aut bellum nunquam suscipiendum, nisi cum major emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur.'

119 *Mutatis nosset habenis*] Qui vel levi flexu equorum sciret vincere; vel imitaretur factum ducis illius Romani, qui detractis habenis irrupit in hostes, eosque devicit.

Ulcera Pæoniæ tractat solertia curæ,
Parcendoque secat, ferro ne largius acto
Irrevocandus eat sectis vitalibus error.
Sublimi certe Curium canit ore vetustas,
Æaciden Italo pepulit qui littore Pyrrhum.
Nec magis insignis Pauli Mariique triumphus,
Qui captos niveis reges egere quadrigis.
Plus fuga laudatur Pyrrhi, quam vincla Jugurthæ.
Et quamvis gemina fessum jam clade fugarit,
Post Decii lituos, et nulli pervia culpæ

periculosos. Et ulcera vicina cordi, et secat tantum parcendo, ne gladio impulso latius, vitium immedicabile penetret, præcordiis amputatis. Antiquitas quidem prædicat alto ore Curium, qui expulit Pyrrhum Æaciden ex *ripis Italiæ, et non* est *magis illustre trophæum Pauli atque Marii, qui duxerunt* in curru ab *equis albis* tracto *Reges captivos. Expulsio Pyrrhi magis celebratur, quam captivitas Jugurthæ. Et quamvis* Curius *expulerit* Pyrrhum *fatigatum jam strage duplici, post*

Put.—122 *negat* inc. Heins. *nec* Moret. pr. Exc. Gevart. *longius* Put. duo Ambr. inc. Heins. *largius* duo Leidd. et quatuordecim alii, Exc. Læti, Gevart. et Var. LL. ed. Antv. *longius* vel *largius* Florent. Petav. pr.—123 *Irrevocatus* Reg. *jure vocandus* Voss.—124 *Sublimis* Put. *Curum* Var. LL. ed. Antv. —125 *Æaciden Gallo* Florent. *Æacidis* Vat. tert.—126 *Non* Vat. tert. Rott. *insigni* Vat. tert. *Marii Paullique* Florent. tres Med. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. pr.—127 *Et captos* Put.—129 *fessum gemina* Ambr. sec. *cum clade* Jun. pr. *fugaret* Lov. *fugavit* Jun. pr. Farn. ed. Vicet. *fugavit* vel *fugarit* Florent.—130 *titulos* Jun. pr. Oxon. sec. m. pr.

NOTÆ

121 *Pæoniæ*] Pæoniæ solertia curæ, id est, industria manus medici optimi. De Pæone optimo medico supra.

122 *Parcendoque secat*] Ita tum secat optimus medicus, ut parcat; ita parcit, ut tamen secet aliquid.

123 *Error*] Medicus autem parcit ac velut perstringit præcordiorum ulcera, ne ferro altius latiusque adacto, error seu culpa committatur, quæ revocari nequeat, cuique remedium nullum adhiberi possit; quia sectæ sunt partes vitales, seu partes ad vitam fovendam necessariæ.

124 *Curium*] Civem Romanum admirandæ frugalitatis et fortitudinis, qui Pyrrhum ab Æaco oriundum ex Italia pepulit: quique ideo plus laudatur quam Paulus et Marius, qui captivos Reges in Italiam adduxerunt.

126 *Pauli*] Pauli currum Rex Macedoniæ potentissimus quondam et nobilissimus Perses cohonestavit. Cicero.

Marii] Qui Jugurtham Numidarum Africæ populorum tyrannum in triumpho duxit.

130 *Decii*] Qui se bello Tarentino devovit Diis Manibus, et sic patriæ suæ victoriam peperit.

Pectora Fabricii, donis invicta vel armis,
Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.
Quanto majus opus solo Stilichone peractum
Cernimus! hic validam gentem, quam dura nivosis
Educat Ursa plagis, non Chaonas atque Molossos,
Quos Epirus alit, nec Dodonæa subegit
Agmina, fatidicam frustra jactantia quercum.
Primus fulmineum lento luctamine Pœnum
Compressit Fabius: campo post ausus aperto
Marcellus vinci docuit: sed tertia virtus

pugnam Decii, et post animum Fabricii, nulli obnoxium vitio, et *insuperabilem muneribus et bello,* tamen *laus tota Pyrrhi expulsi decernitur* illi *Curio. Quanto majus factum videmus gestum* ab *uno Stilichone! hic* superavit *populos potentes, quos asper Septemtrio alit* in *regionibus nivalibus; non vicit Chaonas et Molossos, quos Epirus nutrit; neque exercitus Dodonæos ostentantes inutiliter quercum divinantem. Fabius primus coërcuit lucta constante Carthaginensem fulminantem* Hannibalem: *postea Marcellus ausus* pugnare, *ostendit* eum posse *superari: at*

—131 *invita* Petav. sec. *infecta* Moret. sec. *invincta* Pal. *vel armis* vel *paratis* Moret. pr.—132 *Curii* Exc. Lucens. pr.—133 *peractum est.* Lov. —135 *plagis* vel *jugis* Moret. pr. *nam Chaonas* Put. *Molosos* Vat. tert. Moret. pr.—136 *agit* Pal. duo Med. Var. LL. ed. Antv.—137 *fatidica quercu* Vat. quint. *jaculantia* Med. sec. *sortem* vel *quercum* Moret. pr.—138 *cunctamine* Exc. Læti.—139 *Consumpsit* Vat. quint. *Oppressit* inc. Heins.—140 *tra-*

NOTÆ

131 *Fabricii*] Qui civis Romanus admirandæ itidem et frugalitatis et fortitudinis: aurum Samnitum, ipsumque Pyrrhum secundum apud se locum dare volentem, contemsit, medicumque, Pyrrhi caput venale sibi offerentem, ipsi Pyrrho remisit.

134 *Validam*] Gloriabatur Ulpius Trajanus, quod Geticas nationes omnium bellicosissimas, et corporis viribus prævalidas (quibus Zamolxis, quem ut Deum colunt, animam ab interitu immunem promisit), fuderit paulo minus quam quinquennio.

135 *Ursa*] Est signum Cœleste. Hic ponitur pro regione Septemtrionali.

Chaonas] Chaones et Molossi sunt populi Epiri in Græcia.

136 *Dodonæa*] Dodone est urbs Chaoniæ; ad quam est sylva Dodonæa, ubi quercus fatidicæ esse dicebantur.

139 *Fabius*] 'Novam de Annibale victoriam commentus est, non pugnare. Unde illi cognomen novum et Reip. salutare, Cunctator:' hinc illud 'ex populo, ut imperii scutum vocaretur.' Florus.

140 *Marcellus*] Vinci posse Annibalem docuit, dum ab obsidione Nolæ urbis excussit, sed tamen ipse Annibalis insidiis in Sicilia deceptus, occisus, et magnifice sepultus est.

Scipiadæ Latiis tandem deterruit oris.
Unus in hoc Stilicho diversis artibus hoste
Tres potuit superare duces, fregitque furentem
Cunctando, vicitque manu, victumque relegat.
Atque hæc tanta brevi. Miscentem incendia Pyrrhum
Sustinuit toto mœrens Œnotria lustro:
Et prope ter senas Itali per graminis herbas
Massylus Pœno sonipes vastante cucurrit;
Hannibalemque senem vix ad sua repulit arva
Vindex sera patrum post bellum nata juventus.

tertio fortitudo Scipionis avertit eum *tandem* a *finibus Italis. Unus Stilicho in hoc hoste*, Geta, *varia industria valuit antecellere tribus Ductoribus; et contudit sævientem* Getam *morando; et domuit* sua fortitudine; *et expellit domitum. Atque* Stilicho perfecit *hæc tanta* opera *pauco* tempore. *Italia tristis pertulit quinquennio integro Pyrrhum spargentem flammas; et equi Africi, Carthaginiense populante, cucurrerunt* per *messes octodecim Italæ segetis, et juventus parentum* suorum *ultrix, sero nata post bellum, ægre remisit Hannibalem senem ad fines suos.*

eia Petav. sec.—141 *tandem Latiis* Tholos. *Sociis* vel *Latiis* Med. quart. *pp* pro *tandem* Jun. pr.—142 *hosti* Pric. m. pr.—143 *complere* tres Vatt. Pal. Farn. Oisel. *superare* vel *complere* Pric. Rott. *fregitque* Jun. pr. Leid. sec. duo Oxon. *frangitque* Raphel. quod probat Barthius.—144 *Cum mundo* pro *Cunctando* Med. sec. *vicitque* duo Vatt. Oxon. pr. Leid. pr. Ambr. sec. *vincitque* Vat. pr. cum octodecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *vinctumque* Tholos. Oxon. sec. *relegit* Exc. Læti m. pr.—145 *hic* Vat. tert. *hæc* Florent. duo Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. totidem Petav. inc. Heins. *prælia* pro *incendia* Vat. tert. Rott. Florent. Pat.—146 *tanto* Vat. tert. Pal. Oisel. Florent. duo Med. Var. LL. ed. Antv.—147 *pro graminis* Pal. *urbes* Pric. m. pr.—148 *Massilius* Jun. pr. Oxon. pr. duo Leidd. *Massylius* duo Med. Petav. sec. *seno* Tholos.—149 *senex* Vat. tert. Rott. Med. sec. *rettulit* Lov. *arma* Moret. pr.—150 *sæva* Pat. *post bella* Vat. pr.—152 *hiems.* cum στιγμῇ, Reg. Florent.

NOTÆ

141 *Scipiadæ*] Romanus, 'duce Scipione, in ipsam Africam tota mole conversus, imitari cœpit Annibalem, et Italiæ suæ clades in Africa vindicare . . . . . Denique ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat: sic factum est, ut inhærentem atque incubantem Italiæ extorqueret Annibalem.' Florus.

143 *Fregit*] Stilicho frangit Getas cunctando, ut Fabius; vincit manu, ut Marcellus; expellit et relegat, ut Scipio: sicque tres duces dum simul adæquat, superat singulos. Dicitur autem *Stilicho* et *Stilichon*, Græcis Στελιχών.

146 *Œnotria*] Italia sic dicta, vel ab Œnotro Rege, vel ἀπὸ τοῦ οἴνου, *a vino*, quo commendatur.

147 *Ter senas herbas*] Id est, per octodecim messes, seu annos.

148 *Massylus*] Massylia regio Africæ.

Hic celer effecit, bruma ne longior una
Esset hyems rerum: primis sed mensibus æstas
Temperiem cœlo pariter belloque referret.
Sed quid ego Hannibalem contra Pyrrhumque tot annis
Certatum memorem? vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus et igni,
Consulibusque palam toties congressus, inertes
Exuerit castris dominos, et strage pudenda
Fuderit imbelles Aquilas servilibus armis.
Nos terrorum expers et luxu mollior ætas

Hic Stilicho *promtus perfecit, ne tempestas belli esset diuturnior una hyeme:* effecit ut *æstas redderet serenitatem pariter aëri et bello*, vel in *mensibus primis. At cur ego referam pugnatum* esse per *tot annos adversus Hannibalem et Pyrrhum? cum Spartacus abjectus sæviens gladiis et flammis per totam oram Italiæ, et toties confligens aperte* cum *Consulibus, spoliaverit castris dominos ignavos, et* cum *copiis servilibus deleverit aquilas inertes, clade ignominiosa. Nos proles inexperta timoribus* ferendis, *et debilior luxu, languemus queribundi, si bos avulsus* est ab

duo Med. duo Petav. sed post τὸ *rerum* interpungunt Leid. pr. Lov. Tholos. duo Ambr. ambo Moret. Ald. *messibus* Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. Colin. et al. *mensibus* Leid. sec. cum quindecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. et Læti, item Var. LL. e marg. Parm. *mensibus* vel *messibus* Petav. pr. *ætas* Exc. Læti m. pr. Var. LL. e marg. Parm.—153 *bello pariter cæloque* Med. sec. —154 *contra* inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Bon. Pat. Tholos. vet. Gyr. tres Petav. tres Ambr. Exc. Læti, Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *circa* Florent. Ald. Vicet. Colin. Gryph. Parm. Isingr. et al. *armis* Exc. Læti.—155 *Certantem* Med. quart. *Certamen* Vat. pr. Farn. *Certavit* Var. LL. e marg. Parm. *cum vilis* Jun. pr. Oxon. sec. Ambr. tert. inc. Heins. *vilis cum* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *cum illis* Gesn. et ed. Bipont. contra metrum. f. err. typ. pro *vilis. Spartanus* Med. sec. *Partacus* Lov. Put. duo Petav. *Parthacus* Vicet.—156 *ferro* vel *furto* Exc. Læti. *igne* Tholos. Ambr. pr.—157 *Consulibus* sine copula Var. LL. ed. Antv. *Consulibus coram* Pal. Med. pr. *ingressus* vel *congressus* Oxon. pr.—158 *Exueret* Jun. pr. *Evertit* Exc. Læti m. pr. *Exuerit* duo Vatt. Exc. Lucens. sec. *Exuerat* ed. Vicet. *dominos castris* Petav. pr. Pat. *pudentes* Var. LL. ed. Antv.—159 *civilibus* Jun. pr.—160 *terrarum* Vat. tert. Med. sec. *lusu* Leid. sec. Pric. Oisel. Med.

NOTÆ

152 *Hyems rerum*] Tempestas belli, quæ hyemis instar molesta est.

153 *Temperiem*] Effecit Stilicho ut eadem æstas sedaret pariter et aërem et bella.

155 *Spartacus*] Homo Thracius, ob artem gladiatoriam et conductitiam vilis et abjectus, qui effracto Lentuli ludo gladiatorio, Capua cum septuaginta gladiatoribus erupit: moxque scelere et licentia accensus, servis collectis, Campaniam populatus est, ruptisque Prætorum fascibus, Imperator appellatus, consulares exercitus fudit, sed tandem a Crasso fortiter dimicans occisus est.

Deficimus queruli, si bos abductus aratro,
Si libata seges. Non hanc ergastula nobis
Immisere manum, nec conjurantis arenæ
Turba fuit. Qualem Stilichon dejecerit hostem,
Thraces et Hæmonii poterunt Mœsique fateri.
Frigida ter decies nudatum frondibus Hæmum
Tendit hyems vestire gelu, totidemque solutis
Ver nivibus viridem monti reparavit amictum,
Ex quo jam patrios gens hæc oblita Triones,
Atque Histrum transvecta semel, vestigia fixit

aratro, si messis nostra *tacta* est. *Carcer non immisit* in *nos hunc exercitum* Getarum, *neque fuit caterva Circi conspirantis. Thraces et Thessali et Mœsi poterunt confiteri, qualem Stilicho vicerit hostem. Hyems gelida incipit tegere glacie Hæmum tricies spoliatum foliis* suis, *et ver liquefactis tricies nivibus renovavit monti vestem viridantem, ex quo* tempore *hæc natio* Getarum *immemor Septemtrionis patrii, ac semel transgressa Danubium, pedem fixit fatalem terræ Thraciæ: sive*

sec. inc. Heins. Reg. Oxon. pr. Petav. sec. Tholos. Ambr. sec. Lov. Moret. sec. Voss. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—161 *Deficimur* conjiciebat Heins. *querulis* Var. LL. e marg. Parm. *aductus* Lov. Jun. pr. *abductus* Ambr. pr. ambo Moret. Exc. Læti et Lucens. sec. *adductus* Leid. sec. cum undecim aliis, ed. Parm. et Vicet.—162 *Delibata* Pal. Med. pr. *Si libata* Lov. qui et *quies* vel *seges* exhibet.—163 *Injecere* Ambr. sec. *num conjurantis* Mazar. *neque* duo Vatt. *habenæ* Med. sec.—164 *dejecit in* Moret. pr. *dejecerat* Pat. Thuan. Tholos. Ambr. pr.—165 *Thracesque* Med. sec. Petav. sec. *poterant* Pal. Med. pr. *possunt* inc. Heins. *Mysique* Ambr. tert. *mensique* Moret. pr. *meosique* Lov. *Messique* Jun. pr.—166 *nutritum* Med. quart. *frontibus* ed. Vicet. *Æmi* Moret. pr.—167 *totiensque* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti.—168 *viridem nivibus* duo Vatt. Pat. Petav. pr. *montis* Ambr. tert. *fronti* vel *frondi* conjecerat Heins. *reparabat* Ambr. pr.—169 *Ex quo jam* vel *Et quoniam* Exc. Læti. *patrias* Ambr. pr. Pat. Petav. tert. *est oblita* Voss. Leid. sec. Exc. Gevart.—170 *transgressa* ed. Vicet. *simul.*

NOTÆ

162 *Ergastula*] Loca in quibus servi includebantur. Servis arma gerere non licebat, immo neque libertinis, nisi in gravissimis Reip. temporibus. Macrobius: ‘post calamitatem apud Thrasimenum notæ cladis acceptam, libertini quoque in sacramentum vocati sunt.’ Hinc Tullius Pisoni exprobrat ‘servorum delectum.’

163 *Conjurantis*] Non carcer, non arena conjurans; id est, non circus plenus gladiatorum conjurantium in Romanos; qualis fuit Spartacus; non arena, inquam, immisit Getas, sed regio asperrima.

165 *Hæmonii*] Thessali, sic dicti ab Hæmo monte, vel ab Hæmonia Deucalionis vel Hæmonii filia.

Mœsi] Populi Mœsiæ versus Danubium.

166 *Ter decies*] Familiare est Poëtis annos designare per hyemes, aliasque anni tempestates.

Hæmum] Montem, qui Thessaliam a Thracia dirimit.

Threicio funesta solo; seu fata vocabant,
Seu gravis ira Deum, seriem meditata ruinis.
Ex illo, quocumque vagos impegit Erinnys,
Grandinis aut morbi ritu per devia rerum
Præcipites, per clausa, ruunt: nec contigit ullis
Amnibus, aut scopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Hæmus
Odrysiis. Facili contemtum Strymona saltu,
Et frustra rapidum damnant Aliacmona Bessi.

fata trahebant illam, *sive furor horribilis Deorum, cogitans* immittere *principium exitii. Ab illo* tempore, *quocumque Erinnys impulit* Getas *errabundos*, hi. *furentes irrumpunt per loca inaccessa et clausa, instar grandinis vel pestis: neque* accidit *ullis fluviis aut montibus tutari terras* propria*s. Rhodope nihil juvit Thraces, nihil Athos immensus, nihil Hæmus. Bessi condemnant Strymonem despectum saltu promto, et Aliacmona violentum inutiliter. Ma-*

Oisel. *finit* Petav. tert.—171 *polo* Vat. tert. Florent. *vacabant* Pric.—172 *ruinæ* Pat.—173 *Ex illo quocumque* triginta Codd. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. e marg. Parm. *Exilio quoscumque* Exc. Læti. *Exilio quocumque* Ald. *Ex illo quacumque* Ambr. pr. *quicumque* Voss. *quocumque* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. Var. LL. ed. Antv.—174 *et morbi* Lov.—175 *claustra* duo Vatt. Pal. Farn. Oisel. Exc. Læti. *lustra* Vat. tert. Rott. *castra* Vat. quint. *clausa* Leid. pr. Lov. Tholos. Oxon. pr. Moret. sec. Put. Thuan. Petav. tert. Bonon. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *claustra* vel *lustra* Pric. Petav. pr. *neque contigit* Moret. pr. *illis* Ambr. sec.—176 *Amnibus* et *scopulis* Lov. Ald.—177 *proficit* Med. sec. *Hebrus* duo Leidd. totidem Oxon. quatuor Vatt. Voss. Jun. pr. Pal. Farn. Pric. Oisel. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. *Hæmus* ed. Vicet.—178 *Odrysiis* vet. Gyr. Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. sec. duo Petav. inc. Heins. Exc. Læti. *Otrysiis* Jun. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Ald. *Othrysiis* Ambr. pr. *Othrysius* Med. sec. *Othrisiis* duo Vatt. Pal. *contemnunt* Reg. Exc. Læti. *contentum* Mazar. Moret. sec. Exc. Gevart. et Cod. Rhem. *contemtum* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. tres Petav. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *contemptum* duo Leidd. Bon. Tholos. tres Ambr. Lov. Moret. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv.—179 *Almonia belli* ed. Vicet. *Alimonía* duo Leidd. totidem Vatt. Rott. Florent. Voss. Jun. pr. Oxon. sec. m. pr.

NOTÆ

172 *Seriem*] Seu Dii irati, cogitantes immittere seriem seu principium ruinæ nostræ, gentem hanc ferocem contra nos immiserunt.

173 *Erinnys*] Furia, dicta ἀπὸ τοῦ ἔῤῥειν τὸν νοῦν, quia *corrumpit mentem:* ab hac agitari dicuntur scelerati et furiosi.

174 *Morbi*] Per morbum pestem intellige, quæ contagione grassatur: morbus dicitur quasi μόρος vel μοῖρα τοῦ βίου, *fatum vitæ*. Scaliger.

177 *Rhodope*] Mons est Thraciæ, sicut et Athos et Hæmus.

178 *Odrysiis*] Odrysæ et Odrysii sunt populi Thraciæ, ab urbe Odrysa.

Strymona] Strymon et Aliacmon sunt fluvii Thraciæ.

179 *Bessi*] Sunt itidem durissimi Thraciæ populi.

Nubibus intactum Macedo miratur Olympum
More pererratum campi. Gemit irrita Tempe
Thessalus, et domitis irrisam cautibus Œten.
Sperchiusque, et virginibus dilectus Enipeus,
Barbaricas lavere comas. Non objice Pindi
Servati Dryopes: nec nubifer Actia texit
Littora Leucates: ipsæ, qua durius olim
Restiterant Medis, primo conamine ruptæ
Thermopylæ: vallata mari Scironia rupes,

cedones obstupescunt Olympum altiorem nimbis peragratum esse *instar agri: Thessali dolent Tempe* esse *inutilia, et Œten contemtum* esse, *rupibus* ejus *superatis. Et Sperchius, et Enipeus carus puellis, asperserunt comas Barbarorum. Dryopes non defensi* sunt *culmine Pindi; neque Leucates aërius defendit oras Actiacas. Thermopylæ ipsæ, qua* parte *quondam obstiterant firmius Medis, primo conatu perruptæ* sunt: *cautes Scironia munita mari, et Isthmus conjungens maria mole*

Alimona Vat. quint. Med. sec. *Aligmona* Oxon. pr. Ald. *animalia* Farn. *Aliagmona* Lov. ambo Moret. *Haliagmono* Exc. Læti. *Hachalmona* Exc. Lucens. pr. *Halcamona* vet. Gyr. *Haliagona* vel *Haliamona* Med. pr. *Haliagona* vel *Haltamona* Med. quart.—181 *gemit* duo Leidd. totidem Oxon. Jun. pr. Lov. Moret. sec. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Voss. Exc. Gevart. Sched. Gud. Ald. Var. LL. ed. Antv. sic alibi IV. Cons. Hon. 50. 'penitusque immersa gementem Irrueret Rhodopen.'—182 *edomitis* Leid. pr. *irritans* Bonon. Petav. tert. *cotibus* Leid. pr. m. pr. et alii magno numero, Exc. Læti, Ald. et Var. LL. ed. Antv. *cotibus* vel *cautibus* Vat. quint. Oisel. *Œthen* Petav. sec. *Œthē* duo Oxon. *Œte* Petav. tert. *Œten* Bonon. Tholos. Ambr. tert. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *Œtem* duo Leidd. et octodecim alii. *Œten* vel *Œtum* Exc. Læti.—183 *et ubi gruibus* vel *et virginibus* Med. quart. *Enifeus* Lov. *Enimpeus* Oxon. pr. *Enimpheus* Leid. sec.—184 Deest hic versus Put. *manus* pro *comas* Ambr. sec. *satiare* pro *lavere* Exc. Læti.—185 *Dolopes* Med. quart. *Actica* Moret. pr. *Achia* Voss. Exc. Gevart. *Athia* Var. LL. ed. Antv. *rexit* Med. sec. *traxit* Vat. quint.—186 *ipsi* Farn. *ipsa* Med. quart. *qui* Vat. pr. *quæ* tres Vatt. Pal. Oisel.—187 *proprio cacumine* Med. quart. *certamine* Florent. Mazar. Moret. sec. Ald. Exc. Læti. *raptæ* Exc. Lucens. sec. —188 *et vallata* Ambr. pr. Sched. Gud. *maris* Ald. *mari Scyronia* Ambr. tert. *maris Cironia ripis* Vat. pr. Pal. Lov. *maris Cyrronia rupis* Var. LL. ed. Antv. *maris* Jun. Oxon. sec. *mari* Vat. quart. inc. Heins. Reg. Petav. pr. Pat. Tholos. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Scironia*

NOTÆ

180 *Olympum*] Olympus, Tempe, Œte vel Œta sunt in Thessalia Græciæ regione.

183 *Sperchius*] Hic et Enipeus sunt fluvii Thessaliæ: ad fluvium Enipeum puellæ ducebant choros.

185 *Dryopes*] Populi circa Œtam; quibus vicinus est Pindus mons Musis sacer.

186 *Leucates*] Promontorium Acarnaniæ sic dictum a petris albis, λευκὸς, *albus*: *texit* autem, quia supra est. Actiacum littus Augusti in Antonium et Cleopatram victoria celebratum.

187 *Medis*] Seu Persis, Xerxe duce, Græciam irrumpentibus.

188 *Thermopylæ*] Sic dictæ ab aquis calidis ibi scatentibus; est enim θέρμος, *calidus*, et πύλη, *porta*, quasi diceretur aditus calidus. Est autem mons

Et duo continuo connectens æquora muro,
Isthmos, et angusti patuerunt claustra Lechæi.
Nec tibi Parrhasios licuit munire colonos
Frondosis, Erymanthe, jugis, equitataque summi
Culmina Taygeti trepidæ vidistis Amyclæ.
Tandem supplicium cunctis pro montibus Alpes
Exegere Getis: tot tandem flumina victor
Vindicat Eridanus. Docuit nunc exitus, alte
Fatorum secreta tegi. Quisquamne reclusis

continua, et repagula Lechæi arcti patefacta sunt. Neque concessum est tibi, o *Erymanthe, defendere populos Arcadiæ montibus* tuis *sylvosis: et* vos, o *Amyclæ timidæ, aspexistis juga excelsi Taygeti equitata. Alpes tandem pœnam sumserunt* de *Getis, pro montibus omnibus: Eridanus tandem triumphator ulciscitur tot fluvios. Tunc eventus ostendit, arcana fatorum penitus occultari. An ali-*

duo Vatt. *Chironia* Voss. ambo Moret. Exc. Gevart. *Cironia* Leid. pr. *Ceraunia* Oxon. sec. m. sec. *Cyronia* Florent. tres Med. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. *rupes* Med. sec. Reg. Petav. pr. Pat. Tholos. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *rupis* Rott. Oisel. Put. Thuan. Mazar. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr. Moret. sec. *ripis* Pric. Oxon. sec. Med. quart. Ambr. sec. ed. Vicet. *ruptis* inc. Heins.—189 *ituro* pro *muro* Pric. m. pr.—190 *Hismos* Voss. *Isthmus* Exc. Læti. *angusti* Ald. *templa* Vat. tert. *claustra* Lov. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. Sched. Gud. *claustra* vel *castra* Exc. Læti. *Licei* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Lov. Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. Exc. Læti. Var. LL. ed. Antv. *Lycei* et margini ascriptum *Lechæi* Ambr. tert.—191 *Non* Moret. pr.—192 *Erymanta* Reg. Oxon. pr.—193 *Taygete* Vat. pr. m. sec.—194 *supplicibus* Jun. pr. *montibus* vel *mœnibus* Exc. Læti.—195 *Getis* duo Leidd. quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Jun. pr. duo Oxon. Exc. Læti. *Getas* Raphel. *tandem tot* Leid. pr. Oxon. pr. Thuan. Moret. pr. Exc. Lucens. pr.—196 *Vendicat* Rott. *tunc* Ambr. pr. Moret. pr. *hunc* Sched. Gud. —197 *regi* Pal. Bonon. *reclusus* Junian. pr. *reclusus* vel *reclusis* Oxon. sec.—

NOTÆ

Græciam dirimens, ut Apenninus Italiam: hujus angustiæ Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna et Leonidæ Regis interitu celebres.

Scironia] In Attica regione. Hic habitabat crudelis ille latro Sciron, cujus ossa, a Theseo in mare dejecta, in saxa coaluisse dicuntur.

189 *Muro*] Murum appellat, molem saxorum a natura ita factam ut murum imitari videatur.

190 *Isthmos*] Isthmus est exigua terra inter duo maria: qualis hic Isthmus Corinthiacus, ad sinum Corinthiacum, hodie *Golfe de Lepante*, Turcarum clade nobilem. Etenim prope hunc sinum maxima eorum strages a Christianis edita est anno 1571.

Lechæi] Est hoc Achaiæ promontorium.

191 *Parrhasios*] Arcades, Parrhasios dictos a Parrhaso Lycaonis filio.

192 *Erymanthe*] Hic mons est Arcadiæ, Apro Erymantheo nobilitatus.

Equitata] Ab equis calcata.

193 *Taygeti*] Hic est mons Laconiæ, urbi Amyclis imminens.

194 *Alpes*] Getæ ad urbem Pollentiam inter Alpes et Eridanum Italiæ

Alpibus ulterius Latii fore credidit umbram?
Nonne velut capta rumor miserabilis Urbe
Trans freta, trans Gallos, Pyrenæumque cucurrit;
Famaque, nigrantes succincta pavoribus alas,
Secum cuncta trahens, a Gadibus usque Britannum
Terruit Oceanum, et nostro procul axe remotam
Insolito belli tremefecit murmure Thulen?
Mandemusne Noti flabris, quoscumque timores
Pertulimus, festæ doleant ne tristibus aures?

quis putasset, Alpibus patefactis, vel *umbram Italiæ remansuram* esse *deinceps? An non fama misera volavit ultra maria, ultra Gallos et Pyrenæos* montes, *quasi Roma occupata; et fama* habens *cinctus timoribus pennas nigras, rapiens omnia secum, territavit mare Anglorum usque a Gadibus, et perterruit insueto rumore belli Islandiam longe distantem* a *nostris finibus? An dabimus flaminibus venti, quoscumque passi sumus metus, ne aures* nostræ *lætæ affligantur* rebus *mæstis? An*

198 *alterius* Exc. Cod. Rhem. *interius* Exc. Læti m. pr. *socii* pro *Latii* Vat. pr. Farn. *Latio* Moret. sec.—199 *Numne* Leid. sec.—200 *Trans Styga* Moret. pr. *trans fluvios* Ambr. pr. Sched. Gud. Cujac.—201 *Succensa* Exc. Læti.—203 *Oceanus* Exc. Læti. *Oceanum nostro* Jun. pr. Med. quart. *vestro* Farn. *ore* Jun. pr. *orbe* Vat. quart. *orbe* vel *axe* Oxon. sec. *remoto* Petav. sec.—204 *Insoliti* Exc. Læti. *Thylen* Reg. Thuan. Exc. Lucens. pr. *Tilen* Leid. pr. Oxon. pr. *Tylen* Moret. sec. *Tylem* Leid. sec. *Thylem* Mazar. Petav. sec. *Thilen* Put. Moret. pr. Petav. tert. *Thilem* Med. sec. *Thulem* Vat. tert. Pal. Farn. Florent. duo Med. Tholos. duo Ambr.—205 *Mandamusne* Vat. quint. *quocumque* Mazar.—206 *Protulimus* Moret. pr. *Pertulit et* Pat. *fessæ* Put. Ambr. tert. *noceant* Med. sec. *nec tristibus* Med. quart.

NOTÆ

fluvium deleti sunt.

Pro montibus] Alpes et Eridanus Getarum sanguine exundantes vindicarunt injuriam factam tot montibus, tot fluviis, quos Getæ superbe transierant atque calcaverant.

198 *Umbram*] Vel tenuem figuram. Adeo Italia a Getis delenda esse videbatur.

200 *Pyrenæum*] Mons inter Galliam et Hispaniam, dictus, vel a puella Pyrene, vel ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *ab igne* fulminum quibus solent alti montes infestari: 'feriuntque summos fulmina montes.' Horat.

201 *Fama*] Huic tribuuntur alæ ob celeritatem.

202 *Gadibus*] Cluverius: 'In capite Bæticæ, ubi extremus antiquis mortalibus noti Orbis erat terminus, Insula Gades fretum contingit quod inde Gaditanum perhibetur, a continenti angusto spatio ac veluti flumine abscissa: quam Tyrii a rubro mari profecti, Erythræam, Pœni lingua sua Gadir, id est, sepem, nominarunt.' Hodie dicitur *Cadis*, et est emporium nobilissimum. Quis putet ab hac insula Andalusiam contingi.

204 *Thulen*] Islandiam insulam, sub circulo polari Arctico.

205 *Noti*] Notus est ventus flans a meridie: hic ponitur pro quocumque vento. *Mandare Noti flabris*, seu vento dare, id est, oblivioni tradere.

206 *Festæ aures*] Id est, aures lætæ in diebus festis; per quos Pagani abstinebant verbis tristibus. Horatius: 'Male ominatis Parcite verbis.'

An potius meminisse juvat, semperque vicissim
Gaudia præmissi cumulant inopina dolores?
Utque sub occidua jactatis Pliade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum;
Sic mihi tunc major Stilichon, cum læta periclis
Metior, atque illi redeunt in corda tumultus.
Nonne videbantur, quamvis adamante rigentes,
Turribus invalidis fragiles procumbere muri,
Ferratæque Getis ultro se pandere portæ?
Nec vallum densæque sudes arcere volantes
Cornipedum saltus. Jam jam conscendere puppes,
Sardoosque habitare sinus, et inhospita Cyrni

non *dulce est potius recordari?* An non *tristitia præcedens auget semper vicissim lætitiam inexpectatam? Et quemadmodum nautis agitatis sub Pleiade occidente, rabies maris reddit amabilem portum; ita Stilicho tunc* videtur *major, cum ego comparo prosperitatem* cum *adversitate, et cum illa bella revocantur in memoriam* meam. *An non muri, etsi* ex *adamante facti, videbantur cadere ut vitrum, fractis arcibus?* an non *et portæ ferreæ* videbantur *aperire se sponte Getis? Neque vallum, et pali spissi* poterant *prohibere impetus equorum volantium.* Itali *accingunt* se *identidem ascendere naves, et incolere sinus Sardiniæ, et rupes inaccessas Cyrni,*

—207 *Aut* Jun. pr. *pomum* pro *potius* Med. sec. deest autem hic versus Vat. pr.—208 *permissi* Jun. pr. Moret. pr. *præsumant* Pric. m. pr. *percussi* Tholos. *præmissi* Florent. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet.—209 *Usque* Vat. quint. *occiduo* Farn. *jactantur* Petav. sec.—210 *placitum* Put. Lov. Moret. sec. *placidi* Med. quart. qui *et pontum* pro *portum* exhibet.—211 *tum major* Vat. pr. Farn. Put. *nunc* Moret. pr. *Stilico major* Vat. pr. Pric.—212 *redeant* Moret. sec. *corde* Vat. tert. Florent.—213 *Numne* Leid. sec. *videbuntur* Vat. quint. —214 *infragiles validis* Moret. pr. *faciles* pro *fragiles* Med. quart. *incumbere* Vat. tert. Petav. tert. *muris* Pal. Moret. pr. *muros* Vat. tert. m. pr.—215 *se pandere* vel *consurgere* Oisel. deest vero hic versus Lov.—216 *validi* pro *vallum* Jun. pr. *sudantes* pro *volantes* Vat. pr. *volentes* Florent. *valentes* Moret. pr. Med. sec.—217 *jam condescendere* Vat. pr. Farn. *puppis* Med. sec. Bonon. Petav. sec.—218 *Sardaniosque* Oxon. sec. *Sardiniosque* Jun. pr. duo Vatt. Pal. ambo Moret. *Sardoniosque* duo Leidd. cum quatuordecim aliis, Exc. Læti.

NOTÆ

207 *An potius meminisse juvat*] Dulce est periculorum, quæ effugerimus, recordari. Virgilius: 'Forsan et hæc olim meminisse juvabit.'

209 *Pliade*] Signum est in fronte Tauri, cujus ortu et occasu oriuntur tempestates.

210 *Commendat*] Reddit magis commendabilem et amabilem. In Panegyrico Pliniano, 'Sicut maris cœlique temperiem turbines tempestatesque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præcessisse crediderim.'

213 *Nonne videbantur*] Fama tantum Getarum exercitus timorem injecerat, nihil ut ipsis vel adamantinum vel ferreum obstare posse videretur.

218 *Cyrni*] Saxosa insulæ Corsicæ loca, taxis arboribus consita; unde

Saxa parant, vitamque freto spumante tueri.
Ipsa etiam diffisa brevi Trinacria ponto,
Si rerum Natura sinat, discedere longe
Optat, et Ionium refugo laxare Peloro.
Fultaque despiciens auro laquearia dives,
Tutior Æoliis mallet vixisse cavernis.
Jamque oneri creduntur opes, tandemque libido
Hæsit avaritiæ gravioribus obruta curis.
Utque est ingenioque loquax, et plurima fingi

et defendere vitam suam *mari undoso. Sicilia quoque ipsa diffidens mari angusto, si natura mundi permitteret, cupit recedere procul, et extendere* mare *Ionium Peloro refugiente. Ac locupletes contemnentes laquearia sustentata auro, mallent vivere securiores* in *antris Æoliis. Et jam divitiæ putantur esse oneri, ac tandem impetus avaritiæ constitit oppressus curis majoribus. Et ut metus est garrulus naturaliter,*

Sardonios sine copula, Florent. Ald. Vicet. *sinus habitare* Med. sec. *Cypri* duo Leidd. vet. Gyr. tres Vatt. Farn. Pric. Oisel. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Læti. *Cypris* Petav. sec. Bonon. Put. Moret. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *Cipris* Vat. tert. Pal. Rott. Lov. tres Med. *Crispis* inc. Heins. *Cyprus* Jun. pr. *Cyrni* ed. Parm. ex conjectura. atque ita legit Heins. qui ascripserat locum Cons. Mall. 203. 'Cyrnum bifidamque retentat Sicaniam.' *Cyps* Oxon. pr. Moret. sec. vero hunc versum priori præponit.—219 *teneri* Lov. Leid. pr.—220 *diffisa* Rott. Med. quart. Reg. Thuan. duo Petav. Bonon. Tholos. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ita leg. Heins. *divisa* Leid. pr. Ambr. tert. *distincta* Voss. Pric. Put. Ambr. pr. Leid. sec. Sched. Gud. Exc. Gevart. *perfusa* Mazar. *diffusa* quatuor Vatt. Pal. Farn. Oisel. Florent. duo Med. Jun. pr. Oxon. sec. Petav. tert. *diffusa* vel *diffisa* Exc. Læti.—221 *sinas* Put. *sinit* Med. sec. *sinet* Exc. Læti. *longa* Reg. *lunta* inc. Heins.—222 *Optet* leg. Heins. *Ioniam* Exc. Læti m. sec. *profugo* Lov.—223 *Fulvaque* Petav. tert.—224 *malles* Med. sec. *vinxisse* Reg. *carinis* Pal. *catervis* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—225 *homini* Petav. sec. *hominum credunt ut* Jun. pr.—226 *abdita* Med. sec.—227 *loquor quot* pro *loquax et* Rott.

NOTÆ

'Cyrnæas taxos' appellat Virgilius.

220 *Diffisa*] Sibi metuens ob vicinos Getas.

Trinacria] Sicilia sic dicta ἀπὸ τῶν τριῶν ἄκρων, *a tribus promontoriis*, Peloro, Lilybæo, et Pachyno.

221 *Discedere*] Ferunt Siciliam avulsam olim fuisse ab Italia.

222 *Ionium*] Sicilia refugiens ob crudelitatem Getarum, relinquere Ionium mare laxius et magis extensum. Ionium dicitur ab Io Inachi filia, quæ vacca facta, et œstro Junonio percita, per hoc mare transnavit in Ægyptum.

224 *Æoliis*] Æoliæ insulæ, in quibus habitavit Æolus, ad oras Hetruriæ.

226 *Hæsit*] Tum metu Getarum avari hæserunt, constiterunt; gravioribus nempe curis, scilicet metu mortis angebantur. Virgilius de lupo rapaci, peste grassante, 'Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum Cura domat.'

227 *Ingenio*] Timor, vel potius homo timens, est loquax suo ingenio, hoc est, sua natura, naturaliter.

Permittens, crédique timor; tum somnia vulgo
Narrari; tum monstra Deûm, monitusque sinistri:
Quid meditentur aves, quid cum mortalibus æther
Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poscat
Fatidico custos Romani carbasus ævi.
Territat assiduus Lunæ labor, atraque Phœbe
Noctibus ærisonas crebris ululata per urbes.

et sinit multa fingi ac credi, tunc somnia, tunc et portenta Deorum, funestaque monita passim cœperunt *referri: et, quid,* aiebant, *volucres portendunt; quid Cælum vult dicere hominibus igne fulminis; quid linteum* Sibyllæ, *asservans tempus Romani* imperii, *petit versibus vaticinantibus. Eclipsis Lunæ continua terret, et luna nigra* per *multas noctes ululata* est *per urbes sonantes ære.*

quam plurima Pric. Mazar. Pat. Lov. *quoque* Moret. sec. *q* Thuan. *quot* Vat. tert. Med. pr. inc. Heins. Moret. pr. Petav. sec. Bonon. Tholos. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—228 *Præmittens* Ambr. tert. *tum* Reg. Moret. pr. *tunc* quatuor Vatt. Pal. *tunc omina* conj. Heins. *vulgi* Jun. pr. Oxon. sec.—229 *tunc* tres Vatt. Pal. Oisel. Exc. Læti. *monstraque* Vat. quint.—230 *meditantur* duo Vatt. Petav. pr. *ather* Exc. Lucens. sec.—231 *Flumineo* Leid. sec.—232 *Fatidica* Farn. *cultor* Var. LL. ed. Antv. *Caucasus* Ambr. pr. Oxon. sec. m. sec. Exc. Cod. Rhem. Sched. Gud. et Cujac.—233 *assiduis* Ambr. pr.—234 *horrisonas* Lov. Moret. sec. Exc. Læti. *ærisonas* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *assiduas* Florent. m. pr. *Ausonias* Vat. tert. Rott. *horrisonas* vel *ærisonas* Oxon. sec. *urbes* Vat. pr. Exc. Læti. *herbas* duo Vatt. Petav. pr. m. pr. *aures* vel *urbes* Thuan.—

NOTÆ

230 *Quid meditentur*] Scire avent omnes quid aves portendant.

231 *Fulmineo*] Jupiter per fulmina suam voluntatem explicare solitus.

232 *Carbasus*] Linteum tenuissimum, continens libros seu carmina Sibyllina, quæ erant fatidica, seu res futuras prædicentia. Ex Gellio: 'Anus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum regem adiit, novem libros ferens, quos esse dicebat divina oracula:' horum petit pretium, idque tantum, rex ut vetulam irrideret: mox tribus exustis tantundem poscit: eamque rege magis irridente, tres quoque alios deussit, et pro tribus reliquis idem pretium a rege petit, et obtinet. Hinc digressa postea nusquam loci visa est. 'Libri tres in sacrarium conditi, Sibyllini appellati. Ad eos, quasi ad oraculum, quindecimviri adeunt, cum Dii immortales publice consulendi sunt.'

Custos ævi] Carbasus seu linteum asservans ea, quæ pertinent ad tempus aut diuturnitatem imperii Romani.

233 *Lunæ labor*] Lunæ seu Phœbes eclipsis terrebat rudes ac superstitiosos paganorum animos. Virgilius: 'Defectus Solis varios, Lunæque labores.'

234 *Ærisonas*] Urbes ære sonantes: credebant quippe se posse succurrere lunæ laboranti adhibitis ululatibus et tintinnabulis æreis, sicque se posse repellere veneficarum incantationes. Juvenalis de loquacitate mulierum: 'Una laboranti poterit succurrere Lunæ.'

Nec credunt vetito fraudatam Sole sororem
Telluris subeunte globo: sed castra secutas
Barbara Thessalidas patriis lunare venenis
Incestare jubar. Tunc anni signa prioris,
Et si quod fortasse quies neglexerat omen,
Addit cura novis: lapidosos grandinis ictus
Molitasque examen apes, passimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia causis,
Et nunquam cœlo spectatum impune cometen,
Qui primum roseo Phœbi prolatus ab ortu,

Neque putant Lunam *sororem destitutam* esse lumine *prohibito Solis, orbe terræ intercedente; sed* putant *veneficas comitantes exercitum barbarorum, polluere lucem Lunæ herbis patriis. Tum solicitudo adjungit* monstris *recentibus monstra anni præcedentis, et* alia *præsagia, si qua pax forsan contemserat:* sicut *imbres saxosos grandinis, et apes facientes examina, et ignes undique sævientes sine ulla causa per domos incensas, et cometen nunquam* in *Cœlo visum sine damno; qui* cometes *primum ortus ab Oriente rubro Solis, qua* Cœli parte *Cepheus senior radiat*

235 *Non* Leid. pr. Tholos. *vetito credunt* Med. sec.—236 *globos* Jun. pr.—237 *Thessalides* Pal. Med. pr. Pat. Petav. pr. m. sec. *Thessalicas* Moret. pr. Lov. Ambr. pr.—238 *auræ* pro *anni* Vat. pr.—239 *quid* Moret. sec. *neglexerit* Lov. Moret. sec. item Gesn. et ed. Bipont. *neglexerat* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *nec fluxerat* Med. sec. *omne* Med. quart. *omne* vel *ante* Moret. sec.—240 *Addidit ira jovis* Vat. pr. *Addit cura Jovis* Farn. Pric. edd. Ald. et Gryph. *novis* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *grandibus* Moret. pr.—241 *Mollitasque* Moret. pr. *cruentas* Leid. pr. *comatas* Med. quart.—242 *Proluctata* id. Med. quart. Heinsius ascripserat: sic *luctantem flammam* dixit Silius. supra tamen vs. 156. *ferro bacchatur et igni. domus* Pric. Tholos. *caussis* vel *telis* Exc. Læti.—243 *in cælo* Pal. Med. pr. *spectant* Med. sec. inc. Heins. *spectata* Moret. pr. *spectatam* Med. quart. *spectent* vel *spectatum* Florent. *spectandum* conjecerat Heins. *cometam* Moret. pr. *cometem* duo Vatt. Farn. Oisel. Put. Reg. Mazar. Bonon. Tholos. duo Ambr. tres Petav. *cometen* Thuan. Ald.—244 *Et primus* Med. sec. *perlatus* Moret.

NOTÆ

235 *Fraudatam*] Tanquam bono sibi debito.

236 *Subeunte*] Hæc est causa naturalis: fit enim Lunæ eclipsis, terræ globo inter Solem et Lunam interposito: sic enim Luna privatur aspectu Solis, ex quo lumen mutuari solet.

237 *Thessalidas*] Thessalia sagarum, seu veneficarum, est fœcunda: hinc Thessalæ et Thessalides pro veneficis ponuntur.

Patriis venenis] Herbis quæ nascuntur versus Caucasum in patrio earum solo.

240 *Lapidosos*] Grando tam dura, ut ex lapidibus concreta videri possit.

241 *Apes*] Imber lapidum, et apes ad signa militaria advolantes, erant inter prodigia. Pio tamen Imperatori felix omen apes dedere, statuam ejus ambientes. Capitolinus.

243 *Impune*] Sine damno populorum cometa visus nullus est.

Qua micat astrigera senior cum conjuge Cepheus,
Inde Lycaonia paulatim expulsus ab Arcto
Crine vago Getici fœdavit sidera plaustri;
Donec in exiguum moriens vanesceret ignem.
Sed gravius mentes cæsorum ostenta luporum
Horrificant. Duo quippe lupi sub Principis ora,
Dum campis exercet equos, violenter adorti
Agmen, et excepti telis, immane relatu
Prodigium miramque notam duxere futuri.
Nam simul humano geminas de corpore palmas
Utraque perfossis emisit bellica costis:
Illo læva tremens, hoc dextera ventre latebant,

cum uxore astrifera, inde pulsus sensim ab ursa Lycaonia, errante coma maculavit astra plaustri Getici, donec languens dissiparetur in ignem tenuem. At monstra luporum interfectorum terrent vehementius animos: nimirum *duo lupi ante oculos Imperatoris, dum domat equos* in *agris, aggressi furiose exercitum, et occisi armis, ostenderunt portentum dictu horribile, et admirabile documentum* rerum *futurarum. Etenim bestia utraque costis trajectis, emisit duas manus* raptas *ex corpore humano. Sinistra* manus in *illo ventre,* in *hoc dextera occultabatur, ambæ*

pr. *prælatus* Pal. Med. pr.—245 *astrifera* Med. pr. Mazar. Var. LL. ed. Antv.—246 *ille* Med. *Lycaonio* Lov. Moret. sec. Petav. sec. *Lycaonia* tres Vatt. *Lycaoniam ad Areton* Thuan. Petav. pr. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. *Lycaonia ab Arcto* vel *Lycaoniam ad Arcton* Exc. Læti. *pulsus* pro *expulsus* Med. quart.—247 *fædarat* Pric. *contempta* pro *fœdavit* Moret. pr. *litora* pro *sidera* Med. quart. *Geticis plaustris* Moret. pr.—249 *Et gruvius* Moret. pr. *ostensa* Vat. quart. Reg. Var. LL. ed. Antv. *offensa* Exc. Læti m. pr.—250 *Terrificant* Pal. Med. pr. inc. Heins. Heinsius ascripserat locum Valer. Flacc. lib. I. de Mopso 228. 'Jamdudum longa Minyas ambage ducemque Terrificat.' *ore* Jun. pr. *ore* vel *ora* Oxon. sec.—252 *accepti* Tholos. *exemti* inc. Heins. *excepta* Med. sec. *incepti* Jun. pr. *exceptis* Ambr. pr. (*immane relatu Prodigium mirumque*) Lov. ex conjectura.—253 *duxere notam vitamque* Moret. pr. *verique notam* conj. Heins.—254 *humanas gemino* correxerat Scalig. probante Heinsio. —255 *profossis* duo Med. lib. Barth. *permisit* Jun. pr.—256 *latebant* Vat. pr. Pal. Oisel. Med. pr. Jun. Oxon. pr. Leid. pr. *latebat* tres Vatt. Pric. Rott.

NOTÆ

245 *Cepheus*] Rex Æthiopum, pater Andromedæ, cum uxore Antiopa, meritis generi Persei in Cœlum translatus est, et a tergo minoris ursæ constitutus.

246 *Lycaonia*] Calisto Lycaonis Arcadum Regis filia, in ursam mutata, inter sidera relata est: Græcis dicitur ἄρκτος.

247 *Getici fœdavit*] Maculavit sidera Plaustri seu Bootæ, qua Getarum spectat regionem.

250 *Sub Principis ora*] Virgilius: 'Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes.'

254 *Humano*] Quasi in ventre luporum laterent humana corpora, quæ manus digitis intentis, et vivo sanguine vigentes exererent.

Intentis ambæ digitis, et sanguine vivo.
Scrutari si vera velis, fera nuntia Martis
Ore sub Augusti casurum prodidit hostem.
Utque manus utero virides patuere retecto,
Romula post ruptas virtus sic emicat Alpes.
Sed, malus interpres rerum, metus omne trahebat
Augurium pejore via, truncataque membra,
Nutricemque lupam, Romæ regnoque minari.
Tunc reputant annos, interceptoque volatu

digitis rigidis, et sanguine vegeto. Si velis indagare veritatem, bestia prænuntia Martis patefecit hostem periturum esse *in oculis Imperatoris. Et quemadmodum manus vigentes apparuerunt ventre resecto, ita virtus Romana emergit post Alpes fractas. At timor, malus interpres rerum, detorquebat totum præsagium via deteriore; et* credebat *corpora mutilata, et lupam nutricem minituri Romæ et imperio. Tum numerant annos, atque interturbato volatu* unius *vulturis, minuunt sæ-*

Florent. duo Med. Voss. inc. Heins. Reg. Petav. pr. Pat. Tholos. Ambr. tert. vet. Gyr. Exc. Gevart. Lucens. pr.—257 *albæ* pro *ambæ* Ambr. tert. *sanguine viso* Jun. pr. *vivo* Oxon. sec. m. pr.—259 *Ore* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Lov. Moret. sec. Voss. Exc. Læti, Gevart. et Ald. *Ora* duo Vatt. Petav. pr. Leid. pr. Moret. pr.—260 *retectæ* Reg. *retento* Med. quart. *recepto* Vat. quint. Pal.—261 *præruptas* Med. quart. *sic virtus* Lov. Ambr. sec. *virtus sic* quatuor Vatt. Farn. Oisel. Exc. Læti. *post virtus ruptas* Reg. Ambr. pr.—262 *timor* pro *metus* Moret. pr. Med. sec.—265 *Et repetunt* Vicet. Parm. marg. Isingr. Exc. Læti. *annos reputant* Moret. sec. *repetunt* Pal. Pat.

NOTÆ

258 *Fera*] Lupus scilicet nuntius Martis; est enim Marti sacrum animal. Unde Virgilius: 'Martius a stabulis rapuit lupus.' Illa autem bellua mactata in oculis Principis, portendebat hostem casurum coram eodem Principe.

260 *Virides*] Manus virides, id est, plenæ vigoris et sanguinis: ducta metaphora a plantis quæ vigent maxime cum virent. Sic Lambinus legit apud Horatium, 'Virens in Ætna flamma,' id est flamma valida, acris, non languescens, quæ contraria est flammæ Homericæ, quæ φλὸξ ἐμαράνθη, *flamma marcida facta est*. Lucretius etiam dixit, 'Fulserunt flammai flore coorta.'

262 *Interpres*] Timor malus interpres fingitur, quia turbat prudentiam et rationem.

264 *Nutricem*] Lupam, quæ dicitur aluisse Romulum. Vid. Cons. Prob. vs. 97.

265 *Volatu vulturis*] Ex duodecim vulturibus Romulo visis Augures dicebant imperium duraturum esse duodecim sæcula, seu mille et ducentos annos. Hæc autem mala contigerunt anno ab urbe condita MCLII. unde non multum aberat limes ille fatalis: sed timor anticipabat illum terminum, simulque properabat metas imperii, amputato volatu unius ex duodecim vulturibus, simulque amputata fatalis sæculi parte, sive amputatis annis duodequinquaginta.

Vulturis, incidunt properatis sæcula metis.
Solus erat Stilichon, qui desperantibus augur
Sponderet meliora manu: dubiæque salutis
Dux idem vatesque fuit. Durate parumper,
Inquit, et, excussis muliebribus ore querelis,
Fatorum toleremus onus. Nil nautica prosunt
Turbatæ lamenta rati: nec segnibus undæ
Planctibus, aut vanis mitescunt flamina votis.
Nunc instare manu, toto nunc robore niti,
Communi pro luce decet: succurrere velis,
Exhaurire fretum, varios aptare rudentes,
Omnibus et docti jussis parere magistri.
Non si perfidia nacti penetrabile tempus

cula imperii, *metis acceleratis. Stilicho unus erat, qui promitteret* sua *fortitudine res secundiores desperantibus* Romanis, eas *prænuntians: et idem ductor et augur extitit* in *salute incerta. Durate tantisper, ait, et questibus fœmineis ore expulsis, patiamur pondus fatorum. Fletus nautarum nihil juvant navem agitatam: nec aquæ aut venti mitigantur lacrymis inertibus, vel precibus inanibus. Nunc convenit agere virtute, nunc contendere totis viribus, pro salute patriæ;* convenit *impellere vela, egerere aquas, accommodare funes diversos, et obedire imperiis omnibus gubernatoris periti. Non ideo tota spes evanesceret, si Getæ arripientes dolo*

Med. pr.—266 *Vulneris* pro *Vulturis* Put. *incedit* Pal. *incedunt* Med. pr. Put. Mazar. ambo Moret. Exc. Læti. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *sæcla metallis* Pric.—268 *meliore* Vat. tert. Farn. Med. sec. Exc. Læti. *meliore mora* Bonon. *manu* vel *mora* Oxon. sec.—270 *ut excussis* inc. Heins.—271 *toleramus* Jun. pr. *opus* Med. sec.—273 *Flatibus* pro *Planctibus* Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. unde Heins. faciebat *Fletibus*. *mitescant* Jun. pr. *flamina* Exc. Læti et Lucens. pr. *flumina* Vat. pr. Farn. Lov. Mazar. Ambr. sec. ed. Vicet.—274 *Tunc instare* Moret. pr. *nunc toto* Pal. Med. pr. Mazar. *robore* Lov. Moret. sec. Voss. Ald. Exc. Gevart. Sched. Gud. Vicet. et Parm. *pectore* Vat. tert. Rott. Florent. Exc. Læti. *tuti* pro *niti* Moret. pr.—275 *Conavi* pro *Communi* Jun. pr. Oxon. sec. *succedere* Moret. pr.—276 *optare* Reg.—277 *edocti* Exc. Læti. *jussit* Exc. Læti. m. sec.—278 *Non sic perfidiam* Leid. pr. *nisi* Vat. tert. Rott. Pric. m. sec. Florent. Oxon. sec. *si* duo Med. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Bon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Vicet. Sched. Gud.

NOTÆ

267 *Augur*] In solius Stilichonis fortitudine bonum augurium positum erat, quod Romanis desperantibus meliorem spem daret.

269 *Dux vatesque*] Idem Stilicho dubia [et periclitante Repub. Dux extitit, et simul Vates, quia prædixit se victurum esse Getas, et vicit.

Durate] Forti, duro, et patienti estote animo. Virgilius: 'Durate, et vosmet rebus servate secundis.'

271 *Fatorum onus*] Perferamus hanc adversitatem duram et onerosam a fatis immissam.

275 *Succurrere*] Succurrere velis, exhaurire fretum, aptare funes, obedire magistro, id est, nihil non movere, nihil non facere.

278 *Perfidia*] Etiamsi Getæ irrupissent in Italiam novo aliquo strate-

Irrupere Getæ, nostras dum Rhætia vires
Occupat, atque alio desudant Marte cohortes,
Idcirco spes omnis abit. Mirabile posset
Esse mihi, si fraude nova, vel calle reperto,
Barbarus ignotas invaderet inscius Alpes.
Nunc vero geminis clades repetita tyrannis
Famosum vulgavit iter: nec nota fefellit
Semita præstructum bellis civilibus hostem.
Per solitas venere vias, aditusque sequendos
Barbarico Romana dedit discordia bello.
Sed nec præteritis hæc res incognita sæclis.
Sæpe lacessitam, sed non impune, fatemur
Ausoniam. Hæc Senonum restinxit sanguine flammas:

tempus aptum, irruissent; dum scilicet *Rhætia exercet exercitus nostros, et copiæ* nostræ *fatigantur* in *aliis bellis.* Id *mihi mirum videri posset, si strategemate recenti, aut* nova *via inventa, barbarus ignarus* locorum *irrumperet Alpes incognitas. At nunc clades renovata* in *duobus tyrannis, reddidit transitum insignem: neque via cognita decepit hostem prius edoctum bellis civilibus.* Getæ *advenerunt per iter consuetum, et discordia Romana patefecit exercitui barbarorum viam sequendam. At neque hæc res ignota* fuit *sæculis antiquis. Confitemur Italiam sæpe petitam* esse, *sed non sine damno* petentium. *Hæc* Italia *extinxit ignes Senonum* eorum *cruore:*

Var. LL. e marg. Parm. *si* vel *sic* Exc. Læti. *perfidiæ* conjecerat Heinsius.—279 *genas* pro *Getæ* Moret. pr. *Rhetia* Exc. Læti. *Græcia* Vat. pr. Farn. Oxon. sec. Jun. pr. ed. Vicet. *Græcia* vel *Rhætia* Exc. Lucens. pr.—281 *abest* pro *abit* Pat. *habet* et emendatum *hebet* Vat. pr. *miserabile* Jun. pr.—282 *sed fraude* Moret. pr. *si calle* Vat. quint. *calce* Med. sec.—283 *altius* vel *inscius* Florent.—284 *Tunc* Jun. pr. Moret. pr.—285 *tota* Med. quart. Pat. Tholos. Moret. sec. *vota* Moret. pr.—286 *Semina* Med. sec. *post structum* Lov. *perstructum* Pal. Oisel. Florent. *prostratum* Moret. pr.—287 *secundos* Jun. pr. Oxon. sec. Med. quart. *secandos* Moret. pr. Ald.—289 *sed non* Var. LL. e marg. Parm. *res hæc* Pal. duo Med. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *solis* pro *sæclis* Moret. sec.—291 *hic* Med. sec. *nullo* pro *hæc Senonum*

NOTÆ

gemate, non tamen esset desperandum.

Penetrabile] Tempus aptum ad penetrandum; dum Romani aliis laboribus implicantur.

279 *Rhætia*] Vulgo, *Le Pays des Grisons*, regio ad Alpes.

283 *Invaderet*] Si barbarus irrumperet Alpes sibi incognitas, ut alias Hannibal; tum fortasse commoverer.

284 *Geminis tyrannis*] Maximo et Eugenio, qui ad Alpes profligati sunt: de his supra.

285 *Nota*] Et forte Eugenius et Argobastes in exercitu Getas aliquos habuere, quibus nota esset illa via.

286 *Præstructum*] Via non fefellit hostem prius edoctum fama bellorum civilium ad Alpes gestorum; hostis non ignoravit, qua transeundum esset in Italiam.

288 *Discordia*] Postquam Roma culmen ascendit, discordia Procerum omnia turbavit.

291 *Ausoniam*] Ausonia præsertim dicebatur pars illa Hirpinorum ubi

Hæc et Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit squalentia Cimbri.
Vile decus, quod non erexit prævius horror:
Ingentes geminant discrimina magna triumphos.
Quid turpes jam mente fugas, quid Gallica rura
Respicitis, Latioque libet post terga relicto
Longinquum profugis Ararin præcingere castris?
Scilicet Arctois concessa gentibus Urbe
Considet regnum Rhodano, capitique superstes

hæc et olim aperta rabiei Teutonicæ, spectavit colla tristia Cimbri ligati. Honor est vilis, quem timor præcedens non excitavit. Ingentia pericula duplicant victorias gloriosas. Quid cernitis animo jam effugia inhonesta, quid cernitis *agros Gallicos, et Italia derelicta post tergum juvat ambire Ararim remotum agminibus fugientibus? Nimirum urbe* Roma *tradita populis Septentrionalibus, imperium constituetur* ad *Rhodanum, et truncus remanebit incolumis* post

Vat. quart. *restruxit* Farn. *restringit* Mazar. *restrinxit* Vat. quint. Pal. Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. Junt. Ald. Isingr. et al. *restinxit* Lov. Leid. sec. Med. quart. inc. Heins. Exc. Lucens. præd. Vicet. *flammam* Med. quart. —292 *furore* Vat. tert. Florent.—294 *plenus* pro *prævius* inc. Heins. *pervius* Moret. pr. *error* Med. sec.—295 *generant* Leid. pr. Oxon. pr. Ambr. sec. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr.—296 *Et turpes* Vat. tert. *Stirpis* Var. LL. ed. Antv. *turpis jam mente fugax* Moret. pr. *in mente* Pric. *quid Gallica* Thuan. Ambr. tert. Exc. Læti. *jam* Leid. pr. cum plurimis aliis, ed. Parm. Var. LL. ed. Antv.—297 *Respectus* Med. sec. *Respicias* Pat. *Respicies* vel *Respicitis* Exc. Læti. *jubet* pro *libet* Ambr. pr.—298 *refugis* Pal. Med. pr. Put. Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv. *Ararim* tres Vatt. Rott. *Aras* Leid. pr. *præfigere* Oisel. *castris* vel *signis* Pal. Med. tert.—300 *Confidet* Leid. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Vat. quint. Med. quart. inc. Heins. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. *Considet* vel *Confidet* Vat. quart. *regum* vel *renum* Var. LL. e marg. Parm. *capitique* Lov. Voss. Moret. sec. vet. Gyr. Ald. Sched. Gud. *captique* Med. pr. *captis-*

NOTÆ

erat Beneventum; et sic dicta est ab Ausone vel Ausonio, Ulyssis et Calypsus filio. Hic pro tota Italia sumitur.

Senonum] Galli Senones Romam vastarunt, Brenno duce; sed cum Capitolium invadere pararent, ab anseribus detecti, et a Camillo fugati sunt.

292 *Teutonico*] Cimbri et Teutoni a Mario deleti sunt. Teutobochus Rex Cimbrorum a Mario captus in hoc bello.

294 *Vile decus*] Vilis est honor, vile tropæum, ad quod erigendum non præcessit timor aliquis.

295 *Geminant*] Periculum auget triumphi gloriam, immo duplicat.

298 *Ararin*] Vulgo *La Saone*, fluvium Galliæ, qui in Rhodanum influit.

300 *Rhodano*] Alarico agros petenti Honorius Galliam concessit.

Truncus erit? Vestros stimulant si pignora sensus,
Me quoque non impar naturæ cura remordet.
Nec ferro sic corda rigent, ut nosse recusem,
Quam sanctum soceri nomen, quam dulce mariti,
Quantus prolis amor. Sed nunquam oblita decoris
Obscœnam latebram pietas ignava requiret.
Nec vobis fortis monitor, mihi cautior uni.
Hic conjux, hic progenies, hic carior omni
Luce gener: pars nulla mei subducta procellæ.
Accipe tu nostræ, tellus Œnotria, mentis

caput extinctum? *Si liberi movent animos vestros, non dissimilis amor naturæ tangit etiam me. Neque animus* meus *ita ferreus est, ut refugiam cognoscere quam sanctum* sit *nomen soceri, quam suave mariti, quantus* sit *amor liberorum. At nunquam pietas* mea *iners, immemor officii, quæret latibula pudenda. Neque* ero *hortator vobis generosus*, et *cautior mihi uni. Hic* est *uxor* mea, *hic liberi* mei, *hic gener* meus *amabilior* mihi *ipsa vita: nulla portio mei subtrahitur tempestati. O terra Itala, disce nexus animi nostri perlaturi tecum calamitatem communem,*

que Vat. quint. m. pr.—301 *eat* Med. sec. Pat. *nostros* Ambr. pr. Oxon. sec. *stimulent* Leid. pr. m. pr. *sed* Vat. pr. Farn. ed. Vicet. *si* Exc. Læti. *pectora* pro *pignora* Tholos.—303 *ferro mea corda* Leid. pr. *si corda* Leid. sec. *nec n. recusam* Put. *ut* Vat. quint. duo Med. inc. Heins. Voss. Lov. Bonon. Pat. tres Ambr. Ald. Exc. Gevart. et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *at* Petav. sec. Med. sec. *aut* Vat. pr. et tert. Farn. Rott. Florent. vet. Gyr. Exc. Læti. *ferre* pro *nosse* Ambr. pr. *recuses* Med. sec. *recusem* Vat. quart. inc. Heins. Reg. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *recusent* Pal. duo Med. Thuan. Mazar. Lov. Voss. Oxon. sec. Exc. Gevart. *recusant* duo Vatt. Farn. Rott. Florent. vet. Gyr. Exc. Læti.—304 *Quod sanctum . . . quod* Med. sec. *nomen soceri* Pal. Med. sec.—305 *Quantus amor prolis* Ambr. sec. Oxon. sec. *doloris* Rott. m. sec. Med. sec.—306 *Obscœnas latebras* Moret. sec. *ignara* Vat. tert. inc. Heins. Exc. Læti. *ignota* Vat. quint. *requirit* Med. quart. Thuan. *requirat* Oxon. pr. Petav. pr. m. pr.—307 *Nam* vel *Hæc* Pric. *nec* Claver. et Barth. *nobis* Put. Moret. pr. Exc. Gevart. *mihi* vel *nisi* Exc. Læti. *fortior* vel *cautior* Oxon. pr.—308 *cautior* pro *carior* Exc. Læti m. pr.—309 *genus* vel *gener* Oxon. pr. *spes nulla* Sched. Gud. *viri* pro *mei* Vat. pr. *mihi* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. Med. quart.—310 *Aspice* Petav. pr. m. pr. *mater* pro *nostræ* Med. quart.

NOTÆ

301 *Truncus erit*] Ironia est: quasi diceret, An Roma neglecta statuetur imperii caput ad Rhodanum? An capite extincto truncus vivet? Caput Roma est, ceteræ provinciæ truncum referunt.

307 *Cautior*] Non ego vos generose monebo, mihi ipsi nimium cavens.

308 *Hic conjux, &c.*] Hæc sunt totidem pignora futuræ meæ fidelitatis et fortitudinis.

310 *Mentis vincula*] Disce, o Italia, quanta sint vincula amoris nostri, quæ efficient ut tecum subeam quemcumque casum. Tantum defende muros tantisper, et ego mox redibo, cum expeditis militibus, laturus auxilium contra Gothos.

Vincula, communes tecum subeuntia casus;
Exiguamque moram muris impende tuendis;
Dum redeo, lectum referens in classica robur.
His dictis pavidi firmavit inertia vulgi
Pectora, migrantisque fugam compescuit aulæ.
Ausaque tum primum tenebris emergere pulsis
Hesperia, ut secum junxisse pericula vidit
Augustum, tantoque sui stetit obside fati.
Protinus, umbrosa vestit qua littus oliva
Larius, et dulci mentitur Nerea fluctu,

et da spatium parvum mœnibus conservandis; dum revertor reducens ad sonum *tubæ cohortes delectas.* Stilicho *confirmavit his sermonibus animos ignavos populi trementis, et cohibuit fugam Aulæ discedentis. Ac tum primum Italia discussa caligine ausa* est *exire: cum aspexit Imperatorem conjunxisse secum discrimina, et constitit* habens *tantum obsidem fati sui. Statim qua* parte *Larius tegit ripam olea opaca, et imitatur* agitationes *maris aqua dulci,* Stilicho *transit*

Œnacria Leid. pr.—311 *Pignora* Exc. Læti. *Vincula* duo Leidd. et alii magno numero, Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *communes rerum* Pal. duo Med.—312 *ruendis* Med. sec.—313 *redeam* Leid. sec. Voss. Vat. tert. Ambr. pr. Exc. Gevart. *letum* duo Ambr. *lætum* Reg. Leid. pr. *rediens* pro *referens* Vat. pr. Farn. *reddens* Vat. tert. *redigens* conjiciebat Heins. *prœlia* pro *classica* Med. sec.—315 *nigrantisque* Exc. Læti. *fidem* pro *fugam* Florent. m. pr. *ile* pro *aulæ* Pat.—316 *tunc* Leid. sec, quatuor Vatt. Pal. Rott. tres Med. Pat. Ambr. sec. duo Petav. ed. Vicet. Exc. Gevart. *primum* vet. Gyr. *primis* Med. sec. Exc. Læti, Ald. et ed. Vicet.—317 *vixisse* pro *junxisse* Jun. pr.—318 *Augusti* id. Jun. et Oxon. sec. *tantoque* tres Vatt. Pal. Reg. Petav. pr. Ambr. tert. *totoque* duo Leidd. cum novemdecim aliis, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv.—319 *quo* Med. sec.—320 *meti-*

NOTÆ

311 *Subeuntia*] Tempestati et periculis expositi sunt omnes mei, et vos fugitis?

313 *Lectum robur*] Stilicho cum paucis Rhæticas Alpes transiit; hinc cito rediit cum lectis copiis, et Romam, et Honorium ipsum, ab hostibus quasi obsessum, liberaturus.

315 *Migrantis aulæ*] Honorius, qui tum Ravennæ erat, cum Proceribus Aulicis Italia discedere parabat, nisi obstitisset Stilicho.

316 *Tenebris pulsis*] Stilicho Solis instar removit, pepulit tenebras periculorum circumstantium.

317 *Hesperia*] De hac voce supra.

318 *Augustum*] Populus desiit timere, cum vidit Imperatorem Honorium secum remanere in eadem navi, in eodem periculo; eumque spectabat ut obsidem a Stilichone Rhætiam petente relictum, quodcumque fatum, quoscumque casus secum aditurum.

320 *Larius*] Nomen fluvii et lacus amplissimi, vulgo *Lago di Como*: sic dictus est ab urbe *Como* in Gallia Cisalpina; *Larius* a copia fulicarum, nam λάρος est *fulica*.

Mentitur Nerea] Neptunum; ponitur pro ipso mari: *mentitur Nerea*, id est, imitatur æstum maris, quamvis dulces sint ejus fluctus.

Parva puppe lacum prætervolat. Ocyus inde
Scandit inaccessos brumali sidere montes,
Nil hyemis cœlive memor. Sic ille, relinquens
Jejunos antro catulos, immanior exit
Hyberna sub nocte leo, tacitusque per altas
Incedit furiale nives: stant colla pruinis
Aspera: flaventes astringit stiria setas.
Nec meminit leti, nimbosque aut frigora curat,
Dum natis alimenta paret. Sublimis in Arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhætia sylvæ:
Quæ se Danubii jactat Rhenique parentem,
Utraque Romuleo prætendens flumina regno.
Primo fonte breves, alto mox gurgite regnant,

lacum nave exigua. Hinc citius superat montes impervios, hyberno tempore, non curans hyemem et injurias *Cœli. Ita ille leo, deserens catulos famelicos* in *caverna, egreditur terribilior sub nocte hyemali, et taciturnus vadit horride per nives profundas. Cervix* ejus *rigida attollitur gelu: stiria constringit jubas flavas. Neque recordatur mortis, neque spectat pluvias vel glaciem, dum referat escas* pro *catulis. Rhætia alta finitima sylvæ Hercyniæ attollitur versus Septemtrionem: quæ* Rhætia *prædicat se matrem Danubii et Rheni, opponens fluvios ambo Imperio Romano.* Hi fluvii *tenues* sunt a *prima origine,* sed *statim dominantur alveis profundis,*

tur Thuan. *fluxu* Vat. pr. Med. sec. m. pr. deerat hic versus Put.—321 *locum* Farn. *prætervolat.* cum στιγμῇ, Petav. pr. Ambr. sec. ambo Moret. sed Vat. pr. et Pal. post *ocyus* interpungunt.—322 *Scandis* Vat. quint. *inaccensos* Rott. Med. sec. Var. LL. e marg. Parm.—323 *cœlique* Med. quart. inc. Heins. ed. Vicet. *cœlique* vel *cœlive* Exc. Læti.—325 *per astas* Jun. pr.—326 *nefas* pro *nives* Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. *ruinis* Jun. pr.—327 *flammantes* Oxon. sec. m. pr. *adstringunt* Med. quart. *abstringit* Pal. *Syria* Med. sec.—328 *leti meminit* Ambr. pr. *nimbos aut* Farn. *nimbosque* Med. quart. *nimbosave* conjicit Heins.—329 *parat* Jun. pr. Oxon. sec. *Arcto* Pal. duo Med.—330 *Hernitiæ* Vat. quint. *Hirciniæ* Lov. *Herinæ* Rott.—333 *Prima fronte* Moret.

NOTÆ

321 *Ocyus*] Alii scribunt *ocyus* ab ὠκὺς *velox*: alii *ocius* a comparativo ὠκίων *velocior, ocior.*

322 *Brumali sidere*] Tempore hyberno, quod pendet ab astris.

323 *Nil memor*] Tantus erat virtutis ardor, et eripiendæ cladibus Italiæ. Nempe magnanimitas et desiderium patriæ liberandæ efficiunt, ut non etiam Stilicho meminerit hyememque nivesque acerbissimas esse.

Ille leo] Per emphasin; excellens aliquis, aliorum præcipuus: sic Virgilius: 'Saucius ille leo, &c.'

326 *Stant*] Colla rigent, et altiora videntur ob nives et glaciem rigentem.

330 *Hercyniæ*] Sylva Hercynia magnam olim Germaniæ partem occupabat; et præsertim versus montes Boiohæmos.

332 *Prætendens*]. Danubius et Rhenus erant veluti duo Imperii Romani muri liquidi hostibus prætenti, oppositi.

Et fluvios cogunt unda coëunte minores
In nomen transire suum. Te Cimbrica Tethys
Divisum bifido consumit, Rhene, meatu.
Thracia quinque vadis Histrum vorat Amphitrite.
Ambo habiles remis, ambo glacialia secti
Terga rotis: ambo Boreæ Martique sodales.
Sed latus, Hesperiæ quo Rhætia jungitur oræ,
Præruptis ferit astra jugis, panditque tremendam
Vix æstate viam. Multi seu Gorgone visa
Obriguere gelu: multos hausere profundæ
Vasta mole nives: cumque ipsis sæpe juvencis
Naufraga candenti merguntur plaustra barathro:

et cogunt flumina minora aquis congregatis transfluere in nomen suum. Mare Cimbricum, o *Rhene, absorbet te separatum canali duplici. Mare Thracium absumit Danubium quinque ostiis. Ambo apti sunt navibus, ambo* habentes *dorsa glaciata scissa curribus ; ambo socii Aquiloni et Marti. At ora, qua Rhætia conjungitur finibus Italicis, percutit sidera cacuminibus altis, et aperit ægre iter superandum* vel per *æstatem. Complures constricti sunt glacie, tanquam Gorgone conspecta. Nives altæ absumserunt multos magnis cumulis, et frequenter plaustra pereuntia submerguntur* in *gurgite albo, cum bobus ipsis. Mons aliquando, glacie cadente,*

pr. *alto* tres Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *arcto* Moret. pr. *lato* vel *aucto* conjiciebat Heins. *inquit* pro *mox* Pal. *flumine* inc. Heins.—334 *redeunte* Oisel. Florent. m. pr. Med. sec. Petav. sec. *superante* Vat. tert. *stipante* conjecerat Heins.—335 *redire* pro *transire* Petav. sec. *Cimbria* Vat. quart. Petav. pr. *tellus* pro *Tethys* Voss. m. pr. Exc. Gevart.—336 *Diversum* Med. sec. *commisit* duo Vatt. Petav. pr. m. pr. *Rhene* Exc. Lucens. pr. *sæpe* ed. Vicet.—337 *vehit* pro *vorat* Pal. *vocat* Med. sec. Mazar. inc. Heins. *vehit* vel *vorat* Med. pr.—339 *Martique* Put. Thuan. Mazar. duo Petav. Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *Martisque* duo Vatt. Reg. Petav. pr. Pat. Tholos. Moret. pr. vet. Gyr. Vat. Livin.—340 *qua* Vat. pr. et tert. *quo* duo Vat. Florent. Med. pr. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Voss. Ald. ed. Parm. et Vicet. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *trechia* Var. LL. ed. Antv.—341 *ferat* Pat. *tremenda* Med. sec. *tremendam* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *tenendam* Vat. Livin. *tremendam* vel *tenendam* Reg.—342 *Ipsa æstate* conj. Heins.—343 *haurire* Jun. pr.—345 *canenti* conjecerat Heins. *junguntur* Ma-

NOTÆ

335 *Tethys*] Dea mater Nympharum maris: hic ponitur pro ipso mari.

336 *Bifido meatu*] Duplici canali; quorum alter dicitur Vahalis, alter Isela.

337 *Amphitrite*] Est itidem Dea maris: hic usurpatur pro ipso mari.

338 *Habiles remis*] Ambo navigabiles: ambo gelu constringuntur, et plaustris rotisque teruntur.

339 *Boreæ Martique sodales*] Quod regiones illæ frigidæ sint, et bellicosæ.

342 *Gorgone*] Vultu saxifico Medusæ, de qua supra.

345 *Naufraga*] Plaustra in ipsis nivium acervis submersa atque sepulta naufragium pati videntur.

Interdum glacie subitam labente ruinam
Mons dedit, et trepidis fundamina subruit astris,
Pendenti malefida solo. Per talia tendit
Frigoribus mediis Stilichon loca. Nulla Lyæi
Pocula; rara Ceres: raptos contentus in armis
Delibasse cibos, madidoque oneratus amictu
Algentem pulsabat equum. Nec mollia fesso
Strata dedêre torum: tenebris si cæca repressit
Nox iter, aut spelæa subit metuenda ferarum,
Aut pastorali jacuit sub culmine, fultus
Cervicem clypeo. Stat pallidus hospite magno

deturbatus est casu repentino, et Notis tepentibus subduxit fundamenta male tuta, terra suspensa. Stilicho vadit per hæc loca media hyeme. Hic *nulla* sunt *pocula vini, paucus* est *panis.* Stilicho *satis habens degustasse in armis dapes arreptas, et onustus veste humida agitabat equum frigentem. Neque cubilia præbuerunt* ipsi *fatigato lectum molliculum. Si nox obscura caligine cohibuit viam,* ille *vel intravit cavernas timendas ferarum, vel procubuit sub tugurio pastorali,* habens *caput nixum scuto. Pastor stat pallens et defixus in tanto hospite, et mater agrestis*

zar. Exc. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *franguntur* Med. sec. *claustra* Pal. Med. pr. Pat. Petav. tert. Jun. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv.—346 *glacie subitam* Moret. pr. *subitam glacie* quatuor. Vatt. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *lambente* Vat. pr. Farn.—347 *Mox dedit* Var. LL. ed. Antv. *tepidis* Exc. Lucens. pr. *trepidis* Leid. pr. cum sedecim aliis, Exc. ed. Parm. et Vicet. *trepidis* vel *tepidis* Leid. sec. Florent. Exc. Læti. *tepidis Austris* ex conjectura Scaligeri Raphel. et sic Gesn. N. Heins. et ed. Bipont. *fumantia* Med. sec. *subripit* Med. quart. *subruit* vel *subluit* Florent. *et tepidis fundata sub Austris* Lov. *astris* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Jun. pr. duo Oxon. Exc. Læti. *Austris* al.—349 *Lieo* Pric.—350 *nulla Ceres* Mazar. *clara* Jun. pr. *rara* vel *cruda* Oxon. pr. *seges* pro *Ceres* Exc. Læti. *raros* pro *raptos* Vatt. Tert. Rott. Voss. Leid. sec. *raptis* Lov. *raros* vel *raptos* Florent. De cibo castrensi vid. Casaub. ad Hist. p. 19.—351 *oneratur* Pal.—352 *pulsavit* Pric. Med. quart. inc. Heins. *neque* Moret. pr. *non* Lov. *festo* Med. sec. *flexo* Pal.—353 *thori* Pric. *repressis* Farn.—354 *spelunca* Leid. pr. *fugit* Vat. pr. Farn. Pric. Oisel. Med. sec. Mazar. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. pr. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *subit* vel *tegit* Oxon. pr. *fugit* vel *subit* Reg.—355 *tegmine* Moret. pr. sic Virgil. 'sub tegmine fagi.' *fultus* Med. sec.

NOTÆ

347 *Fundamina*] Quasi juga montium nivibus operta Cœlum sustineant; quibus cadentibus, Cœlo timenti fundamenta et præsidia subduci videntur. Poëtica hyperbole.

349 *Nulla Lyæi*] In his montibus nullum est vinum. Lyæus dicitur ἀπὸ τοῦ λύειν, *solvere*, quod Bacchus seu vinum 'solicitis animis onus eximit.' Horatius.

350 *Ceres*] Ponitur pro pane.

Raptos] Cibos sumebat armatus, vel potius aut degustabat aut rapiebat. Adeo diligens fuit in rebus conficiendis, occupandisque hostibus!

356 *Stat pallidus*] Pastor admirans hospitis seu herois ignoti speciem, et quasi quodammodo ad ejus aspectum pallens.

Pastor, et ignoto præclarum nomine vultum
Rustica sordenti genitrix ostendit alumno.
Illa sub horrendis prædura cubilia sylvis,
Illi sub nivibus somni, curæque laborque
Pervigil, hanc requiem terris, hæc otia rebus
Insperata dabant. Illæ tibi, Roma, salutem
Alpinæ peperere casæ. Jam fœdera gentes
Exuerant, Latiique audita clade feroces,
Vindelicos saltus et Norica rura tenebant.
Ac veluti famuli, mendax quos mortis herilis
Nuntius in luxum falso rumore resolvit,
Dum marcent epulis, atque inter vina chorosque
Persultat vacuis effræna licentia tectis;

monstrat nato sordido os illustre viri, *nomine incognito. Duri illi lecti sub sylvis horridis, illa quies sub glacie, et solicitudo et labor insomnis pariebant hanc quietem orbi*, et *hanc pacem inexpectatam rebus* omnibus. *Illa tuguria Alpina*, o *Roma*, *attulerunt salutem tibi: jam populi ruperant fidem, et sæviores accepta clade Italiæ, occupabant sylvas Vindelicas et agros Noricos. Et quemadmodum servi, quos falsus nuntius mortis domini* sui *relaxavit in lasciviam, fama fallaci, dum se ingurgitant dapibus, et* dum *inter pocula et saltationes effrænata licentia saltat* in *domo relicta*;

—357 *ignotum præclaro* Oxon. sec.—358 *sedenti* Med. quart. *scindenti* Petav. tert. m. pr. *sorbenti* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—359 *præclara* Med. sec. *silvis* vel *terris* Moret. sec.—360 *Illis* Vat. tert. Pal. Rott. Pric. m. pr. *Illi* Pat. Tholos. Ambr. tert. Vat. Livin. Voss. Leid. sec. inc. Heins. Exc. Gevart. et Lucens. pr.—363 *fœdere* Farn.—364 *audita classe* Vat. pr. Farn.—365 *Vindalicos* Pat. *Vandaricos* Oxon. pr. *Vuandalicos* Oxon. sec. *Vandalicos* Jun. pr. *Wandalicos* Tholos. *Dorica* Med. sec. *regna* Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. Sched. Gud. *castra* Vatt. tert. Rott. Med. sec. *castra* vel *rura* Florent. *claustra* conj. Heins. *petebant* Pat.—366 *mendax famuli* Jun. pr. Oxon. sec. —367 *luctum* Ambr. sec. Lov. m. pr. *ludum* Oisel. *clamore* Oxon. sec. m. pr.—368 *thorosque* Vat. quint. Pal. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *choroseque* vel *thorosque* Vat. quart. Med. pr.—369 *Prosultat* Vat. pr. *variis* Petav. sec. *tectis* vet. Gyr. *curis*

NOTÆ

357 *Præclarum vultum*] Egregiam oris dignitatem atque majestatem.

358 *Sordenti*] Nato seu alumno sordibus pleno; quales esse solent agrestium pueri in casis rusticanis.

363 *Casæ*] Hæc tuguria, in quibus jacuit Stilicho, hi somni, hi labores Romæ quietem pepererunt. Nisi enim ille hæc omnia tulisset, actum erat de Imperio.

Gentes] Populi omnes extra populum Romanum.

365 *Vindelicos*] Hi sunt populi Rhætis vicini, juxta Alpes.

Norica] Noricum est regio Germaniæ, cujus pars hodie dicitur Bavaria.

369 *Persultat licentia*] Id est, dum servi effrænati saltant licentius: non saltat quidem licentia, sed servi licentioris vitæ.

Vacuis tectis] Domus, etsi plena servorum, dicitur vacua, quia abest do-

Si reducem dominum Fors improvisa revexit,
Hærent attoniti, libertatemque perosus
Conscia servilis præcordia concutit horror.
Sic ducis aspectu cuncti stupuere rebelles,
Inque uno Princeps, Latiumque, et tota refulsit
Roma viro. Frons læta parum, non tristior æquo,
Non dejecta malis, mixta sed nobilis ira:
Qualis in Herculeo, quoties infanda jubebat
Eurystheus, fuit ore dolor: vel qualis in atram
Solicitus nubem mœsto Jove cogitur æther.

si fortuna inopina retulit dominum revertentem, defixi obstupescunt, et timor servilis exosus libertatem, percellit animos conscios criminis. *Ita rebelles omnes stupefacti sunt conspectu ductoris,* et *Imperator, et Italia, et tota Roma effulsit in uno viro.* Huic *frons* est *parum hilaris, non mœstior æquo, non demissa adversis, sed generosa, iracundia juncta: qualis indignatio apparuit in vultu Herculis, quotiescumque Eurystheus imperabat horrenda: aut quale Cœlum turbatum coit in nubem nigram, Jove tristi. An tanta, ait, confidentia belli Getici vos tollit?*

Lov.—370 *Sic* pro *Si* Lov. *fors* Reg. Thuan. *sors* quatuor Vatt. Pal. Pric. *reduxit* Pric. m. pr. *revisit* Med. quart. *revexit* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *revinxit* Ald. Isingr. Gryph.—373 *aspectum certi* Oxon. pr.—374 *Atque uno* Pric. Ambr. pr. *Atque immo* Bonon. *Atque* vel *Inque* Petav. tert. *viro* pro *uno* inc. Heins. *tuo* Vat. quint.—375 *nec tristior* tres Vatt. Pal. Farn. Med. pr. Petav. pr. Pat. *strictior* Mazar.—376 *Nec* duo Leidd. et plurimi alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. *devecta* Med. sec. *disjecta* Ambr. pr. *sed mista* Vat. tert. Rott. duo Med. *mobilis* Jun. pr.—377 *volebat* Put. *videbat* Rott. sec. Florent. m. pr. Reg. duo Petav.—378 *Eristheus* Moret. pr. *furit* inc. Heins. *calor* Jun. pr. *color* duo Vatt. Pal. Farn. Med. quart. Petav. pr. Moret. pr. Lov. m. sec. Exc. Cod. Rhem. *colore* Leid. pr. m. sec. *dolor* Put. Reg. Mazar. Petav. sec. *dolor* vel *color* Med. pr. *iniquam* pro *in atram* Jun. pr.—379 *nyoben* pro *nubem* Moret. pr. *cogitur* Exc. Læti, Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *cingitur* tres Vatt.

NOTÆ

minus, qui eam replere debet.

371 *Libertatemque*] Timor servilis eos concutit sibi male conscios, datque ipsis occasionem odio habendæ ejus libertatis, quam sibi, absente domino, tribuebant, et qua in eum male utebantur. Poëta arguit quosdam Stilichonis æmulos, qui de absente Stilichone multa sinistra sparserant, sed qui tamen ipsius reversi præsentia taciti et velut exanimes redditi sunt. Potest etiam id intelligi de hostibus, qui Stilichonis aspectu stupuerunt.

374 *Inque uno*] Magna certe laus: unus Stilicho perfecit, ut Imperator Honorius, Italia, Roma solitum splendorem retinerent; sicque in eo hæc omnia effulserunt

375 *Æquo*] Non tristior quam decet.

378 *Eurystheus*] Rex Argivorum, cui fata Herculi imperare dederant.

Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli
Erigit? hinc animo frustra tumuistis inani?
Non ita Romanum fati violentia nomen
Opprimit; ut vestros nequeat punire tumultus
Parte sui. Neu vos longe sermone petito
Demorer, exemplum veteris cognoscite facti.
Cum ferus Ausonias perfringeret Hannibal arces,
Et Trebiam sævo geminassent funere Cannæ,
Nequicquam Emathium pepulit spes vana Philippum,
Ut velut afflictos ferro tentaret inerti.
Romanos commovit atrox injuria Patres,

An *ideo turgetis incassum animo vano? Vis fati non tam obruit gentem Romanam, ut non possit coërcere rebellionem vestram, parte suorum* exercituum. Sed *ne teneam vos verbis longe tractis, discite exemplum facti antiqui. Cum Hannibal crudelis perrumperet urbes Italas, et Cannæ duplicassent Trebiam, clade conjuncta; spes inanis impulit inutiliter Philippum Macedonem, ut aggrederetur armis irritis* nos *quasi conflictatos. Ignominia effera excitavit Senatores Roma-*

Farn. Rott. Med. sec. Petav. pr. m. pr. Pat. ed. Parm. et Vicet. *tingitur* Vat. tert. *cogitur* vel *cingitur* Florent. *aër* Vat. tert. Rott. Florent.—380 *nos* Var. LL. ed. Antv.—381 *timuistis* Vat. quint. Pal. Ald. *hoc animo tumuistis inani* vel *huic animos munistis inanes* Exc. Læti.—383 *Opprimat* Vat. tert. *nostros* Bonon. Tholos. Var. LL. ed. Antv. *nequeant* Tholos. Exc. Læti. *nequeam* Exc. Gevart. *nequeat* Leid. pr. Jun. Oxon. sec. Voss. Lov. Moret. pr. Florent. duo Med. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. tres Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—384 *neque* pro *neu* Moret. pr. *ne* Leid. pr. Oxon. pr. Moret. sec. Vat. quart. Pal. duo Med. inc. Heins. Reg. Thuan. Ambr. sec. duo Petav. *nec* quatuordecim Codd. et Var. LL. e marg. Parm. *longo* Med. sec. Moret. sec. *petitos* Pat.—385 *Demoror* Ambr. pr. *fati* Farn. duo Med. Mazar. ed. Parm. et Vicet. Sched. Gud. Ms. Pulm. marg. Isingr. Exc. Læti. *facti* Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm.—386 *confringeret* Ambr. tert. *perstringeret* Med. sec. Tholos. Ambr. pr. Jun. et Oxon. pr. *perfringeret* vel *perstringeret* Exc. Læti.—387 *socio* pro *sæva* Vat. tert. *sævo* vel *socio* Pric.—388 *Nec quicquam* Put. Mazar. *una* pro *vana* Lov. Moret. sec. Oxon. sec.—389 *Et velut* Petav. sec. *tentasset* Ambr. pr. Exc. Lucens. pr.—390 *Romanos.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Vat. pr. et quart. Pric.

NOTÆ

380 *Tantane*] Rhæti, bello Getico confisi, a Romanis desciscere parabant; Stilicho hos adit, placat; et ex iis etiam copias auxiliares colligit, adducit in Getas. Virgilius: 'Tantane vos generis tenuit fiducia vestri!'

387 *Trebiam*] Cum Cannarum clades cladem Trebiæ geminasset, hoc est, Romanos geminato ictu afflixisset, Philippus ausus est tentare Romanos. Trebia Galliæ Cisalpinæ fluvius, non procul a Placentia; Cannæ vicus in Apulia; in utroque Romanos Annibal delevit.

389 *Afflictos*] Ut aggrederetur nos, quasi afflicti essemus, et facilius vinci possemus.

Urgerent majora licet; graviterque tulere,
Urbibus inter se claris de culmine rerum
Congressis, aliquid gentes audere minores.
Nec pœnam differre placet; sed bella gerenti
Punica Levino Regis quoque prælia mandant.
Paruit imperiis Consul; fususque Philippus
(Vilia dum gravibus populis interserit arma)
Prætereunte manu, didicit non esse potentum
Tentandas, mediis quamvis in luctibus, iras.
Hoc monitu pariter nascentia bella repressit,
Et bello quæsivit opes, legitque precantes
Auxilio, mensus numerum, qui congruus esset,
Nec gravis Italiæ, formidandusve regenti.

nos, etsi pericula *majora instarent; et irati sunt vehementer, urbibus illustribus inter se dimicantibus de Imperio Orbis, populos inferiores tentare aliquid. Neque visum est procrastinare supplicium; at committunt Levino gerenti pugnas* in *Carthaginienses, etiam certamina in Regem. Consul* Levinus *obedivit jussis; et Philippus, dum intermiscet arma inæqualia gentibus potentibus, deletus copiis* Romanorum *transcurrentibus, cognovit furorem fortiorum non esse irritandum, etiam in ipsis adversitatibus.* Stilicho *compescuit his verbis prælia* Rhætorum *surgentia, et simul paravit copias militares, et* eos *rogantes elegit ad subsidium, supputans numerum, qui foret aptus, neque onerosus Italiæ, aut timendus Duci. Et copiæ*

Florent. Thuan. Petav. pr. Bonon. Lov.—391 *gravitute* Moret. sec.—392 *claro de culmine* Lov.—393 *urgere* pro *audere* Med. sec.—394 *Non* Ambr. pr.—395 *regi* pro *Regis* Vat. tert. Pric. Rott. Florent. Med. sec. Pat. Lov. Jun. pr. Petav. sec. *mandat* Pal. Florent. inc. Heins. *mandent* Oxon. sec.—396 *imperio* Oxon. pr. *fusisque* Moret. pr.—397 *populis gravibus* Reg. Leid. pr. Oxon. pr.—398 *via* pro *manu* Pric. m. pr. *manu.* cum τελείᾳ στιγμῇ Petav. pr.—400 *Hic* Vat. pr.—401 *legitque potentes* Moret. pr. *petentes* conjiciebat Heins.—403 *formidandusque* duo Vatt. Med. quart. Pat. Petav. pr. m. pr.

NOTÆ

398 *Prætereunte*] Philippus deletus copiis Romanis prætereuntibus, et quasi aliud agentibus: adeo hunc Regem contemnebant. Fuit tamen strenuus et manu fortis Imperator, cum in omnibus, tum præsertim in obsidione Athenarum.

401 *Precantes*] Deprecantes supplicium, petentesque admitti in stipendia, veniæ obtinendæ et probandæ fidelitatis causa.

402 *Numerum*] Alexander quadraginta tantum militum habuit millia, inhabile regenti ratus quicquid excederet: et nimia multitudo Dario obfuit.

403 *Nec gravis Italiæ, formidandusve*] Ne major exercitus gravis et metuendus esset ob commeatus, quibus impar Italia ob numerum auxiliarium, qui si deficerent, timendi essent.

Nec minus accepto nostræ rumore cohortes
(Sic ducis urget amor) properantibus undique signis
Conveniunt; visoque animi Stilichone recepti,
Singultus varios lacrymosaque gaudia miscent.
Sic armenta boum, quæ vastis turbida sylvis
Spargit hyems, cantus ac sibila nota magistri
Certatim repetunt, et avitæ pascua vallis;
Inque vicem se voce regunt, gaudentque fideles
Reddere mugitus; et, qua sonus attigit aurem,
Rara per obscuras apparent cornua frondes.
Accurrit vicina manus, quam Rhætia nuper

nostræ audita fama (ita amor Ductoris impellit) non minus coëunt, vexillis festinantibus undequaque, et Stilichonis conspectu animi resumti sunt, *et miscent fletus diversos, et lætitiam plenam lacrymis. Ita armenta boum, quæ tempestas turbulenta dispergit* in *sylvis ingentibus, redeunt ad vocem et sibila cognita pastoris, et prata vallis avitæ; et ducunt se invicem mugitu, et lætantur reponere boatus fidos, et qua* parte *sonitus pervenit ad aures* eorum, *cornua pauca videntur per folia opaca. Cohortes finitimæ advolant, quas non pridem Rhætia pro-*

---

formidandusne Pal. *regendi* Petav. tert.—404 Moret. pr. hunc versum ignorat. —406 *animis . . . receptis* malit Heins.—407 *Singulto* Exc. Voss.—408 *quæ vastis* Lov. Oxon. pr. *vastis quæ* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. *abscondita* pro *quæ turbida* Var. LL. e marg. Parm. *quæ abscondita* conjiciebat Heins.—409 *Spersit* Leid. pr. et viginti duo alii, Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *et sibila* Thuan. *ac sibila* Florent. tres Med. Put. Reg. Mazar. Bonon. Tholos. Pat. Voss. Jun. pr. Oxon. pr. Moret. sec. duo Leidd. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—410 *Certatum* Vicet. *repetent* Oxon. sec. *et avitæ* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *et notæ* Tholos. *vel nocte* Med. quart. *avitæ* vel *notæ* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *pabula* Oxon. pr.—411 *sic voce* Jun. pr. *regant* vett. Codd. nonnulli, et ita Gesn. cum ed. Bipont.—412 *quo* Moret. pr. *aures* Vat. pr.—413 *Vara* pro *Rara* conj. Heins. *occurrunt* pro *apparent* Voss. Leid. sec. Exc. Gevart.—414 *Occurrit* Vat. quart. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. sec. *Græcia*

NOTÆ

405 *Properantibus*] Tanta celeritate advolant, ut signa ipsa properare videantur.

407 *Lacrymosa*] Gaudia tanta, ut inde oboriantur lacrymæ.

409 *Sibila*] Pastores docebant tauros sibila cognoscere, et ad ea venire.

410 *Avitæ*] In quibus avi sui tauri pascebantur. Virgilius de tauro victo: 'Et stabula aspectans regnis excessit avitis.'

411 *Regunt*] Boves se regunt ac ducunt invicem, dum alter sequitur mugitum alterius.

412 *Reddere*] Pastori habitanti reddunt mugitus fideles.

413 *Rara*] Rari remanent tauri, ubi audiverunt sonum vocemque pastoris; qui tauri designantur per cornua.

Vindelicis auctam spoliis defensa probavit.
Venit et extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat fræna truci, ferroque notatas
Perlegit exsangues Picto moriente figuras.
Agmina quin etiam flavis objecta Sygambris,
Quæque domant Cattos immansuetosque Cheruscos,
Huc omnes vertere minas, tutumque remotis
Excubiis Rhenum solo terrore relinquunt.

pugnata laudavit ornatas exuviis Vindelicorum. Legio objecta Anglis ultimis advenit etiam, quæ legio *imponit habenas Scoto crudeli, et Picto cadente spectat figuras mortuas signatas gladio. Præterea copiæ oppositæ Sycambris flaventibus, et* copiæ *quæ vincunt Cattos et Cheruscos inhumanos, huc converterunt totas minationes, ac vigilibus reductis, deserunt Rhenum defensum uno timore* Stilichonis. *An*

vel *Rhetia* Reg. Oxon. pr.—415 *Vindelicis* Florent. Med. sec. duo Ambr. *Vindalicis* Moret. pr. Leid. sec. Mazar. ed. Parm. *Wandalicis* Pal. Rott. Tholos. *Vuandalicis* Florent. Oxon. sec. Exc. Lucens. sec. *Vandalicis* Leid. pr. et viginti alii, ed. Vicet. Exc. Cod. Rhem. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *auctam* Lov. Exc. Læti. *actam* Rott. Med. pr. *paravit* Ambr. pr.—416 *in extremis* Vat. pr. Farn. *ab* Put. *ut* Mazar. *et* vel *ab extremis* Exc. Læti. *prætexta* Tholos. *profecta* Exc. Gevart. *prætenta* vel *præfecta* Leid. sec.—417 *succo* pro *Scoto* Vat. tert. Oisel. *vocatas* Var. LL. ed. Antv. *notandas* Moret. pr.—418 *Perlegis* Ambr. pr. Petav. tert. *exangues* Vat. pr. et tert. Florent. *exsangues* Var. LL. ed. Antv. *exanimes* duo Leidd. duo Oxon. Jun. pr. Pal. Farn. Rott. Oisel. Put. duo Vatt. totidem Med. Exc. Læti, Exc. Voss. et al. cum edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. Gryph. Colin. *Pictorum more* Moret. sec.—419 *flamis* pro *flavis* Lov. *flammis* Pric. duo Med. Mazar. duo Petav. Var. LL. ed. Antv. *Britannis* pro *Sygambris* Farn.—420 *Catthos* vet. Gyr. *Chattos* Exc. Lucens. pr. *Sticos* Jun. pr. Oxon. sec. *Scithos* Florent. inc. Heins. Petav. pr. *Chitos* Leid. pr. Oxon. pr. Reg. Thuan. Mazar. Ambr. sec. *Citos* Leid. sec. Put. Petav. sec. Voss. Lov. Sched. Gud. Exc. Gevart. Ald. et Var. LL. ed. Antv. *Scitos* duo Vatt. Pal. Rott. Med. pr. Bonon. Pat. Moret. sec. *Scytas* Moret. pr. *Scinthos* Vat. tert. Pric. *Cinthos* Farn. ed. Vicet. *Cimbros* Vat. pr. *Schinthos* Med. sec. *Chattos* vel *Scinthos* Exc. Læti. *Citos* vel *Scinthos* Var. LL. e marg. Parm. *Cheruscos* Ambr. sec. *Cerucos* Tholos. *Cherucos* Vat. quint. Pal. Farn. Med. pr. Petav. pr. Lov. ambo Moret. Oxon. sec. Parm. et Var. LL. e marg. Parm. Exc. Læti. *Cheruchos* Leid. sec. Bonon. Pat. duo Ambr. *Ceruchos* Med. quart. Mazar. Petav. sec. *Cheruthos* Vat. tert. Oisel. *Ceruschos* Leid. pr. Lucens. pr. *Cherupos* Vat. tert. *Cherucas* ed. Vicet. *Cherinthos* Med. sec. *Cherentos* Jun. pr. *Cheratros* Petav. tert.—421 *venere manus* Exc. Læti. *vertere manus* Jun. pr. Put. Ambr. pr. *minas* vel *manus* Petav. pr. *totumque* Tholos. *et utrumque* Med. quart. *retactis* vel *retectis* Oisel.—422 *solito terrore* Pric. *relinquit* Tholos. Moret. sec.—423 *Nullane*

NOTÆ

417 *Ferroque notatas*] Picti ad terrorem suas facies pingebant, ac ferro deformabant, adeo ut larvati viderentur; hinc *Picti* dicti sunt. Itaque his deletis, victrix Romanorum legio spectat figuras Pictorum mortuas, ac ferro notatas atque deformatas.

419 *Sygambris*] Sygambri, Catti, Cherusci, sunt Germaniæ populi.

Ullane posteritas credat? Germania quondam
Illa ferox populis, quæ vix instantibus olim
Principibus tota poterat cum mole teneri,
Tam sese placidam præstat Stilichonis habenis,
Ut nec præsidiis nudato limite tentet
Expositum calcare solum, nec transeat amnem,
Incustoditam metuens attingere ripam.
Celsior o cunctis, unique æquande Camillo!
Vestris namque armis Alarici fracta quievit
Ac Brenni rabies. Confusis rebus uterque
Divinam tribuistis opem: sed tardior ille

ulli nepotes credent? Illa Germania olim metuenda gentibus suis, *quæ ægre poterat coërceri principibus urgentibus cum omni potestate* exercituum, *ita reddit se docilem imperio Stilichonis, ut finibus suis* etiam *destitutis exercitu, non conetur terere campos derelictos, neque transgrediatur fluvium, timens* *pervenire* ad *littora non servata. O* Stilicho, *major omnibus, et æquiparande soli Camillo! Etenim furor Alarici atque Brenni resedit domitus gladiis vestris. Ambo dedistis auxilium cæleste. Ast ille serior vindex patriæ jam direptæ, tu vindex* patriæ *inco-*

Pal. Med. pr. *credat* Moret. pr. *credet* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti.—424 *populi* ed. Parm. *populis* Var. LL. e marg. Parm.—425 *poterat* vet. Gyr. Exc. Læti. *poterit* Farn. Med. sec. Petav. sec. Ald. ed. Vicet. *tueri* Moret. pr.—426 *Jam sese* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. *Jam tam se* vel *Jam jam se* Exc. Læti. *placidis* Ambr. pr. *præstat* Pat. Petav. pr. *præbet* Vat. pr. et tert. Pal. Farn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *præstat* vel *præbet* Vat. quart.—427 *neque* Pal. Med. pr. Moret. pr. *mutato* Med. quart. *principe* Vat. tert. Rott. marg. Isingr. *milite* duo Vatt. Farn. Med. sec. Thuan. *limite* vel *milite* vel *flumine* Pric.—428 *non transeat* Mazar. *ne* Moret. pr. *agmen* Moret. pr.—429 *adstringere* vel *attingere* Oxon. pr.—430 *e cunctis* Oxon. sec. *solique* Lov. Ambr. pr. Sched. Gud. *æquanda* Rott. Med. sec. Petav. tert.—431 *Nostris* Jun. pr. *facta* pro *fracta* Pal. —432 *At* Vat. tert. *Ac Bromii* Oxon. sec. *Brevium* pro *Brenni* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *cum falsis* pro *confusis* Jun. pr. *confusi* Med. pr.

NOTÆ

424 *Ferox*] Germaniam sic dictam putant, quod germinet abundetque hominum copia: venatus, continuæ concursiones, et corporum proceritas eam reddant ferocem.

425 *Principibus*] Cæsar, Germanicus, Tiberius, et alii vix eam domuerunt; nec unquam tota domita est.

427 *Nudato*] Romani habebant excubias et castra limitanea, opposita Barbarorum furori.

430 *Camillo*] Hic dictus est alter Romæ conditor: Brennum Gallosque Senones, Romæ jam a sex mensibus incubantes, excussit.

431 *Vestris namque armis*] Alii scripserunt Stilichonem invito Honorio pugnasse: alii victum esse a Getis. Sed quis crederet Claudianum tam impudenter mentiri?

433 *Divinam*] Insperatam. Tumque dicitur, Θεὸς ἀπὸ τῆς μηχανῆς, *Deus ex machina*, quasi solus Deus hanc opem præstare posset.

Jam captæ vindex patriæ; tu sospitis ultor.
O quantum mutata tuo Fortuna regressu!
Ut sese pariter diffudit in omnia regni
Membra vigor, vivusque redit color urbibus ægris!
  Creditur Herculeis lucem renovasse lacertis
Fœmina dilecti fatis impensa mariti.
Et juvenem spretæ laniatum fraude novercæ

lumis. *O quam fortuna versa* est *reditu tuo!* O *quam similiter vis dispersit se in cunctas partes Imperii, et facies vegeta reddita est urbibus afflictis! Mulier devota* avertendæ *morti conjugis cari existimatur revocasse vitam manibus Herculeis. Et Latonia* Diana *non absque graminibus Circes resuscitavit adolescentem laceratum*

oportet pro *uterque* Bonon. *utrique* Tholos.—434 *Nam* Leid. pr.—435 *Fortuna tuo mutata* Reg. Oxon. pr. *pio* pro *tuo* Med. sec. *recessu* Vat. pr. Farn.—436 *diffundit* Leid. pr. m. pr. Oisel. duo Ambr. *in omina* Leid. pr.—437 *rigor* pro *vigor* ed. Vicet. *niveusque* pro *vivusque* Lov. *vivisque* Reg. *color redit* duo Vatt. Pal. Med. pr. Put. Mazar. Exc. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *calor* Vat. pr. Farn. Ambr. tert. Exc. Læti. *color* duo Leidd. duo Med. Florent. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Lov. ambo Moret. duo Oxon. totidem Ambr. tres Petav. inc. Heins. Exc. Gevart. et Lucens. pr. ed. Parm. *calor* vel *color* Med. pr. *omnibus* Pal. *omnibus* vel *urbibus* Med. pr. *æquis* pro *ægris* Mazar.—438 Gronov. in Exc. Schott. ascripserat Liban. ad Theodos. XIII. p. 406. *reparasse* Ambr. sec. *revocasse* Exc. Læti. *figuris* vel *lacertis* Vat. tert.—439 *impensa* vel *impressu* Exc. Læti.—440 *Et juvenem* Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

434 *Sospitis ultor*] Tu vindicasti patriam, antequam periret: gloriosior est, qui cladem vetat, quam qui reparat.

437 *Vigor, color*] Te absente Roma erat ægra, languens, pallida: te redeunte, convalescit, vigoremque ac faciem pristinam resumit; in pristinum statum et splendorem restituitur.

438 *Herculeis, &c. fœmina, &c.*] Alcestis, uxor Admeti Thessaliæ Regis, cum Oraculum respondisset eum non moriturum, si quis ex propinquis mortem ipsi paratam subire vellet; ipsa, refugientibus ceteris, sese obtulit, et mariti mortem sua morte repulit: adeo illum amabat! quo facto a Diis meruit, ut ab inferis revocaretur. Plato in Symp. Hanc Hercules descendens ad inferos resuscitavit, terrens mortem quæ eam tenebat. Natalis Comes. Robertus, Gulielmi Nothi filius, Normaniæ Dux, in pugna Hierosolymitana in brachio letale vulnus exceperat, quod in fistulam degeneraverat: hinc transiit in Apuliam, et Scholam Salernitanam, quæ vulnus frequenti oris suctu sanari posse respondit: 'Nolebat Princeps pius et optimus fistulam sugendam alicui committere, ne quenquam ob venenum in vitæ periculum vocaret: ejus nihilominus uxor (*Sibylla*), novo amoris exemplo excitata, dicitur, marito dormiente, fistulam suxisse, et sanasse sine ullo salutis discrimine.' Zacharias Sylvius in Præf. ad Scholam Salern.

440 *Juvenem*] Hippolytum. Hunc

Non sine Circæis Latonia reddidit herbis.
Cretaque, si verax narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulcro:
Quem senior vates avium clangore repertum
Gramine restituit: miræ nam munere sortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.
At tuus adventus non unum corpus ab umbris,

dolo novercæ contemtæ. Et Creta, si sermo verus memoratur, aspexit puerum Minoum exire ex *tumulo fracto; quem* puerum *inventum ululatu volucrum augur senior herba* quadam *restauravit. Etenim dono sortis admirabilis, mella suavia* dederunt ipsi *letum,* et *serpens horribilis tribuit vitam. Sed adventus tuus non*

Ut juvenem Exc. Læti, ed. Vicet. *spretis* Petav. tert. *spretum* Oxon. sec.—441 *Num* Oxon. sec. *Cirræis* Pal. Med. pr.—442 *Certaque* Leid. pr. Tholos. *vera* duo Vatt. Farn. Med. sec. ed. Vicet. et Parm. Exc. Læti. *verax* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. totidem Ambr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm.—443 *rapto* Leid. pr. *redire* pro *prodire* Farn. *prodisse* Lov.—444 *durum* pro *avium* Med. sec. *clamore* tres Vatt. Farn. Rott. Florent. Petav. pr. Med. sec. *clamore* vel *clangore* Vat. quart.—445 *jam munere* Leid. pr. Vat. quart. *numine* Pal. Med. pr. *vulnere* Med. sec. Voss. Exc. Gevart. *nam vulnere* Leid. sec.—446 *mella* Moret. pr. vid. Var. Lect. Contareni.—447 *eventus* Vat. quint.—448 *sub monte*

NOTÆ

deperit solicitatque Phædra noverca, sed frustra. Ergo amorem vertit in odium, eumque apud Theseum patrem accusat, quasi sibi stuprum inferre voluisset. Pater credulus de filii nece cogitat: Hippolytus conscenso curru fugit; sed dum Phocæ, quæ forte in littus exierant, equorum strepitu perterritæ in mare se præcipitarent, equi vicissim territi currum per saxa trahunt, Hippolytusque loris implicitus discerpitur.

441 *Circæis*] Circe Solis filia, insignis fuit venefica: habitabat oras Latii in Circæo monte herbis abundante.

Latonia] Diana Latonæ filia, quæ amabat Hippolytum venationi deditum, eumque ex mortuis suscitavit. Virgilius suscitatum ait ab Æsculapio; sed precibus Dianæ id effectum. Hippolytus postea dictus est *Virbius.*

442 *Creta*] Insula, in qua regnavit Minos.

Fabula] Dicitur etiam de sermone, ut μῦθος apud Græcos. Est urbis fabula; id est, est in ore atque sermone omnium.

443 *Minoum*] Glaucum Minois filium. Hic in mellis dolium decidit, et extinguitur. Minos iratus Polyidum Glauci medicum cum puero extincto vivum sepeliri jubet. Polyidus tunc mœstus videt duos serpentes, quorum unum occidit. Sed alter, ingesta in os serpentis occisi quadam herba, ipsi vitam reddidit. Idcirco eadem herba Glauci os replet; et statim hic reviviscit. Videndus Hyginus.

444 *Vates*] Polyidus augur et medicus.

Avium clangore] Ululatu bubonis, qui indicavit Glaucum in mellis dolio

Sed tot communi populos sub morte jacentes,
Totaque Tartareis e faucibus oppida traxit.
Ipso Roma die, nec adhuc ostenditur auctor,
Personuit venisse ducem, lætisque Quirites
Vocibus auspicium certi plausere triumphi,
Muniti Stilichone suo. Quis gaudia vero
Principis, amplexus alacris quis disserat aulæ?
Pulveris ambiguam nubem speculamur ab altis
Turribus, incerti, socios apportet an hostes

tantum *revocavit corpus unum a tenebris, sed tot gentes gementes* metu *interitus communis, et omnes urbes ex gurgite inferorum. Roma eodem die, neque nuntius adhuc cognoscitur,* velut *clamavit ductorem advenisse, et Romani freti Stilichone suo* sibi *portenderunt festivis acclamationibus præsagium victoriæ indubitatæ. Sed quis exprimat lætitiam veram Imperatoris, quis* exprimat *complexus Aulæ gaudentis? Prospicimus ex turribus excelsis nimbum dubium pulveris, nescientes, an ille*

Petav. sec.—449 *Tantaque* malebat Heins. *a faucibus* Jun. pr. *ex faucibus* Ambr. pr.—450 *Ipsa* Vat. quart. Mazar. Petav. pr. Lov. Tholos. Moret. sec. *ultor* Moret. pr. *actor* Vat. tert. Pric. Rott. Oisel. Med. pr. Petav. sec. Lov. Oxon. sec.—451 *diem* pro *Ducem* Ambr. sec.—452 *auspiciis* Jun. pr. Oxon. sec. *læti* pro *certi* inc. Heins. Put. *planxere* Vat. pr. Farn. *pulsare* Jun. pr.—453 *Munitum* Mazar. *vera* Oxon. pr. *veri* Ald. *veris* Vat. tert. *vero* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *vero* m. pr. *veri* m. sec. Petav. pr.—454 *Principis.* Florent. Med. pr. *alacres* Leid. sec. Sched. Gud. *disserit* Var. LL. e marg. Parm. *dixerat* Med. sec. *dixerit* Ambr. sec. ed. Parm. ex conjectura. *diceret* Pat. *deferat* Med. quart. *deserat* Farn. Pric. inc. Heins. Mazar. Exc. Cod. Rhem. *auræ* Med. sec. *alæ* Petav. pr. m. sec.—455 *speculemur* Petav. tert. Bonon. *speculantur* Colin. *in altis* Vat. pr.—456 *apportat* Vat. tert. Oisel. Florent. Put. Reg. Thuan. Bonon.

NOTÆ

esse suffocatum.

448 *Sub morte*] Desperata salute.

449 *Tartareis*] Quia quæcumque peribant, ea credebantur esse inferorum præda.

E faucibus] Stilicho ex ipsis quasi mortis faucibus urbes omnes eripuit. Metaphora sumta ex gutture faucibusque belluarum.

450 *Ipso die*] Ipso die, quo Stilicho Italiam ingressus est, Roma personuit hoc rumore, ducem scilicet venisse Stilichonem; nec cognitus est auctor qui rumorem illum disseminaverit. Sic olim victoriæ incertis auctoribus divulgatæ eo die, quo relatæ fuerant longe ab urbe Roma. 'P. Vatinius Senatui indicavit, die qui præterierat, Persen Regem a Paulo captum in Græcia, et Pauli literis id postea verissimum esse cognitum est.' Valerius Maximus.

452 *Plausere*] Ita confidebant in Stilichone, ut jam sibi triumphum promitterent, immo jam plauderent. Et hujus rei lætæ voces acclamationesque auspicium atque præsagium erant.

453 *Muniti*] Tanquam muro aut clypeo fortissimo.

Ille globus: mentem suspensa silentia librant:
Donec pulvereo sub turbine sideris instar
Emicuit Stilichonis apex, et cognita fulsit
Canities. Gavisa repens per mœnia clamor
Tollitur. Ipse venit: portas secura per omnes
Turba salutatis effunditur obvia signis.
Non jam delectus miseri, nec falce per agros
Deposita jaculum vibrans ignobile messor:
Nec tentat clypeum projectis sumere rastris,
Bellona ridente, Ceres, humilisque novorum
Seditio clamosa ducum: sed vera juventus,

turbo afferat fœderatos, an hostes. Taciturnitas anceps suspendit animos, donec sub nube pulverea vultus Stilichonis enituit in speciem astri, et canities nota radiavit. Vox repentina exsurgit per urbem lætam. Stilicho *ipse venit. Multitudo tuta vexillis salutatis erumpit per portas omnes, obviam itura. Non jam* sunt *nobis cohortes misellæ, neque agricola torquens vile telum, falce relicta per campos: neque Ceres rastris abjectis conatur capere scutum, Bellona irridente; neque* apparet *tumultus raucus et flagitiosus Ductorum recentum: at juventus vera adest, verus*

duo Petav. *an portet* Med. quart. *deportet* Leid. pr.—457 *mente* pro *mentem* ed. Vicet. *suspecta* Med. quart. Tholos. *librat* Med. sec. *licentia librat* Put. Moret. sec.—458 *pulverulo* Florent. Petav. pr. *fulmineo* Jun. pr. Oxon. sec. *sub vertice* Pal. Med. pr. Moret. pr. deerat hic versus in Oisel. *pulveris* pro *sideris* Lov. Ambr. tert. Med. quart.—460 *gravisa subit* Var. LL. ed. Antv. *recens* Var. LL. e marg. Parm.—461 *secura* vel *effusa* Exc. Læti.—462 *salutantum* Jun. pr. *ostenditur* Tholos.—463 *Nec* Pal. Med. pr. *Num* Jun. pr. *Nam* Oxon. sec. *delectus* Exc. Læti. *defletus* ed. Vicet. *dejectus* Thuan. *delictus* Oisel. Var. LL. ed. Antv. *dilectus* Vat. pr. Farn. Med. sec. Put. Petav. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Tholos. duo Ambr. Ald. Exc. Lucens. pr. *dilectus* vel *delectus* Florent. *neque falce* Moret. pr.—464 *Seposita* Med. sec.—465 *Non* tres Vatt. Farn. Rott. *Nec* duo Med. Leid. pr. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Lov. Tholos. Jun. pr. Oxon. pr. Moret. sec. tres Petav. totidem Ambr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Nec* vel *Non* Exc. Læti. *subjectis* Lov. Moret. sec. *funere* pro *sumere* Pal. Farn. *rostris* Moret. pr.—467 *damnosa* pro *clamosa* Reg. Oxon. pr.—468 *doctor* inc. Heins.

NOTÆ

Vero] Gaudia quæ vero seu revera fuerunt, et non fucata.

457 *Librant*] Silentia tenent animos suspensos.

462 *Salutatis*] Ex more sese invicem salutabant et exercitus et populus.

463 *Delectus*] Delectus est congregatio militum, qui non jam rapiuntur ab aratris ut inexercitati opponantur hostibus. Alioquin tamen, auctore Vegetio, milites strenui ex agris, et ex Seneca, 'durus miles ex confragoso venit.'

466 *Humilisque*] Neque Ductores novi et humiles, seditiones clamando excitant.

467 *Vera juventus*] Quæ vere et fortiter Marti serviat; non specie, ut ante Messores, qui non tam milites

Verus ductor adest, et vivida Martis imago.
Prospera sed quantum nostræ spes addita menti,
Tantum exemta Getæ: qui vertice proximus astris
Post Alpes jam cuncta sibi promisit apertas,
Nil superesse ratus. Postquam tot flumina pulsus,
Cinctaque fluminibus crebris tot mœnia cernit,
Tot subitos pedités, equitum tot conspicit alas,
Seque velut clausum laqueis, sub pectore furtim
Æstuat, et nimium prono fervore petitæ
Jam piget Italiæ, sperataque Roma teneri

Dux, et generosa species Martis. Sed quantum spes secunda adjuncta est *animis nostris, tantum erepta* est *Getæ: qui capite tangens sidera, post Alpes patefactas, jam spoponderat sibi omnia, nihil credens restare. Ast cum* velut jam *expulsus, videt tot fluvios, et tot urbes circumdatas multis fluviis* ; cum *videt tot pedites repentinos, tot exercitus equitum, et se quasi constrictum retibus, tacitus ardet sub corde, et jam pœnitet* illum *Italiæ lacessitæ nimis promta cupiditate; et Roma*

—469 *vestræ* Vat. pr.—470 *extracta* pro *exemta* Moret. pr. *Getæ* Pal. Florent. m. sec. Med. pr. Thuan. Petav. pr. ed. Parm. et Vicet. *Getes* duo Vatt. *Gethis* Var. LL. ed. Antv. *Getis* duo Leidd. et alii triginta fere, Exc. Gevart. et Lucens. sec. *Getæ* vel *Getis* Exc. Læti.—471 *promittit* Vat. tert. *promisit* Leid. pr. et alii magno numero, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *aperta* conjiciebat Heins.—472 *flamina* Rott. Med. sec. *funera* inc. Heins. *pulsus* Ambr. tert. *pulsis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *pulsis* vel *passis* Reg. Oxon. pr. *pulsa* vel *passim* Pric. *cernit* pro *pulsus* erat in Lov. qui sequentem versum margini ascriptum habet.—473 *Cunctaque* Vat. quint. Farn. Med. sec. inc. Heins. Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. sec. *fulminibus* inc. Heins. *crevit* pro *cernit* Vat. pr.—474 *subitos* Leid. pr. Oxon. pr. Reg. Petav. tert. Bonon. Tholos. Lov. tres Ambr. Exc. Lucens. sec. *subito* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti m. pr. *segetes* pro *pedites* Vat. tert. *equitem* Ambr. tert. *aspicit* Oxon. pr. *circumspicit* Pat.—475 *Se veluti* Vat. tert. Florent. Med. sec. *Sed veluti* Rott. *clusum* Exc. Læti. *laqueis clausum* Pal. Med. pr. *tot pectore* inc. Heins. *furtum* Bonon.—476 *prono nimium* duo Vatt. Petav. pr. *posito nimium* Pat.—477 *pudet* Pal. Med. pr. Mazar. Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

erant quam larvæ et monstra militum, quod non assuefacti essent militari disciplinæ. *Juventus* dicitur a *juvando,* quod Remp. in bellis juvare possit.

468 *Vivida*] Ingenua, non ascititia.

470 *Vertice proximus astris*] Proverbium est in superbos, qui sibi multo plus, quam deceat, arrogant, quasi digito Cœlum tangant.

472 *Pulsus*] Jam sua cogitatione.

477 *Sperataque*] Sperabat se mox Romam velut manu capturum esse, sed ea jam procul videtur, quasi recederet: unde illum tædet incepti. *Fugere, recedere* dicuntur de rebus quas sperabamus, et quas vix attingere possumus. Virgilius: 'Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.'

Visa procul: magni subeunt jam tædia cœpti.
Occultat tamen ore metum, primosque suorum
Consultare jubet bellis annisque verendos.
Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia: quos plagis decorat numerosa cicatrix,
Et tremulos regit hasta gradus, et nititur altis
Pro baculo contis non exarmata senectus.
Hic aliquis gravior natu, cui plurima dictis
Consiliisque fides, defixus lumina terræ,
Concutiensque comam, capuloque acclinis eburno,
Si numero non fallor, ait, tricesima currit
Bruma fere, rapidum postquam tranavimus Histrum,

sperata occupari, tunc *visa longe* recedere: *jam tædia veniunt ingentis incepti.* Alaricus *nihilominus tegit vultu timorem, et imperat primos suorum spectabiles* et *bello et ætate, consulere. Senes capillati*, qui sunt *Senatus pelliger Getarum, consederunt: quos* senes *cicatrix multa ornat vulneribus; et cuspis sustinet pedes titubantes, ac senectus, ne inermis* incedat, *fulcitur perticis longis, pro scipione. Hic quidam præstabilior ætate, cui multum fidei* adhibetur in *sermonibus et consiliis*, habens *oculos fixos humi, et quatiens caput, et annixus capulo eburneo, inquit: Si non decipior numero, hyems ferme trigesima fluit, cum transivimus Da-*

tueri pro *teneri* Ambr. tert.—479 *Conculcat* Put. Bonon. Ambr. pr. *ira* pro *ore* Pal. Med. pr.—480 *animis bellisque* Moret. pr. *bellis armisque* Med. sec. *animisque* Rott. *annosque* Med. quart. *annisque* vel *armisque* Exc. Læti. *animisque* vel *annisque* Florent. *ferendos* Vat. tert. *verendis* Thuan.—481 *polluta* pro *pellita* Moret. pr.—482 *plagæ* Lov.—483 *hastis* pro *altis* Put.—484 *comptis* pro *contis* Jun. pr. Med. pr. *cunctis* Pric. Mazar. Leid. sec. Bonon. Petav. tert. in. pr. *exanimata* Ambr. pr.—485 *Hic Halus* vel *Tunc Halus* vel *Tunc aliis* Exc. Læti. *dictis* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *dicti* Vat. tert. Florent. Petav. pr. Gesn. et ed. Bipont.—486 *Consiliisque* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Exc. Læti. *Consilioque* Ambr. tert. *Consiliique* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. quart. Thuan. Bonon. Lov. Moret. sec. Petav. tert. Gesn. et ed. Bipont. *fratre* pro *terræ* Jun. pr.—487 *Concutiensque caput* Pric. m. pr. *scopuloque* Moret. pr. *scapuloque* Pal. duo Med. Thuan. *acclivis* Ambr. tert. *acclivus* Put. Lov. Petav. tert. *aclivis* Vat. quint. Oisel. Leid. sec. *adnixus* Vat. pr. Farn. *acclinis* tres Med. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. ambo Moret. vet. Gyr. duo Petav. totidem Ambr. Sched. Gud. Exc. Lucens. pr.—488 *fallar* Oxon. sec. *fallit* Jun. pr. Med. sec. *trigesima* Pal.—489 *transivimus* Vat. pr. Farn. *tranavimus* duo Med. Reg. Mazar. Petav. pr. Pat.

NOTÆ

481 *Crinigeri*] Antiqui fere omnes, ac præsertim barbari, in comæ prolixitate majestatis aliquid ponebant.

Pellita] Populi Septemtrionales ob cœli inclementiam utuntur pellibus consutis.

485 *Gravior natu*] Viro cuidam venerabili Alaricum deterrenti; 'non ego volens,' ait Alaricus, 'Romam peto: sed quidam quotidie ad me, Perge, et Romam destrue.' Cluverius.

489 *Bruma*] Trigesima hyems, et

Romanamque manum tantis eludimus annis:
Sed nunquam Mavors adeo constrinxit in arctum
Res, Alarice, tuas. Per tot certamina ducto
Crede seni, qui te tenero vice patris ab ævo
Gestatum parva solitus donare pharetra,
Atque aptare breves humeris puerilibus arcus.
Sæpe quidem frustra monui, servator ut icti
Fœderis Emathia tutus tellure maneres.
Sed quoniam calidæ rapuit te flamma juventæ,
Nunc saltem, si cura tibi manet ulla tuorum,
His claustris evade, precor: dumque agmina longe,
Dum licet, Hesperiis præceps elabere terris;

nubium violentum, et effugimus tot prœliis acies Romanas. At Mars, o *Alarice, nunquam reduxit in tantas angustias exercitum tuum. Crede Seni tracto per tot bella; qui* senex *loco parentis ab ineunte ætatula consuetus dare tibi portato pharetram exiguam, atque accommodare arcus parvos humeris* tuis *puerilibus. Sæpe certe admonui* te *inutiliter, ut custos fœderis percussi securus remaneres* in *terra Thessalia. At quoniam ardor juventutis ardentis abripuit te, nunc saltem, si qua restat tibi cura tuorum, rogo* te, ut *erumpas* ex *his repagulis. Et dum exercitus* hostiles *longe* sunt, *dum permittitur, effuge promtus* ex *finibus Italicis, ne* tu *expetens rapere*

Moret. pr. duo Ambr. Ald.—490 *tantisque* inc. Heins. *eludimus* Leid. pr. Oxon. pr. *elusimus* duo Vatt. Pal. tres Med. Pat. Petav. pr. Ambr. sec. Var. LL. ed. Antv. *conclusimus* Leid. sec. m. sec. *concludimus* Exc. Gevart. *eludimus* vel *elusimus* Reg. *concludimus* vel *conclusimus* Voss. et in margine, f. *cum elusimus. armis* Farn.—491 *constringit* duo Med. inc. Heins. Moret. sec. *construxit* Pal. Farn. Oisel. *construxit* vel *constrinxit* Reg. Oxon. pr. *in arcum* Florent.—492 *Alaricho* Leid. pr. *discrimina ducto* Leid. pr. *discrimina* vel *certamina* Med. pr. *docto* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *ducto* Pal. Florent. Mazar. Pat. Oxon. pr. Ambr. sec. Moret. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *docto* vel *ducto* Med. pr. duo Petav. *ducto* vel *ductas* vel *ductum* Reg.—493 *Cum de* pro *Crede* Tholos. *Creseni* Med. inc. Heins. *Crescenti* Florent. m. pr. *Creseni* vel *Crede seni* Med. pr.—494 *bellare pharetra* Jun. pr.—495 *artus* pro *arcus* Med. sec.—496 *monuit* Var. LL. ed. Antv. *monui frustra* Ambr. pr. Jun. pr. Oxon. sec. *icti* Vat. quart. Pal. Med. pr. Thuan. Petav. pr. Pat. Tholos. Ambr. sec. *acti* Vat. quint. *histis* Med. sec. *isthinc* Rott. *istinc* Reg. *istis* Leid. sec. cum novemdecim aliis, Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *hostis* vel *icti* vel *istis* Florent.—498 *rapuit calidæ* inc. Heins.—499 *non cura* Florent. *illa* pro *ulla* Reg.—500 *Hic* pro *His* Mazar. *castris* Pat.—501 *princeps* pro *præceps* Leid. pr. Vat. tert. Pric. Rott. Florent. duo Med. inc. Heins. Petav. sec. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *delabere* Vat. pr. *illabere* Jun. pr. Oxon. sec. tres Vatt. Oisel. Florent. duo Med. totidem Petav. Pat. Ald. et ed. Parm. *velabert* vel *illabere* Farn. *elabere* vel

NOTÆ

trigesimus annus.

490 *Eludimus*] Non tam pugnamus, quam eludimus, non audentes manus propius conserere.

Ne nova prædari cupiens, et parta reponas:
Pastorique lupus scelerum delicta priorum
Intra septa luas. Quid palmitis uber Etrusci,
Quid mihi nescio quam proprio cum Tybride Romam
Semper in ore geris? referunt si vera parentes,
Hanc urbem insano nullus qui Marte petivit,
Lætatus violasse redit: nec Numina sedem
Destituunt. Jactata procul dicuntur in hostem
Fulmina, divinique volant pro mœnibus ignes:
Seu cœlum, seu Roma, tonat. Si temnis Olympum,
A magno Stilichone cave, qui semper iniquos

nova, etiam rapta coactus *relinquas, et* ut *lupus, in septis persolvas Pastori pœnam criminum primorum. Quare mihi semper habes in ore fertilitatem vitium Hetruscarum, quid nescio quam Romam cum Tiberio suo? Si majores narrant veritatem, nemo, qui aggressus est hanc urbem bello temerario, reversus est gaudens* eam *violasse. Neque Dii deserunt sedem* suam: *fulmina memorantur contorta* esse *longe in hostem, et flammæ cœlestes volitant pro* defensione *urbis, seu Cœlum tonet, seu Roma. Si spernis Cœlum, cave a Stilichone ingenti, qui semper persequitur in-*

adlabere Exc. Læti.—502 *Nec* Oxon. pr. Vat. tert. Pal. Pric. Rott. Florent. Petav. sec. Tholos. inc. Heins. ambo Moret. tres Med. *Hæc* Petav. tert. *præclari* pro *prædari* Var. LL. ed. Antv. *repones* Vat. tert.—503 *Pastorisque* Exc. Læti. *tuorum* pro *priorum* Vat. quint.—504 *Inter* Vat. pr. Pal. Farn. Oisel. Med. pr. inc. Heins. Leid. pr. Moret. pr. Mazar. tres Ambr. *sceptra* Vat. quint. *vias* pro *luas* Var. LL. ed. Antv. *quod* Moret. sec. *quis* Petav. tert. *ubere* Ambr. tert.—505 *Quid modo* Ambr. pr. *propior* Put. *propero* pro *proprio* conjiciebat Heins. *pro Tibride* Vat. quint.—506 *verba* pro *vera* Put.—507 *infando* Vat. pr. Farn.—509 *ducuntur* pro *dicuntur* Leid. pr. m. sec. Pal. Med. pr. Ambr. sec. Lov. m. sec. *dnantur* Moret. pr. *orbem* pro *hostem* Ambr. pr.—510 *Flumina* Jun. pr. Oxon. sec. *divinæque* Med. sec. *valent* pro *volant* Pal. Med. pr. *imbres* Bonon. *urbes* Med. sec.—511 *Si cœlum, si* Med. sec. *seu*

NOTÆ

505 *Mihi*] Ponitur ornatus causa. Virgilius: 'Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere,' &c.

507 *Hanc urbem*] Hanc tamen postea cepit Alaricus, et exceptis rebus sacris, ex Orosio, vastavit misere, ut diximus. Ex Zosimo, Geta, Romanis dicentibus se esse innumeros, et ad pugnam paratos, respondit, *Spissius fœnum facilius secari*; cumque aurum, argentum, et omnia posceret, legatis quærentibus, quid sibi relinqueret, *animas*, inquit.

510 *Volant pro mœnibus ignes*] Id factum dicitur Annibale ingruente; hunc pluviæ et fulmina repulerunt muris urbis imminentem. Verius sane dixerimus Childebertum et Theodebertum Reges in Clotarium irrumpentes omnia ferro et flamma vastaturos esse, nisi Cœlum Sanctissimæ Reginæ Clotildæ precibus et lacrymis turbatum furentes fratrum animos horrida quidem, sed salutari, tempestate compescuisset. *Mezeræus illustris Historicus.*

Fortuna famulante premit. Scis ipse, perosis
Arcadiæ quam densa jugis cumulaverit ossa;
Sanguine quam largo Graios calefecerit amnes.
Extinctusque fores, ni te sub nomine legum
Proditio regnique favor texisset Eoi.
  Talia grandævum flammata fronte loquentem
Obliquisque tuens oculis, non pertulit ultra;
Sed rupit rabidas accensa superbia voces.
  Si non mentis inops fraudataque sensibus ætas
Præberet veniam, nunquam hæc opprobria linguæ

justos, fortuna favente; ipse nosti, quam spissa congesserit ossa in *montibus odiosis Arcadiæ; quam copioso cruore tepefecerit fluvios Græcos. Et tu* ipse *occisus fores, nisi perfidia et favor Imperii Orientis defendisset te sub specie legum. Superbia* Alarici *aspiciens torvis oculis non passa est ulterius senem hæc dicentem vultu incenso, sed* ea *inflammata laxavit* has *voces furiosas.* O senex, *si non senectus carens animo et destituta sensu daret* tibi *excusationem, nunquam Ister*

---

temnis Farn. Rott. Oisel. Moret. pr. *tempus* Med. sec.—513 *simulante* Oxon. sec. *stimulante* duo Vatt. Pal. Med. pr. Put. Mazar. duo Petav. Bon. Pat. Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv. *perosis* Exc. Lucens. sec. et ita leg. Heins. qui etiam *perustis...rogis* conjecerat. *peresis* Raphel. *perosus* duo Leidd. totidem Oxon. quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Jun. pr. Exc. Læti.—514 *jugis* Vat. pr. Farn. Leid. sec. m. pr. *rogis* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. tres Ambr. Bon. Pat. Tholos. vet. Gyr. Voss. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *jugis* vel *rogis* Exc. Læti. *cumulaverit* Moret. pr. *cumulaveris* Med. quart. *cumulaverat* Reg. Oxon. pr. Lov. Moret. sec.—515 *largus* Bonon. *lato* Voss. m. pr. *Grajæ* Oxon. pr. *Grajo* Oxon. sec. *Graves* Pric. *Græcos* Exc. Læti, ed. Parm. *Græcos tremefecerit* ed. Vicet. *Grajos calefecerit* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Grajos largo calefecerat* Lov. *confecerit* Pric. *calefecerit* Exc. Læti.—517 *fratrisque* pro *regnique* Lov.—518 *Gradivum* Var. LL. ed. Antv. *flammato corde* Vat. quint.—520 *placidas* Moret. pr. *rapidas* Vat. pr. et tert. Pric. Rott. Oisel. *rabidas* duo Vatt. Med. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Petav. pr. Ambr. tert. Ald. ed. Parm. et Vicet. *rabidas* vel *rapidas* Exc. Læti.—521 *sensibus* Lov. Voss. Exc. Gevart. Sched. Gud. *mensibus* Ms. Pulm. edd. Isingr. Colin. Gryph. *æstas* Farn.—525 *sudante* Vat. quint. *sua-*

NOTÆ

513 *Perosis*] Id est, odiosis invisisque montibus Arcadiæ in Græcia; in quibus Getæ deleti sunt a Stilichone. *Perosus* autem hic sumitur passive, ut apud Alcimum Avitum 'perosam expavere diem,' id est, odiosam, invisam.

517 *Proditio*] Rufinus tum Arcadii in Oriente imperantis tutor, auro expugnatus fecit, ut rescriberetur hostem dimittendum: id quod tunc Alarico salutem peperit.

520 *Superbia*] Alaricus successu et juventute efferus, adeoque superbus, ut ipsa superbia esse videretur.

522 *Præberet*] Si non ætas tua delirans faceret, ut tibi veniam concederem.

Turpia Danubius me sospite ferret inultus.
Anne, tot Augustos Hebro qui teste fugavi,
Te patiar suadente fugam, cum cesserit omnis
Obsequiis natura meis? Subsidere nostris
Sub pedibus montes, arescere vidimus amnes.
Non ita Di Getici faxint, Manesque parentum,
Ut mea converso relegam vestigia cursu.
Hanc ego vel victor regno, vel morte tenebo
Victus humum. Per tot populos urbesque cucurri:

pateretur impune, me vivente, hanc fœdam sermonis infamiam. An ego, qui, Hebro spectante, pepuli tot Imperatores, sustinebo fugere, te hortante; cum natura universa se reddiderit potestati meæ? Conspeximus montes deprimi sub pedibus nostris, et *fluvios siccari. Non sic Dii Getici, et manes Majorum* nostrorum *sinant ut retorqueam meum iter passu averso. Ego occupabo hanc terram victor imperio, vel* saltem *morte superatus. Volavi per tot gentes et urbes : perrupi Alpes, et potavi*

dente Jun. pr. duo Leidd. duo Oxon. *saudere* Raphel. *qui cesserit* Pal. *concesserit* Oisel. Med. sec. Petav. sec. Oxon. pr. Moret. pr. Bonon.—526 *suis* pro *meis* Lov.—527 *montis...amnis* Oisel.—528 *faciant* tres Vatt. Farn. Petav. pr. *fas erit* Pal. *faciunt* decem alii. *faxunt* Lov. *faxint* Leid. pr. Oxon. pr. duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Petav. tert. Bonon. Tholos. vet. Gyr. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *faxint* vel *faciant* Rott. Exc. Læti.—529 *conversa* Lov. *relegat* Oxon. pr. *relegant* Leid. pr. Pric. Rott. Oisel. Med. sec. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Lov. Moret. sec. *curru* Pal. duo Med. *conversum currum* Jun. Oxon. sec. —530 *regno victor* Exc. Læti. *victor regno* duo Leidd. duo Oxon. Florent. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Voss. Lov. Moret. sec. inc. Heins. Exc. Gevart. et Lucens. pr.—531 *Victor* Vat. tert. *tot per populos* Pat. *scopulos* Pal. Med. pr. *urbes populosque* Leid. sec.

NOTÆ

523 *Danubius*] Danubium Numen patrium, senex ignave, violas tam inerti oratione, indigna iis quos Danubius aluit; sed non inultus remaneret, nisi tuæ senectuti parcerem. Alaricus porro Danubium ut numen colebat: immo et huic flumini sacra fecit Alexander. Arrianus.

524 *Tot Augustos*] Tot Imperatores: sibi tribuit Alaricus, quod ante Theodosium Getæ fecerant in Thracia; alioquin mendacium foret: Romam enim vastavit anno post salutatum Imperatorem Theodosium trigesimo, et ipse post juvenis obiit in Urbe quam Consentiam vocat Ptolemæus, hodie *Cosenza*, dum parabat Siciliam penetrare.

Hebro] Thraciæ fluvio.

526 *Natura*] Campi, montes, fluvii.

528 *Manes*] Antiqui manes Parentum magnopere colebant: hos vocabant *ἐπιχωρίους, auxiliatores.*

531 *Victus humum*] Scytharum vetus religio erat mortem contemnere: vox itaque digna Alarico. Occupabo hanc terram aut victor regnando, aut victus moriendo. Utrumque præstitit Alaricus; nam occupavit Italiam regnando, et mortuus est Consentiæ, quæ urbs est Brutiorum in extrema Italia.

Fregi Alpes, galeisque Padum victricibus hausi:
Quid restat, nisi Roma, mihi? Gens robore nostra
Tunc quoque pollebat, nullis cum fideret armis.
At nunc Illyrici postquam mihi tradita jura,
Meque suum fecere ducem; tot tela, tot enses,
Tot galeas multo Thracum sudore paravi;
Inque meos usus vectigal vertere ferri
Oppida legitimo jussu Romana coëgi;
Sic me fata fovent! Ipsi, quos omnibus annis
Vastabam, servire dati. Nocitura gementes

aquas *Eridani casside triumphali: quid superest mihi, nisi Roma? Natio nostra tunc etiam valebat viribus, cum nullis niteretur armis* auxiliaribus. *Sed nunc posteaquam concessa est mihi potestas Illyriæ, et* hi populi *constituerunt me ductorem; comparavi magno labore Thracum, tot jacula, tot gladios, tot galeas, et coëgi imperio justo urbes Romanas impendere ad meos usus arma tributaria. Sic fata favent mihi; ipsi* Romani, *quos populabar singulis annis*, jam *concessi* sunt *mihi* in *ser-*

cucurrit Petav. sec.—533 *nostro* Jun. pr. Oxon. sec.—534 *Tum* Leid. pr. cum aliis quindecim, et Exc. Lucens. pr. *pallebat* Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *quum nullis* Tholos. *nostris* Jun. pr. Oxon. sec. Pat. *confideret* Pal. duo Med. Put. Mazar.—535 *At non* Moret. pr. *Ilurici* Exc. Læti. *cura* Jun. pr. *regna* Med. sec. *jura* vel *cura* Petav. pr. *rura* conjecerat Heins.—536 *tot hostes* Pat.—537 *paravi* quatuor Vatt. Farn. Oisel. *parari* Pal. Med. pr.—538 *ducere* pro *vertere* Ambr. pr. Sched. Gud. *fæni* Vat. pr. *feci* Lov. m. sec. Exc. Læti m. sec.—540 *Quod* pro *Sic* Ambr. pr. *Si* Leid. pr. Oxon. pr. Med. sec. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Lov. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Sic* vel *Si* Petav. tert. Exc. Læti. *movent* Ambr. pr. *arvis* pro *annis* conjecerat Hein-

NOTÆ

532 *Hausi*] Aquam in galea bibere, militaris est ferocitatis. Sic Cæsari potum in galea miles tulit.

534 *Nullis cum fideret armis*] Cum nullis fideret armis copiarum auxiliarium.

535 *Illyrici*] Primo Alaricus Honorium adjuverat contra Arcadium: ideo ipsi data est Illyria, quam ab imperio Orientis ad partes Occidentales traduxerat consiliis Stilichonis, qui cum Alarico pacem faciendam esse suadebat, immo et dandum aurum: at Lampadius, 'non est ista pax,' inquit, 'sed pactio servitutis.' Si tamen Honorius Stilichoni potius credidisset, quam nebuloni Olympio et aliis invidis, forsan Roma capta non fuisset, neque Africa spoliata, neque Occidens tot cladibus exundasset.

538 *Vectigal*] Coëgi urbes Romanas dare ferrum, hoc est, milites armatos, velut in speciem vectigalis.

541 *Servire dati*] Jam spe præsumo victoriam: jam mihi a Diis dati esse videntur in servitutem Romani.

Gementes] Cum forem Honorii amicus, ejus populi tristes ac velut mala sibi a me inferenda præsagientes, dabant mihi tela, sibi quondam nocitura.

Arma dabant, flammisque diu mollitus et arte
In sua damna chalybs, fabro lugente, rubebat.
Hortantes his adde Deos: non somnia nobis,
Nec volucres; sed clara palam vox edita luco est:
Rumpe omnes, Alarice, moras. Hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.
Huc iter usque datur. Quis jam post talia segnis
Ambigat, aut cœlo dubitet parere vocanti?
Sic ait: hortatusque suos belloque viæque
Instruit. Attollunt vanos oracula fastus.

vitutem. Inviti præbebant tela sibi *noxia, et chalybs maceratus longum et igne et industria, rubescebat in exitium suum, fabro mœrente. Adjunge his* rebus *Deos impellentes. Non somnia nobis* missa sunt, *non aves, sed vox manifesta aperte emissa est* ex *sylva.* O *Alarice, rumpe omnes moras: hoc anno fractis Alpibus Italiæ, promtus intrabis in urbem. Hucusque via conceditur* tibi. *Ecquis jam ignavus post hæc* verba *fluctuet, aut refugiat obedire Cœlo invitanti?* Alaricus *ita loquitur, et excitans suos, præparat* eos ad *iter et* ad *prælium. Oracula augent*

sius.—542 *dabunt* vet. Gyr. *dabant* duo Leidd. et viginti duo alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Cod. Rhem. Ald. item Var. LL. e marg. Parm. *dabam* et emendatum *dabunt* Lov. *dabunt* vel *dabant* Exc. Læti. *flammaque* Lov. *molitus* edd. Vicet. Parm. *arce* pro *arte* Petav. sec.—543 *jubebat* vet. Gyr. *redibat* Ambr. sec. *rubebit* Reg. *rudebat* Pric. m. pr. Lov. m. pr. sed emendatum *rubebat*. *rubebunt* ed. Vicet. *fremebat* Jun. pr. Oxon. sec. *rubebat* duo Leidd. Florent. tres Med. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. tres Petav. Voss. Lov. ambo Moret. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Cod. Rhem. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—544 *Horrentes* Med. sec. *hic adde* Vat. pr. *diis adde* Bonon. *Deas* Jun. pr. *nec somnia* Med. quart.—545 *Non* Pal. Med. pr. Ambr. pr. *Nec* Exc. Læti. *addita* Oxon. pr. *reddita* Ambr. pr. Exc. Læti. ed. Vicet. *edita* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Bonon. Pat. Tholos. Lov. Voss. Moret. sec. duo Ambr. tres Petav. Exc. Gevart. *luco est* Lov. *luco*, sine *est*, Reg. Moret. pr. Petav. sec.—546 *tuas* pro *moras* Jun. pr. Oxon. sec. *amne* pro *anno* Farn.—547 *in urbem* Exc. Læti.—548 *Hoc* Med. sec. Ambr. pr. *datum* Pat. *plus talia* Moret. pr.—549 *Ambiget* inc. Heins. *ut cœlo* Ambr. pr. *et cœlo* Lov. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. sec. *dubitet cœlo* Mazar. *dubitat* Jun. pr. Oxon. sec.—550 *Sic eat* Moret. pr. *hortaturque* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *hortatusque* Leid. pr. Tholos. Exc. Lucens. pr. *belloque viæque* Lov. *bellique viæque* Moret. pr. *bellique* Vat. sec. *suæque* Var. LL. ed. Antv. *vieque* Moret. sec. Ald. *viaque* Vat. pr. Farn. Ambr. tert. *viæque* Leid. pr. et viginti duo Codd. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *viaque* vel *viæque* Exc. Læti.—551 *Instructo* pro *Instruit* Vat. pr. Farn. *vastos* Oisel.

NOTÆ

543 *In sua damna*] Chalybs rubebat in damna sui fabri, seu eorum qui aut conflabant illum, aut conflari jubebant.

546 *Rumpe moras*] *Perge et Romam destrue:* vide vs. 485. supra. Alaricus, cum Romam contenderet, monitus sibi rem esse cum infinita hominum multitudine, respondit, Densum gramen melius sequitur falcem: densior herba facilius succinditur.

549 *Cœlo*] Jovi, qui Cœlo præest.

O semper tacita sortes ambage malignæ,
Eventuque patens, et nescia vatibus ipsis
Veri sera fides! Ligurum regione suprema
Pervenit ad fluvium, miri cognominis, Urbem.
Atque illic domitus vix tandem interprete casu
Agnovit dubiis illusa vocabula fatis.
Nec non et Stilichon pugnam poscentia movit
Pleno castra gradu, dictisque instigat euntes.
Nunc, o nunc, socii! temeratæ sumite tandem

arrogantiam hujus *inanem.* *O responsa* Deorum *implicita dubitationibus secretis;* *et o fides veritatis tarde cognoscenda* solo *exitu, et incognita ipsis vaticinatoribus!* *In tractu ultimo Ligurum penetravit ad flumen* dictum *Urbem cognomento admirabili: et illic victus, vix demum, eventu explicante, sensit verba* sibi dicta, esse *illusa fatis ambiguis. Et Stilicho etiam promovit audaci gradu copias petentes prælium, et verbis excitat procedentes. Nunc, o nunc, commilitones! reposcite tandem supplicium* ob

oracula fastos Vat. tert. Petav. tert.—553 *Eventumque putans* Jun. pr. *noxia* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti.—554 *sacra* Exc. Læti, ed. Vicet. *sera* duo Leidd. et viginti tres alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *nescia* et *sera* quoque legebat Gronovius in Exc. Schotti. Heinsius ascripserat locum Val. Flacc. vs. 261. ‘ et data seri Signa mali.’ ubi Carrio male *sævi* ex Cod. suo reposuit. *supina* Med. quart.—555 *nostri* pro *miri* Oxon. sec. *Urbi* Moret. sec.—557 *illisa* Farn.—558 *pugnis* Reg. *castris* pro *movit* Moret. pr.—559 *ductuque* Oxon. sec. *dictuque* Jun. pr. *dictis,* sine copula, Pal. Med. pr. Reg. Oxon. pr. *inflammat* ed. Vicet. *instigat* Lov. Exc. Læti et Lucens. sec. *euntem* Lov.—560 *Nunc, o nunc* Pal. Ambr. tert. *Nunc nunc o socii* Vat. pr. *pœnas Italiæ tandem* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Med. pr.—561 *obsessum* Oxon. pr.

NOTÆ

552 *Sortes malignæ*] Oracula maligna, quia ambagibus in utramque partem explicandis multos decipiunt, dantque occasionem audendi, simulque sæpius pereundi.

553 *Eventu*] ‘ Stultorum iste magister est,’ ut ait Fabius Maximus apud Livium: unde versus: Vulgus ‘ ab eventu facta notanda putat.’ Ovidius. At ex Seneca, ‘ initium omnium rerum sapiens, non exitum spectat: initia in potestate nostra sunt, de eventu fortuna judicat.’ Demosthenes, τὸ μὲν πέρας ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ πάντων γίνεται, ἡ δὲ προαίρεσις αὐτὴ τὴν τοῦ συμβούλου διάνοιαν δηλοῖ: *Eventus quidem ut Deus voluerit est in omnibus, consilium vero ipsum consiliarii judicium ostendit.*

555 *Urbem*] Vox in sylva dixerat Alarico, ‘ Hoc impiger anno Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.’ Alaricus de urbe Roma cogitabat; sed Oraculum intelligebat fluvium Liguriæ, qui cognominatur *Urbs:* sicque Alaricus deceptus est, et eventu interprete agnovit illa verba esse illusa, seu illusionis plena: agnovit fata sibi illudentia ambiguis vocibus.

559 *Pleno gradu*] Stilicho non sparsim, non temere, non incaute, non timide, sed pleno, gravi, audacique gradu movet cohortes.

560 *Socii*] Sic Æneas Virgilianus,

Italiæ pœnas: obsessi principis armis
Excusate nefas: deploratumque Timavo
Vulnus, et Alpinum gladiis abolete pudorem.
Hic est, quem toties campis fudistis Achivis;
Quem discors odiisque anceps civilibus orbis,
Non sua vis tutata diu, dum fœdera fallax
Ludit, et alternæ perjuria venditat aulæ.

Italiam profanatam: removete opprobrium Imperatoris oppugnati telis, et delete ensibus plagam luctuosam Timavo, et dedecus Alpinum. Hic est hostis, *quem domuistis toties* in *agris Græcis, quem non robur defendit suum diu,* sed *mundus turbatus et vacillans bellis civilibus; dum* hostis idem *perfidus irridet fœdera, et jactat perjuria*

—562 *Excusare* Vat. quart. Bonon. *Explorate* Ambr. tert. *Timavi* Vat. sec. *tyranno* pro *Timavo* Vat. quint.—563 *abolere* Vat. quart. Bonon. *tyrannum* Ald. *dolorem* Med. quart. inc. Heins. *pudorem* Florent. duo Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Thelos. Voss. m. sec. tres Petav. totidem Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. item Var. LL. e marg. Parm.—564 *captis* pro *campis* Med. sec. Leid. sec. m. sec.—566 *Nec sua* Put. Reg. *cantata* pro *tutata* Ambr. pr. *testata* Moret. pr. *diu est* Oxon. pr. *nec* vel *dum fœdera* Oxon. pr.—567 *Aoniæ* pro *alternæ* Med. sec. unde *Ausoniæ* conjiciebat Heins. *venditat* Reg. Petav. tert. Bonon. Pat. duo Ambr. Exc. Lucens. sec. *vendicat* Leid. sec. Oxon. pr. Pal. Farn. Pric. Put. Thuan. Ambr. tert. ambo Moret. duo Petav. omnes Vatt. Exc. Læti et Gevart. *venditat* vel *vendicat* Lov.—568 *socii* pro *omnes* Ambr. pr. *dura* Ambr.

NOTÆ

'O socii:' sic Cæsar excitabat milites, 'commilitones' appellando; eum imitati sunt multi Imperatores. Augustus tamen non 'ullos militum commilitones appellabat, sed milites,... ambitiosius id existimans quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suæ majestas postularet.'

Temeratæ] Italiæ violatæ, profanatæ: hæc enim sacra dicebatur, et a barbaris non sine sacrilegio tangenda.

561 *Obsessi principis*] Removete opprobrium, quod suscipit Princeps Honorius, quem ob ignaviam nostrorum Gothi obsident Mediolani, neque abstinent a contumeliis; quod nefas, quod crimen.

562 *Deploratum Timavo*] Alloquitur milites, qui Maximo tyranno prius ad Alpes Timavumque addicti, dedecus vulnusque Imperio inflixerant; hortaturque illos, ut sua virtute hanc maculam eluant. De Timavo fluvio supra. Vel per *Alpinum pudorem*, intellige dedecus a nobis susceptum, quod Getas non vetuerimus Alpes penetrare.

565 *Discors*] Hic est hostis, quem non sua vis, sed mundi discordia sustentat. Hæc discordia fovebatur a Rufino.

Anceps] Ob bella civilia dubitans, quem ducem sequatur.

566 *Fœdera ludit*] Fœdera percussa tanquam ludum negligit.

567 *Perjuria venditat*] Non solum perjurus, sed etiam gloriatur de perjuriis, quibus delusit alternatim, modo Aulam Orientis, modo Aulam Occidentis.

Credite nunc omnes, quas dira Britannia, gentes,
Quas Hister, quas Rhenus alit, pendere paratas
In speculis. Uno tot prælia vincite bello.
Romanum reparate decus, molemque labantis
Imperii fulcite humeris. Hic omnia campus
Vindicat: hæc mundo pacem victoria sancit.
Non in Threïciis Hæmi decernimus oris:
Nec super Alpheas umbrantia Mænala ripas
Constitimus: non hic Tegean Argosque tuemur.
Visceribus mediis, ipsoque in corde videtis
Bella geri. Patrem clypeis defendite Thybrin.
Talia nunc pediti, turmæ nunc mixtus equestri,

data *Aulæ* utrique *alternatim. Putate jam populos omnes, quos Anglia crudelis nutrit, quos Danubius, quos Rhenus, suspensos et accinctos* remanere *in excubiis. Uno bello extinguite tot bella* futura. *Restituite honorem Romanum, et sustinete humeris machinam Regni titubantis. Hic conflictus ulciscitur omnia: hic triumphus firmat orbi pacem. Neque* vero *confligimus in finibus Thracii Hæmi* montis, *neque stamus ad Mænalum* montem *obumbrantem littus Alphei. Non hic defendimus Tegean et Argos; aspicitis bella inferri mediis visceribus, et cordi ipsi: propugnate Tybrin patrem scutis* vestris. Stilicho *permixtus* militibus *dicebat hæc verba,*

pr. Med. quart. *socii dura* Sched. Gud.—570 *vincite* Vat. quint. Moret. pr. *vincere* Rott. Jun. pr. Voss. Lov. m. pr. Exc. Gevart.—571 *moremque* Jun. pr. *cadentis* Petav. tert. *labentis* Vat. sec. Farn.—572 *hæc omnia* Oxon. pr.—573 *Vendicat* Moret. pr. *hoc* Pal. *sanxit* Lov. Oxon. pr.—574 *hiemi* Med. sec. Voss. Leid. sec. *decurrimus* Ambr. sec. *decrevimus* Vat. pr. Med. sec. Mazar. Exc. Cod. Rhem.—575 *Non* Pal. Med. pr. Put. Mazar. *librantia* Reg. Moret. sec. *vibrantia* Vat. quint. Moret. pr. inc. Heins. Exc. Læti.—576 *Institimus* Oxon. pr. *Tegean* Vat. sec. Oisel. Med. quart. inc. Heins. Reg. Thuan. Mazar. Tholos. Var. LL. e marg. Parm. *Tegeam* duo Vatt. Rott. *Tegeamque* Ambr. tert. *Tegeen* Jun. pr. Med. pr. Gesn. et ed. Bipont. *Tegetin* Oxon. pr. *agrosque* Tholos. *timemur* Pric.—578 *patrium* Ambr. tert. *Tibrin* Leid. pr. *Tybrin* Petav. sec. *Tibrim* quatuor Vatt. Pal. Rott. Exc. Læti.—579 *peditum* Moret. sec. *turbæ* Ambr. tert. *equester* Put.—580 *nunc externis*

NOTÆ

569 *Paratas in speculis*] Gentes omnes stant in speculis, expectantes eventum hujus pugnæ: si cadimus, paratæ sunt bellum nobis inferre: si vincimus, quiescent.

570 *Uno tot prælia*] Uno prælio tot prælia futura vincite, extinguite.

572 *Campus*] Hic est conflictus, in hoc campo, si vincamus, ulciscemur omnes injurias nobis illatas.

573 *Sancit*] Sancit pacem velut rem sacram sanctamque, quam nemo turbare audebit.

574 *Hæmi*] Montis Thraciæ.

575 *Alpheas*] Alpheus Arcadiæ fluvius in Elide; Mænalus, mons; Tegea, urbs in eadem Arcadia: quod spectat Argos, multæ sunt hujus nominis urbes in Græcia; hæc est in Peloponneso.

577 *Ipsoque in corde*] Prope urbem Romam, quæ est velut cor Imperii.

578 *Patrem Thybrin*] Qui vos aluit.

Dicta dabat: simul externis præcepta ferebat
Auxiliis. Ibat patiens ditionis Alanus,
Qua nostræ jussere tubæ: mortemque petendam
Pro Latio docuit gentis præclarus Alanæ;
Cui natura breves animis ingentibus artus
Finxerat, immanique oculos infecerat ira.
Vulneribus pars nulla vacat: rescissaque contis
Gloria fœdati splendet jactantior oris.
Ille tamen mandante procul Stilichone citatis

modo peditibus, modo catervis equestribus: et una dabat mandata copiis *externis auxiliaribus. Alanus incedebat obediens imperio, quo buccina nostra vocavit: et* dux *illustris nationis Alanæ ostendit mortem esse oppetendam pro Italia; cui* duci *natura formaverat corpus parvum* pro *animo magno, et accenderat* ipsi *oculos furore terribili: locus nullus* corporis ducis *caret plagis, et honor oris vulnerati, et cæsi hastis superbior micat. Nihilominus ille* dux, *Stilichone longe jubente, festinavit*

Ambr. tert. *edicta* Vat. tert. *præcepta* vel *edicta* Pric. Florent.—581 *Halanus* Vat. quart.—582 *Quod* Moret. pr. *Quam* Lov. *petebat* pro *petendam* Exc. Lucens. sec.—583 *genti* Moret. pr. *gentis præclarus* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *præclarus* vel *præfectus* Vat. quint.—584 *Quo* pro *Cui* Ambr. tert.—585 *Fixerat* Ambr. tert. *infinxerat* pro *infecerat* idem Ambr.—586 *pars ulla* Farn. *rescissaque* Vat. quint. Exc. Læti. *recissuque* Med. quart. Exc. Lucens. sec. *rescisaque* Moret. pr. *recisaque* tres Vatt. Rott. Lov. Jun. pr. duo Oxon. *recisaque* vel *rescissuque* Farn. *cunctis* Vat. tert. Lov. Leid. pr. m. sec. *cunctis* duo Vatt. Pric. Rott. Oisel. Exc. Lucens. sec. *contis* Thuan. Mazar. duo Petav. Pat. duo Ambr. *cumptis* Florent. cum glossa *i. e. lanceis. certis* vel *cunctis* Reg. *cunctis* vel *contis* Pric. Exc. Læti. *cunctis* vel *comptis* Pal. Med. pr.—587 *splendent* Ambr. tert. Vat. quart. *gaudet splendentior* vel *splendet jactantior* Petav. tert.—588 *mandare* Leid. pr. m. sec. Med. sec. *mandata* Moret. sec.

NOTÆ

583 *Præclarus*] Dux scilicet gentis Alanæ; dicitur *Saulus* a nonnullis.

584 *Cui natura*] Huic duci, quod rarum Alanis, parvum corpus erat, sed animus ingens: id quod et dicitur de Tydeo, ‘Major in exiguo regnabat pectore virtus.’ At Pyrrhus apud Frontinum dicebat duci milites deligenti: ‘Grandes elige, ego fortes reddam.’ Hos non probabat Statius, cum hæc canebat: ‘Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo Membra natant.’ Livio placet ‘media militaris statura:’ Tacito ii placent, quibus sunt ‘dura corpora, stricti artus, minax vultus, major animi vigor.’

585 *Infecerat*] Oculi erant torvi et infecti furore, quasi quodam veneno, quo vel aspicientes necaret.

586 *Rescissaque contis*] Non gloria rescissa est contis seu hastis, sed gloria nascitur ex ore vulnerato et rescisso hastis. Est effectus pro causa, metonymicōs.

587 *Fœdati*] Oris plagis et cicatricibus fœdati gloria est jactantior, hoc est, ducem illum facit jactantiorem et superbiorem. Et est causa pro effectu. Alia dicitur esse nautarum Batavorum ratio, qui poti quasi ludendo sibi invicem ora cultellis dissecant: ex Claverio.

588 *Ille tamen*] Etsi superbus ob

Acceleravit equis, Italamque momordit arenam:
Felix, Elysiisque plagis et carmine dignus,
Qui male suspectam nobis impensius arsit
Vel leto purgare fidem: qui judice ferro
Diluit immeritum laudato sanguine crimen.
Morte viri turbatus eques flectebat habenas:
Totaque præciso nutassent agmina cornu,
Ni celer instructa Stilichon legione secutus,
Subsidiis peditum pugnam instaurasset equestrem.

equis impulsis, et momordit terram Italiæ. Fortunatus ille, *et promeritus sedes Elysias, et versus* laudantes; *qui flagravit vehementius vel morte eluere fidem* suam *suspectam nobis injuria: qui, gladio absolvente, delevit egregio cruore scelus falsum. Equites perturbati morte ducis* Alanorum *vertebant fræna, et ala cæsa totus exercitus inclinasset, nisi Stilicho promtus cum legione armata veniens restituisset præ-*

—589 *Acceleratur* ed. Vicet. *Acceleravit* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Voss. Moret. sec. Lov. Exc. Læti, Gevart. Lucens. sec. et Sched. Gud. *moriens Italamque momordit* Moret. sec.—590 *Elysiis* sine copula Reg.—591 *suspensam* Lov. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *spectatam* Pal. Med. pr. *spectatam* vel *suspectam* Oxon. pr. *infensius* Pal.—592 *Et leto* Pal. Med. pr. *vindice ferro* Oxon. pr. Ambr. tert. *ferri* Ambr. pr.—593 *Debuit* Farn. *laudando* Tholos. Med. quart. qui et *carmine* exhibet pro *sanguine*. *crinem* pro *crimen* Vat. sec. —594 *tristatus* Vat. quint. *investatus* vel *tristatus* idem Vat.—595 *præsciso* Ambr. sec. *præcisso* duo Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. duo Med. Lov. *turbassent* Ambr. pr. Vat. quart. *recitassent* Var. LL. ed. Antv. *mutassent* omnes Vatt. Farn. Med. sec. *nutassent* Leid. sec. Florent. duo Med. inc. Heins. Thuan. Mazar. Moret. sec. Ambr. tert. Oxon. sec. tres Petav. Ald. Exc. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm.—596 *regione* Pat.—597 *Obsidiis* inc.

NOTÆ

cicatrices, etsi colludere fingebatur cum Alarico, tamen Stilichoni lubens paruit, nec dubitavit mori.

589 *Momordit*] In Italia occisus momordit terram: id faciebant antiqui, ne sibi morientibus ora prave contorta viderentur. Virgilius: 'Et humum moriens semel ille momordit.'

590 *Elysiis*] Dignus Elysiis ob virtutem, cui debentur, ex Virgilio, 'amœna vireta, Fortunatorum nemorum sedesque beatæ.'

Carmine] Dignus æterna Musarum memoria.

592 *Vel leto purgare*] Morte, qua nihil est corruptius, purgare et probare fidem. Æmuli nempe Stilichonis insusurrabant Honorio, Stilichonem res novas cogitare, et Alanos cum Stilichone et Alarico clam colludere. Dux Alanus, ex Claudiano, totum id falsum esse sua morte probavit.

Judice ferro] Dux Alanus, suis et armis et virtute et sanguine dedit occasionem judicandi, crimen perfidiæ in Romanos ipsi affictum, esse immeritum et falsum: apud Jureconsultos, *Ultore ferro.*

594 *Flectebat*] Hæc est Stilichonis fuga, quam post ejus cædem auctores sic auxerunt.

597 *Subsidiis peditum*] Et forte Stilicho, Cæsarem imitatus, equum di-

Quis, Musis ipsoque licet Pæane recepto,
Enarrare queat, quantum Gradivus in illa
Luce suæ dederit fundator originis urbi?
Altius haud unquam toto descendimus ense
In jugulum Scythiæ: tanta nec clade superbum
Contudimus Tanain, vel cornua fregimus Histri.
Invisum miles sitiens haurire cruorem
Per varias vestes, oneratasque plaustra metallo
Transit, et argenti cumulos; et cædis avarus
Contemtas proculcat opes: pretiosior auro
Sanguis erat. Passim neglecti prodiga lucri

lium equestre, auxiliis pedestribus. Ecquis, etsi *Musis et ipso Apolline plenus, possit referre quantum Mars conditor* hujus *stirpis concesserit urbi suæ in illa die? Nunquam intravimus profundius toto gladio in guttur Scythiæ: neque tanta occisione profligavimus Tanain insolentem, aut rupimus cornua Danubii. Miles* noster *ardens sorbere sanguinem hostilem transvolat per vestimenta diversa, et plaustra onusta metallo, et* per *acervos argenti; atque insatiabilis cædium proterit divitias spretas: cruor erat carior auro. Ira sæviens et larga, lucro contemto, satiat odium*

Heins. *inflasset* Tholos. forte, pro *inflammasset.*—598 *Qui* Moret. pr. *Pæone* Exc. Gevart. *receptus* Moret. sec.—599 *Enumerare* Exc. Gevart.—600 *sua* Oxon. pr.—602 *sacræ* pro *Scythiæ* Var. LL. ed. Antv. *neç tanta* Ambr. pr. *ne* Leid. pr. *laude* pro *clade* Farn.—603 *Et tudimus* Oxon. pr. *Tanaim* tres Vatt. Oisel. *et cornua* Jun. pr. *aut* Exc. Læti.—604 *sitiens miles* Lov. *audire* Moret. pr.—605 Ad *oneratasque plaustra* Heinsius seqq. notaverat: De carragine intelligendum, quam faciebant fugientes. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 208. 228. sic IV. Cons. Hon. 466. 'Plaustra cruore natant.' huc refer et alium locum II. in Rufin. 129. 'cæsis obtendit plaustra juvencis.' de *carragine* vid. et Trebell. Poll. in Claudio p, 204. l. 13. 37. 43. Vopisc. in Aureliano p. 212. l. 43.—606 *avidusque cruoris* vel *cædis avarus* Med. quart.—607 *conculcat* Pat. Voss. Leid. sec. Exc. Gevart. *proculcet* Moret. pr.—608 *prodi-*

NOTÆ

misit, et exemplo suo ceteros idem facere docuit.

598 *Pæane*] Apollo, vel Hymnus in laudem Apollinis.

601 *Descendimus*] Audax verbum, sed efficax. Descendimus in jugulum, id est, immersimus totum gladium, et descendimus in guttur Scythiæ, velut belluæ immanis. Seneca de Sejano dixit, 'Sejanum in cervices nostras non imponi, sed descendere.'

603 *Tanain, &c.*] Vicimus hostes ad Tanain et Danubium. Fluvios pro ipsis populis usurpare poëtæ solent.

606 *Avarus*] Est in cæde inimicorum quædam avaritia inexsaturabilis, cupide grassans ultra vindictam et iram: sed et *avarus* ponitur pro eo, qui nunquam expletur, nunquam satiatur; sic apud Virgilium fit mentio 'Acherontis avari.'

608 *Prodiga lucri*] Quod facere posset lucrum, negligit.

Ira furens strictis odium mucronibus explet.
Purpureos cultus, absumtique igne Valentis
Exuvias, miserisque graves crateras ab Argis,
Raptaque flagranti spirantia signa Corintho
Callidus ante pedes venientibus objicit hostis
Incassum; neque enim feralis præda moratur,

gladiis nudatis. Hostis astutus exponit ad pedes frustra Romanis *irrumpentibus, vestes purpureas, et spolia Valentis consumti flamma, et crateras ingentes* raptos *ab Argis deplorandis, et statuas* pene *viventes ablatas Corintho incensa: nec enim*

gus auri vel *prodiga lucri* Moret. pr.—609 *Ila* pro *Ira* Tholos. Ambr. pr. *Ima* Put. duo Petav. *Illa* Vat. tert. Pric. m. pr. Lov. Bonon. *Turba* Ambr. tert. *tristis odio* Moret. pr. *odio strictis* Mazar. *odium strictis* Med. quart. *odium* Ambr. tert. *odio* duo Vatt. Pal. Farn. Oisel. duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Oxon. pr. ed. Vicet. et Parm. Var. LL. ed. Antv. *odium* vel *odio* Reg. Vat. quart. Exc. Læti. *implet* Thuan.—610 *vultus* pro *cultus* Oxon. sec. *assumptas* Vat. pr. Farn. Exc. Læti. *assumptasque* Pal. *assumptoque* Leid. sec. et alii, triginta fere, Exc. Gevart. Sched. Gud. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *absumptoque* Ambr. sec. *absumtique* vel *absumtoque* Thuan. *absumtoque* vel *absumptasque* Med. quart. *assumptoque* vel *assumptasque* Flor. *assumptosque* et emendatum *assumptasque* Leid. pr. *Valenti* Pric. *valentes* Leid. sec. Oxon. pr. Pal. Farn. Rott. Oisel. omnes Vatt. Exc. Læti. *volantes* Jun. pr. Oxon. sec. *calentes* Med. quart. *calentes* vel *valentes* Reg. Med. pr.—611 *miserasque* Moret. pr. *mersisque* Oxon. pr. m. pr.—612 *spumantia* Pal. Oxon. pr.—613 *Callibus* Moret. pr. *Squallidus* vel *Callidus* Vat. sec. deerat autem hic versus Vat. tert. *abjicit* Reg.—614 *nec enim* Vat. tert. Pal. Rott. Flor. duo Med. Petav. tert. Tholos. Ambr. pr. Lov. Moret. pr.—615 *Sic* Flor. *Si*

NOTÆ

609 *Ira furens*] 'Ira furor brevis est.'

610 *Valentis*] Hostis captus frustra Romanis victoribus objicit spolia Valentis Imperatoris, qui a Gothis in tugurio ustulatus, et ejus regia supellex ab Alarico direpta est. Valens fuit Princeps pessimus, Christianorum hostis infensissimus.

611 *Miseris*] Hostis victus frustra objicit crateras raptos ab Argis expilatis, deplorandis. Præter Thebas et Athenas, ante totius Græciæ urbes misere spoliatæ fuerunt.

Graves] Vel crateras ingentes ideoque graviores; vel signis emblematisque insculptis graves.

612 *Spirantia signa*] Ita ad vivum expressa, ut spirare ac vivere videantur. 'Spirantia mollius æra.' Virgilius. 'Phidiacum vivebat ebur.' Juvenalis.

Flagranti Corintho] Nobilissima opera Corinthi, æsque Corinthiacum laudatissimum semper fuit: ex quo alias Memmius urbem 'tuba præcinente' incendit, æsque aurum et argentum statuarum simul mixta sunt. Hinc Florus, 'æris notam pretiosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria: quia incendio perustis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere.'

613 *Callidus*] Ut intentus spoliis miles persequi desisteret: sic olim victus Mithridates Romanos victores elusit, cum 'maximam vim auri atque argenti . . . . reliquit:' quæ dum Romani 'colligunt omnia diligen-

Sed justos præbent stimulos monumenta doloris.
Asseritur ferro captivum vulgus, et omnes
Diversæ vocis populi, quos traxerat hostis
Servitio, tandem dominorum strage recepti,
Blanda cruentatis affigunt oscula dextris,
Desertosque Lares et pignora læta revisunt.
Miratur sua quemque domus, cladesque renarrant
Ordine, tum grati referunt miracula belli.
Quis tibi nunc, Alarice, dolor, cum Marte perirent
Divitiæ, spoliisque diu quæsita supellex,
Pulsaretque tuas ululatus conjugis aures?

præda funesta retardat illos, *sed* hæc *specimina afflictionis dant aculeos æquos. Populus* ante *captus liberatur armis, et omnes gentes variæ linguæ, quas hostis abduxerat* in *servitutem, redemtæ tandem clade dominorum* suorum, *imprimunt oscula dulcia manibus sanguineis se liberantibus, ac repetunt domos* suas *derelictas, et liberos* suos *gaudentes. Sua familia suspicit unumquemque; et tunc* illi *recensent seriem stragis, et memorant prodigia belli jucundi. Quis tibi tunc mæror* fuit, o *Alarice, cum opes* tuæ *bello absumerentur, et supellex* tua *parta* tot *exuviis, et la-*

Med. sec. *furoris* pro *doloris* Vat. sec. *dolori* Tholos.—616 *vulnus* Oxon. pr. Leid. sec. Med. sec. Tholos. inc. Heins. Lov. Var. LL. ed. Antv. *vulnus* vel *vulgus* Reg. *amens* pro *omnes* Vat. pr. Farn.—617 *voces* Put. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. *voces populis* Ald. *propria* pro *populi* Ambr. tert.—618 *Scrutato tandem* Oxon. pr. *recepti* Jun. pr. Oxon. sec. *redemti* al.—619 *Magna* Pal. *affligunt*. Farn. Oxon. pr. *affigunt*. Jun. pr. Voss. Leid. sec.—620 *Misertosque* Farn. *Desertosque* vel *Desuetosque* Exc. Læti.—621 *Mirantur* ed. Parm. *Miratur* Var. LL. e marg. Parm. *quæque* Reg. *renarrat* Pal. Med. sec.—622 *tunc grati* Mazar. *tunc grata* Med. quart. *tum grati* Leid. pr. Oxon. sec. duo Vatt. Med. pr. vet. Gyr. Thuan. Ambr. sec. Exc. Lucens. sec. Sched. Gud. *cum gurti* Med. sec. *congrati* Leid. sec. Florent. inc. Heins. Put. Petav. sec. *cognati* Vat. pr. Farn. *congressi* Rott. Reg. Oxon. pr. *cum grati* undecim alii, Exc. Gevart. et Var. LL. ed. Antv. *congrati* vel *cognatis* Oisel. *tum grati* vel *cognatis* Exc. Læti. *miracula leti* Vat. quart.—623 *nunc* Oxon. sec. *tunc* vet. Gyr. cum viginti quinque aliis, Exc. Gevart. Læti et Lucens. pr. Sched. Gud. *color* Med. quart.—624 *deum* pro *diu* Pal. *tibi munda* pro *quæsita* Moret. sec. —625 *Pulsavitque* Pal. Med. pr. *Conjugis* duo Vatt. Pric. *flebilis* pro

NOTÆ

tius, rex ipse ex manibus effugit.' Cicero.

615 *Justos stimulos*] Ad supplicium de sceleratis sumendum.

Monumenta doloris] Tot spolia erant monumenta doloris Græcarum urbium, quæ spoliatæ fuerant.

616 *Captivum vulgus*] Mulieres puerique, qui a Gothis capti fuerant ad Timavum, ubi deploratum vulnus acceptum est.

619 *Oscula*] Osculantur manus sanguineas Romanorum se liberantium.

621 *Miratur*] Quomodo quis liberari potuerit ex manu hostium teterrimorum.

622 *Miracula belli*] Prodigia a Stilichone patrata, eaque admiranda.

624 *Spoliis quæsita*] Parta atque aucta spoliis victarum gentium.

Conjugis, invicto quæ dudum freta marito
Demens Ausonidum gemmata monilia matrum,
Romanasque alta famulas cervice petebat.
Scilicet Argolidas Ephyreiadasque puellas
Cœperat, et pulchras jam fastidire Lacænas.
Sed Dea quæ nimiis obstat Rhamnusia votis,
Ingemuit, flexitque rotam. Domat aspera victos
Pauperies, unoque die Romana rependit

menta tuæ *uxoris ferirent aures tuas; uxoris*que, *quæ quidem confisa conjuge indomito, insana poscebat torques gemmatos matrum Italarum, et* poscebat etiam *celsiori capite* sibi *servas* futuras. *Nimirum jam inceperat spernere virgines Argivas, et Corinthiacas, et Spartanas formosas. At Dea Nemesis, quæ impedit nimia desideria, indignata est, et avertit currum: acerba egestas macerat* illos *superatos, et conflictus Romanus restituit uno die, quæcumque perdidimus per annos*

conjugis Vat. sec. Pal. duo Med. Petav. pr. m. sec.—626 *invito* Moret. sec. *invicto* Moret. pr. *immoto* Ambr. pr. *quæ dudum* Moret. pr. *dudum quæ* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Exc. Læti. *frena* pro *freta* Sched. Gud.—628. *Romanas* Vat. pr. Farn. *alias* pro *alta* Moret. pr. *parabat* Vat. tert. Reg. *parabat* vel *petebat* Florent.—629 *Argolidas* Vat. tert. *Arcolicas* Var. LL. ed. Antv. *Ephyreiadesque* Pal. Oisel. *Ephyreiadasque* Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Epieriadasque* Oxon. pr. *Epieridasque* Moret. sec. Lov. *Ephireidasque* Leid. pr. *Ephyriadesque* Moret. pr.—630 *Mecenas* pro *Lacænas* Lov.—631 *clam* pro *Dea* Moret. pr.—632 *Infremuit* pro *Ingemuit* conjiciebat Heins. *victus* Moret. pr.—633 *dependit* Pal. *pependit* duo Vatt. Farn. Florent.

NOTÆ

628 *Romanas alta cervice*] Jam spectabat ut famulas, matres Romanas, alta cervice, hoc est, altiore dignitate eminentes.

629 *Argolidas*] Argivas ab urbe Argis in Græcia.

Ephyreiadas] Corinthiacas, a fonte Ephyre, qui Corintho vicinus est. Inde Virgilius, 'Ephyreiaque æra,' id est, Corinthiaca, seu optima.

630 *Pulchras Lacænas*] Lacænarum pulchritudo fortitudoque celebrantur. Notum adagium: solæ Lacænæ viros pariunt; id est, fortes Heroas.

631 *Dea Rhamnusia*] Sic dicta est a Rhamnunte pago Atticæ, ubi simulacrum habebat, quod ex Strabone non ipsius Phidiæ cederet operibus: dicitur aliter *Nemesis*, ἀπὸ τοῦ νέμειν, *distribuere*, quasi esset quædam Justitiæ filia, et bonis præmia, malis supplicia, distribueret. Eos etiam affligit, qui suis dotibus contenti non sunt, qualis erat Narcissus. In libro de Mundo, qui liber Aristoteli tribuitur, dicitur etiam Ἀδραστεία, quia eam nemo ἀποδιδράσκει, *effugit*. At Strabo dictam putat *Adrasteiam*, quod Adrastus ei primum templum statuerit, idque probat ex Antimacho. An autem *Nemesis* et *Leda* unum et idem sint, docte disputat Cœlius Rhodiginus.

633 *Romana acies*] Transpositio non imitanda.

Quicquid ter denis acies amisimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia sæclis!
O meritum nomen felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale solum, memorabile bustum
Barbariæ! nam sæpe locis ac finibus illis
Plena lacessito rediit vindicta Quirino.
Illic Oceani stagnis excita supremis
Cimbrica tempestas, aliasque immissa per Alpes,
Isdem procubuit campis. Jam protinus ætas
Adveniens geminæ gentis permisceat ossa,

triginta. O Pollentia laudanda mihi sæculis omnibus! o quam *nomen* tuum *gloriosum!* o quam *idonea victoriis fortunatis! terra funesta fortitudini* hostium, *insigne sepulcrum Barbariæ! Etenim sæpius* in *illis locis ac limitibus, ultio integra reversa est Romanis petitis. Illic procella Cimbrica excitata* ex *ultimis aquis Oceani, et emissa per Alpes excelsas, cecidit* in *agris iisdem. Mox jam sæcula venientia confundant ossa nationis utriusque, et notet titulos duos,* qui sint

Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Læti.—634 *Quidquam* Rott. Vat. tert. m. pr. *tridenis* pro *ter denis* Pal. *acres* pro *acies* Oisel. *ames* Vat. tert. m. pr. *aciesque* Oxon. pr. *amisimus* Put. *commisimus* Exc. Gevart. *comisimus* Leid. sec. m. sec. deest autem hic versus Petav. pr.—635 *veneranda* Vat. tert. Florent. *celebranda* vel *veneranda* Pric. *sedes* pro *seclis* Med. quart.—636 Hic versus non comparet in Med. pr. *acta* pro *apta* Moret. pr. Lov. m. sec.—637 *Virtutis, fatale* Leid. pr. *Virtutum* Reg. Oxon. pr. *Virtuti* mallit Heins.—638 *non sæpe* Moret. pr. *jam* Ambr. sec. Petav. tert. *a finibus* Pric. *de finibus* Pal. Med. pr. *istis* Jun. pr.—639 *Quiriti* pro *Quirino* legebat Heins.—640 *exstincta supremis* Oxon. pr. *exercita summis* Moret. pr. *supremi* conjiciebat Heins.—641 *alasque* Vat. sec. *altasque* Oisel. Med. quart. Petav. sec. *altas* vel *altasque* Exc. Læti. *emissa* Exc. Lucens. sec. *inmensa* Petav. sec. *inmersa* Moret. pr.—642 *Hisdem* Florent. Ambr. pr.—643 *Geticæ* pro *geminæ* Vat. tert. Florent. m. pr. *genitæ*

NOTÆ

635 *O celebranda, &c.*] Non quod celebraturus sim cunctis sæculis, sed quod laudes, quibus effero Pollentiam, æternum duraturæ sint.

Pollentia] Ptolemæo Πολεντία, urbs est in Liguria, Italiæ regione. Ad hanc victi sunt a Stilichone Getæ.

636 *Apta*] *Adepta:* Barthius ex Lucretio: 'ex hoc apta fidem ducit;' id est, adepta nomen et famam.

639 *Plena*] Nostri milites redierunt sumta plene vindicta.

Lacessito] Lacessitis Romanis a Quirino seu Romulo ortis.

641 *Cimbrica*] Cimbri, populi Germaniæ versus Oceanum. Florus: 'Cimbri, Teutones, atque Tigurini ab extremis Galliæ profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe quærebant.' Ubi et Galliam latius sumit.

Tempestas] Exercitus instar tempestatis ingruens, ob ingentem barbarorum multitudinem.

642 *Isdem campis*] Non tamen in iisdem campis victi sunt Cimbri a Mario, et Getæ a Stilichone. Nam Marius profligavit Bœorigem et Cimbros in campis *Vercellis*, ab urbe quæ Ptolemæo dicitur Οὐερκελλαί: quæ Vercellæ distant ab urbe Pollentia milliaria plusquam quadraginta.

Et duplices signet titulos, commune tropæum :
Hic Cimbros, fortesque Getas, Stilichone peremtos
Et Mario, claris ducibus, tegit Itala tellus.
Discite vesanæ Romam non temnere gentes.

tropæum commune. Hic terra Italica operit Cimbros et Getas indomitos, interfectos a *Stilichone et* a *Mario, Ductoribus illustribus.* Hinc, o *populi vecordes, discite non spernere Romam.*

Med. sec. *tantæ* duo Vat. Jun. pr. Oxon. sec. *geminæ* vel *Geticæ* Pric. *admisceat* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *promisceat* Exc. Læti. *Cimbris Geticorum admisceat* Moret. pr.—644 *signent* Moret. pr. *tumulos* Exc. Læti m. pr.—645 *fortisque* Ambr. tert. *fortique* Ambr. pr. *strictosque* Vat. pr. Farn. *perempto* inc. Heins.—646 *ducibus claris* Tholos. *cladum ducibus* Oxon. sec. *claris* vel *variis* Med. pr. *viget* pro *tegit* Florent.—647 *tendere* Ambr. pr. Sched. Gud. In Lov. ad calcem legebatur: *Explicit Claudius Claudianus in Rufinum.* Jun. pr. habet : *Explicit Liber Claudii Claudiani.* in Thuan. *Claudii Claudiani liber Explicit. Explicit de Bello Getico* Lucens. sec. *Explicit Liber Claudiani* Leid. sec. *Explicit Claudianus Magnus* Oxon. pr. in Moret. sec. erat : *Explicit magnum opus Claudiani nobilissimi versificatoris.*

NOTÆ

644 *Titulos*] Signet duos titulos, duas inscriptiones, sed quæ notent tropæum commune Mario et Stilichoni.

647 *Discite*] Id sumtum est ex formula publicæ animadversionis, ubi plagis et verberibus addebatur : 'Noli hoc facere : Disce hoc agere.' Notus et versus Virgilianus omnium excellentissimus, judicio Præstigiatricis indoctissimæ a Philosopho id rogatæ : quæ id respondit in urbe Papia seu Ticino ; si fides adhibenda Boistuavio in Historiis prodigiosis : 'Discite justitiam moniti, et non temnere Divos.'

XXVII.

CL. CLAUDIANI

DE SEXTO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

PANEGYRIS.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ut quisque in somnis de iis cogitat, quæ profitetur; sic ego Poëta putabam me offerre versus Jovi, superis plaudentibus. Res vera inventa est, siquidem Honorio offero versus, plaudente Procerum frequentia.

Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno,
Pectore sopito reddit amica quies.

Requies grata noctis, *corpore composito, repræsentat omnia desideria quæ*

In Vat. pr. et Lov. nulla erat Inscriptio. Petav. pr. inscribit: *Liber de VI. Consulatu Honorii.* Leid. pr. habet: *Incipit Liber de sexto Consulatu Honorii.* in Lucens. sec. erat: *Incipit Panegyricus de sexto Consulato Honori Augusti. Præ-*

NOTÆ

1 *Sensu diurno*] Quæ videt vel audit homo per diem, ea recurrunt in somnis.

Vota] Desideria, aut ea omnia quæ cupit homo, dicuntur vota.

Venator defessa toro cum membra reponit,
  Mens tamen ad sylvas et sua lustra redit.
Judicibus lites, aurigæ somnia currus,
  Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
  Et vigil elapsas quærit avarus opes.

versantur in *sensibus per diem. Venator, cum componit* in *lecto corpus* suum *fatigatum, animus tamen* ejus *revertitur ad sylvas* notas, *et latibula ferarum sibi* cognita. *Lites* sunt *somnia judicum; currus* sunt somnia *aurigæ, et meta inanis evitatur* ab ipso eum *equis* per *noctem. Amans lætatur* amoribus *furtivis; nauta mutat merces; et avarus expergefactus requirit divitias effluentes. Et*

---

fatio. In Exc. Gevart. erat hoc carmen octavo loco. In Moret. pr. sequitur post Bel. Geticum. *Præfatio* vocatur in veteri Ausonii Codice Vossiano, in quo sub Claudiani nomine legebatur. *Exodium* vocatur in Codice Thomæ Bartholini, quem Heinsius litera G notaverat. Vetus Cod. Gyrald. Vat. Livin. ambo Moret. Lov. aliique habent hanc Præfationem, et quidem hic suo loco, quam alii vulgo Libro III. de Rapt. Proserp. præfigunt, uti in Lov. ascriptum, quod et Gyraldus monuit. In Schedis Gudianis, Exc. Schotti et Cod. Rhem. item Var. LL. ed. Antv. Præfatio plane deerat. In Oxon. sec. deest quoque hæc Præfatio cum parte Panegyrici usque ad versum 37. nec ante Lib. III. de Rapt. Pros. postea comparet. In Vat. pr. et sec. Pal. Farn. Oxon. pr. Petav. pr. ed. Parm. bis legitur hoc carmen, hoc nempe loco et ante Lib. III. de R. P. unde Heinsius, si lectio consentiret, talem notam apposuerat A 2, B 2. In schedis suis monuerat quoque, in Jun. pr. itidem bis legi; itaque cum prior lectio variat et a secunda non confirmatur, hanc notam apposuit Aa. ubi secunda, Bb. ubi utraque lectio consentit AA. In Juniano secundo membranaceo, sed admodum recenti, litera D notato, et in duobus Voss. semel legebatur ante III. de R. P. in tertio vero Voss. suo loco posita erat.—1 *Carmina* pro *Omnia* Ambr. pr.—2 *Tempore nocturno* Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet. *sopito* vel *nocturno* Ambr. tert. *solvit* pro *reddit* Pal. Med. pr. *amica dies* Thuan.—3 *dum fessa* Ambr. tert. *cum fessa* Pal. *quum fessa* Auson. Voss. *defensa* Florent. ed. Vicet. Ald. *defessa* vet. Gyr. Vat. Livin. *cum fessa toro sua membra* Voss. pr. *cum membra toro defessa* Ambr. pr. Petav. pr. Jun. pr. A. A. Voss. sec. Vat. sec. 2. item duo alii Vatt.—4 *Mox* pro *Mens* Med. tert. *ad sua vota* Reg. Oxon. pr. 1. *ad sua lustra* Tholos. 2. *rura* vel *lustra* Moret. sec.—6 *Unaque* Leid. sec. Voss. tert. Pat. Petav. sec. Med. tert. Exc. Gevart. *Vanaque* vel *Unaque* Oxon. pr. b. *canatur* Pal. *canetur* vel *cavetur* Med. pr.—7 *Forti* pro *Furto* Jun. pr. a. unde *Furti* conjiciebat Heinsius. *Gaudet amans furto* Vat. pr. 2. Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. *merces* vel *metas* Oisel. ed. Vicet.—8 *Pervigil* Vat. quint. Ambr. tert. *ægris* pro *agris*

NOTÆ

4 *Sua lustra*] Suas sylvas, in quibus versatur venator, quasi suæ forent. Lustra sunt latibula ferarum.

6 *Vana meta*] Quia ea meta non est, nisi in mente somniantis.

7 *Permutat*] Navita Europæus, verbi gratia, permutat merces Europæas cum mercibus Indicis.

8 *Vigil*] Avarus, quem avaritia dormire non sinit.

Elapsas] Avarus quærit tum somniando, quod perdidit, et quod falso putat se perdidisse.

Blandaque largitur frustra sitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoque Musarum studium sub nocte silenti
Artibus assuetis solicitare solet.
Namque poli media stellantis in arce videbar
Ante pedes summi carmina ferre Jovis.
Utque favet somnus, plaudebant Numina dictis,
Et circumfusi sacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat, vinctusque Typhoeus:
Hic subit Inarimen, hunc gravis Ætna domat.

somnus humectans dat potum gratum inutiliter ex *fonte frigido ægrotis sitientibus. Amor Musarum consuevit per noctem tacitam excitare etiam me ad exercitationes solitas. Etenim videbar* mihi *in ipso palatio cœli micantis ferre versus ad pedes Jovis supremi; et ut sopor juvat* somnia, *Dii et cohors sacrata cœtus circum stipantis applaudebant verbis* meis. Argumentum *versuum meorum erat Enceladus, et Typhoeus ligatus. Hic jacet sub Inarime; Ætna*

ed. Parm.—10 *Et riguus* Put. *Irriguus* Auson. Voss. qui hic desinit. *Irriguis* Moret. sec. *sapor* Cod. Bartholin. *sopor* vel *sapor* Voss. sec.—11 *studio* Florent. *studiis* Moret. pr.—12 *assiduis* pro *assuetis* Vat. pr. 2. Pal. Cod. Bartholin. Med. pr. Petav. pr. Voss. et Ambr. pr. Vat. quart. et quint. ed. Parm. et Vicet. *invigilare jubet* pro *solicitare solet* Ambr. tert. *soles* Moret. pr. Heinsius seqq. hic notaverat: 'De somniis vide similia apud Nonnum Lib. 42. p. 1096. ed. Lub. Petron. p. 33. ed. Weitz. Ciceron. init. Somn. Scip. et Lucret. Lib. IV.'—13 *Jamque* Tholos. *stellantis* vel *sublatus* Vat. sec. 2. Voss. sec. *stellantis* vel *stellati* Med. pr. *medio stellantis in orbe* Reg. *nocte* pro *arce* Med. tert. *æde* vel *arte* Pal. Med. pr.—15 *Utque favet, somnis* Voss. pr. *Dumque* Florent. *Atque* Med. sec. *fovet* Med. sec. *laudabant numina ditis* Tholos. *votis* pro *dictis* Jun. sec.—16 *fori* pro *chori* Vat. quint.—17 *vinctusque* Oisel. Med. tert. Put. Petav. sec. Tholos. duo Ambr. Moret. sec. Leid. pr. et sec. m. pr. *victusque* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Cod. Bartholin.—18 *Hunc premit Inarimes* Cod. Bartholin. Vat. pr. et sec. 2. item quint. et Pal. *Hic subit Inarimen* Vat. Livin. Jun. pr. 1. Oxon. pr. 2. duo Leidd. duo Med. tres Petav. totidem Ambr. Lov. Moret. sec. Voss. tert. Mazar. Thuan. Reg. 2. Bonon. Tholos. Inc. Heins. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *premit* Petav. pr. m. sec. *Inarime* ed. Vicet. *Inarimen* tres Vatt. Oisel. vet. Gyr. *hunc pre-*

NOTÆ

16 *Circumfusi*] Quasi ego medius inter hos orarem.

17 *Enceladus*] Gigas Ætna superimposita oppressus: de hoc alibi. Per Enceladum intelligitur Alaricus, per Typhoeum Gildo. Uterque victus est a Stilichone sub auspiciis Honorii.

Typhoeus] Inarime Insula oppressus; de hoc etiam alibi. *Inarime* autem Homero ἔριμοι: hinc εἰν ἀρίμοις, et conjunctis his vocibus *Einarime* facta, seu *Inarime*, rejecta prima litera, ut sæpe fit: dicta etiam *Prochyta* ἀπὸ τοῦ προχέειν, *profundere*, quod terræ motu effusa sit. His adjice Plinium, ex quo 'Prochyta non ab Æneæ nutrice, sed quia profusa ab Ænaria erat, Ænaria ipsa a statione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed a figlinis doliariorum.'

Quam lætum post bella Jovem susceperit æther,
 Phlegrææ referens præmia militiæ.
Additur ecce fides: nec me mea lusit imago,
 Irrita nec falsum somnia misit ebur.
En Princeps, en orbis apex æquatus Olympo:
 En, quales memini, turba verenda, Deos.
Fingere nil majus potuit sopor; altaque vati
 Conventum cœlo præbuit aula parem.

ingens illum opprimit. Canebam *quam gaudens Cœlum, reportans munera belli Phlegræi, exceperit Jovem, post hæc prælia. En fides adjungitur* dictis meis; *neque* vana *mea species decepit me, neque ebur mendax injecit* mihi *somnia inania. Ecce Imperator, ecce culmen Mundi simile Cœlo: ecce cœtus venerandus, quales recordor* esse *superos. Somnus nihil evaluit invenire sublimius; et Regia excelsa exhibuit Poëtæ* mihi *consessum similem consessui cœlesti.*

mit Ætna gravis Vat. pr. 2. Cod. Barthelin. *premit* inc. Heins. *Henna* Oxon. pr. 1. Farn. *Enna* Oisel. *Ossa* Vat. quint. *Æthna premit* Voss. pr.—19 *lætum* Vat. Livin. Oisel. Florent. Reg. Tholos. Jun. pr. 1. Oxon. pr. 2. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *lætus* tres Vatt. Pric. Petav. pr. Put. Thuan. Cod. Bartholin. *lætum* vel *lætus* Med. pr. Bonon. *susceperat* Vat. pr. Florent. Reg. Ambr. pr. Jun. pr. 1. Oxon. pr. 1. Vat. Livin. *aër* vel *æther* Vat. sec.—20 *gaudia* pro *præmia* Tholos. *prælia* Med. tert.—21 *te mea lusit* Oxon. pr. *Jam me* Put. Lov. Jun. pr. Moret. sec. *Jam mea* Pric. Inc. Heins. Med. quart. Mazar. Petav. sec. *luxit* Petav. sec. *ludit* Tholos.—22 *falsis* Vat. sec. 2. Florent. qui et *mittit* habent. *mittit* vel *misit* Voss. sec.—23 *orbis* Exc. Læti. *urbis* duo Vatt. Oisel. Oxon. pr. Vat. Livin. *æquatus* vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *æquatur* Leid. sec. et triginta fere alii ed. Parm. et Vicet. *æquandus* Vat. sec. 2. Ambr. sec. *æquandus* vel *æquatus* Voss. sec.—24 *Æquales* pro *En quales* Voss. pr. *Est* pro *En* Thuan. *qualis* Reg. *qualis meminit* Moret. sec. *memini* Exc. Læti. *meminit* duo Vatt. item primus m. pr. Farn. Pric. Oisel. Florent. Med. tert. Inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Petav. duo Ambr. Oxon. pr. 1. ed. Parm. *memini* vel *meminit* Vat. tert. *Dei* Cod. Bartholin. m. sec. *Deos* Jun. pr. AA. et sec. Oxon. pr. 2. Cod. Bartholin. duo Leidd.—25 *non majus* Thuan. *vel majus* Ambr. tert. *nil potuit majus* Jun. sec. *sapor* Lov. *vati* tres Vatt. *menti* Vat. pr. et sec. Florent. Med. tert. Reg. Tholos. Jun. pr. et sec. Oxon. pr. Voss. sec. Moret. sec. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *somni* Med. quart. *mentis* vel *menti* Cod. Bartholin. *vati* vel *menti* Bonon.

NOTÆ

20 *Phlegrææ*] Cœlum refert præmia militiæ Phlegrææ, hoc est, spolia gigantum, ad Phlegram Thessaliæ urbem devictorum.

22 *Ebur*] Poëtæ duas faciunt portas somniorum; corneam, qua vera; eburneam, qua falsa somnia exeunt, emittuntur: cornea oculos designat, quod hi carnibus durioribus constent, et frigus non sentiant; eburnea denotat os, ob dentes: sic somnia per corneam portam emissa veriora sunt quam quæ eburnea exeunt; nam quæ a nobis cernuntur, certiora sunt quam quæ nobis dicuntur. Hæc est sententia Servii in Virgilii locum, 'portaque emittit eburna.'

23 *Princeps*] Imperatorem Jovi,

NOTÆ

Proceres Diis, Senatum Cœlo magnifice comparat. Quod ad Imperatorem attinet, certum est eos, quibus contigit regere mortalium genus, etiam in Sacra Scriptura Deos appellari. 'Magnus Dominus super omnes Deos,' aiebat Jethro. 'Ego dixi, Dii estis.' In Psalmis.

XXVIII.

CL. CLAUDIANI DE SEXTO CONSULATU HONORII AUGUSTI PANEGYRIS.

ARGUMENTUM.

Fortunæ Reduci templum vovendum est ob Majestatem Consularem Romæ restitutam ab Honorio, qui reget feliciter, cujus præsentia lætificabit Romam, solam Consulum et Imperatorum sedem, in qua Theodosius vixit, elegit consortem Honorium, quam amat præfertque Orienti ipse Honorius, a Stilichone et Serena ibi exceptus. Felix Theodosius, qui videbat hostes victos et ultos ab Honorio, quo auspice fugatus Alaricus, cui insultat Eridanus, Verona gaudet strage militum Alarici. Stilicho sapienter ab his vindictam petit. Alaricus suos retinere non potest, desperat, dolet de præsenti infelicitate, variis motibus agitatur. Optatur adventus Honorii. Roma mixtis querelis, dolore, aliisque affectibus, rogat eum ut veniat. Honorius ait se visum esse in Stilichone Consule, quem laudat a variis victoriis. Inde Ravenna egressus transit per varios Italiæ tractus, Romam invisit, favente Cœlo, plaudentibus hominibus, et mirantibus apparatum, famulante Eucherio, gaudente Stilichone, comitante Victoria, cunctis colentibus. Ludi exhibentur, Annus omnium felicissimus aperitur.

Aurea Fortunæ Reduci si templa priores
Ob reditum vovere ducum, num dignius unquam

Si veteres dedicaverunt templa aurata Fortunæ Reduci ob reversionem Ductorum

1 *sic* Petav. sec. *minores* Tholos.—2 *ob reditus* Tholos. *pro reditu* Vat. sec.

NOTÆ

1 *Aurea*] Romæ templa quædam auro tecta agnoscunt auctores; inde Roma aurea non raro dicitur. Martialis: 'Fortunæ Reducis fulgen-

Hæc Dea pro meritis amplas sibi posceret ædes,
Quam sua cum pariter trabeis reparetur et Urbi
Majestas? Neque enim campus solennis et urna
Luditur in morem: species nec dissona cœtu,
Aut peregrina nitet simulati juris imago.

an hæc Diva peteret unquam sibi æquius delubra magnifica, ut meretur, quam cum splendor solitus restituitur Romæ, simul cum veste Consulari? Nam campi Martii *solennitas, et urna non* celebratur per *ludum,* tantum *pro consuetudine; neque figura ridicula conventus, aut umbra* quædam *externa juris ficti. Aula natalis*

reditum ducum vel *reducem ducem* Oxon. pr. *duci* Med. quart. *movere* Bonon. Petav. tert. *num dignius* Med. pr. *nec* Jun. pr. Mazar. *nunc* Tholos. *non dignius* omnes Vatt. Farn. Rott. Oisel.—3 *promeritas* Var. LL. ed. Antv. *posceret aulas* Tholos. *Latias arces* vel *ædes* Vat. sec.—4 *trabeis pariter* Florent. *reparatur* Vat. pr. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Lov. Voss. Vat. Livin. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *reparetur* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *repetatur* Leid. pr. et sec. m. pr. Jun. pr. Oxon. pr. tres Vatt. Rott. Pal. Farn. duo Med. ed. Vicet. infr. vs. 111. *repetatur* vel *reparetur* Pric. Petav. pr. *urbis* Tholos. Var. LL. e marg. Parm.—5 *nec enim* duo Vatt. *neque* duo Leidd. duo Vatt. Farn. Oisel. Florent. duo Med. Put. Mazar. Petav. sec. Tholos. Ambr. sec. Vat. Livin. *campus* Oxon. pr. duo Leidd. *campo* Vat. pr. m. pr. *urna* Oxon. pr. duo Leidd. In Jun. pr. deerat hic versus.—6 *in mores* Jun. pr. *non dissona* duo Vatt. Thuan. Ambr. pr. *cœtu* vel *cultu* Med. pr.—7 *ruris*

NOTÆ

tia late Templa nitent.'

Fortunæ Reduci] In vetere inscriptione legitur, JOVI OPT. MAX. ET FORTUNÆ REDUCI PRO SALUTE, ITU, ET REDITU. Unde patet talia vota pro Principibus esse facta, illorum ut felix reditus optaretur. Fuit olim *Fortuna Mascula, Fortis, Parva, Obsequens, Virilis, Muliebris, Equestris, Bona, Mala, &c.* Totque templa, quot nomina. Fuit et *Jupiter Redux.*

4 *Reparetur majestas*] Præsentia Principis Consulatum ineuntis: is enim et Urbem et Honorem pristino suo splendori restituit.

5 *Neque campus et urna luditur*] Non cogitur populus in Campum Martium, ad satisfaciendum consuetudini; neque suffragia educuntur ex urna, velut per ludum, ut sub Principibus præcedentibus; qui quidem umbram Campi et suffragiorum populo relinquebant, sed ipsi rem sibi reservabant, et de Consulatu ad nutum statuebant. *Urna* autem erat cista seu situla unde sortes educebantur, hoc est, tabellæ in quibus nomina candidatorum inscripta erant. Tabellas illas, *pilas,* vulgo *buletins,* vocat Passeratius in Propertium.

6 *Species dissona*] Non nitet species et umbra quædam non conveniens Majestati cœtus Romani, et aliqua velut in patrio solo peregrina seu ascititia imago juris ficti et imaginarii; seu quo Romani fingebant se in comitiis per suffragia creare magistratus, quos Princeps ipse creandos jubebat. Sicque Populus speciem, Princeps rem ipsam habebat: non, inquam, species tantum illa nitet, ut ante; sed res ipsa seu suffragiorum libera facultas restituitur ab Honorio. Hæc tamen omnia poëtice ornata sunt, nam sub Honorio de honoribus Stilicho statuebat.

Indigenas habitus nativa Palatia sumunt,
Et, patriis plebem castris sociante Quirino,
Mars augusta sui renovat suffragia Campi.
Qualis erit terris, quem mons Evandrius offert
Romanis avibus, quem Tybris inaugurat annum?
Quanquam omnes, quicumque tui cognominis, anni
Semper inoffensum dederint successibus omen,

ornatur vestibus vere *Romanis; et Romulo jungente populum militibus Italis, Mars restituit suffragia Campi sui. Qualis erit* in *Orbe annus* ille, *quem mons Palatinus ostendit volucribus Romanis, quem Tibris auspicatur? Etsi anni omnes, quicumque* ferunt *cognomentum tuum, præbuerint augurium simile eventibus, et*

pro *juris* Pric.—9 *tribuno* Lov.—10 *mens* pro *Mars* Leid. pr. m. sec. *angusta* Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *sibi* al. *sui* Florent. Med. pr. inc. Heins. Mazar. vet. Gyr. Lov. Voss. Vat. Livin. tres Petav. Exc. Gevart. et Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *resonat* Thuan. *revocat* Jun. pr. Voss. Reg. Leid. sec. Exc. Gevart. sic *revocare gaudia* Cons. Mall. vs. 30. *fastigia* Put. *fastigia* vel *suffragia* Vat. tert.—11 *erat* Leid. sec. m. pr. Jun. pr. Vat. quart. Med. pr. Put. duo Petav. Bonon. Pat. duo Ambr. Lov. Moret. pr. unde *sat* conj. Heins. *ēr* Ambr. sec. *erat* vel *erit* Med. sec. *quam* Leid. sec. *effert* Jun. pr. *offert* vel *effert* Oxon. pr.—12 *Tigris* Put. Mazar. *annus* Med. sec. *annum* Leid. pr. Pal. Florent. duo Med. Moret. pr. ed. Parm. *amnis* Ambr. pr. Med. quart. Sched. Gud.—13 *quoscumque* inc. Heins. *quotcumque* conjiciebat Heins. *Vigent cognominis* Thuan. *pari cognominis* Farn. *cognovimus* Med. tert. Var. LL. ed. Antv.—14 *inoffensis* inc. Heins. *dederant* duo Vatt. Farn. Rott. Med. pr. Put. Mazar. Bonon. Petav. sec. Pat. duo Ambr.

NOTÆ

Dissona] Habens diversa suffragia.

8 *Indigenas*] Vestes Romanas Consularibus comitiis ab origine destinatas, et velut Romæ natas, aut ab indigenis usurpatas.

Nativa Palatia] In quibus nata est ipsa dignitas Consulatus, et quæ magno cum omnium gaudio Princeps Consul repetit, Mediolano reversus.

9 *Quirino*] Romulo, seu Imperatore successore Romuli, conjungente *plebem castris*, id est, populum militibus, et sic in veste Consulari ad Palatium incedente.

10 *Augusta suffragia*] Augustum Honorium Consulem electura.

Campi] Martii, creandis Magistratibus destinati.

11 *Mons Evandrius*] Mons Palatinus ab Evandro cultus promittit annum futurum felicem, Consule Honorio, sicut alias ex inspectione duodecim vulturum promisit Romulo urbem felicem fore.

12 *Romanis avibus*] Duodecim vulturibus, quæ aves felices fuerunt Romanis.

Inaugurat] Tybris incipit, auspicatur, inaugurat annum Honorii, quia hic Consulatum suum geret Romæ ad Tybrim: alios gesserat Mediolani.

14 *Inoffensum*] Semper anni Consulatuum tuorum *dederunt omen inoffensum successibus*, hoc est, non turbatum ab eventu; seu habuerunt successus non offensos, sed respondentes ominibus, seu auspiciis felicibus, seu felicitati speratæ.

Sintque tropæa tuas semper comitata secures:
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Urbis et Augusti geminato nomine felix:
Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tunc spondet mortalibus edere fata,
Cœlicolæ cum celsa tenent, summoque feruntur
Cardine, nec radios humili statione retundunt:
Haud aliter Latiæ sublimis signifer aulæ,

victoriæ semper secutæ sint Consulatum tuum; attamen hic annus *spondetur* futurus *fortunatus ante omnes initio admirabili, et duplici titulo urbis et Imperatoris. Etenim quemadmodum labor Chaldæorum pollicetur astra salutaria, tum ostendere magnam felicitatem hominibus, cum Cælites occupant altum* Cœlum, *et tolluntur in regionem supremam, neque hebetant radios* suos in *plaga infima: non dissimiliter*

ed. Vicet. *omne* pro *omen* Put.—15 *suntque* Farn. Rott. Mazar. unde *dederunt* et *suntque* legebat Heins. *mirata* pro *comitata* Lov. Deerat autem hic versus Vat. sec.—16 *Hinc* Oxon. pr. *Hic miro tamen ante omnes* Pal. Med. pr. *præmittitur* Vat. sec. *protenditur* Put. *ortu* hic distinguit Med. quart.—17 *Urbis et* Leid. pr. Jun. et Oxon. pr. *Ter bis in* Var. LL. ed. Antv. *Augusto* Moret. pr. *nomine* Mazar. *munere* Lov. *vivere* Tholos. *numine* duo Leidd. duo Vatt. Farn. Pric. duo Med. Put. Reg. duo Petav. totidem Ambr. Voss. Moret. sec. Pat. Exc. Gevart. et Lucens. sec. *numine* vel *nomine* Pal. Med. pr. Oxon. et Petav. pr.—18 *Babylonica* inc. Heins. *salubrem* Thuan.—19 *omnia* pro *optima* Med. tert. *nunc* duo Leidd. Vat. sec. Pric. Rott. Put. Mazar. Pat. Tholos. Ambr. pr. duo Petav. ambo Moret. Exc. Gevart. *non* Lov. *spondent* Pal. Med. pr. Moret. sec. *facta* Moret. pr. Lov. Vat. sec. Rott. Med. sec. Mazar. Petav. sec.—20 *summa* pro *celsa* Oxon. pr. Ambr. sec. *fruuntur* Moret. pr.—21 *ratione* Vat. quart. Pal. Med. pr. *recumbunt* vet. Gyr. *recedunt* Jun. pr. *retendunt* Vat. quint. *retundunt* Vat. sec.—22 *Aut* Moret. pr. *Latiæ* vel *sum-*

NOTÆ

17 *Urbis et Augusti*] Duplici nomine Consulatus hic felix, et ob urbem, cujus ædificiis restitutis reparata est Majestas; et ob Imperatorem, qui factus est Consul. Ceterum non raro urbs et Imperator jungebantur. In veteri inscriptione legitur, 'Romæ et Augusto.' Alii legunt, *Urbis et Augusti geminato numine felix;* ob Consulatum scilicet in urbe gestum, et ab Imperatore. Scaliger legit, *Ter bis in Augusti geminato nomine felix!* id est, felix ob sextum Augusti seu Honorii consulatum.

18 *Babylonia cura*] Cura Chaldæorum, qui Babylonem, seu regionem Babyloniam incolebant, et qui erant Astrologi. Babylon autem urbs erat, quam ad Euphratem Semiramis regina 'magnificentissimam condidit: aut secundum alios vetustissimum opus Nembroth in campis Sinaar restauravit.' Munsterus. Erat et Babylon urbs Ægypti.

22 *Signifer*] Qui fert Astra, et est vel Genius Romæ, vel Imperii, vel Roma; vel forte Stilicho, quem sic designat ut signiferum, quo sustinetur Honorius, astrum Imperii. Signifer significat et Zodiacum, de quo supra.

Imperii sidus propria cum sede locavit,
Auget spes Italas: et certius omina surgunt,
Victrici concepta solo. Cum pulcher Apollo
Lustrat Hyberboreas Delphis cessantibus aras,
Nil tum Castaliæ rivis communibus undæ
Dissimiles, vili nec discrepat arbore laurus:
Antraque mœsta silent, inconsultique recessus.
At si Phœbus adest, et frænis grypha jugalem
Rhipæo tripodas repetens detorsit ab axe,
Tunc sylvæ, tunc antra loqui, tunc vivere fontes:

cum signifer altus Palatii Romani collocavit astrum Imperii Honorium in *solio proprio, adauget spes Romanorum, et præsagia nata in regione triumphali extolluntur verius. Cum Phœbus formosus invisit altaria Septemtrionalia, Delphis vacantibus, aquæ Castaliæ nihil tum differunt* ab *aquis communibus, neque laurus tum differt* ab *arboribus contemtioribus; et cavernæ tristes, et secessus non frequentati tacent. Sed si Apollo præsens est, et* si *cum habenis avertit gryphas conjunctos* in curru, *rediens ad tripodas ex finibus Scythicis, tunc sylvæ, tunc speluncæ*

ma Med. tert.—23 *propria* quatuor Vatt. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Sched. Gud. *prima* pro *propria* Exc. Læti.—24 *Auge* Bonon. *omina* Vat. pr. et tert. Pal. Med. tert. Vat. Livin. *omnia* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Oxon. pr. duo Leidd. *omina* vel *omnia* Med. pr. —25 *concessa* Lov. *solo* vel *polo* Oxon. pr.—26 *lustris cessantibus* Pal. *auras* duo Vatt. Med. sec. Thuan. Petav. pr. *aras* vel *auras* Pal. Med. pr. et tert. *Arctos* conjecerat Heins.—27 *nil tam* Put. Ambr. pr. *tunc* Vat. sec. Med. tert. *tum* Ambr. sec. *cum* Med. pr. Thuan. *inde* pro *undæ* Var. LL. ed. Antv. —28 *Nili* pro *vili* Pric. *ne* Lov. *non* Jun. pr. *discrepet* Lov. Moret. sec. Voss. Leid. sec. *decrepat* Tholos.—30 *Ac* Leid. sec. Exc. Gevart.—31 *tripodes* Florent. *detorsit* Reg. *distorsit* duo Vatt. Florent. Jun. pr. Put. Pat. Petav. pr. Ambr. pr. Lov. Moret. sec. *arce* Tholos.—32 *numine fontes* Mss. nonnulli,

NOTÆ

24 *Omina surgunt*] Auspicia, quæ celebrata sunt Romæ, certiora et veriora fore creduntur, et majorem felicitatem portendere.

26 *Hyperboreas*] Celebre templum Apollinis Hyperborei seu Septemtrionalis. Hic arguitur Sol hyemalis, qui media Cœli parte relicta, seu relicta Meridiana plaga, regionibus Hyperboreis seu Septemtrionalibus illucet.

27 *Castaliæ*] Fons Castalius ad radicem Parnassi, prope Delphos in Bœotia, Græciæ regione.

30 *Grypha*] Apollini gryphes et corvi sacri esse finguntur, ob quandam vim præsentiendi. Gryphes ex animalium genere, pennati et quadrupedes, alis et facie aquilis similes, cetera leonibus, equis infestissimi.

31 *Rhipæo*] Rhipæus mons est Scythiæ, de quo supra.

Tripodas] Supr. Præf. in Ruf. vs. 12.

32 *Vivere*] Fontes, rupes, sylvæ, oracula reddere dicuntur, quod hæc oracula reddantur prope ea omnia.

Tunc sacer horror aquis: adytisque effunditur Echo
Clarior, et doctæ spirant præsagia rupes.
Ecce Palatino crevit reverentia monti,
Exultatque habitante Deo, potioraque Delphis
Supplicibus late populis oracula pandit;
Atque suas ad signa jubet revirescere laurus.
Non alium certe decuit rectoribus orbis
Esse larem, nulloque magis se colle potestas
Æstimat, et summi sentit fastigia juris.
Attollens apicem subjectis regia Rostris
Tot circum delubra videt, tantisque Deorum
Cingitur excubiis. Juvat infra tecta Tonantis

cœperunt resonare, tunc fontes reviviscere cœperunt, *tunc horror religiosus affunditur aquis, et Echo sonantior, et cautes eruditæ reddunt oracula. En veneratio collis Palatini augetur, et* mons *salit, Deo incolente, et aperit responsa gentibus undique rogantibus*, responsa *meliora* responsis Apollinis *Delphici, et imperat lauros suas reviviscere ad vexilla* sua. *Haud quidem convenit aliam esse sedem gubernatoribus mundi*, quam Romam, *et dignitas* summa *non se facit majoris in ullo monte, et* non *agnoscit* magis *magnitudinem Imperii supremi. Aula efferens culmen* suum, *foro subjacente, aspicit tot templa circum, et circumdatur præsidiis tot*

unde *numina fonti* conj. Delr. *pontes* Petav. tert.—33 *tum* Ambr. pr. *adytis* Vat. sec. Med. quart. Tholos. *aditis* Leid. pr. *infunditur* Moret. sec. *confunditur* Med. quart.—34 *ductæ* Leid, pr. *spirent* Moret. pr. *spumant* Jun. pr.—35 *Palestino* Moret. pr. *ponti* Oisel.—36 *exsultat* Pal. *exultantque* Vat. pr. m. pr. Mazar.—37 *fundit* Mazar.—38 *atque alias* Ambr. pr. Sched. Gud. *renitescere* Med. tert. *reviviscere* Thuan. ed. Vicet. *lauros* al. *laurus* duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. Med. pr. Reg. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin.—39 *orbis* Reg. *urbis* Vat. sec. Med. tert. *aulæ* duo Vatt. Put. Pat. Ambr. et Petav. pr. *aulæ* vel *orbis* Moret. pr.—41 *sentit* Med. quart. Exc. Læti et Lucens. pr. *sensit* Farn. Rott. duo Med. Thuan. Petav. sec. ed. Vicet. *sancit* conjiciebat Heins. *vestigia* Put. Mazar. *suffragia* Tholos.—42 *rastris* Jun. pr. *castris* Med. sec. *nostris* Exc. Lucens. sec. *nostris* vel *nostri* Med. pr.—43 *decorum* pro *Deorum* Med. sec. *Dearum* Put.—44 *intra* Vat. pr. et tert. Pal. Reg. *infra* Med. sec. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Lov. ambo Moret. tres Petav. totidem Ambr. Ald. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *tecta* tres Vatt. *templa* Reg.

NOTÆ

37 *Oracula*] Sic vocant responsa et edicta principis; quæ et aliter vocantur §. 9. l. I. C. de vetere Jure enucleando; nam hic mentio fit de 'sacratissimis Constitutionibus,' et ibidem legitur, 'Divalium Constitutionum sanctio.'

38 *Suas laurus*] Avitas, patrias. Consule Augusto dignitates omnes reflorescunt.

40 *Colle*] Palatino, in quo Imperatores habitabant.

41 *Sentit*] Potestas summa hic habitans ita fulget, eam ut putes sentire magnitudinem suam, et superbire suis opibus.

43 *Deorum excubiis*] Præsidiis, templisque Deorum pro Imperii salute excubantium.

Cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantas,
Cœlatasque fores, mediisque volantia signa
Nubibus, et densum stipantibus æthera templis,
Æraque vestitis numerosa puppe columnis
Consita, subnixasque jugis immanibus ædes,
Naturam cumulante manu; spoliisque micantes
Innumeros arcus. Acies stupet igne metalli,
Et circumfuso trepidans obtunditur auro.
Agnoscisne tuos, Princeps venerande, penates?

Deorum. Lubet videre infra Templum Jovis, Gigantes suspensos ex *caute Tarpeia, et portas insculptas, et vexilla volitantia inter ipsas nubes, et templis involventibus cœlum spissum, et* rostra *ærea inserta columnis cinctis multitudine navium, et domos fultas collibus ingentibus, manu extollente opus naturæ, et arcus* triumphales *infinitos fulgentes exuviis. Oculi perstringuntur fulgore metalli, et tremuli* oculi *hebetantur auro circumposito. Annon agnoscis tuam domum,* o *Imperator auguste?*

tela vel *templa* Vat. pr.—45 *Gigantas* Vat. pr. m. pr. *Gigantes* al.—46 *elatasque* Leid. pr. Vat. quint. Reg. Pat. *choros* pro *fores* Med. sec. *tholos* conjecerat Heins. *volantia* Put. *volantia* vel *ululantia* Petav. tert.—47 *aëra* Med. sec. *telis* pro *templis* Oxon. pr. m. sec.—48 *puppe* Florent. inc. Heins. Pat. Bonon. Moret. pr. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *vecte* Ambr. tert. *veste* duo Leidd. duo Oxon. Jun. pr. Rott. tres Med. Reg. Thuan. Tholos. Petav. sec. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. *veste* vel *puppe* Vat. pr. et tert. Oisel. Med. pr.—49 *Condita* Leid. sec. Voss. Exc. Gevart. *submissasque* Pat. *subnexasque* Jun. pr. Oxon. sec. *subnixaque* Ald. *genis* Florent. *subnixaque . . . ædis* Moret. sec.—50 *cumulante* vel *simulante* Vat. tert.—51 *artus* pro *arcus* Voss.—52 *ille* pro *igne* Florent. *circumfisso* Vat. sec. qui et *detunditur* pro *obtunditur* exhibet.—53 *Agnoscasne* Leid. sec. m. pr. *agnos-*

NOTÆ

45 *Tarpeia*] Capitolium intelligit, Jovis et Deorum terrestre domicilium.

Gigantas] Ita insculptos, ut videantur pendere ac dejici ex rupe Tarpeia.

46 *Cœlatasque fores*] Stilicho mandavit, ut fores Capitolii aureis suis laminis spoliarentur: tum repertus est titulus, 'Misero Regi servantur.' Funesto elogio respondit eventus; nam Stilicho, si non Rex, saltem Regia affinitate, immo et auctoritate conspicuus, misere obiit.

Volantia signa] Vel revera signa, vel Deorum imagines ex templis suspensæ.

47 *Stipantibus æthera templis*] Tot apicibus Templorum involventibus Cœlum, vix ut videri possit, præ multitudine.

48 *Columnis*] Augustus, post victum Antonium, ex rostris navium Ægypti quatuor columnas erexit, quas postea Domitianus in Capitolio reposuit.

49 *Subnixas*] Domos fultas collibus; erectas in verticibus collium; et manu opificum sic extollente opus Naturæ, scilicet ipsos colles, eos ut cumulet, ut perficiat, ipsis novum et cumulatum splendorem afferat.

53 *Agnoscisne*] Quasi Honorius, vel a puero, petierit a Patre Romam et Imperatorium Occidentis.

Hæc sunt, quæ primis olim miratus in annis,
Patre pio monstrante, petis. Nil optimus ille
Divorum toto meruit felicius ævo,
Quam quod Romuleis victor sub mœnibus egit
Te consorte dies; cum, se melioribus addens
Exemplis, civem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe jocos, dilectaque passus
Jurgia, patriciasque domos, privataque passim
Visere deposito dignatus limina fastu.
Publicus hinc ardescit amor, cum moribus æquis
Inclinat populo regale modestia culmen.
Teque rudem vitæ, quamvis diademate necdum

Hæc sunt tecta *quæ* tu *suspiciens quondam in ætate tenera poscis, Parente pio ostendente. Ille* Theodosius *optimus Cælituum nil egit fortunatius* per *omnem vitam, quam quod domitor hostium traduxit tempus* suum *in urbe Romana, te socio: cum, imitans Principes excellentiores, ageret civem, metu sublato, ferens vicissim facetias cum populo, et rixas innocuas, et sustinens invisere Palatia Nobilium, et sæpe domos privatorum, abjecta magnitudine* sua: *hinc amor Reipublicæ inflammatur, cum moderatio demittit* ad *Populum majestatem Imperatoriam moribus æqualibus. Et*

----

cisque Rott. *custos venerande* Reg.—54 *veneratus* Oxon. pr. Vat. tert. *miratur* Farn. *ab annis* Med. tert. Mazar. *in* vel *ab annis* Med. pr.—55 *tuo* pro *pio* Med. tert. Bonon. Petav. tert. *monstrante vias* marg. Isingr. *monstrare* Jun. pr. *puer* pro *petis* Oisel.—57 *quam cum Romuleis* Put. *quæ Romuleis* Thuan. *Rumuleis* Leid. sec. *sub montibus* Leid. sec. Voss. Moret. sec. Exc. Gevart. *mœnibus* vel *montibus* Petav. tert.—58 *poscente* pro *consorte* Pric.—60 *delectaque* Vat. pr. m. pr.—61 *privatasque domos* Tholos.—62 *disposito* Put. *dignatur* Put. Ambr. pr. *lumina* Put. Petav. sec. Lov. Oxon. sec. Ambr. tert.—64 *nomen* pro *culmen* Med. sec.—65 *quantus* pro *quamvis* Moret. pr. *nondum*

NOTÆ

56 *Meruit*] Nihil felicius agendo, meruit amorem et venerationem populorum.

58 *Consorte*] Te ad societatem Imperii ascito.

59 *Exemplis*] Se adjungens imitatorem iis, qui meliora exempla reliquerunt, ut Augusto, Tito, Trajano, &c.

Terrore remoto] Tacitus, 'Metus et terror infirma vincula caritatis.' In Panegyrico Pliniano de amore subditorum, 'Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum est, munimento non egere.' Sallustius, 'Equidem ego cuncta Imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna arbitror: neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat.'

61 *Patricias*] Magna laus Principis posse et Nobilibus et Populo placere, et ex fastigio dignitatis ad mediocritatem popularem descendere.

64 *Regale culmen*] Majestatem Imperatoriam. Plinius de Trajano: 'Non de tyranno, sed de cive; non de Domino, sed de Parente loquimur. Unum ille se ex nobis, et hoc magis excellit, atque eminet, quod unum ex nobis putat.'

Cingebare comas, socium sumebat honorum,
Purpureo fotum gremio, parvumque triumphis
Induit, et magnis docuit præludere fatis.
Te linguis variæ gentes, missique rogatum
Fœdera Persarum proceres, cum patre sedentem
Hac quondam videre domo, positoque tiaram
Submisere genu. Tecum prælarga vocavit
Ditandas ad dona tribus: fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra Senatus,
Romano puerum gaudens offerre favori,

Theodosius, *etsi nondum* habebas *caput cinctum diademate, assumebat te tenellum ætate, consortem Imperii; induit* te *parvulum* vestimentis *triumphalibus, sublatum* in *sinu micante, et monstravit* tibi, velut *ludendo*, excitari ad *magnitudinem futuram. Populi diversi linguis, et Principes Persarum delegati* ad *pacem petendam, aspexerunt te alias* in *hoc palatio considentem cum Parente, et genibus flexis subjecerunt tiaras* suos. Ille Theodosius *accivit tecum ad munera liberalia Tribus locupletandas. Intrat tecum indutus* veste Consulari *templa micantia Curiæ convocatæ, lætans exhibere te puerum amori Romanorum, ut hæres novus jam assuefa-*

Pal. Med. pr. Ambr. tert. *necdum* vel *nomen* Vat. quart.—66 Hic et sequentes deerant in Lovan. usque ad vs. 140. *sumebas* Pal. *cingebat* Farn. *honorem* Jun. pr. *honoris* Mazar.—67 *gremio fovit* Jun. pr. Oxon. sec. *fetum* Pat. Oxon. pr. *fœtum* Ambr. tert. *secum* Reg. *fovit* Med. quart. Thuan. *trophæis* Leid. sec. Voss. Exc. Gevart.—68 *imbuit* quatuor Vatt. Pric. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bon. Pat. Tholos. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *induit* Leid. sec. Oxon. pr. Farn. Florent. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *imbuit* vel *induit* Leid. pr. Vat. tert. *factis* Tholos. m. pr. *fatis* Leid. pr. Vat. pr. Ambr. sec. Exc. Lucens. sec. *fastis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Voss. Vat. pr. m. sec. vid. infra vs. 103. *fastis* vel *factis* Med. quart.—71 *positoque tiaram* duo Leidd. Oisel. Florent. inc. Heins. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. tres Petav. Reg. Moret. sec. Voss. Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *positaque tiara* Vat. tert. *positoque tiara* duo Vatt. Pric. Rott. duo Med. *positoque tyranni* Med. pr. *positaque tyranni* Pal. Thuan. *positoque* Put. Mazar.—72 *præclara* Vat. pr. Thuan. Vat. Livin. *præclara* vel *prælarga* Med. pr. *rogavit* Jun. pr. Oxon. sec.—73 *fulgentia rerum* Jun. pr. Oxon. sec.—74 *collecto . . . senatu* Jun. pr. Oisel. Oxon. sec.—75 *gau-*

NOTÆ

66 *Socium sumebat*] Theodosius triumphans secum induxit Honorium, et cum eo congiarium populo dedit.

68 *Præludere*] Docuit te hoc triumpho, his datis muneribus; ubi tanquam ludendo aderas; docuit, inquam, te præludere et excitari ad magna fata, magnitudinemque ingentem.

71 *Tiaram*] Tiaras vel Tiara, ornamentum prius Persicarum mulierum, sed quo postea Reges usi sunt et Sacerdotes.

73 *Ad dona*] Theodosius post victoriam de Maximo et de Victore ejus filio infensissimis hostibus reportatam, congiarium populo dedit.

75 *Offerre*] Principes solebant filios suos populo commendare.

Ut novus imperio jam tunc assuesceret hæres.
Hinc tibi concreta radice tenacius hæsit,
Et penitus totis inolevit Roma medullis;
Dilectæque urbis tenero conceptus ab ungue
Tecum crevit amor: nec te mutare reversum
Evaluit propria nutritor Bosporus arce.
Et quoties optare tibi, quæ mœnia malles,
Alludens genitor regni pro parte dedisset,
Divitis Auroræ solium sortemque paratam
Sponte remittebas fratri. Regat ille volentes
Assyrios, habeat Pharium cum Tigride Nilum:
Contingat mea Roma mihi. Nec vota fefellit

ceret sese *regendis* populis. *Hinc Roma adhæsit firmius* animo *tuo, stirpe firmata, et increvit altius* in *corde imo, et amor caræ urbis natus ab ipsa infantia adolevit tecum: neque Bosporus educator in urbe sua potuit immutare te redeuntem. Et quotiescumque pater* tuus *arridens permisisset tibi expetere, quam urbem præferres, pro sorte Imperii, relinquebas retro fratri* Arcadio *sceptrum Orientis locupletis, et hæreditatem destinatam: Ille* Arcadius *gubernet Assyrios faciles: possideat Nilum Ægyptium cum Tigride: Roma mea detur mihi. Neque exitus decepit desideria*

dens puerum conferre Vat. quint. *furori* Med. sec. m. pr.—76 *Et* Mazar. *Venus* pro *novus* Thuan. *tecum* pro *tunc* Ambr. pr. *heros* Pric.—77 *Hic tibi* Med. sec. ed. Vicet. *cum creta* Med. pr. *cum certa* Farn. duo Med. Thuan. Petav. sec. *conserta* Rott. *concreta* vel *conserta* Oxon. pr. *tenacibus* Exc. Gevart.—79 *urbi* Med. pr. *tenero . . . ungue* Vat. pr. Oisel. Vat. Livin. *teneris . . . annis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *in annis* Jun. Oxon. sec.—80 *non te* Tholos. *recussum* Put. *recessum* vel *recensum* vel *reversum* Moret. sec.—81 *urbe* pro *arce* Jun. pr. Oxon. sec.—82 *velles* Rott. Med. sec.—83 *deludens* Thuan. *regni genitor* Put.—84 *solii* Petav. sec. *solem* Med. quart. *fortemque paratum* Reg.—85 *fratris* inc. Heins. *ipse* Pric. Med. quart. inc. Heins.—86 *pro tigride* Moret. pr.—87 *Contingit* Jun. pr. *mihi Roma tamen* Tholos.—

NOTÆ

77 *Radice*] Amor tuus in Romam, instar plantæ, altas radices egit, immo velut germen insitum inolevit, et concrevit in animo tuo.

78 *Totis medullis*] Id est, in interiore cordis parte.

80 *Reversum*] Theodosius reduxit Honorium Constantinopolin, eum ut Principem faceret in eodem loco, quo fecerat Arcadium Principem: neque mutatio loci mutavit Honorium reversum, hoc est, ejus propensionem in urbem Romam.

81 *Bosporus*] Constantinopolis ad Bosporum Thracium, ubi educabatur Regia soboles.

82 *Optare*] Quasi Honorius, etsi natu minor, ultro Imperium Occidentis elegerit, in quo populi sunt fortiores, et quod a multis Orienti prælatum est. Sic Claudianus, quantum potest, præfert Honorium Arcadio, in gratiam sui Stilichonis.

85 *Volentes Assyrios*] Faciles populos, etiam *quos fœmina rexit*.

86 *Tigride*] Fluvio Mesopotamiæ. Intelligit regiones quas alluit Tigris.

87 *Roma*] Honorius tamen Raven-

Eventus. Fortuna, novum molita tyrannum,
Jam tibi quærēbat Latium; belloque secundo
Protinus Eoa velox accitus ab aula
Suscipis Hesperiam patrio bis Marte receptam.
Ipsa per Illyricas urbes, Oriente relicto,
Ire Serena comes, nullo deterrita casu,
Materna te monte fovens, Latioque futurum
Rectorem, generumque sibi. Seniore supernas
Jam repetente plagas, illo sub cardine rerum,
Sedula servatum per tot discrimina pignus
Restituit sceptris patrui, castrisque mariti.
Certavit pietate domus, fidæque reductum

tua. *Fortuna exterminans tyrannum novum, jam exquirebat Italiam* pro *te, et post prælium alterum, tu statim evocatus promte ex Regia Orientis, moderaris Italiam bis liberatam* a *bello civili. Serena ipsa, deserens Orientem* visa est *ire comes* tibi *per urbes Illyriæ, non prohibita ullo periculo, diligens te amore materno,* te *futurum et moderatorem Italiæ, et generum suum.* Theodosio *sene jam redeunte* in *regiones cœlestes, in hoc discrimine rerum,* Serena *impigra reddidit Imperio patrui* sui Theodosii ; *et exercitui conjugis* sui *pignus conservatum per tot pericula. Domus* vestra exhibuit *certatim pietatem* suam ; *nam amor Stilichonis*

88 *molita* Put. Exc. Læti et Lucens. pr. *mirata* ed. Parm. et Vicet.—90 *accinctus* Rott.—91 *patriam* Vat. quint. *repertam* Farn. *retentam* Jun. pr. Oxon. sec.—92 *Illa* Moret. pr. *remoto* Thuan.—93 *deterrita* vel *perterrita* Oisel. —94 *materno te more ferens* Moret. sec. *Marte* pro *more* Jun. pr.—95 *rectore* pro *seniore* Jun. pr. Oxon. sec. *superbas* Pal. *superbas* vel *supernas* Med. pr. —96 *rerum* deerat in Tholos.—97 *post tot discrimina* Med. tert. male. notum est Virgilii illud Æn. I. vs. 208. 'Per varios casus, per tot discrimina rerum.' —98 *patriis* pro *patrui* Mazar. Moret. sec. *patriis ceptis* Jun. pr. Oxon. sec.

NOTÆ

nam et Mediolanum sæpe incoluit.

88 *Molita*] Emolita, exterminans tyrannum novum, Eugenium scilicet, de quo supra.

89 *Quærebat*] Velut magno labore tibi parabat.

91 *Patrio bis Marte*] Patris armis liberatam a bello duplici, et Eugenii, et Maximi, de quibus dictum est.

93 *Comes*] Serena Byzantio profecta est cum Honorio ; qui, post cladem Eugenii, ad Patrem, simulque ad Imperium Occidentis properabat. Sed heu, rerum vices! vix Honorius appulerat Mediolanum, cum ibi Theodosius ejus pater obiit.

95 *Seniore*] Theodosio ad senectutem accedente, non tam ob ætatem, (erat enim tantum quinquagenarius) quam ob labores et vigilias.

96 *Cardine*] In tanto rerum discrimine, cum Theodosius obiisset, cumque mors ejus occasionem dare posset novis rebus, servavit pignus, scilicet Honorium, quem reddidit Imperio patrui sui. Virgil. 'Haud tanto cessabit cardine rerum.'

99 *Domus*] Stilichonia domus certavit pietate, hoc est, Stilicho et Serena velut inter se contenderunt, uter

Conjugis officio Stilichonis cura recepit.
Felix ille parens, qui te securus Olympum
Succedente petit! quam lætus ab æthere cernit
Se factis crevisse tuis! Duo namque fuere
Europæ Libyæque hostes: Maurusius Atlas
Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce
Nutrierat: qui sæpe tuum sprevere profana
Mente patrem. Thracum venientem finibus alter
Hebri clausit aquis; alter præcepta vocantis
Respuit; auxiliisque ad proxima bella negatis
Abjurata palam Libyæ possederat arva.

excepit Honorium *revocatum officio uxoris fidelis. Fortunatus ille Pater* Theodosius, *qui, te successore, tutus ascendit* in *Cœlum! Quam hilaris videt ex astris, se auctum esse facinoribus tuis! Etenim duo hostes fuerunt Europæ* et *Libyæ: Atlas* mons *Mauritaniæ aluerat rabiem Gildonis, et Peuce sæva Alaricum: qui* hostes *frequenter contemserunt animo impio Patrem tuum. Unus* Alaricus *inclusit* se *Hebro fluvio proficiscens* ex *regionibus Thraciæ: alter* Gildo *aspernatus est Imperium advocantis* Patris tui, *et recusans subsidium ad bella finitima, occupaverat aperte agros Libyæ denegatos. Quorum* hostium *pœnis* ille *potitur jam*

—99 *fideique* Put. *fedusque* Med. tert. *sidusque* Med. quart. *reducta* Jun. pr. *remotum* Tholos.—100 *officio* Med. tert. Reg. Mazar. duo Petav. Pat. Ambr. tert. Moret. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *officii* Oisel. Petav. sec. *obsequiis* Ambr. sec. *officiis* Pal. Farn. Pric. duo Leidd.—102 *qui lætus* Moret. pr.—103 *fatis* Vat. sec. *fastis* Voss. Leid. sec. *suis* pro *tuis* Tholos.—104 *Asiæque* pro *Libyæque* Vat. sec. m. pr.—105 *barba repente* pro *barbara Peuce* Oxon. sec.—107 *veniens e finibus* tres Vatt. Oisel. Put. Reg. duo Petav. *veniens a finibus* Med. pr. *venientem finibus* Pric. Rott. Jun. pr. Oxon. sec. Florent. m. sec. tres Med. inc. Heins. Thuan. Mazar. Ambr. sec. Petav. tert. Pat. Tholos. Moret. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *venientem e finibus* Vat. quint. Pal. Med. tert.—108 *aquas* Leid. sec. Ambr. tert. unde in pr. vs. *venienti* corrigebat Heins. *vocanti* Thuan.—109 *auxiliis* Pal. Florent. tres Med. *auxiliisque* Med. tert. *vocatis* Vat. tert. *negatis* Exc. Læti et Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *rogatis* ed. Parm. et Vicet. marg. Isingr.—110 *adjurata*

NOTÆ

majorem in Honorium pietatem exhiberet. Etenim Serena pie reduxit Honorium, et eum Stilicho in exercitu pie recepit.

104 *Maurusius Atlas*] Atlas mons Mauritaniæ, seu Africa, tulerat Gildonem, quasi belluam aliquam furentem.

105 *Peuce*] Insula Danubii foverat Alaricum. Strabo: *οἱ δὲ τὴν Πευκὴν κατασχόντες τὴν ἐν τῷ Ἴστρῳ νῆσον Πευκῖνοι: Peucini vero qui insulam Istri Peucen occuparunt.* A Munstero agnoscitur *Peuce civitas opulentissima.*

106 *Profana*] Impia, irreligiosa: Athanaricus Rex a Theodosio accitus Constantinopolin videns, hoc dixit; ‘Deus sine dubio terrenus est Imperator, et quisquis adversus eum manum moverit, ipse sui sanguinis reus existit.’

108 *Clausit*] Inclusit et sepsit se Hebro, contemnens vocantem Theodosium.

110 *Abjurata*] Contra fidem vindicata, retenta. Virgilius: ‘abjuratæ-

Quorum nunc meritam repetens non immemor iram
Suppliciis fruitur, natoque ultore triumphat.
Ense Thyestiadæ pœnas exegit Orestes:
Sed mixtum pietate nefas, dubitandaque cædis
Gloria, materno laudem cum crimine pensat.
Pavit Iuleos inviso sanguine Manes
Augustus: sed falsa pii præconia sumsit,
In luctum patriæ civili strage parentans.
At tibi causa patris rerum conjuncta saluti

revocans recordando severitatem dignam, et exultat filio Honorio *vindice. Orestes* cum *gladio poposcit supplicium* ab *Ægistho filio Thyestæ: at scelus* illud *conjunctum* erat cum *pietate; et honor dubius occisionis compensat* hunc *honorem* cum *scelere matris* occisæ. *Augustus* Cæsar *satiavit umbras Julii* Cæsaris *cruore inimico, sed tribuit sibi laudem fictam* ultoris *pii, persolvens justa* Julio, *clade civium ad patriam affligendam. Sed vindicta Parentis* tui *juncta incolumitati*

Med. tert. *apurcata* Moret. pr. *Libyes* Jun. pr.—111 *non meritam* Rott. Mazar. *non meritum* Put. *repetis* Med.—112 *Supplicii* Bonon. *supplicibus* Mazar. *votoque* Jun. pr. *triumphans* Pal. Med. pr.—113 *Thyestiadæ* Vat. tert. Oisel. *Thyestidæ* Put. *Thyestiaden* Vat. pr. m. pr. *Thyestiadem* Vat. sec. Pal. Pric. Rott. Med. pr. inc. Heins. Mazar. Bonon. Tholos. Moret. pr. Exc. Lucens. sec. *Thyestiadis* Reg. Moret. sec. Petav. tert. *Thiestiadæ* vel *Thiestiadis* Oxon. pr. *Thiestiadæ* vel *Thiestiades* Leid. pr. *Thyestiadem* m. pr. et *Thyestiades* m. sec. Var. LL. ed. Antv. *Thyestiade* Vicet. Ald. Junt. Gryph. Colin.—114 *diluendaque* vel *dubitandaque* Med. pr.—115 *Gratia* pro *Gloria* Med. sec. *maternæ* duo Vatt. Farn. Tholos. Ambr. sec. Moret. sec. *materno* duo Leidd. Voss. Med. pr. inc. Heins. Put. Bonon. Pat. duo Ambr. Moret. pr. Ald. et Exc. Gevart. *matricio* Med. sec. *maternæ* vel *materno* Pric. *poscit* pro *pensat* Ambr. sec.—117 *sæva* pro *falsa* Put. Ambr. pr. Sched. Gud.—118 *parentans* Reg. Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *peremptis* Put. *peremptos* Jun. pr. *parentis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. duo Oxon. duo Leidd. *parenti* Thuan. *peremtæ* Med. tert. *parentas* Tholos. *parentis* vel *parentans* Petav. pr.—119 *At* vel *Non* Oxon. pr. *cuncta* pro *caussa* Jun. pr. *caussa* vel *cura* Oxon. pr. *patri*

NOTÆ

que rapinæ.'

111 *Meritam iram*] Justam severitatem, quam meruerant.

112 *Suppliciis fruitur*] Gaudet eos hostes juste puniri, et vindicatus a filio triumphat.

113 *Thyestiadæ*] Ægisthus Thyestæ filius, absente Agamemnone per decennalem Trojæ obsidionem, ejus uxorem Clytemnæstram adulterio polluerat. Inde Clytemnæstra reversum inter epulas Agamemnonem obtruncavit, sed ambo occisi sunt ab Oreste, qui cædem Patris materna cæde vindicans, factus est 'facto pius et sceleratus eodem.' Ovidius.

114 *Dubitanda*] Gloria Orestis in occidendo Ægistho: nam mox polluta est crimine materno, hoc est, suscepto in occidenda Matre.

116 *Pavit*] Augustus Cæsar primo crudeliter sæviit bellis civilibus et proscriptionibus, causatus se ulcisci parricidium Julii Cæsaris.

118 *Parentans*] Id est, justa mortuo persolvens.

Bellorum duplicat laurus, îsdemque tropæis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.
Sed mihi jam pridem captum Parnasia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys: arma Getarum
Nuper apud socerum plectro celebrata recenti.
Adventus nunc sacra tui libet edere Musis,
Grataque patratis exordia sumere bellis.
Jam Pollentini tenuatus funere campi,
Concessaque sibi (rerum sic admonet usus)
Luce, tot amissis sociis, atque omnibus una

Reip. geminat honorem belli, et victoria eadem libertas restituta est *mundo, et ultio Patri* tuo *Theodosio. At cithara* mea *Parnassia cecinit jamdudum cantu Pierio Maurum* Gildonem *subactum*: et *prælia Getarum memorata* sunt *versibus* meis *nuper apud socerum* tuum Stilichonem. *Jam juvat pandere Musis adventum tuum sacratum, et capere initia amabilia* ex *bellis confectis* a te. *Jam hostis* Alaricus *attritus clade belli Pollentini, et vita sibi data (ita necessitas rerum postulabat), perditis tot sociis, et rebus* suis *cunctis simul vastatis, coactus* est *relinquere*

Petav. sec. Ambr. sec. *patri* vel *patris* Oxon. pr. *pater fratrum* Tholos. *ferrum* pro *rerum* Petav. sec. *rerum* vel *fratrum* Oxon. pr. *salutis* Oxon. sec. inc. Heins.—120 *Bellosos* Put. *laurum* inc. Heins. *lauros* ed. Vicet. *laurus* Leid. sec. cum triginta aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *laurus* vel *lauros* Med. quart. *triumphis* Pric. Med. quart. Put. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—121 *cœli* pro *orbi* Rott.—122 *pridem mihi jam* Leid. pr. Ambr. sec. *cautum* pro *captum* Farn. Petav. sec. Bonon.—123 *Pieriisque* Petav. pr.—124 *Nuper adhuc* Jun. pr. Oxon. sec.—125 *tuis* Petav. sec. et Tholos. qui et *licet* pro *libet* habet. *tuis muris* conjecerat Heins.—126 *musis* pro *bellis* Thuan.—127 *Jamque Palatini* Moret. sec. *Pallantini* Vat. sec. *tenuatùs* Oxon. sec. *temeratus* Moret. pr. *funera* Moret. pr. *pulvere* Petav. tert. in Vat. quint. ordo versuum ita constitutus erat, *Jam Pollentini*, &c. tum *Hostis et*. dein *Concessaque*, &c.—129 *admissis* Moret. sec. Oxon. sec. *sociis* vel *populis* Med. tert.—130 *Abreptis*

NOTÆ

123 *Pieriis fidibus*] Id est, versibus seu cantu Musarum, quæ Pieriæ vocantur, a Pieria regione Macedoniæ, Musis sacra.

Egit] Cecinit, et velut in triumphum egit, duxitque Maurum captivum, scilicet Gildonem superatum a Stilichone sub auspiciis Honorii.

Chelys] Χέλυς, et χελώνη, *testudo*, instrumentum musicum testudinis squama adornatum.

Arma Getarum] Cecini bella Getarum Alarico fugato ab eodem Stilichone sub auspiciis Honorii.

125 *Adventus sacra*] Id est, sacrum adventum, seu sacras cærimonias in adventu tuo peractas.

127 *Pollentini*] Alaricus et Getæ victi sunt a Stilichone, auspiciis Honorii, ad urbem Pollentiam in Liguria Italiæ regione.

128 *Concessa*] Tradunt Historici Alaricum cum suis Gothis, seu Getis, potuisse deleri a Stilichone, sed fuisse dimissum; unde perfidiæ Stilichonem arguunt. Sed sapiens Dux forte putabat esse melius eos dimittere, memor hosti fugienti pontem aureum esse ponendum.

Direptis opibus, Latio discedere jussus
Hostis, et immensi revolutus culmine fati,
Turpe retexit iter: qualis piratica puppis,
Quæ, cunctis infensa fretis, scelerumque referta
Divitiis, multasque diu populata carinas,
Incidit in magnam bellatricemque triremem;
Dum prædam de more parat, viduataque cæsis
Remigibus, scissis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis saucia fractis,
Ludibrium pelagi vento jactatur et unda,
Vastato tandem pœnas luitura profundo.
Talis ab Urbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens, et quæ venientibus ante
Prona fuit, jam difficilis, jam dura reversis.
Clausa putat sibi cuncta pavor, retroque relictos,

Italiam, et repulsus magnitudine fortunæ ingentis, relegit viam ignominiosam. Quemadmodum navis prædatrix, quæ inimica omni mari, et plena opibus scelestis, et prædata diu plurimas alias *naves, offendit navem ingentem et bellicosam, dum accingit* se ad *spolia pro consuetudine, et* mox *spoliata* ipsa, *remigibus interfectis, manca pennis velorum amputatis, privata clavo, vulnerata antennis ruptis, ludibrium futurum maris, agitatur vento et fluctibus, tandem passura supplicium* in *mari populato* a se. *Sic* Alaricus *avertebat retro ab urbe* Roma *minationes vanas, effugiens Italiam, et quæ* Italia *propensa fuit prius* in *adventantes, jam est morosa, jam acerba redeuntibus. Metus* Alarici *credit omnia* esse *obstructa sibi, et*

Ambr. sec. *discernere* vel *discedere* Moret. sec. *visus* Petav. sec. *jussis* Bonon. —131 *cardine* vel *culmine* Moret. sec. *cœli* vel *fati* Moret. pr.—132 *retraxit* Farn.—133 *Et cunctis* Put. *Cum* Med. tert. *infusa* pro *infensa* Jun. pr. *infensa* vel *infesta* Petav. pr. *scelerumque* Thuan. Ambr. sec. *scelerisque* Vat. quint. Ambr. pr. Bonon. Pat. duo Petav. *scelerumque* vel *scelerisque* Put. *repleta* Oxon. pr. *referta* Vat. pr. in quo vetus lectio erasa erat.—134 *multisque... carinis* Jun. pr. Oxon. sec.—135 *triremim* Vat. pr. *triremen* Rott.—136 *parat* Pal. Jun. pr. Oxon. sec. *putat* omnes Vatt. Farn. Pric. Rott. *putat* vel *parat* Florent. *petit* conjecerat Heins. *cæsis* Rott. Thuan. Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *scissis* vel *cæsis* Petav. pr.—137 *remorum debilis alnis* Moret. sec. m. pr.—138 *gubernandis* Vat. pr. m. pr.—140 *ruitura* Lov.—141 *orbe* Mazar. *in annos* pro *inanes* Thuan.—142 *Italia* Vat. pr. Leid. pr. Ambr. sec.—143 Deerat hic versus Vat. pr. sed manu sec. ascriptus erat hoc ordine, *Difficilis jam prona fuit*, quomodo et in Vat. tert. erat. *nec dura* Vat. pr. m. sec. *rura* Oxon. pr.—144 *quæque pavor* Lov. *quisque* Moret. sec.—145 *temne-*

NOTÆ

131 *Revolutus*] Revolutus et repulsus a fato Romano, tanquam torrens, vel lapis a monte opposito: vel repulsus ab urbe Roma, velut a rerum apice, velut Sisyphus aliquis repellitur a monte cum saxo suo.

144 *Pavor*] Id est, Alaricus pavens, timens, omnia clausa putat: nam omnia angusta metuenti.

Quos modo temnebat, rediens exhorruit amnes.
Undosa tum forte domo vitreisque sub antris,
Rerum ignarus adhuc, ingentes pectore curas
Volvebat pater Eridanus, quis bella maneret
Exitus: imperiumne Jovi, legesque placerent,
Et vitæ Romana quies, an jura perosus
Ad priscos pecudum damnaret sæcula ritus.
Talia dum secum movet anxius, advolat una
Naiadum, resoluta comam; complexaque patrem,
En Alaricus, ait, non qualem nuper ovantem
Vidimus: exsangues, genitor, mirabere vultus.
Percensere manum, tantaque ex gente juvabit
Reliquias numerasse breves. Jam desine mœsta
Fronte queri, Nymphasque choris jam redde sorores.

revertens pertimuit fluvios desertos a *tergo, quos nuper spernebat. Tum forsan Pater Padus* in *sede aquosa, et sub cavernis crystallinis, inscius adhuc rerum, versabat solicitudines magnas* in *corde, quisnam* scilicet *eventus sequeretur prælia: an Imperium et Leges, et otium vitæ Romanorum probarentur* a *Jove, an osor legum addiceret homines antiquæ consuetudini ferarum. Dum* Eridanus *solicitus cogitat hæc secum, una Naiadum capillis sparsis accurrit, et amplectens Patrem* Eridanum, *Ecce, inquit, Alaricus, non qualem aspeximus modo triumphantem: obstupesces,* o *Pater, ora* ejus *pallida: dulce erit perlustrare copias* ejus, *et recensere parvas reliquias ex tanta multitudine. Jam cessa conqueri vultu tristi, et jam remitte Nymphas sorores* ad *choreas* solitas. Naias sic *locuta fuerat: ille* Eridanus

bat Reg. Moret. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. *terrebat* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Exc. Læti. *temnebat* vel *terrebat* Vat. pr.—146 *umbrosa* Thuan. *cum forte* Lov. m. sec. inc. Heins. *tunc* Mazar. Moret. pr. Exc. Gevart. *fronte* vel *forte* Lov. m. pr. *domu* Leid. pr. m. pr. Petav. sec. Ambr. sec.—147 *ingentes* Exc. Lucens. pr. *ingentis* Var. LL. e marg. Parm. *ingenti* Pal. Farn. Florent. duo Med. Mazar. Petav. tert. ed. Parm. et Vicet.—148 *moveret* pro *maneret* Tholos.—149 *imperiumve* Farn. inc. Heins. *Jovis* Ambr. sec. *legesne* Farn. *legesve* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—150 *Et vere* Jun. pr. Oxon. sec. *non te* pro *vitæ* Pric. m. pr. *curæ* Pal. *re mota quies* Jun. pr. Oxon. sec.—151 *victus* pro *ritus* Jun. pr. *rictus* Petav. sec. Med. tert. *ritus* vel *rictus* Med. pr. —152 *monet* ed. Vicet.—153 *revoluta* Moret. pr. *complexa parentem* Med. quart.—154 *Alacritus* Var. LL. ed. Antv. *adest* pro *ait* Vat. pr. m. pr. Put.—155 *exsanguis* Vat. pr. et tert. *mirabile* Farn.—156 *Percenire manum* Jun. pr. *percensere* Lov. *manus* Med. quart. Put. *tanta,* sine copula, Pal. *e gente* Thuan. —157 *numerasse* Vat. pr. *numerare* Vat. sec. Ambr. pr. *tam* Oxon. sec.—158 *Fonte* Pal. *sorores* Jun. pr. Leid. pr. Oxon. sec. *sonores* Oisel. *sonoras*

NOTÆ

151 *Damnaret*] An Jupiter offensus damnaret Romanos ad victum ferarum, qualis vita hominum sub Saturno fuisse dicitur.

Sæcula] Homines qui sunt in sæculo: continens pro contento.

156 *Percensere*] Possemus nunc numerare paucos manipulos Alarici fugientis, qui modo tanta militum multitudine fretus insolescebat.

158 *Choris*] Saltationibus, choreis, quibus Nymphæ vacare perpetuo fingebantur.

Dixerat. Ille caput placidis sublime fluentis
Extulit, et totis lucem spargentia ripis
Aurea roranti micuerunt cornua vultu.
Non illi madidum vulgaris arundine crinem
Velat honos: rami caput umbravere virentes
Heliadum, totisque fluunt electra capillis.
Palla tegit latos humeros, curruque paterno
Intextus Phaëthon glaucos incendit amictus.
Fultaque sub gremio, cœlatis nobilis astris,
Ætherium probat urna decus. Namque omnia luctus
Argumenta sui Titan signavit Olympo,
Mutatumque senem plumis, et fronde sorores,
Et fluvium, nati qui vulnera lavit anheli.

erexit ex *fluvio tranquillo caput altum, et cornua* ejus *aurata fundentia splendorem in omni domo, enituerunt* in *fronte humida. Arundo non parum honorifica tegit illi cæsariem madentem: frondes Heliadum viridantes texerunt* quoque *caput* ejus, *et succinum stillat ex crinibus omnibus. Pallium operit humeros* ejus *latos, et Phaëthon pictus* in eo pallio, cum *curru patris* Solis *inflammat vestes glaucas. Et urna celebris* ob *sidera depicta, innixa sub sinu* ejus, *ostendit honorem cœlestem. Etenim Sol effinxit* in *Cœlo omnia signa doloris sui, et senem* Cycnum *conversum* in *avem, et sorores Phaëthontis* Heliades in *arbores, et flumen quod conspexit mortem filii*

Med. quart. *sonoris* Vat. pr. Pric. m. sec. Voss. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *sonoris* vel *sorores* Med. tert. *sonoris* vel *sonoras* Exc. Schott.—159 *Dixit et* Vat. sec. *placidum* Mazar. *placidis* vel *blandis* Lov. *secura* pro *sublime* Vat. tert.—161 *lætanti* pro *roranti* Thuan.—163 *nitentes* Med. sec.—164 *Heliade* Med. quart. *ruunt* Lov.—165 *regit* pro *tegit* Pal. *curraque paterna* Lov. m. pr. —166 *insertus* Petav. pr. *Pheton* ambo Moret. *glaucosque* Med. quart.— 167 *Sculptaque* Voss. Leid. sec. Exc. Gevart. *furtaque* Bonon. unde *fulvaque* conjecerat Heins. *nubilis* inc. Heins.—170 *Mutavitque* Florent.—171 *Et flu-*

NOTÆ

164 *Heliadum*] Hæ sic dicuntur ἀπὸ τοῦ ἡλίου, *a Sole*, cujus sunt filiæ: et cum Phaëthontem fratrem, Jovis fulmine dejectum, deflerent, versæ sunt in alnos, ex Virgilio, aut ex Ovidio in populos nigras electrum lacrymantes ad ripas Padi seu Eridani. Nonnulli electrum Apollinis ipsius lacrymas esse dixerunt.

165 *Latos humeros*] Quales sunt humeri Heroum.

166 *Incendit*] Phaëthon intextus, seu depictus in veste Eridani, eam incendit, flammis ipsis velut repræsentatis.

168 *Urna*] Eridanus cum urna inter astra relatus est, et est signum Orioni vicinum. Alii putant fluvium illum sideribus ascriptum esse Nilum, et in eo stellam insignem agnoscunt, quæ ab iis dicitur *Canopus*, ab ipsorum Deo et urbe cognomine.

170 *Senem*] Cycnum, qui cum casum Phaëthontis propinqui sui defleret, ita dolore contabuit, ut in avem cognominem mutaretur. Alii tamen Olorem illum cœlestem dicunt fuisse illum, cujus figuram Jupiter sumsit

Stat gelidis auriga plagis: vestigia fratris
Germanæ servant Hyades; Cycnique sodalis
Lacteus extentas aspergit circulus alas.
Stelliger Eridanus sinuatis flexibus errans
Clara Noti convexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite sidereo subterluit Oriona.
Hoc Deus effulgens habitu prospectat euntes
Dejecta cervice Getas. Tunc talia fatur:
  Siccine mutatis properas, Alarice, reverti

sui *anhelantis*. *Auriga* hic *consistit* in *regionibus frigidis*: *Hyades sorores observant gressum fratris* sui, *et via lactea irrigat pennas porrectas Cycni socii*. *Eridanus astrifer vagans anfractibus curvatis irrorat partem Austri manifestam*, *et subter irrigat aqua* sua *Orionem formidandum ense cœlesti*. *Deus* Eridanus *emicans hac veste aspicit Getas fugientes collo demisso*: et *tum loquitur hæc*: *Itane*, o *Alarice*, *festinas redire inceptis inversis*? *Itane jam te tædet regionis Italiæ*?

men Med. tert.—173 *sodales* Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv.—174 *extensas* Florent. Farn. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *excelsas* Thuan. *extensas astergit* Pal. *exstructas* Vat. tert. m. pr. *aspersit* Ambr. sec. *extendit* vel *aspergit* Vat. pr. *alas* vel *horas* Med. tert.—175 *Stellifer* duo Vatt. Farn. Pric. Med. tert. *Stelliger* Vat. pr. et tert. Oisel. Florent. duo Med. Reg. Ambr. sec. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *simoontis* pro *sinuatis* Jun. pr. Oxon. sec. *flexibus* Vat. Livin. Ambr. sec. Exc. Lucens. sec. *fluctibus* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. *flexibus* vel *fluctibus* Vat. pr. Med. tert.—176 *ligat* Vat. sec. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *rigas* Jun. pr. *gladiique* Oxon. sec. *gelidoque* pro *gladioque* Pric. m. pr. *tremendus* Med. quart.—177 *subterfluit* Pat. *Uriona* Ambr. pr.—178 *habitus* Vat. Livin. *decus effulgens habitus* Ald. *ritu* pro *habitu* Med. quart. *prospexit* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Reg. Voss. Exc. Læti. *prospectat* duo Leidd. et plurimi alii optimæ notæ, Exc. Gevart. Lucens. pr. Cod. Rhem. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. sic infra *respectare* vs. 273.—179 *cum talia* Leid. pr. *et talia* inc. Heins. Var. LL. e marg.

NOTÆ

ad Ledam vel Nemesin comprimendam. Ceterum Olor ille dicitur etiam *gallina*, ὄρνις simpliciter, *avis*. Hinc Manilius de illo Olore, 'formæ pretium, qua cepit amantem.'

172 *Auriga*] *Phaëthon currus Auriga paterni* depictus est in regionibus frigidis in veste Eridani exhibitis.

173 *Hyades*] Filiæ Atlantis fratrem Hyan a leone peremtum sine fine deflentes, ob pietatem in septem stellas versæ sunt, quæ positæ sunt in capite Tauri, dictæ ἀπὸ τοῦ ὕειν, *pluere*, quod ortu et occasu pluvias creent. De Hyadum numero, et parentibus, et aliis circumstantiis alii alia dicunt, ut vulgare in fabulis. Sed cur *Hyades Germanæ* Phaëthontis? nempe, quia Iapeti et Clymenes filiæ; Phaëton autem agnoscit et matrem Clymenen.

Sodalis] Socii, finitimi in illa pictura.

175 *Stelliger*] Tribus curvaturis Eridani stellæ finguntur.

176 *Noti*] Eridanus versus Meridiem fluere conspicitur.

177 *Oriona*] Orion venator cum ense repositus est inter astra: sed de hoc alibi.

Consiliis? Italæ sic te jam pœnitet oræ?
Nec jam cornipedem Tiberino gramine pascis,
Ut rebare, tuum? Tuscis nec figis aratrum
Collibus? o cunctis Erebi dignissime pœnis,
Tune Giganteis urbem tentare Deorum
Aggressus furiis? ne te meus, improbe, saltem
Terruit exemplo Phaëthon, qui fulmina præceps
In nostris efflavit aquis, dum flammea cœli
Flectere terrenis meditatur fræna lacertis,
Mortalique diem sperat diffundere vultu?
Crede mihi, simili bacchatur crimine, quisquis
Aspirat Romæ spoliis, aut Solis habenis.
Sic fatus, Ligures Venetosque erectior amnes
Magna voce ciet. Frondentibus humida ripis

Neque jam nutris equum tuum in *pratis Tyberis, ut cogitabas? Neque defigis aratrum* in *clivis Hetruriæ?* o *Alarice, merite omnia supplicia inferorum, tune suscepisti furore giganteo lacessere urbem Deorum* Romam? *neque Phaëthon meus saltem deterruit te calamitate* sua, o *pessime, qui* Phaëthon *cadens expiravit fulmina in undis nostris, dum molitur regere habenas igneas cœli, manu mortali, et sperat effundere lucem vultu* itidem *mortali? Audi me,* o Alarice: *quicumque sperat exuvias Romæ, aut fræna Solis,* ille *furit pari scelere.* Eridanus *ita locutus, sublimior advocat voce ingenti fluvios Ligurum et Venetorum. Ticinus*

Parm. *fatus* inc. Heins.—181 *sic te jam* Vat. Livin. *sic jam te* Farn. Pat. duo Ambr. *jam sic te* Jun. pr. *jam te sic* duo Vatt. Pal. Med. pr. Put. Thuan. Petav. pr. Oxon. sec. Ald. *aulæ* pro *oræ* inc. Heins. m. pr.—182 *cornipedes... tuos* Tholos. *in gramine* Put.—183 *dictis* pro *Tuscis* Thuan. *figis* vel *frangis* Med. tert.—184 *Herebi* Pal. *dignissima* Rott.—187 *Pheton* ambo Moret. *flamina* pro *fulmina* Ambr. pr. *flumina* Lov. Mazar. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *princeps* pro *præceps* Ambr. pr.—188 *Innumeris* Rott. Med. sec. *afflavit* Put. Ambr. pr.—191 *bacchatus* Rott.—192 *aut solis* duo Leidd. duo Oxon. *an* Jun. pr.—193 *futur* Ambr. pr. *Venetos* Med. tert. *Venetos Liguresque* Vat. tert.

NOTÆ

182 *Pascis*] Jactantia militaris, qua olim gloriabantur, se nutrituros esse suos equos in pratis hostium, aut inversuros esse aratro eorum campos. Quin et signum erat ultimæ vastationis, aratrum imprimere in locis ubi urbes sitæ essent. 'Seges est ubi Troja fuit.' Ovidius.

185 *Urbem Deorum*] Audesne urbem, tot Deorum sedem, aggredi, instar gigantum, qui Cœlum aggressi sunt?

187 *Phaëthon*] Nota vel puerulis fabula, eum a Sole equos regendos petiisse, obtinuisse, et tam male rexisse, ut a Jove indignante fulminis ictu in Padum præceps ageretur.

Fulmina efflavit] Quasi ea laterent in ejus corpore, et postea efflaret atque emitteret in aquas Eridani; vel potius, quod cum fulmen, quo perculsus fuerat, ejus corpus penetravit, illud postea expirando moriendoque emiserit.

Colla levant pulcher Ticinus, et Addua visu
Cœrulus, et velox Athesis, tardusque meatu
Mincius, inque novem consurgens ora Timavus.
Insultant omnes profugo, pacataque lætum
Invitant ad prata pecus. Jam Pana Lycæum,
Jam Dryadas revocant, et rustica numina Faunos.
Tu quoque non parvum Getico, Verona, triumpho
Adjungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ.
Hic rursus, dum pacta movet, damnisque coactus

formosus, et Addua cœruleus facie attollunt capita humentia ex *littoribus sylvosis; et* simul *Athesis celer, ac Mincius lentus cursu, et Timavus erigens* se *in novem ostia: omnes* hi fluvii *illudunt* Alarico *fugienti, et excitant greges lætos ad pascua placida. Jam revocant Pana Lycæum, jam Dryades, et Faunos, Deos agrestes. Tu etiam,* o *Verona, addis gloriam non mediocrem victoriæ Geticæ: neque Pollentia, neque ultrix urbs Asta magis auxit imperium Italiæ. Hic* Alaricus *iterum dum concutit fœdera, et adactus cladibus, tentat permutare præ-*

omnes pro *amnes* inc. Heins.—195 *Ticius* Med. quart. *Tociusque ardua* Jun. pr. *Ticius et Ardua* Oxon. pr. *Ticius atque ardua* Oxon. sec. *Ticinus atque ardua* duo Leidd. *et Addua* Moret. pr. Exc. Læti. *atque* duo Vatt. Pric. Rott. duo Med. Lov. Tholos. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. Bonon. tres Petav. ed. Vicet. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *adua* Rott. duo Medd. Ambr. tert. ed. Vicet. *Addua* Petav. pr. Thuan. Exc. Lucens. pr. *ardua* tres Vatt. Oisel. Florent. duo Med. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. sec. Lov. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. *ardea* Vat. tert. m. sec. Moret. pr. *Abdua* inc. Heins. Ald. *Abdua* vel *Ardua* Mazar.—198 *Exsultant* vel *Insultant* Med. tert.—200 *Dryades* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *Dryadas* duo Leidd. Oxon. pr. Med. tert. Put. Reg. Mazar. Bonon. duo Petav. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *ac rustica* Lov. *et* tres Vatt. Pric. Oisel. *jam* Ambr. tert. *jam rustica* Ambr. pr. et sic Gesn. et ed. Bipont.—201 *parvo* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. ut et *Nerona* pro *Verona* Var. LL. ed. Antv.—203 *an mœnia* Jun. pr. *judicis* pro *vindicis* Farn. *hastæ* pro *Astæ* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. quatuor Med. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. Leid. pr. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. et marg. Parm. in Petav. pr. erat glossa, i. e. *Ravenna.*—204 *Qui rursus* Vat. quart. *jam* vel *dum* Oxon. pr. *pacta vovet* Oxon. sec. *pacta manet* Farn. *prata* ed. Vicet. *pacta* Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

195 *Ticinus, Addua, Athesis, Timavus*] Totidem sunt flumina. De Timavo, supra.

199 *Pana Lycæum*] Pana numen ruris, coli solitum in Lycæo monte Arcadiæ, in Græcia.

201 *Verona*] Proculdubio multæ extiterunt Gothorum clades, auctorum invidia post interfectum Stilichonem pressæ. Verona, quam Gallienus Imperator vocavit *Gallienianam,* est urbs pulcherrima, munitissima Venetiæ, a Gallis condita duce Brenno, unde et olim *Brenona* dicta, ex Munstero, ad quam contigit secunda Gothorum clades.

202 *Pollentia*] Hodie *Palenza:* sed de hac supra.

203 *Vindicis Astæ*] Asta quoque urbs est, ad quam suspicor cæsos etiam esse Gothos.

204 *Pacta movet*] Concutit ac labe-

Extremo mutare parat præsentia casu,
Nil sibi perjurum sensit prodesse furorem,
Converti nec fata loco; multisque suorum
Diras pavit aves, inimicaque corpora volvens
Ionios Athesis mutavit sanguine fluctus.
Oblatum Stilichon violato fœdere Martem
Omnibus arripuit votis, ubi Roma periclo
Jam procul, et medius belli Padus arbiter ibat.
Jamque opportunam motu strepuisse rebelli

sentia vel *calamitate ultima, animadvertit rabiem perjuram nihil se juvare, neque fata mutari loco, et aluit volucres obscœnas plurimis* cædibus *suorum* militum, *et Athesis versans cadavera hostilia, convertit undas Ionias* in *cruorem. Stilicho, pacto* per Alaricum *infracto, rapit omni desiderio bellum oblatum,* præsertim *cum Roma remota* erat a *periculo, et Eridanus separans fluebat inter bellum: et jam lætatur infidelitatem commodam fremuisse tumultu rebellante, et* ipse *suppe-*

facta Tholos. *picta* Reg. m. pr.—205 *multare* Farn. *placet* pro *parat* Petav. tert. —206 *fato* pro *sentit* Farn. *sentis* Reg. *sensit* Med. sec. *sentit* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Florent. duo Med. Moret. pr. Lov. Oxon. pr. *favorem* Vat. sec. m. pr. —207 *Convertit* Vat. pr. m. pr. et tert. Oisel.—208 *parat* pro *pavit* Vat. tert. m. pr. *aquas* pro *aves* Put.—209 *Ithinios* Oxon. pr. Leid. pr. m. pr. *Itinios* vel *Ionios* Moret. sec. *Bithinos* vel *Ionios* Med. tert. *Intinios* m. pr. et *continuos* m. sec. Lov.—210 *Obliquum* Florent. m. pr. *Oblitum* Leid. pr. m. pr. Oxon. sec. Put. duo Petav. Bonon. Lov. Ambr. pr. Moret. sec. *violatum* Jun. pr. Oxon. sec. Med. tert.—211 *Ominis* pro *Omnibus* Med. tert. *apparuit* pro *arripuit* Med. sec. *ut Roma* Farn. *pericla* Rott.—212 *a* pro *et* Thuan. *belli medio* Vat. pr. Oisel. Oxon. pr. *medius* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Vat. pr. m. sec. *medi* vel *medius* Vat. quart. *medio* vel *medius* Reg.—213 *Jam quoque oportuna* Leid. sec. *opportuna* Farn. *ppustimam* vel *repentinam* Lov. *victu* pro *motu* Jun. pr. *rictu* conjecerat Heins. *stupuisse* Tholos. *strepuisse* Exc. Læti,

NOTÆ

ctare conatur. Conjicere possumus inter Honorium et Alaricum pactum aliquod extitisse, ut hic in Gallias recederet, quo se non obligatum ratus, progredi quam regredi maluerit.

205 *Extremo casu*] Malebat rem extremæ aleæ committere, quam fœdus initum servare.

206 *Perjurum*] Cum jurasset se servaturum esse pacta quæ violat.

207 *Fata*] Hæc non posse mutari et dimoveri ex loco suo stabili et fixo.

209 *Ionios Athesis*] Athesis vulgo *l'Adice* vel *l'Adige:* fluvius ortus ex Alpibus, Tridentum et Veronam alluens, et se exonerans in sinum Adriaticum, quem hostium sanguis ita inficit, ut vel color sanguineus pervadat usque ad fluctus Ionios. Hyperbole.

210 *Violato fœdere*] Ab Alarico, quicquid dicant Orosius, Jornandes, et alii: probabilius enim est Claudianum in Aula degentem cognovisse melius res suæ ætatis, quam alios scriptores.

212 *Medius belli*] Eridanus belli medius arbiter, id est, dirimebat bellum inter Romanos et hostes, seu impediebat, quominus Getæ transirent.

Gaudet perfidiam, præbensque exempla labori
Sustinet accensos æstivo pulvere soles.
Ipse manu metuendus adest, inopinaque cunctis
Instruit arma locis, et, quo vocat usus, ab omni
Parte venit. Fesso si deficit agmine miles,
Utitur auxiliis, damni securus, et astu
Debilitat sævum cognatis viribus Histrum:
Et duplici lucro committens prælia vertit
In se barbariem, nobis utrimque cadentem.
Ipsum te caperet, letoque, Alarice, dedisset,
Ni calor incauti male festinatus Alani

ditans exemplum operi, præfert calores inflammatos pulvere æstivo. Ipse venit timendus dextra, et in *omni parte præparat tela improvisa, et qua necessitas postulat, accurrit ex omni loco. Si milites copiis fatigatis fatiscunt, impendit* copias *auxiliares non solicitus* de *detrimento, et callide spoliat Danubium crudelem viribus suorum* populorum: *et, compendio geminato, conserens pugnam convertit Barbaros, imminentes undique nobis, contra se* ipsos. Stilicho *caperet te ipsum,* o *Alarice, et tra-*

Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *statuisse* ed. Parm. et Vicet.—214 *Perfidiam gaudet* Petav. tert. *præbent* Lov. Ambr. sec. Jun. Oxon. sec. Exc. Gevart. *præbens* sine copula, Leid. sec. Voss. Vat. sec. Farn. Pal. Pric. Rott. duo Med. inc. Heins. Mazar. Tholos. Petav. tert. ed. Parm. et Vicet. *præbent* vel *præbens* Leid. pr. Med. quart. *relegens* vel *præbens* Med. pr. *præbent exempla sorores* Moret. sec. *præbent ex. sorores* et *præbens ex. saboris* ex emendatione, Lov. *sobores* Petav. sec. *labores* Ambr. sec. *labori* Oxon. pr. Ald. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *laborum* Vat. tert. Reg. Moret. pr. *laboris* duo Vatt. Pal. Pric. Rott. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. Petav. pr. Ambr. pr. *labores* vel *laboris* Leid. pr.—215 *pulvere* Pric. Rott. *vulnere* Pal. Med. pr. *pectore* Lov.—216 *certis* pro *cunctis* Jun. pr. Oxon. sec. —217 *quo* Jun. pr. et Oxon. sec. *qua* Gesn. et ed. Bipont. *aqua* pro *qua* Thuan. *vacat* Put. Petav. sec.—218 *decidit* Bohon. Petav. tert.—219 *damnis* Med. tert.—221 *vertis* Lov.—222 *Barbariam* duo Leidd. Rott. Oisel. Florent. Med. pr. Petav. sec. Tholos. Ambr. sec. Lov. Moret. sec. *nobisque* Reg. *utrumque* Lov. *utrique* Vat. pr. *nobisque ictumque* Pal.—223 *caperent* et *dedissent* Vat. sec. qui et *Halarice* habet.—224 *color* Petav. sec. *festinantis* Jun. pr.

NOTÆ

216 *Ipse manu*] Non Stilichoni, sed Saulo barbaro et pagano Duci, belli summam commissam esse ait Orosius; sed præstiterit fidem adhibere Claudiano, qui rem amplificare potest quidem, non totam fingere.

Inopina arma] Quæ hostes ex improviso, et nil tale expectantes, feriant.

220 *Debilitat Histrum*] Spoliat Danubium viribus cognatis, id est, viribus suorum populorum, eosque Barbaros in se invicem armat, sicque convertit barbariem contra se ipsam: qua in re duplex est lucrum, duplex utilitas; primo quod Barbari contra se excitati nobis non noceant, secundo quod a seipsis deleantur.

224 *Ni calor*] Alaricus captus esset, nisi Saulus Dux Alanorum ardentior

Dispositum turbasset opus. Prope captus anhelum
Verbere cogis equum: nec te vitasse dolemus.
I potius gentis reliquum, tantisque superstes
Danubii populis, i, nostrum vive tropæum.
Non tamen ingenium tantis se cladibus atrox
Dejicit: occulto tentabat tramite montis,
Si qua per scopulos subitas exquirere posset
In Rhætos Gallosque vias. Sed fortior obstat
Cura ducis: quis enim divinum fallere pectus

deret morti, nisi ardor Alani imprudentis stulte properatus evertisset consilium præparatum. Tu *fere captus adigis stimulo equum fatigatum; neque mœremus te effugisse. Abi melius* ut *reliquiæ stirpis* tuæ, *et superfuturus tot nationibus Istri: abi, vive* ut monumentum *triumphi nostri. Neque tamen animus* ejus *indomitus se demittit tantis cædibus: quærebat colles via incognita, si qua* via *valeret per saxa invenire iter repentinum in Rhætos et Gallos. At prudentia ductoris* Stilichonis *generosior obest: nam quis valeat decipere sapientiam* prope *divinam, et oculos in-*

Oxon. sec. *festinatus* vel *festinantis* Med. tert. *Halani* Vat. sec.—225 *Depositum* Moret. pr. Tholos. *trabeasset* pro *turbasset* inc. Heins. *cautus* Rott. duo Petav. Bonon. Pat. Tholos. Var. LL. ed. Antv.—226 *jurasse* pro *vitasse* Pat. —227 *gentis reliquum* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *genti reliquum* Oisel. *gentis* Pric. *genti* Med. tert. m. pr. Put. Petav. sec. et pr. m. sec. Bonon. duo Ambr. Exc. Lucens. sec. *genti* vel *gentis* Pat. *reliquæ* Med. quart. *reliquus* Leid. pr. tres Vatt. inc. Heins. Mazar. duo Petav. Bonon. Pat. duo Ambr. *genti reliquus* Moret. pr. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *gentis reliquus* et in margine ascriptum f. *genti* Lov.—228 *in nostrum* Vat. sec. Med. tert. Thuan. Mazar. Petav. tert. Tholos. Ambr. tert. Moret. sec. duo Oxon. *et nostrum* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Rott. Oisel. Ambr. sec. *i nostrum* Leid. sec. duo Vatt. Farn. Med. quart. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Pat. Ambr. pr. Exc. Gevart. *in* vel *i nostrum* Var. LL. e marg. Parm. *triumphis* pro *tropæum* Vat. quint.—229 *Nec tamen* inc. Heins. Tholos.—230 *tendebat* Tholos. *vertice* Leid. sec. Pric. Rott. Med. sec. Thuan. Petav. sec. Tholos. Ambr. tert. Voss. Jun. pr. Oxon. sec. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. *tramite* vel *vertice* Oxon. pr. *obliquo vertice* vel *occulto tramite* Pal. Med. pr. *montis* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *montes* Leid. pr. duo Vatt. Oisel. Med. quart. inc. Heins. Put. Pat. Petav. tert. duo Ambr. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *montis* vel *montes* Vat. pr.—231 *Si qua* duo Leidd. duo Vatt. Pric. Florent. Ambr. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *Si quas* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. *Si quam* Put. *populos* Voss. Leid. sec. Exc. Gevart. *possit* Moret. sec.—232 *Renos* Lov. Oxon. pr. *in Cretos* Oxon. sec. *Rhenos* Reg. Moret. sec. *Gallos Rhetosque* Moret. pr. *exstat* pro *obstat* Med. quart.—233 *divorum* pro *divinum* Pat. *possit Pectus* Lov. Moret. pr.

NOTÆ

prævertisset consilia Stilichonis, sicque ipsi evadendi occasionem imprudens dedisset.

228 *Tropæum*] Nec immerito: si enim ita spoliatus est tantus Rex, vivum fuit Romanæ fortitudinis monumentum.

233 *Divinum pectus*] Omnia prævidens, instar divini numinis.

Possit, et excubiis vigilantia lumina regni?
Cujus consilium non unquam reperit hostis,
Nec potuit texisse suum. Secreta Getarum
Nosse prior, celerique dolis occurrere sensu.
Omnibus exclusus cœptis considit in uno
Colle tremens: frondesque licet depastus amaras
Arboreo figat sonipes in cortice morsus;
Et tetris collecta cibis, annique vapore,
Sæviat aucta lues, et miles probra superbus
Ingerat obsesso, captivaque pignora monstret:
Non tamen aut morbi tabes, aut omne periclum

tentos conservationi Imperii? Cujus Stilichonis *cogitata hostis nunquam invenit, neque valuit occultare* ipsi *sua. Primus* Stilicho potest *cognoscere arcana Getarum, et ingenio acri prævertere insidias* eorum. Alaricus, *extrusus consiliis omnibus, sedit pavidus in colle infimo: et quamvis equus* ejus *carpens folia acerba imprimat dentes in trunco arboreo; et* quamvis *morbus contractus ex alimentis pravis, et adauctus calore æstatis furat, ac milites arrogantes onerent contumeliis* Alaricum *circumsessum, et ostendant filios* suos *captivos; non tamen aut lues morbi, aut*

pectus Posset Ambr. tert.—234 *numina* Pal. Farn. Pric. Rott. Med. quart. Thuan. Tholos. Petav. sec. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. edd. Vicet. Parm. marg. Isingr. *munera* Jun. Oxon. sec. *lumina* vel *numina* Med. pr.—235 *non-numquam repperit* Pric. Petav. sec.—236 *Non potuit* Lov.—237 *scelerique* Var. LL. ed. Antv. *sexu* pro *sensu* Vat. tert.—238 *exclusis* Pric. Med. tert. Mazar. Pat. Petav. sec. *consedit* tres Vatt. Rott. Exc. Læti, edd. Junt. Ald. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. et al. *concedit* Oisel. *considit* Farn. Ambr. sec. Leid. pr. Lov. Moret. sec. Exc. Schott. et Lucens. pr. *confidit* Vat. sec. Pal. Pric. Florent. Med. pr. inc. Heins. Petav. sec. Tholos. Ambr. tert. Jun. pr. Oxon. sec. ed. Vicet. *confidit* vel *consedit* Med. tert. *in imo* Exc. Læti, Ald. *in uno* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Cod. Rhem. ed. Parm. et Vicet.—239 *fraudesque* pro *frondesque* Pal.—240 *Arboreos* Med. tert. Put.—241 *E tetris* Farn. *tetricis* Vat. pr. m. sec. inc. Heins. vid. Spartian. in Severo p. 70. l. 12. *jubis* Med. pr. *herbis* Moret. pr. *animique vapore* Lov. *animique pavore* Farn. vet. Gyr. *annisque* Vat. pr. m. sec. Thuan. *amnisque* Med. sec. Vat. Livin. *omnique* Var. LL. ed. Antv. *animique* duo Leidd. inc. Heins. Jun. pr. Oxon. sec. *Austrique* conjiciebat Heinsius, qui ascripserat Lucan. lib. x. 222. 'testis tibi sole perusti Ipse color populi, calidique vaporibus Austri.'—242 *acta lues* Pal. Pric. Oisel. m. pr. Florent. duo Med. Reg. m. pr. Put. Mazar. Ambr. pr. Lov. Voss. Jun. pr. Oxon. pr. Leid. sec. *arta* Exc. Gevart. unde *atra* leg. Heins. *severus* pro *superbus* Put.—243 *Ingeret* Med. sec. *capturaque* Leid. pr.—244 *tabes* Vat. pr. et sec. Bonon. Exc. Læti et Lucens. pr. *rabies* Vat. tert. Med. tert. m. pr. Jun. pr. Oxon. sec. ed.

NOTÆ

235 *Consilium*] Nullus hostis potuit detegere consilia Stilichonis, nullus sua ipsi occultare; et est illa absolutissima Ducis optimi virtus.

237 *Nosse prior*] Hellenismus: id est, prior ad cognoscendum.

238 *Exclusus*] Omnibus consiliis, urbibus, arcibus.

Docta subire fames, aut prædæ luctus ademtæ,
Aut pudor, aut dictis movere procacibus iræ,
Ut male tentato toties se credere campo
Cominus auderet. Nulla est victoria major,
Quam quæ confessos animo quoque subjugat hostes.
Jamque frequens rarum decerpere transfuga robur
Cœperat, inque dies numerus decrescere castris.
Nec jam seditio paucis occulta parari,
Sed cunei totæque palam discedere turmæ.
Consequitur, vanoque fremens clamore retentat,

fames erudita pati pericula omnia, aut tristitia spoliorum ereptorum, aut verecundia, aut iræ commoverunt illum *verbis petulantibus, ut auderet committere se propius bello toties tentato infeliciter. Nullus triumphus est gloriosior quam* ille *qui vincit hostes confitentes* etiam *animo se* vinci. *Et jam multi fugaces incipiebant debilitare opes infirmiores; et multitudo* incipiebat *imminui cunctis diebus: neque jam seditio incognita paucis strui, at copiæ et catervæ omnes* incipiebant *aperte discedere.* Alaricus *sequitur* hos, *et* conatur *retinere murmurans minis inutilibus, et*

Parm. et Vicet. *tabes* vel *rabies* Petav. pr.—245 *victus* pro *luctus* Tholos.—246 *et dictis* Moret. sec. *procacius* Lov.—247 *campo* vel *bello* Petav. tert.—249 *Quam qui* Leid. sec. Exc. Gevart. *Quamquam* Rott. *animos* Pal. inc. Heins. *subnegat* Petav. sec.—250 *rarum* Vat. Livin. *rerum* Leid. pr. m. pr. cum duodecim aliis et edd. Vicet. Junt. Ald. Colin. *rarum* vel *rerum* Vat. quart. Pric. m. sec. Med. pr. *decerpere* Pal. Pric. m. sec. *discerpere* Med. tert. *transfuga* vel *callida* Med. tert.—251 *inde dies* Ambr. tert. *decrescere* Rott. *descendere* vel *discernere* Pal.—252 *seditio* Reg. Oxon. pr. m. sec. Tholos. Ambr. tert. *Discidio* Jun. pr. Oxon. sec. *deditio* omnes Vatt. Pal. Farn.—253 *cunei* vel *cuncti* Med. tert. *simul* pro *palam* Ambr. sec. *decrescere* Put. Ambr. pr. *descendere* Pric. Farn. duo Med. Reg. Lov. Petav. sec. Tholos. Ambr. sec. Leid. pr. Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *desciscere* Ambr. tert. vid. infra 262. *discedere* vel *descendere* Med. pr. *discernere* vel *descendere* Pal. *turbæ* Vat. pr. et tert. Put. Jun. pr. Oxon. sec.—254 *Prosequitur* Oxon. sec. *vanoque* Pat. Ambr. pr. *varioque* duo Vatt. Put. Thuan. Petav. sec. *frequens* Put. Thuan. Oxon. sec. *fremens* vel *frequens* inc. Heins. retentat

NOTÆ

245 *Fames*] Non imperiosa fames, quæ temnit omnia pericula, non ira, non pudor cogunt etiam illum pugnare; adeo diffidit, adeo desperat, adeo confitetur se animo victum esse.

249 *Confessos subjugat*] Hæc vera certaque victoria est, cum victi confitentur animos suos esse superatos.

250 *Robur*] Crebri transfugæ incipiebant decerpere et debilitare robur ac vim exercitus, eum jam rariorem et minus plenum relinquendo. Nam decerpere est ita detrahere ex toto corpore, ut minuatur numerus, fiatque raritas.

252 *Paucis occulta*] Necdum occultum erat paucis parari seditionem, quæ malum pessimum est. Nam ex Vegetio: 'nulla quamvis minima ratio potest ab adversariis perdeleri, nisi propriis simultatibus se ipsa consumserit.'

Cumque suis jam bella gerit: mox nomina supplex
Cum fletu precibusque ciet, veterumque laborum
Admonet, et frustra jugulum parcentibus offert:
Defixoque malis animo sua membra suasque
Cernit abire manus. Qualis Cybeleia quassans
Hyblæus procul æra senex, revocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quæ sponte relictis
Descivere favis; sonituque exhaustus inani
Raptas mellis opes, solitæque oblita latebræ,
Perfida deplorat vacuis examina ceris.

facit jam bellum cum suis militibus: *statim vocat nomina* singulorum *cum lacrymis et precibus, et monet eos factorum pristinorum, et objicit inutiliter guttur* suum his *ignoscentibus: atque animo dejecto calamitatibus, videt suos* milites, *ut membra, et manus suas, discedere. Quemadmodum senex Hyblæus quatiens longe tintinnabula Cybeles, tentat revocare crepitaculo apes fugientes, quæ* apes *favis desertis ultro defecerunt, et fatigatus sono rauco, deflet divitias mellis abreptas, et examina infida* apum *oblita cellarum consuetarum, alvearibus vacuatis. Igitur post-*

••••••••••••

vel *retemptat* Vat. tert.—255 *mox* pro *jam* inc. Heins. Jun. pr. Oxon. sec. Med. tert. *regit* pro *gerit* Pat. *jam numina* Med. tert. *nomina* duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Petav. pr. m. sec. Tholos. duo Ambr. Jun. Oxon. sec. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. Exc. Schott. Lucens. pr. ed. Vicet. *numina* tres Vatt. Rott. Reg. Mazar. Vat. pr. m. pr. *numina* vel *nomina* Vat. quint. Pric. Oisel. Petav. tert.—256 *fletu precibusque* Florent. Med. pr. Reg. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *precibus fletuque* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. *flexuque* inc. Heins.—257 *poscentibus* Vat. quint. *patientibus* Pric. *parentibus* Petav. sec. Moret. sec. Voss. a m. pr. *pereuntibus* Jun. pr.—260 *ora* Jun. pr. *feroces* Jun. pr.—261 *conatus* Tholos. *relictos Destituere favos* vel *relictis Descivere favis* Med. tert.—262 *Discessere* quint. *Destituere* Florent. Jun. pr. Oxon. sec. *Discivere* Put. *Descivere* vel *Cessavere* Vat. quart. *exactus* pro *exhaustus* Leid. pr.—263 *apes* Vat. tert. m. sec. Med. sec. *oves* Jun. pr. *oblata* Thuan. *tenebræ* pro *latebræ* Vat. quart. Med. sec. Jun. pr. Oxon. sec.—264 *curis* pro *ceris* Vat. tert. m.

NOTÆ

257 *Jugulum*] Ut solent Duces rebus profligatis ac desperatis, qui orant milites, ut se potius occidant, quam deserant.

258 *Defixo*] Animo attento, dejecto, nec sese movente ob pondus miseriarum.

Sua membra] In fugientibus militibus videt velut sua membra, suas manus, suum sanguinem, suas apes, abire, deficere, languescere: milites quippe sunt membra manusque Regum suorum, qui sunt suprema omnium capita.

260 *Hyblæus*] Hyble seu Hybla, mons et urbs Siciliæ apibus insignis: inde Hyblæus dicitur senex aliquis, qui curat apes, et qui quassat tintinnabula ærea, qualia quassabant sacerdotes Cybeles matris Deorum. Strabo de Hybla: τὸ τῆς Ὕβλης ὄνομα συμμένει διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Ὑβλαίου μέλιτος: *Hyblæ nomen perdurat propter mellis Hyblæi præstantiam.*

264 *Perfida*] Quasi promisissent apes se in his alvearibus mansuras, sicque iis desertis fidem violarent.

Ergo ubi præclusæ voci laxata remisit
Fræna dolor, notas oculis humentibus Alpes
Aspicit, et nimium diversi stamine fati
Præsentes reditus, fortunatosque revolvit
Ingressus. Solo peragens cum murmure bellum,
Protento leviter frangebat mœnia conto,
Irridens scopulos: nunc desolatus et exspes
Debita pulsato reddit spectacula monti.
Tunc sic Ausonium respectans æthera fatur:
  Heu regio funesta Getis! Heu terra sinistris
Auguriis calcata mihi! satiare nocentum

quam mœror laxavit habenas, dictis impeditis, spectat oculis lacrymantibus Alpes cognitas sibi, *et filo fati nimis mutati, revocat* in mentem *abitum præsentem, et aditum* olim *felicem. Tunc una voce perficiens prælia, quatiebat urbes hasta leniter porrecta, despectans cautes;* at *nunc afflictus et sine spe reddit spectaculum meritum fracto monti: tum aspiciens cælum Italum, ita loquitur: Heu! terra fatalis Getis! heu terra proculcata mihi auspiciis infelicibus! sis saturata stragibus son-*

pr.—265 *remittit* Reg.—266 *notasque* Farn. *notas* sine copula, duo Leidd. cum viginti duobus, Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm.—267 *Adspicis* Jun. pr. Oxon. sec. *diverso* Pal. Med. pr. *stamina* Moret. pr.—268 *Præsenti* Jun. pr. Oxon. sec. *resolvit* duo Vatt. *revellit* Put. *revisit* Vat. tert. m. pr.—269 *peragit* Med. quart. *peragens* vel *perugrans* Med. tert. *cum murmure* tres Vatt. Pal. Pric. Vat. sec. m. sec. *tum* Farn. tres Petav. Tholos. Ambr. sec. Lov. Moret. sec. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. *tunc* Vat. pr. Rott. Oisel. Med. sec. Reg. Moret. pr. Jun. et Oxon. pr. duo Leidd. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv.—270 *Pro tanto* Petav. sec. Oxon. sec. *Proh leviter tanto* Tholos. *Proh tanto* Moret. sec. *Pertento* Put. Oxon. pr. *Proh tanto* vel *Prætento* Reg. *conpto* Jun. pr. *cunto* Leid. sec. *expers* tres Vatt. Farn. duo Med. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec. Oxon. pr.—271 *expers* vel *exspes* Vat. tert.—272 *reddi* Farn.—273 *Tum* Oisel. *Aonium* Jun. pr. *Aoniam* Reg. *prospectans* Pat. *despectans* Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *dixit* pro *fatur* Put. Pat. Ambr. pr. Sched. Gud.—274 *legio* Farn. *genio* Vat. pr. m. pr.—275 *sociare* Jun. pr.

NOTÆ

265 *Præclusæ*] Nam maximi affectus vocem præcludere et impedire solent: etenim ex doloribus, 'leves loquuntur, ingentes stupent.'

266 *Alpes*] Partem Alpium vergentem in Illyriam, qua ingressus fuerat Alaricus.

267 *Stamine*] Filo et ordine fati, seu Parcarum, mutato.

269 *Solo murmure*] Una voce, uno, ut ita dicam, motu linguæ.

272 *Debita*] Alaricus afflictus a Nemesi, reddit spectaculum meritum Alpibus a se male pulsatis fractisque. Quasi tum Alpes lætarentur, quod Nemesis, quæ vindicat omnia magna et dicta et facta, tunc Alaricum puniret.

275 *Satiare*] Per concessionem amaram Alaricus optat ut Italia satietur suis cladibus, et moveatur suppliciis suis.

Cladibus, et tandem nostris inflectere pœnis!
En ego, qui toto sublimior orbe ferebar,
Ante tuum felix aditum, ceu legibus exul,
Addictusque reus, flatu propiore sequentum
Terga premor. Quæ prima miser, quæ funera dictis
Posteriora querar? non me Pollentia tantum
Nec captæ cruciastis opes: hoc aspera fati
Sors tulerit, Martisque vices. Non funditus armis
Concideram: stipatus adhuc, equitumque catervis
Integer, ad montes reliquo cum robore cessi,
Quos Apenninum perhibent. Hunc esse ferebat

tium, et commota tandem suppliciis nostris! Ecce ego, qui ibam altior omni mundo, fortunatus ante ingressum in *te,* nunc *urgeor velut exul, et reus subditus legibus,* urgeor *anhelitu proximo* hostium *persequentium terga* mea. *Quas ego infelix verbis conquerar clades primas, quas postremas? non solum* tu, o *Pollentia, non* solum vos, o *gazæ direptæ, torsistis me: casus acerbus fati, et vicissitudo belli id patiantur. Non penitus* adhuc *perieram* vi *armorum: ego adhuc comitatus* militibus, *et incolumis* ob *turmas equitum, recessi ad montes cum exercitu reliquo,* ad montes *quos appellant Apenninum. Incolæ dicebant hunc esse, qui extentus usque*

satiere Med. sec. *satiata* Leid. sec. Voss. Exc. Gevart. *cruentum* Pat.—276 *vestris* Pal.—277 *Heu ego* Pal. *qui tanto* Put. Ambr. pr. *fatebar* vel *ferebar* Lov.—278 *ceu* Exc. Læti. *seu* Vicet.—279 *Addictus* sine copula, Petav. sec. *Adcitusque* Ambr. tert. *Adductusque* Jun. pr. Bonon. *fletu* pro *flatu* Tholos. *frequentum* Lov. Voss. Exc. Gevart. *frementum* conjiciebat Heins. —280 *quæ flumina* Oxon. sec.—281 *sequar* Med. pr. Pat. *querar* Tholos. Ambr. pr. *queror* Jun. pr. Oxon. sec. *nec me* Vat. tert. Pal. *me non* Vat. pr. Oisel. *non me* duo Leidd. duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. Tholos. duo Ambr. tres Petav. Lov. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fallacia* Pal. *Pollentia* vel *fallacia* Vat. pr. Med. pr. *Fallantia* vel *Pollentia* Reg.—282 *captæ* Oxon. pr. Leidd. pr. Lov. *raptæ* Barth. *cruciantur* Moret. pr. *cruciatis* tres Vatt. Pal. Rott. Exc. Læti. *cruciastis* Leid. pr. et viginti duo alii, Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *hoc* Leid. pr. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *hæc* duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *prospera* Put. Petav. pr. *fata* Med. tert.—283 *tulerit* Exc. Læti. *tulerat* Lov. Jun. pr. Moret. sec. *mortisque* Moret. sec. *Martis misces* Jun. pr. *nunc funditus* Put. Ambr. pr.—284 *catervas* Jun. pr. Oxon. sec. —285 *Impiger* Reg. *admotis* Med. tert. *ammonitus* Petav. sec. *ad monitus* Lov. m. sec. *cum corpore* Vat. sec.—286 *Apennini* Lov. Moret. sec. *huç esse*

NOTÆ

279 *Addictus*] Velut traditus Lictori ob leges calcatas.

Sequentum] Ac fere me comprehendentium.

281 *Pollentia*] Urbs Ligurum, ad quam victus Alaricus.

283 *Martisque vices*] Ἄρης κοινός: *Mars communis.* Ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων: *incertæ enim res bellicæ.* Thucydides.

286 *Apenninum*] Hic mons porrigitur per totam Italiam, eamque ve-

Incola, qui Siculum porrectus adusque Pelorum
Finibus ab Ligurum populos complectitur omnes
Italiæ, geminumque latus stringentia longe
Utraque perpetuo discriminat æquora tractu.
Huc ego continuum si per juga tendere cursum,
Ut prior iratæ fuerat sententia menti,
Jam desperata valuissem luce; quid ultra?
Omnibus oppeterem fama majore perustis:
Et certe moriens propius te, Roma, viderem:
Ipsaque per cultas segetes mors nostra secuto
Victori damnosa foret. Sed pignora nobis
Romanus, carasque nurus, prædamque, tenebat:

ad Pelorum promontorium *Siciliæ a tractibus Ligurum, circumcingit gentes omnes Italiæ, et ductu continuo separat maria duo, ferientia procul littus duplex. Ego si, ut primum consilium fuerat animo irato, huc vita* fere *conclamata potuissem ferre gradum repentinum per culmina; quid ulterius* vellem? *Morerer* certe *cunctis incensis, fama insigniore: et igne moriens aspicerem te propius,* o *Roma: et ipsa mors nostra per terras excultas perniciosa esset victori insequenti. At Romani retinebant liberos nostros, et nurus dulces, et spolia:* esto, *duxissem ideo*

Bonon. *ferebant* Reg.—287 *silicum* pro *Siculum* Jun. pr.—288 *ab Ligurum* Vat. pr. Vat. Livin. *ad* Farn. ed. Vicet. et Barth. *a* duo Leidd. cum triginta aliis, Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. *Alligerum* Jun. pr. Oxon. sec. *alligurum* Put. *Liguris* Var. LL. ed. Antv. m. sec. *populos Ligurum* Vat. quint. *complectitur* duo Leidd. et plurimi alii, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *amplectitur* al.—290 *perpetuos* Oisel. *disterminat* Petav. pr. *disterminat* vel *discriminat* duo Vatt. *tactu* Leid. pr.—291 *His* Tholos. *Hic* Farn. Thuan. Mazar. Pat. Leid. sec. ed. Parm. et Vicet. *Hinc* Rott. Petav. sec. *Hunc* Leid. pr. Jun. pr. duo Oxon. Vat. pr. et sec. Exc. Læti et Lucens. pr. *Huc* Vat. quart. Med. quart. Put. duo Ambr. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. Sched. Gud. *Hic* et emendatum *Hæc* Petav. pr. *Huc* vel *Hic* Med. pr. *Non* vel *Nunc* vel *Huc* vel *Hunc* Vat. tert. *continuo cursu* Ambr. sec. *currere* pro *tendere* Farn.—292 *mentis* Oisel.—293 *valuissem* Vat. sec. Farn. Petav. tert. Ambr. sec. infra vs. 303. *voluissem* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel.—294 *appeterem* Rott. Med. sec. Thuan. *appeterent* Jun. Oxon. sec. *forma* Put. Ambr. pr. *meliore* Vat. sec. ed. Vicet. *majore* duo Leidd. et alii magno numero, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *majore perillis* Sched. Gud. *majore perustis* Lov. *perustus* Med. tert. *perustis* vel *peremtis* Pal. Med. pr. *praustis* conjiciebat Heins.—296 *multas* Thuan.—297 *non sunt* pro *nobis* Jun. pr. Oxon. sec. *nostra* tres Vatt. Rott. Thuan. Pat. Petav. pr. *nobis* vel *nostra* Vat. tert.—298 *Romanas* Moret. sec. *prædaque*

NOTÆ

lut in duas partes secans, separat duo maria, superum et inferum.

294 *Fama majore*] Morerer fama majore, ait Alaricus, si incensis omnibus campis, in juga Apennini me recepissem; morerer et lubentius, siquidem viderem propius Romam, et segetes ita exustas, ut victor ipse nihil post me inveniens, unde aleret exercitum, perniciem inveniret.

Hoc magis exertum raperem succinctior agmen.
Heu! quibus insidiis, qua me circumdedit arte
Fatalis semper Stilichon! dum parcere fingit,
Retudit hostiles animos, bellumque remenso
Evaluit transferre Pado. Pro fœdera sævo
Deteriora jugo! tunc vis extincta Getarum:
Tunc mihi, tunc letum pepigi. Violentior armis
Omnibus expugnat nostram clementia gentem.
Mars gravior sub pace latet: capiorque vicissim
Fraudibus ipse meis. Quis jam solatia fesso

promtior copias magis expeditas. Heu! quibus dolis, quibus artibus Stilicho semper exitialis mihi *circumvenit me! Dum simulat se ignoscere, imitatus est animum hostis, et potuit transportare bellum Eridano* rursus *trajecto: pro fædus pejus servitute crudeli! tum robur Getarum compressum* est; *tum mihi, tum pepigi mortem. Indulgentia* Stilichonis, *fortior telis omnibus, superat populos nostros. Bellum acerbius occultatur sub pace, et* ego *ipse vicissim expugnor dolis meis. Ecquis jam*

tenebor Bonon. *tenebit* Moret. pr.—299 *excitum* pro *exertum* duo Vatt. Rott. Med. sec. Petav. pr. Pat. Exc. Schott. *exutum* Thuan. *excitum* vel *exertum* Vat. quart. *vipera succingar et angue* pro *raperem succinctior agmen* Thuan. *caperem* Pat. *agmen* vel *orbem* Vat. tert.—301 *Feralis* Pal.—302 *Rettudit* Sched. Gud. *Contudit* Med. tert. *Retudit* Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Moret. sec. Voss. Leid. sec. Exc. Gevart. *Reccudit* Var. LL. Antv. m. pr. *Reppulit* inc. Heins. *Extulit* Med. quart. ed. Vicet. *Rettulit* tres Vatt. Pal. Farn. Oisel. Exc. Læti et Lucens. pr. *Rettulit* vel *Rettudit* Vat. sec. *Rettulit* vel *Contudit* Reg. *Rettudit* vel *Contudit* Pric. *animas* Farn. *belloque* Rott. *remerso* Petav. sec. *retonso* Jun. pr. Oxon. sec. *reverso* vel *remenso* Med. tert. —303 *pro fædere* duo Vatt. *per fædera* Leid. pr. Oxon. pr. Pal. Med. pr. Put. Petav. tert. Reg. m. pr. Bonon. Ambr. pr. Sched. Gud.—304 *tum vis* Vat. sec. inc. Heins. *exemta* pro *exstincta* Thuan.—305 *Tum tibi, tum* Voss. Leid. sec. *Te mihi cum* Moret. sec. Jun. pr. duo Oxon. *Tum* tres Vatt. Rott. Med. sec. Petav. pr. Put. Lov. Ambr. pr. Exc. Gevart. *Tunc .... cum* vel *ne* Reg. *tum* Farn. Pric. Rott. Pal. duo Vatt. Med. tert. Petav. pr. Ambr. pr. Put. Lov. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *cum* novem alii. *tum* vel *te* Vat. pr. *luctum* pro *letum* Vat. sec.—306 *nostrum clementia regem* Farn. *dementia* Vat. quint. *mentem* pro *gentem* Pal. inc. Heins.—307 . *captorque* Jun. pr.—308 *qui jam*

NOTÆ

299 *Hoc magis exertum*] Esto, Romani retinebant nostros liberos, nurus, prædam; sed ideo ab his impedimentis ego liberatus, rapuissem citius copias expeditiores.

303 *Transferre*] Ultra fluvium, quo Roma tanquam muro sese ab Alarico tueretur.

Fœdera] Fœderis et induciarum tempore copiæ Alarici elanguerunt. Tacitus, 'Multa bella impetu valida per tædia ac moras evanuere.'

306 *Clementia*] Quæ sic securum fecerat hostem, ideoque facilius vincendum, quia clementia sperata ejus animos mollierat.

308 *Fraudibus*] Alaricus ostendebat clementiam, pacem, quietem, et

Consiliumve ferat? Socius suspectior hoste.
Atque utinam cunctos licuisset perdere bello!
Nam quisquis duro cecidit certamine, nunquam
Desinit esse meus. Melius mucrone perirent,
Auferretque mihi luctu leviore sodales
Victa manus, quam læsa fides. Nullusne clientum
Permanet? offensi comites: odere propinqui.
Quid moror invisam lucem? qua sede recondam
Naufragii fragmenta mei? quæve arva requiram,
In quibus haud unquam Stilichon, nimiumque potentis

dabit consolationem aut consilium afflicto mihi? Socii suspecti sunt *magis* quam *hostis. Atque utinam potuissem amittere clade* eadem *universos socios! Etenim quicumque periit* in *prælio sævo, nunquam cessavit esse meus.* Illi socii *melius absumti essent gladio, et cohors superata eriperet mihi socios minori* cum *dolore quam fides violata. An nullus clientum superest? Comites mei* mihi *infesti; propinqui aversantur* me. *Quare remoror vitam odiosam? quo in loco occultabo reliquias fortunæ meæ? Aut quos petam agros, in quibus Stilicho, et nomen Italiæ ni-*

Petav. sec *solatia mæsto* Leid. pr.—309 *Consiliumne* Vat. quint. Farn. *Consiliumve dabit* Oxon. pr. Leid. sec. *feret* Rott. inc. Heins. Thuan. Pat. Lov. Var. LL. e marg. Parm. *dabit* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Florent. duo Med. Reg. Mazar. Voss. Vat. Livin. Exc. Gevart. *sociis* Jun. pr. Oxon. sec. Ald. Parm. Junt. Isingr. *socius* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Thuan. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Petav. tres Ambr. Vat. Livin. ed. Vicet. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—310 *O utinam* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Florent. duo Med. Mazar. Reg. Oxon. pr. *meritos* pro *cunctos* Var. LL. ed. Antv.—311 *quis tam duro* vel *quisquis duro* Med. tert. *nusquam* conjecerat Heins.—312 *Desiit* Florent. Mazar. Petav. pr. m. sec. inc. Heins. *Desinit* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. *Desinet* Vat. quint. Pal. *Desinet* vel *Desiit* Vat. quart.—313 *Afferretque* Put. *lucta* Jun. pr. —314 *unta manus* Jun. pr. Heinsius tale signum ⇾ apposuerat. *nulla fides* Oxon. sec. *lassa* Lov. *læsa* vel *fracta* Vat. quart. *nullusve* Pal. Petav. sec. Bonon. *nullusque* tres Vatt. Farn. Put. Thuan. Petav. pr. m. pr. Pat. ed. Vicet. *clientem* Put.—315 *Offensi* Leid. sec. et reliqui fere omnes, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv.—316 *invitam* Jun. pr. Oxon. sec. *qua sæpe* Med. quart.—317 *quave* Tholos. Voss. Jun. pr. Exc. Gevart. *arva* Ambr. tert. Vat. Livin. *arma* Vat. pr. m. pr. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Lov. duo Ambr. Ald. Exc. Cod. Rhem.—318 *aut numquam* Pric. Put. *hunc* pro *haud* Var. LL.

NOTÆ

sic occasionem invenerat Romanorum vincendorum; Stilicho iisdem artibus usus est ad vincendos Alarici socios, eumque hac ratione et debilitandum et superandum.

312 *Desinit*] Qui pro me pugnando obiit, meus est; qui non obiit, a me descivit: sicque mallem omnes amisisse in prælio; sic enim non me desererent, nec violarent fidem.

316 *Quid moror invisam lucem*] Virgilius: 'Quid inutilis annos Demoror?'

Italiæ nostras nomen circumsonet aures?
Hæc memorans instante fugam Stilichone tetendit,
Expertas horrens Aquilas. Comitatur euntem
Pallor, et atra Fames, et saucia lividus ora
Luctus, et inferno stridentes agmine Morbi.
 Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum
Sulfure cœruleo nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda sacerdos,
Rore pio spargens, et dira fugantibus herbis
Numina, purificumque Jovem Triviamque precatus,

mis florentis, nunquam feriant nostras aures. Alaricus *hæc dicens, Stilichone persequente, cepit fugam, pertimescens Aquilas,* quas *senserat. Pallor adhæret* ei *abeunti, et Fames nigra, et Dolor lividus* habens *vulneratum vultum, et Morbi frementes copiis tartareis. Ita Sacerdos eruditus versat* pro *more circum corpus expiandum tædam purgantem, cui lumen odoratum fumat sulfure cœruleo et bitumine nigro;* Sacerdos *aspergens* hoc corpus *aquis sacris, et invocans herbis expellentibus Deos sævos, et Jovem lustrantem, et Dianam, manibus amotis trans*

ed. Antv. *potentes* Petav. tert.—319 *nomen nostras* Leid. pr. tres Vatt. Pal. Florent. tres Med. Reg. Mazar. Ambr. sec. Oxon. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *circumsonat* Farn. Pric. Rott. Tholos. inc. Heins. *circumsonet* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet.—320 *Hoc* Moret. pr. *memorant* Med. pr. *retendit* Vat. quint. *recedit* Med. sec. *tenendus* Farn. *tetendit* vel *retendit* Vat. pr. *recedit* vel *retendit* Oxon. pr.—321 *aquilas horrens* Jun. pr. Oxon. sec. *euntes* Jun. pr.—322 *fantia* pro *saucia* Oisel. *languidus* Oisel. *languidus* vel *lividus* Vat. pr.—323 *stringentes* Moret. sec.—324 *cum* pro *sic* Oxon. sec. *tum* Exc. Lucens. sec. *luce* Med. tert. *triste* pro *rite* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *rite* Vat. pr. Oisel. Put. Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *famem* pro *facem* inc. Heins. *cui lumen* Exc. Læti et Lucens. pr. *cum* Med. quart. ed. Vicet. *sic* Pat.—326 *Circa* Pal. *purgando* Farn.—327 *in dira* Var. LL. e marg. Parm. *dura* Med. quart.—328 *purificumque* Vat. pr. Med. tert. Ambr. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. sec. *terrificumque* quatuor Vatt. Pal.

NOTÆ

321 *Horrens Aquilas*] Pertimescens pugnam cum Romanis Aquilas gerentibus, quas Aquilas suo damno expertus erat.

322 *Lividus*] Ora vulnerata, contusa, livida verberibus, quibus plangentes sese tundebant.

323 *Morbi*] Morbi et curæ innumeræ animum male affectum sequi solitæ, et prope infernis cruciatibus miserum hominem vexantes.

324 *Lustralem*] Sacerdos nempe, manibus aversis, facem trans caput abjiciebat, ablaturam omnia piacula, hoc est, vel incantamenta, vel crimina, quæ expiare necesse sit.

326 *Doctus*] Superstitionis et cærimoniarum.

327 *Fugantibus*] Credebant veteres Dæmonia fugari posse herbis quibusdam.

328 *Purificum Jovem*] Jovem καθάρσιον, *purificum*, depulsorem prodigiorum et scelerum.

Trans caput aversis manibus jaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula tædas.
  Acrior interea visendi Principis ardor
Accendit cum plebe Patres, et sæpe negatum
Flagitat adventum. Nec tali publica vota
Consensu tradunt atavi caluisse per Urbem,
Dacica bellipotens cum fregerat Ulpius arma,

caput, vibrat versus Meridiem faces ablaturas secum mala incantamenta. Interim majus desiderium Imperatoris videndi inflammat Senatores cum populo, et petit adventum ejus *sæpius recusatum. Neque majores* nostri *aiunt vota omnium arsisse tanta concordia per urbem* Romam, *cum Ulpius* Trajanus *bellicosus*

Farn. Rott. *turrificumque* Moret. sec. *turificumque* Oisel. Petav. tert. inc. Heins. *thurificumque* Leid. sec. Voss. Put. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Exc. Gevart. *purificumque* vel *thurificumque* Pric. Heinsius *lustrificumque* conjecerat, sed post mutavit sententiam, vulgatam probans. Idem ascripserat: Sic 'Jupiter salutaris' Trebell. Pollio in Gallienis p. 177. 'Pax igitur Deum quæsita, inspectis Sibyllæ libris, factumque Jovi Salutari sacrificium.' vid. Casaub. p. 206. Salmas. p. 280. *precatur* Med. tert. *precatus* Jun. Oxon. sec. Leid. sec.—329 *adversus* Farn. *adversis* Leid. sec. cum sedecim aliis et Exc. Gevart. *aversis* tres Vatt. Florent. Med. pr. inc. Heins. Petav. tert. Bonon. duo Ambr. Lov. Vat. Livin. Exc. Schott. Lucens. pr. et ed. Vicet. *adversis* m. pr. et *aversis* m. sec. Moret. sec. *jaculatus* Petav. sec. *in altum* Thuan. *antrum* Var. LL. e marg. Parm. *Austrum* Bonon. Tholos. *Austrum* vel *Histrum* Oxon. pr.—330 *temptata* pro *cantata* Thuan. *captata* Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *pericula* pro *piacula* Vat. quint. Med. pr.—331 *interior* Vat. tert. m. pr.—334 *tradet* Pal. *Arabes* vel *atavi* Med. tert. *coluisse* Reg. Thuan. *per orbem* Bonon.—335 *Dacia* Leid. sec. m. pr. duo Vatt. Pric. Reg. Oxon. pr. Ambr. tert. Ald. *Dacica* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Thuan.

NOTÆ

329 *In Austrum*] Contra ventum Meridianum: nefas autem erat, si ille, qui purgamenta illa lustralia efferebat, respiceret, seu post tergum aspiceret; ideo *trans caput aversis manibus* projicit tædam lustralem. Sed cur in Austrum? quia scilicet, cum sacerdotes ad Solem Orientem sacra faciendo verterentur, cumque aversis manibus facem lustralem trans caput jacerent, dextra ad id utentes, naturali quodam jactu in Austrum, qui a latere dextro occurrit, illam jaciebant. Vel *in Austrum*, id est, contra ventum simpliciter.

330 *Piacula*] Faces videbantur auferre, vel incantamenta, vel cogitationes criminum, quæ turbabant mentem. Vel per *cantata piacula* intellige, faces rapere secum crimina incantata, seu carminibus et incantamentis depulsa. Nam piacula sunt crimina expianda.

333 *Flagitat*] Non quod desiderium seu ardor flagitet adventum Principis, sed efficit ut Senatus et populus, desiderio ardentes, eum flagitent.

335 *Dacica*] Cum Ulpius Trajanus vicit Dacos: qui et *Davi* dicuntur a Strabone, populi scilicet *πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγὰς, ad Germaniam et Istri fontes.*

Atque indignantes in jura redegerat Arctos,
Cum fasces cinxere Hypanin, mirataque leges
Romanum stupuit Mæotia terra tribunal.
Nec tantis patriæ studiis ad templa vocatus
Clemens, Marce, redis; cum gentibus undique cinctam
Exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.

subegerat arma Dacorum, et reduxerat in obsequium Septemtrionem reluctantem: cum fasces circumdederunt Hypanin, et terra Mæotica admirata leges nostras, *obstupuit tribunal Romanum. Neque tu,* o *Clemens Marce* Antonine, *revocatus ad templa tanto patriæ amore reverteris, cum For-*

Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. tres Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *frangeret* Oxon. sec. *fregeret* Vat. quint. Jun. pr. Oxon. pr. *fregerat* duo Vatt. Oisel. Med. tert. Put. Bonon. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fregerit* Leid. sec. duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec.—336 *redegeret* Vat. pr. *redegerit* duo Vatt. Farn. Pric. Thuan. Jun. pr. Oxon. sec. *redegerat* Vat. Livin. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—337 *Cum cinxere faces* Med. tert. *Cumque faces cinxere* Ambr. sec. *falces* Pat. *fasces cinxere* duo Leidd. et viginti quinque alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Hypanim* Vat. pr. *Hypanim* Vat. quart. *Hypanum* Vat. sec. tres Med. ed. Vicet. *Hypanen* Moret. pr. *Hypanem* Reg. Ambr. pr. *Hypani* Med. sec. —338 *stupuit* Reg. Var. LL. e marg. Parm. *tribuit* Put. Ambr. pr. Exc. Schott. in quibus Gronovius conjecerat *erubuit. Mæotica* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *Mæotia* Leid. pr. Oisel. Petav. sec. Bonon. Exc. Lucens. pr. *Mæotia* vel *Mæotica* Vat. pr. vid. IV. Cons. Honor. 180.—339 *Nec tantis* duo Leidd. cum viginti quatuor aliis, Exc. Gevart. et Lucens. pr. *De tantis* Var. LL. ed. Antv. *Non tantis* Farn. ed. Vicet. *Nec desideriis tantis ad bella* Med. quart. *ad bella* Leid. sec.—340 *Marce* Pal. De hoc Marci Antonini prælio vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 70. Heinsius. *Marte* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. tres Med. Ambr. pr. Petav. tert. ed. Vicet. Ald. *redit* Vat. quart. *redens* Vat. pr. m. pr. Rott. *cincta* Vat. pr. *uncta* Petav. tert. *cunctam* Var. LL. ed. Antv.—341 *Italiam* pro *Hesperiam* Med. tert.—342 *Laus ubi* Farn. Med. quart. inc. Heins. Put. Moret. pr. duo Ambr. Jun. Oxon. sec. Sched.

NOTÆ

336 *Indignantes Arctos*] Populos Septemtrionales reluctantes, et crebro rebellantes.

337 *Hypanin*] Cum fasces Imperatoris Romani obsederunt Hypanin fluvium Scythiæ; id est, cum Imperator vicit ipsos Scythiæ populos. Fluvius autem ille in Pontum Euxinum devolvitur: est et alter Hypanis Indiæ fluvius, qui Hydaspi conjunctus, cum illo in Indum fluvium se exonerat.

338 *Mæotia*] Terra Mæotia est ea terra, quæ est supra paludem Mæotidem, versus Septemtrionem.

340 *Marce*] Marcus Antoninus, qui ad singularem fortitudinem, singularis pietatis decus adjunxit. Julius Capitolinus, 'Marco Antonino in omni vita philosophanti viro, et qui sanctitate vitæ omnibus Principibus antecessit.'

341 *Fortuna*] Vel potius divina providentia: cui debetur victoria, non ducibus.

Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes: hic tabescente solutus
Subsidit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, et subitis fluxere vaporibus enses.
Tum contenta polo mortalis nescia teli
Pugna fuit: Chaldæa mago seu carmina ritu
Armavere Deos; seu (quod reor) omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.
Nunc quoque præsidium Latio non deesset Olympi,

tuna liberavit Italiam periculis similibus, Italiam *circumsessam undequaque populis* barbaris. *Gloria hic nulla* fuit *Ductorum: etenim pluvia ignea cecidit in hostes: equus exustus portabat hunc timidum dorso inflammato: ille consistit debilitatus casside emollita, et hasta* ejus *liquefacta fulmine exarsit, et gladii dissiluerunt pluviis repentinis. Tunc certamen extitit comprehensum Cælo, expers armorum humanorum: seu incantamenta Chaldæorum more magico incitaverunt Deos; seu (quod credo) pietas Marci* Antonini *valuit promereri* sibi *hoc omne officium* Dei *fulminantis. Nunc etiam auxilium Cæli non negaretur Italiæ,*

Gud. *tibi* Leid. pr. Tholos. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *jam* Jun. pr. *in hostes* duo Vatt. Put. Bonon. duo Petav.—343 *Occidit* Jun. pr. *denso tepidum* Var. LL. ed. Antv. *crepitus* Pal. *crepitum* Med. pr. *strepitum* Thuan. *tepidum* Pat. sec. Moret. pr. *flammante* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *fumante* Vat. pr. —344 *in tabescente* Oisel. *hinc* Petav. sec.—345 *Subsidit* Pric. Med. tert. Florent. m. pr. duo Petav. Tholos. Ambr. et Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. *Subsedit* omnes Vatt. Pal. Farn. Oisel. *Succedit* Med. quart. *liquefacta* duo Oxon. *vulnere* Pal. Med. pr. *fulgura* Oxon. sec. *fulmine* Pat. de *fulmine* vid. Capitolin. p. 32. l. 33. Salmas. p. 95.—346 *subitos* Petav. sec. *fulxere* Vat. quint. *ignes* pro *enses* Thuan.—347 *concepta* Lov. *contepta* Med. tert. *contempta* inc. Heins. Thuan. duo Petav. Ambr. pr. Moret. sec. duo Oxon. *solo* Jun. pr. Oxon. sec. *leti* pro *teli* Jun. pr.—348 Ad *Chaldæa* Heinsius ascripserat: *De Chaldæis hoc vulgo credebatur.* Vid. Lamprid. in Heliogabalo pag. 104. l. 14. *ceu* Put. Petav. sec. Moret. sec.

NOTÆ

342 *Flammeus imber*] Sub Antonino illo Christianarum cohortium preces, coactis repente nubibus, imbrem in suos, fulmina in hostes excussere. Unde legioni κεραυνοβόλῳ, *fulminatrici*, nomen impositum est. Et præterea eædem Christianorum preces obtinuere pluviam ad reficiendos suos siti prope enectos.

In hostem] In Quados et Marcomanos, quos Antoninus profligavit.

347 *Mortalis nescia teli pugna*] Quia Cœlestis, et a Deo immissa, ideoque contenta in Cœlo, unde fulmina vibrata sunt in gratiam Christianorum.

348 *Chaldæa mago*] Seu incantamenta Chaldæis carminibus similia armarunt Cœlum, vel potius pietas Christianorum id effecit: non enim magicis carminibus tribuenda sunt, quæ divino miraculo sunt peracta.

350 *Obsequium*]. Quasi Cœlum obsequeretur sanctis, ut Heliæ, Petro, et aliis.

351 *Non deesset*] Auxilium cœleste non deesset nobis, si necessitas pos-

Atque indignantes in jura redegerat Arctos,
Cum fasces cinxere Hypanin, mirataque leges
Romanum stupuit Mæotia terra tribunal.
Nec tantis patriæ studiis ad templa vocatus
Clemens, Marce, redis; cum gentibus undique cinctam
Exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.

subegerat arma Dacorum, et reduxerat in obsequium Septemtrionem reluctantem: cum fasces circumdederunt Hypanin, et terra Mæotica admirata leges nostras, *obstupuit tribunal Romanum. Neque tu,* o *Clemens Marce* Antonine, *revocatus ad templa tanto patriæ amore reverteris, cum For-*

Bonon. Pat. Tholos. duo Ambr. tres Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. et Vicet. *frangeret* Oxon. sec. *fregeret* Vat. quint. Jun. pr. Oxon. pr. *fregerat* duo Vatt. Oisel. Med. tert. Put. Bonon. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fregerit* Leid. sec. duo Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec.—336 *redegeret* Vat. pr. *redegerit* duo Vatt. Farn. Pric. Thuan. Jun. pr. Oxon. sec. *redegerat* Vat. Livin. cum viginti aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—337 *Cum cinxere faces* Med. tert. *Cumque faces cinxere* Ambr. sec. *falces* Pat. *fasces cinxere* duo Leidd. et viginti quinque alii, Exc. Gevart. Lucens. sec. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Hypanim* Vat. pr. *Hypanim* Vat. quart. *Hypanum* Vat. sec. tres Med. ed. Vicet. *Hypanen* Moret. pr. *Hypanem* Reg. Ambr. pr. *Hypani* Med. sec. —338 *stupuit* Reg. Var. LL. e marg. Parm. *tribuit* Put. Ambr. pr. Exc. Schott. in quibus Gronovius conjecerat *erubuit*. *Mæotica* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. *Mæotia* Leid. pr. Oisel. Petav. sec. Bonon. Exc. Lucens. pr. *Mæotia* vel *Mæotica* Vat. pr. vid. IV. Cons. Honor. 180.—339 *Nec tantis* duo Leidd. cum viginti quatuor aliis, Exc. Gevart. et Lucens. pr. *De tantis* Var. LL. ed. Antv. *Non tantis* Farn. ed. Vicet. *Nec desideriis tantis ad bella* Med. quart. *ad bella* Leid. sec.—340 *Marce* Pal. De hoc Marci Antonini prælio vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 70. Heinsius. *Marte* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. tres Med. Ambr. pr. Petav. tert. ed. Vicet. Ald. *redit* Vat. quart. *redens* Vat. pr. m. pr. Rott. *cincta* Vat. pr. *uncta* Petav. tert. *cunctam* Var. LL. ed. Antv.—341 *Italiam* pro *Hesperiam* Med. tert.—342 *Laus ubi* Farn. Med. quart. inc. Heins. Put. Moret. pr. duo Ambr. Jun. Oxon. sec. Sched.

NOTÆ

336 *Indignantes Arctos*] Populos Septemtrionales reluctantes, et crebro rebellantes.

337 *Hypanin*] Cum fasces Imperatoris Romani obsederunt Hypanin fluvium Scythiæ; id est, cum Imperator vicit ipsos Scythiæ populos. Fluvius autem ille in Pontum Euxinum devolvitur: est et alter Hypanis Indiæ fluvius, qui Hydaspi conjunctus, cum illo in Indum fluvium se exonerat.

338 *Mæotia*] Terra Mæotia est ea terra, quæ est supra paludem Mæotidem, versus Septemtrionem.

340 *Marce*] Marcus Antoninus, qui ad singularem fortitudinem, singularis pietatis decus adjunxit. Julius Capitolinus, 'Marco Antonino in omni vita philosophanti viro, et qui sanctitate vitæ omnibus Principibus antecessit.'

341 *Fortuna*] Vel potius divina providentia: cui debetur victoria, non ducibus.

Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes: hic tabescente solutus
Subsidit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, et subitis fluxere vaporibus enses.
Tum contenta polo mortalis nescia teli
Pugna fuit: Chaldæa mago seu carmina ritu
Armavere Deos; seu (quod reor) omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.
Nunc quoque præsidium Latio non deesset Olympi,

tuna liberavit Italiam periculis similibus, Italiam *circumsessam undequaque populis* barbaris. *Gloria hic nulla* fuit *Ductorum: etenim pluvia ignea cecidit in hostes: equus exustus portabat hunc timidum dorso inflammato: ille consistit debilitatus casside emollita, et hasta* ejus *liquefacta fulmine exarsit, et gladii dissiluerunt pluviis repentinis. Tunc certamen extitit comprehensum Cælo, expers armorum humanorum: seu incantamenta Chaldæorum more magico incitaverunt Deos; seu (quod credo) pietas Marci* Antonini *valuit promereri* sibi *hoc omne officium* Dei *fulminantis. Nunc etiam auxilium Cæli non negaretur Italiæ,*

Gud. *tibi* Leid. pr. Tholos. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *jam* Jun. pr. *in hostes* duo Vatt. Put. Bonon. duo Petav.—343 *Occidit* Jun. pr. *denso tepidum* Var. LL. ed. Antv. *crepitus* Pal. *crepitum* Med. pr. *strepitum* Thuan. *tepidum* Pat. sec. Moret. pr. *flammante* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *fumante* Vat. pr. —344 *in tabescente* Oisel. *hinc* Petav. sec.—345 *Subsidit* Pric. Med. tert. Florent. m. pr. duo Petav. Tholos. Ambr. et Moret. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. *Subsedit* omnes Vatt. Pal. Farn. Oisel. *Succedit* Med. quart. *liquefacta* duo Oxon. *vulnere* Pal. Med. pr. *fulgura* Oxon. sec. *fulmine* Pat. de *fulmine* vid. Capitolin. p. 32. l. 33. Salmas. p. 95.—346 *subitos* Petav. sec. *fulxere* Vat. quint. *ignes* pro *enses* Thuan.—347 *concepta* Lov. *contepta* Med. tert. *contempta* inc. Heins. Thuan. duo Petav. Ambr. pr. Moret. sec. duo Oxon. *solo* Jun. pr. Oxon. sec. *leti* pro *teli* Jun. pr.—348 Ad *Chaldæa* Heinsius ascripserat: *De Chaldæis hoc vulgo credebatur.* Vid. Lamprid. in Heliogabalo pag. 104. l. 14. *ceu* Put. Petav. sec. Moret. sec.

NOTÆ

342 *Flammeus imber*] Sub Antonino illo Christianarum cohortium preces, coactis repente nubibus, imbrem in suos, fulmina in hostes excussere. Unde legioni *κεραυνοβόλῳ*, *fulminatrici*, nomen impositum est. Et præterea eædem Christianorum preces obtinuere pluviam ad reficiendos suos siti prope enectos.

In hostem] In Quados et Marcomanos, quos Antoninus profligavit.

347 *Mortalis nescia teli pugna*] Quia Cœlestis, et a Deo immissa, ideoque contenta in Cœlo, unde fulmina vibrata sunt in gratiam Christianorum.

348 *Chaldæa mago*] Seu incantamenta Chaldæis carminibus similia armarunt Cœlum, vel potius pietas Christianorum id effecit: non enim magicis carminibus tribuenda sunt, quæ divino miraculo sunt peracta.

350 *Obsequium*] Quasi Cœlum obsequeretur sanctis, ut Heliæ, Petro, et aliis.

351 *Non deesset*] Auxilium cœleste non deesset nobis, si necessitas pos-

Deficeret si nostra manus. Sed providus æther
Noluit humano titulos auferre labori:
Ne tibi jam, Princeps, soceri sudore paratam,
Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.
Jam toties missi proceres responsa morandi
Retulerant, donec differri longius orbis
Communes non passa preces penetralibus altis
Prosiluit, vultusque palam confessa coruscos
Impulit ipsa suis cunctantem Roma querelis.
Dissimulata diu tristes in amore repulsas
Vestra parens, Auguste, queror. Quonam usque tenebit

si copiæ nostræ labarent. At providentia divina noluit eripere gloriam fortitudini humanæ, ne fulmina peterent a *te tibi jam,* o *Imperator, laurum partam labore soceri* tui *Stilichonis,* laurum, *quam virtus reportavit. Jam primores missi toties reportaverant responsiones de mora, donec Roma non ferens vota communia mundi procrastinari diutius, exsiluit* ex *palatio excelso, et fassa aperte os* suum *micans ipsa persuasit questibus suis* Honorium *morantem.* Ego Roma *neglecta longum,* ego *mater vestra,* o *Imperator, conqueror fastidia* tua *mæsta in amicitia. Quamdiu*

Jun. pr. Oxon. sec. *gramina* Pat. *numina* vet. Gyr.—349 *esse Tonantis* Vat. sec. Med. quart.—350 *Marci* Vat. Livin. *morti* Med. quart. *Marti* Med. sec. Ald. ed. Vicet. *Martis* Mazar. Jun. pr. *morti* vel *nostri* Reg. *mores Marci* Vat. sec. Jun. duo Oxon. Reg. m. sec. *morari* pro *mereri* Pric.—351 *subsidium* Vat. Livin. *desit* Jun. pr. Oxon. sec.—352 *vestra manus* inc. Heins. Tholos. *aër* Oisel.—353 *humanos* Lov.—354 *Nec tibi* Pal. Farn. Rott. duo Med. inc. Heins. Oxon. pr. Petav. sec. *socii* Put. *virtute* pro *sudore* Var. LL. ed. Antv. —355 *ambirent* ambo Moret. Ald. Exc. Gevart. *ambiret* Junt. Isingr. Gryph. Colin. *flamina* Put. Ambr. pr. *flumina* Leid. pr. Ambr. tert. Med. quart. *vulnera* Lov. m. pr. et ex conjectura *fulgura,* quomodo et Heinsius rescribebat. —356 *jussi* Pal. Med. pr. *promissa* pro *responsa* duo Vatt. Put. Petav. pr. m. pr. Bonon. Ambr. pr. *promissa* vel *responsa* Petav. tert. *moranti* Pric.—357 *Attulerant* Oxon. sec. *urbem* Florent. m. pr. Petav. sec. Tholos. Jun. pr. Moret. sec. *urbi* vel *urbem* Lov. *urbem* vel *orbis* Oxon. pr. *donec differri longius urbis Communes* deerant in Oxon. sec.—358 *Non permissa* pro *Communes non* Pal. Med. pr. *Immunes* Farn. *urtis* pro *altis* Vat. quart. Put. Ambr. pr. *arctis* Vat. quint.—359 *Prosiliit* duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *Prosiluit* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Gevart. *coruscus* Rott. *vultusque coruscos* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Lov. Put. Reg. Thuan. Mazar. duo Petav. Bonon. Pat. tres Ambr. Voss. ambo Moret. Vat. Livin. Exc. Gevart. Lucens. pr. Schott. Cod. Rhem. et ed. Vicet. *vultuque....corusco* edd. Ald. Isingr.—360 *Intulit* Thuan. *avidum te* pro *cunctantem* Med. quart.—361 *Dissimulata thoris* Pric.—362 *Augusta* Jun. pr. qui et *feror* pro *queror* habet. *precor* Vat.

NOTÆ

tularet: sed Cœlum relinquere voluit occasionem fortitudinis exercendæ, et consequendæ laudis.

355 *Ambirent fulmina*] Ne fulmina venirent in partem laudis quam es consecutus, et sic ambirent tuam laurum, seu partem tuæ laurus.

359 *Vultus coruscos*] Vultus micantes ardentesque instar numinis: se 'confessa Deam,' ut Virgiliana Venus.

361 *Dissimulata diu*] Neglecta sum

Prælatus mea vota Ligus? vetitumque propinqua
Luce frui, spatiis discernens gaudia parvis,
Torquebit Rubicon vicino nomine Tybrin?
Nonne semel sprevisse sat est, cum reddita bellis
Africa venturi lusit spe Principis Urbem?
Nec duras tantis precibus permovimus aures?
Ast ego frænabam geminos, quibus altior ires,

Ligures antepositi possidebunt desideria mea? Quamdiu *Rubicon avertens lætitiam* nostram *intervallis exiguis, cruciabit nomine* Principis *finitimo Tibrin prohibitum potiri lumine proximo? Annon satis est contemsisse* me *semel, cum Africa recepta bello decepit urbem spe Imperatoris adventuri? Neque* tamen *percussimus aures* tuas *severas precibus tantis? Ego vero infrænabam duos equos candoris*

tert. m. pr. Reg. Oxon. pr.—363 *Ligus* Vat. pr. Ambr. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. vid. Silium Lib. VIII. 525. *Ligur* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Venetumque* pro *vetitumque* Moret. pr. *propinqui* Put. Ambr. pr. —364 *Pace* vel *Luce* Petav. tert. *decernens* Pal. Farn. Oxon. pr. *discernes* Thuan. *discernens* tres Med. inc. Heins. Put. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. duo Petav. tres Ambr. Lov. Voss. Moret. sec. Exc. Gevart. Lucens. pr. Schott. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *primis* pro *parvis* Jun. pr. Oxon. sec.—365 *Torquebat* Pal. Med. pr. et tert. m. pr. *Rubico* Vat. quart. *Tibrin* Leid. pr. Pric. Tholos. *Tigrin* Jun. pr. *Tibrim* quatuor Vatt. Pal. Rott. *Tybrin* Florent. Put.—366 *simul* Oxon. sec. *sprevisse satis* Leid. pr. *sat est* Vat. pr. *satis* Vat. sec. Pric. Rott. duo Med. inc. Heins. Pat. Tholos. duo Ambr. Lov. Moret. sec. Exc. Lucens. sec. Var. LL. ed. Antv. *satis?* Thuan. Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *credita bellis* Var. LL. ed. Antv.—367 *lusit spe* Florent. Med. pr. Reg. Mazar. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. *spe lusit* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. *lusi* Med. tert. *jussit* Farn. m. sec.—368 *Ne duras* Oxon. pr. *Non duras* Vat. sec. Florent. *Num* conjecerat Heinsius. *pervovimus* Leid. pr. *promovimus* duo Vatt. Lov. Ambr. sec. inc. Heins.—369 *geminis* Pric. Oisel. Reg. duo Petav. Bonon. Oxon. pr. Moret. sec. inc. Heins. *geminis* vel *geminos* Vat. pr. *aptior* pro *altior* Farn. *altius* duo Vatt. Thuan.

NOTÆ

diu, et vota mea amantissima diu Princeps dissimulavit.

363 *Ligus*] Ravennam, vel potius Mediolanum intelligit apud Ligures, ubi Theodosii aula floruit; et ubi diu mansit Honorius, nec ullis precibus diu adduci potuit, ut Romam inviseret; seu ob reverentiam sedis Apostolicæ, seu ob metum Stilichonis, quem virtus militaris et veneranda species genero præstantiorem et populo Romano cariorem reddebant.

Propinqua luce] Radiis et luce Honorii propinqui.

364 *Discernens*] Dispescens, avertens gaudia nostra, et *torquens* seu crucians Tybrin et Romanos nomine atque spectatione Principis vicini.

365 *Rubicon*] Antiquus Galliæ et Italiæ limes; hodie dicitur *Pisatello:* ad quem stetit Cæsar dubius an trajiceret.

367 *Africa*] Cum Africa recepta est, victo Gildone, dedisti spem veniendi in urbem, et tamen hac spe decepti sumus: neque ullas ideo querelas fudimus.

369 *Geminos equos*] Consules tum temporis hac pompa urbem ingrediebantur, etiam extra triumphum.

Electi candoris equos, et nominis arcum
Jam molita tui, per quem radiante decorus
Ingrederere toga, pugnæ monumenta dicabam,
Defensam titulo Libyam testata perenni.
Jamque parabantur pompæ simulacra futuræ
Tarpeio spectanda Jovi, cœlata metallo
Classis ut auratum sulcaret remige fluctum,
Ut Massyla tuos anteirent oppida currus,
Palladiaque comas innexus arundine Triton
Edomitis veheretur aquis, et in ære trementem
Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.

eximii, quibus sublimior votereris, et ipsa ego *jam faciens arcum* triumphalem ornatum *tuo nomine, per quem* arcum *tu splendidus intrares, veste fulgente, consecrabam monumenta prælii indicatura inscriptione* sua *æterna Libyam conservatam. Et jam imagines pompæ venturæ aspiciendæ Jovi Tarpeio apparabantur: classis insculpta metallo* fulvo parabatur, *ut* cum *remigibus finderet aquas aureas, ut* imagines *urbium Massylarum præcederent currum tuum* triumphalem, *et* ut *Triton* habens *crines nexos arundine Palladia, ferretur fluctibus domitis, et catervæ expeditæ gestarent Atlantem captivum trepidantem in ære.* Ut *ipse Atlas*

Petav. pr. Moret. pr.—370 *Electri* Vat. pr. m. pr. Bonon. Petav. tert. *Celestis* Med. tert.—371 *per quod* Moret. pr. *post quem* Pric. *quam* Put. Petav. sec. *radiata* Med. tert.—372 *Ingrediere* Vat. quart. *docebam* pro *dicabam* Exc. Lucens. sec. *parabam* Moret. pr.—373 *Libyam titulo* Pal. Med. pr. *testante* Med. sec. inc. Heins. *per ævum* pro *perenni* Rott. Moret. pr.—374 *pugnæ* Put. —375 *spectanda* Ambr. pr. *suspecta* Lov. *spectata* Vat. sec. Pric. Farn. Rott. Med. pr. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Moret. sec. *simulata* Oxon. sec. *simulacra* Jun. pr.—376 *et auratos* Vat. quart. *aurato* Thuan. *fuscaret* pro *sulcaret* Vat. sec. *auratum pontum* Med. sec. *auratum sulcum* Ambr. tert. *auratum fluctum* duo Leidd. et plus quam triginta Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Schott. Var. LL. ed. Antv. *aurato fluctus* Gesn. et ed. Bipont.—377 *armarent* pro *anteirent* Med. quart. *ambirent* Jun. pr. Oxon. sec.—378 *Tigris* pro *Triton* Oisel. m. sec.—379 *Edomitus* Oxon. sec. *Et domitis* Vat. pr. *veherentur* Petav. sec. *equis* Vat. sec. *aquis* Vat. Livin. cum septemdecim aliis *ære trementi* Lov. ex emendatione. Heinsius in Schedis notaverat seqq. ‘Concinnius et acutius erit, si legas *in ære trementi:* alioquin duo adjectiva concurrent. quasi dicat, æs *spirare* ac *tremere.*’—380 *famulum inferrent* Ambr.

NOTÆ

370 *Arcum*] Triumphalis et Currus et Arcus Honorio destinatus.

371 *Radiante toga*] Trabea seu veste Consulari auro intexta.

377 *Anteirent oppida*] Species imaginesque montium urbiumque captarum transferebantur in Capitolium pompa triumphali, et ibi dedicabantur ejusmodi monumenta, auro, argento, ære, citro ficta vel cœlata.

378 *Arundine*] Oliva arundini innexa: oliva autem sacra est Palladi.

Triton] Fluvius Africæ, et palus ubi nata Pallas.

379 *Edomitis aquis*] A Stilichone victis sub auspiciis Honorii.

Ipse Jugurthinam subiturus carcere pœnam
Præberet fera colla jugo, vi captus et armis,
Non Bocchi Syllæque dolis. Sed prima remitto.
Num præsens etiam Getici me laurea belli
Declinare potest? sedesne capacior ulla
Tantæ laudis erit? Tua te benefacta morantem
Conveniunt, meritisque suis obnoxia virtus,
Quos servavit, amat. Jam flavescentia centum
Messibus æstivæ detondent Gargara falces:

passurus in *carcere supplicium Jugurthinum, captus vi armorum non insidiis Bocchi et Syllæ, traderet cervicem ferocem servituti. At prætereo priora* illa. *An laurus præsens prælii Getici effugere me pariter potest? an domicilium ullum dignius erit tali honore? Merita tua convincunt te, et virtus* tua *addicta factis suis, diligit quos liberavit. Jamque falces æstivæ secant Gargara flaventia centum mes-*

sec.—381 *passurus* pro *subiturus* Var. LL. ed. Antv.—382 *ni captus* Reg.—383 *Nec* Farn. Rott. *Non* Florent. Med. quart. Reg. Petav. pr. Pat. Oxon. pr. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. *Syllæque* duo Leidd. cum triginta aliis, Exc. Gevart. et Lucens. pr.—384 *Num* Vat. pr. *Non* Vat. tert. Bonon. *Nec* Med. tert. Put. Thuan. Ambr. pr. ed. Vicet. *Nunc* duo Leidd. tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. Oxon. pr. inc. Heins. Exc. Læti et Lucens. pr.—385 *sedesve* Vat. pr. *paratior* Med. tert.—386 *erat* Med. quart. Reg. Pat. Oxon. pr.—387 *Convenient* Moret. pr. *meritisque suis* omnes Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. *tuis* Med. quart. Thuan. Pat.—388 *Quos* Vat. pr. et tert. Oisel. Exc. Læti, ed. Parm. *Quam* inc. Heins. *Quod* tres Vatt. Pal. *Quod* vel *Quem* Reg. *jam jam flaventia* Put. Ambr. pr. deerat autem hic versus in Jun. pr. et Oxon. sec.—389 *detondunt* Pal. duo Med. *scendt* Moret. pr. unde

NOTÆ

381 *Ipse*] Vel Atlas captivus vel Gildo.

Jugurthinam pœnam] Qualem passus est Jugurtha, de quo supra.

383 *Bocchi*] Bocchus Rex Mauritaniæ et Gætuliæ, qui ligatum Jugurtham Syllæ tradidit.

384 *Num præsens*] De victoria Libyca, eaque præterita, nihil amplius dico; sed victoria præsens de Getis an *me declinabit*, effugiet? An sedes est capacior tantæ laudis, quam Roma eam celebratura?

387 *Conveniunt*] Tua te facta convincunt, alloquuntur, precantur ut venias.

Obnoxia] Virtus obnoxia, addicta, adhærens suis meritis seu factis, quibus de aliis bene merita est, amat opus suum, amat id quod fecit; sicque tua virtus amare debet Romanos meos, quos servavit. Vinculum enim quoddam caritatis est inter conservatorem, hominesque conservatos: idque tantum, ut sæpius plus amet qui conservat, quam qui conservatus est: unde et ipse conservator obnoxius est virtuti et meritis suis, et non potest non amare quod conservavit.

389 *Gargara*] Cacumen montis Idæ frugum ubertate affluens. Pacatus: 'hinc Gargara proventu læta triticeo.' Sed et ibi Γάργαρα πόλις Αἰολική, *Gargara urbs Æolica*, seu ab Æoliæ populis condita.

Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus sæcula Consul.
His annis, qui lustra mihi bis dena recensent,
Nostra ter Augustos intra pomœria vidi,
Temporibus variis: eadem sed causa tropæis
Civilis dissensus erat. Venere superbi,
Scilicet ut Latio respersos sanguine currus

sibus, et Consul centesimus ducit sæcula circumfluentia, atque *exhibitura ludos videndos rursus nemini. Hisce annis, qui referunt mihi lustra viginti, aspexi ter Imperatores intra urbem* meam *temporibus variis. Ast discordia civilis erat causa eadem victoriis. Nimirum* illi *arrogantes venerunt, ut viderem currus* eorum *ma-*

scindunt legebat Heins.—390 *Spectatosque* omnes Vatt. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Spectandosque* Med. tert. item Gesn. Nic. Heins. et ed. Bipont. *Spectantesque* Moret. sec. *Spectatos* sine copula, Pal. Florent. Med. pr. Reg. Oxon. pr.—391 *Chiron flexa* pro *Circumflexa* Jun. pr. Oxon. sec. *centeno* pro *centenus* Exc. Cod. Rhem.—392 *Hic* Med. tert. *His* vel *Is* Med. pr. *Bis* Moret. pr. qui et *annus* exhibet. *annis* vel *annus* Florent. Med. pr. *recenset* Vat. pr. Pal. duo Petav. Bonon. Moret. pr. duo Ambr. *recenset* vel *recensent* Med. pr. Florent. deerat hic versus Jun. pr. et Oxon. sec.—393 *iterum* pro *intra* Pal. *inter* Leid. pr. Vat. sec. Farn. Rott. tres Med. Petav. pr. m. pr. ed. Parm. et Vicet. *pomaria* Farn. Florent. Put. Exc. Gevart. *vidi* Exc. Læti. *vidit* Vat. pr. Oisel. Thuan. Bonon. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *vidi* vel *vidit* Florent.—394 *veris* pro *variis* Exc. Gevart. *certu trophæi* Oxon. sec. *c'lta tropæi* Jun. pr. *trophæis* Med. tert. *triumphi* Vat. sec. duo Med. Var. LL. ed. Antv. *trophæi* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel.—395 *dissensus* Exc. Læti. *defensus* Pat. *succensus* Jun. Oxon. sec. ed. Vicet. *successus* Leid. pr. Moret. sec. Reg. Petav. sec. Tholos. Ambr. sec. Var. LL. e marg. Parm. *succensus* vel *successus* Oxon. pr. *dissensus* vel *succensus* Petav. pr. *successus* vel *dissensus* Med. tert. *successus* vel *discessus* Thuan.—396 *respersus* pro *respersos*

NOTÆ

390 *Ludos*] Sæculares, quos nemo bis spectat.

392 *Lustra*] Lustrum vel significat spelæa aprorum ferarumque aliarum, et loca turpia, et tum Vossius id deducit a *luto*, quod apri et feræ luto gaudeant, 'et amica luto sus:' vel lustrum est spatium quinque annorum: sicque lustra bis dena seu viginti, sunt centum anni, et illud deducit ἀπὸ τοῦ λύειν, *solvere*, et λύτρου, *pretii*, ex Varrone, inserto (*s*), quod 'quinto quoque anno vectigalia et ultra tributa per Censores persolvebantur.' Plura idem Vossius hac de re in Etymologico.

393 *Ter*] Numerus certus pro incerto: id est, vidi paucos Imperatores, ut ostendat quanti faciat conspectum Imperatorium.

Pomœria] *Pomœrium* est locus intra et extra urbem, quem antiqui in condendis urbibus consecrabant; sic dictum a Varrone quasi *postmurium*.

395 *Civilis dissensus*] Bella civilia, gesta contra cives, aut contra eos qui civium partem in exercitu habebant; puta bellum Constantini contra Maxentium, Constantii contra Magnentium, Valentiniani et Valentis contra Procopium et Firmum, Theodosii contra Eugenium et Maximum; in

Aspicerem? quisquamne piæ lætanda parenti
Natorum lamenta putet? Periere tyranni,
Sed nobis periere tamen. Cum Gallica vulgo
Prælia jactaret, tacuit Pharsalia, Cæsar.
Namque inter socias acies cognataque signa
Ut vinci miserum, nunquam vicisse decorum est.
Restituat priscum per te jam gloria morem
Verior, et fructum sinceræ laudis ab hoste

dentes cruore Italorum? An aliquis existimet fletus filiorum esse *gratos matri? Tyranni obierunt, sed obierunt tamen* pro *nobis.* Julius *Cæsar, cum venditaret passim bella Gallica, siluit Pharsalica. Etenim sicut inter exercitus cognatos, et vexilla cognata miserabile* est *superari, nunquam gloriosum est superavisse. Honor justior nunc renovet per te consuetudinem antiquam, et refer mihi ab hos-*

Vat. pr. m. pr. *cinctus* pro *currus* inc. Heins.—397 *Respicerem* Put. Ambr. pr. *lactanda* pro *lætanda* Oxon. sec. *laudanda* Ambr. tert. *laudata* Put. Ambr. pr. Sched. Gud. *putet* Reg. Oxon. pr. *putat* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *periere tyranni* Vat. pr. Pric. m. sec. Bonon. Vat. Livin. Moret. sec. *favere tyrannis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Pric. m. pr.—399 *Gallia* Put. *rura* pro *vulgo* Pal. Med. pr. *vulgo* vel *rura* Med. tert.—400 *Pharsalica* Exc. Lucens. pr. *Pharsalia* quatuor Vatt. Farn. Oisel. Pric. tres Med. Reg. Mazar. Ambr. pr. Pat. duo Petav. Lov. Jun. et Oxon. pr. duo Leidd. Exc. Schott. Gevart. ed. Vicet. et Parm.—401 *vicinaque* vel *cognataque* Vat. tert. et sec. m. pr.—402 *miserum est* Pat. Ambr. sec. *sic est* pro *nunquam* Ambr. pr. *decorum est* Vat. tert. Pal. Pric. tres Med.—403 *Restituit* Vat. sec. m. pr. Exc. Cod. Rhem. *Restituas* Moret. pr. *jam per te* Put. Ambr. pr. *nomen*

NOTÆ

quibus omnibus bellis multi Romani cives periere.

399 *Sed nobis*] Etsi tyranni erant, erant tamen aut cives, aut civium exercitus habebant, qui perierunt nobis, id est, nostro damno.

Gallica prælia jactaret Cæsar] Suis commentariis a Cicerone et Hirtio ita laudatis.

400 *Tacuit Pharsalia*] Nam semper tacenda est clades civilis. 'Lauream nec Senatus cuiquam dedit, nec quisquam sibi dari desideravit, civitatis parte lacrymante.' Valerius Maximus.

491 *Socias acies cognataque signa*] Id est, exercitus conscriptos ex patribus contra filios, ex filiis contra patres, ex fratribus in fratres, quales sunt civiles exercitus, ideoque cognati.

402 *Nunquam vicisse decorum est*] Testis miles ille Pompeianus, qui cum œstro bellico abreptus Sertorianum militem occidisset, spoliatumque fratrem suum esse agnovisset, 'eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transverberavit.' Valerius Maximus.

403 *Restituat*] Gloria justior restituat priscum morem laudis quærendæ, pugnando contra hostes, non contra cives.

Desuetum jam redde mihi, justisque furoris
Externi spoliis sontes absolve triumphos.
Quem, precor, ad finem laribus sejuncta potestas
Exulat, imperiumque suis a sedibus errat?
Cur mea, quæ cunctis tribuere Palatia nomen,
Neglecto squalent senio? nec creditur orbis
Illinc posse regi? Medium non deserit unquam
Cœli Phœbus iter, radiis tamen omnia lustrat.

tibus dulcedinem gloriæ veræ jam inassuetæ, et purga victorias nocentes, ab exuviis æquis iræ externæ. Quo, quæso, consilio potestas Imperatoria *remota a domo* propria velut *expulsa* remanet, *et Imperium vagatur* longe *a suo domicilio? Quare Palatia mea, quæ dederunt nomen omnibus* palatiis, *sordent contemta antiquitate?* Quare *non mundus putatur hinc posse gubernari? Phœbus non unquam*

pro *morem* Moret. pr.—405 *Dissultum* Florent. *Dissuetæ* Moret. sec. *Devotæ* Ambr. pr. *Defetæ* Med. quart. *Desuetæ* Leid. sec. cum. quatuordecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. deerat hic versus Jun. pr. *Desuetum* Parm. Junt. Ald. et al. *justisque* Vat. pr. m. pr. Oisel. *sumtisque* tres Vatt. Pal. Farn. Rott. Vat. pr. m. sec. *fultosque* vet. Gyrald. *functosque* et emendatum *fultosque* Lucens. sec. *fultosque* vel *justisque* Vat. tert. Pric. *favoris* idem Pric. *suetique favoris* Moret. pr. *sontesne furoris* Oxon. pr. m. pr. Heinsius varie tentavit hunc locum, et suspicatus est hic aliquid latere; quare conjiciebat *comptusque*, vel *fœtosque*, ut alibi *fœtam triumphis domum* dixit, vel legebat *sontesque*, quod a librariis' mutatum credebat, quia sequenti versu eadem vox repetitur.—406 *Extremi* Pal. Rott. Ambr. tert. *Extremum* Jun. Oxon. sec. *Hesternis* Vat. pr. m. pr. *sumptes* pro *sontes* Ambr. pr.—407 *Quem prior* Oxon. pr. *Quam* Put. *affinem* Leid. pr.—408 *erret* Mazar. *errant* inc. Heins. *exstat* Rott. Med. sec. m. pr. *errans* conjiciebat Heins. deest vero hic versus Jun. pr. et Oxon. sec.—410 *non creditur* Med. quart. *cur creditur* Moret. pr. *orbi* Jun. pr. Oxon. sec.—411 *Illuc* Tholos. *Illic* tres Vatt. Farn. ed. Vicet. *Illinc*

NOTÆ

405 *Desuetum*] Fructum laudis inassuetum, ob bella civilia.

Justisque furoris externi spoliis] Id est, referendo justa spolia contra gentes externas furore actas, et in Romam bellum gerentes. Alii legunt, *sumtisque furoris externi spoliis*, nec male.

406 *Sontes absolve triumphos*] Absolve et purga triumphos nocentes et nefarios, quia de civibus relati sunt; purga, inquam, illos melioribus et justioribus triumphis, de hostibus scilicet triumphando.

409 *Palatia*] Palatium dictum est a Pallante, *Pallanteum*, ex Virgilio; vel quod in *Monte Palatino*, vel a *Palatia* Latini uxore; vel a *balatu* pecorum, quasi *balantium:* quicquid sit, Palatium est domus Principis alicujus, et a Palatio Romano cetera Palatia dicta esse putantur.

412 *Phœbus*] Ut Zodiacus æterna est Phœbi seu Solis mansio, sic Roma æterna esse debet sedes Imperatoris, qui Sol est terrarum.

Segnius an veteres Histrum Rhenumque tenebant,
Qui nostram coluere domum? leviusne tremebant
Tigris et Euphrates, cum fœdera Medus et Indus
Hinc peteret, pacemque mea speraret ab arce?
Hic illi mansere viri, quos mutua virtus
Legit, et in nomen Romanis rebus adoptans
Judicio pulchram seriem, non sanguine, duxit.
Hic proles atavum deducens Ælia Nervam,
Tranquillique Pii, bellatoresque Severi.

relinquit viam mediam, et tamen illuminat cuncta luce sua. *An antiqui, qui habitaverunt domum nostram, minus acriter possidebant Danubium et Rhenum? An Tigris et Euphrates minus trepidabant, cum Medi et Indi hinc orarent amicitiam, et sperarent pacem ex Capitolio meo? Hic viri illi habitaverunt, quos virtus vicissim elegit, et ascribens* illos *in nomen* Consulum *pro Imperio Romano, exhibuit seriem gloriosam delectu, non* serie *gentis. Hic gens Ælia, ducens atavum Nervam,*

duo Leidd. Florent. tres Med. Petav. pr. Pat. Ambr. sec. Lov. Oxon. pr. Vat. Livin. Voss. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *nec* Put. Bonon. Ambr. pr. *hæserit* pro *deserit* Oxon. pr.—413 *en veteres* Med. pr. *Rhenumque Histrumque* Vat. quint.—414 *nostrum larem* Lov. in quo tamen margini ascriptus erat. *leviusne* Ambr. pr. ed. Vicet. *leviusque* Florent. Vat. Livin. *leviusve* Vat. pr. et tert. Oisel. inc. Heins. Leid. pr. Ambr. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *meliusve* Leid. sec. Voss. Bonon. Pat. *meliusne* duo Vatt. Pric. m. pr. Med. sec. Thuan. Tholos. tres Petav. Oxon. sec. Moret. sec. Ambr. tert. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *meliusque* duo Med. Pal. *meliusne* vel *meliusve* Vat. quart. *timebat* Pal. duo Med. *timebant* quatuor Vatt. Farn. Rott. *tumebant* Jun. pr. *tremebant* Ambr. tert.—416 *peterent* Pat. Jun. pr. Oxon. sec. *meam* Exc. Cod. Rhem. *spectaret* Med. tert.—417 *Hinc* Med. tert. Ambr. tert. *quis* Ambr. pr. *nuntia* pro *mutua* Leid. sec. Med. quart. Exc. Gevart. *Martia* vel *unica* conjiciebat Heins.—418 *tuis* pro *nomen* Tholos. *ademptas* Jun. pr. *adeptans* Oxon. sec. *adaptans* Lov. m. pr.—419 *cum sanguine* Thuan.—420 *Hinc* Oisel. Med. tert. *deductis* pro *deducens* Ambr. pr. *deduceret* Moret. pr. *matrem* pro *Nervam* Med. tert.—421 *piam* pro *Pii* Rott. *Sereni*

NOTÆ

417 *Mutua virtus*] Id est, virtus vicissim eligebat; nam qui virtute præditus erat eligebat probum, et ipse eligebatur mutuo seu vicissim a probis: seu *virtus mutua legit*, id est, virtute conspicui sese mutuo eligunt ad honores.

418 *In nomen*] In nomen Consulum, in summum Magistratum.

Adoptans] Præclara sane adoptio, quæ fit per virtutem.

420 *Ælia*] A Nerva, vel potius ab Ælio Adriano, Ælios sese nuncupabant Antonini.

421 *Pii*] Primus *Piorum*, scilicet M. Antoninus Pius, mira tranquillitate, velut alter Numa, Imperium pace refovere, quam bello proferre maluit: dicere solitus, 'malle se unum civem servare, quam mille hostes occidere.' Julius Capitolinus: qui et hæc addit: Titus Aurelius Fulvius Boionius Antoninus Pius 'fuit vir forma conspicuus, ingenio clarus, mo-

Hoc civis dignare forum, conspectaque dudum
Ora refer, pompam recolens ut mente priorem,
Quem tenero patris comitem susceperat ævo,
Nunc duce cum socero juvenem te Tybris adoret.
  Orantem medio Princeps sermone refovit:
Nunquam aliquid frustra per me voluisse dolebis,
O Dea; nec legum fas est occurrere matri.

et Pii Tranquilli, et Severi bellicosi: tu *civis* ostende *te dignum hoc cœtu* Cæsarum, *et ostende* rursus *vultum* tuum *pridem visum* nobis, *ut Tybris revocans animo apparatum primum, nunc veneretur te juvenem cum socero ductore* Stilichone; *te quem ætate tenella ediderat comitem* futurum *parentis. Imperator* Honorius *demulsit* in *alloquio medio* Romam *loquentem: O Diva, nunquam mærebis per me*

pro *Severi* hic. Heins.—422 *Hoc civis* Oxon. pr. Leid. sec. *Hic* Vat. quint. Farn. *Hunc...chorum* pro *Hoc...forum* Vat. pr. Pric. Oisel. Moret. pr. item Gesn. Nic. Heins. et ed. Bipont. *Hoc* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. tres Petav. Mazar. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Voss. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *cujus* pro *civis* Jun. pr. m. sec. *forum* et emendatum *chorum* Lov.—423 *refers* Vat. pr. Farn. Pric. Oisel. Petav. tert. *referens* pro *recolens* Pat. *sub mente* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *in mente* Med. tert. *ut mente* duo Leidd. Voss. Oxon. pr. Petav. sec. Tholos. Lov. Moret. sec. Ambr. tert. Exc. Gevart. et Lucens. pr. *in* vel *sub mente* Pric. Rott. *in* et emendatum *sub* Vat. pr. *Marte* pro *mente* Pric. m. pr. *priorum* Vat. pr. Put. Ambr. pr. Tholos. Moret. pr. duo Petav. *priorem* vel *priorum* Thuan.—424 *Quæ* Med. quart. Reg. Mazar. *patrem* Jun. pr. Oxon. sec. *comites* Med. quart.—425 *Hunc duce nunc* Med. tert. *Hunc* Pric. Put. Jun. pr. Oxon. sec. Leid. pr. Bonon. Ambr. tert. duo Petav. *Nunc* vel *Hunc* Thuan. *Socio* Med. sec. *genero* vel *socero* Thuan. *comitem* pro *juvenem* Lov. *Tigris* Bonon. Ambr. pr. *Tygris* Var. LL. ed. Antv. *adorat* Pal. Med. pr. Reg. Oxon. sec. *adorat* vel *adoret* Med. tert.—426 *tenero* pro *medio* Ambr. pr. m. pr. *princeps medio* Ambr. sec.—427 *Non* pro *Nunquam* Lov. Moret. sec. *aliud* Ambr. tert. *per me frustra* Put. Ambr. pr. *doluisse* Vat. tert. m. pr. *dolebit* Med. quart. *videbis* Put. Ambr. pr. *volebis* Petav. sec.—428 *neglectum* pro *nec legum* Exc.

NOTÆ

ribus clemens, nobilis vultu, et placidus ingenio, singularis eloquentiæ, nitidæ literaturæ, præcipue sobrius, diligens, agri cultor, mitis, largus, alieni abstinens,' &c.

Severi] Alexander Severus, cui corpus 'staturæ militaris, robur militis,' &c. Ælius Lampridius. Non solum hic arma, 'sed etiam amavit literatos homines, vehementer etiam reformidans, ne quid de se asperum scriberent.' Virgilii et Ciceronis imagines cum Achillis imagine collocabat. 'Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro magno natus sit.' At 'ob ingentem vigorem animi et mirandam singularemque constantiam contra militum insolentiam, Severi nomen a militibus eidem inditum est.' Idem Lampridius.

422 *Hoc civis dignare forum*] Alii legunt, *Hunc civis dignare chorum:* id est, Tu civis, o Honori, dignare imitari hunc chorum seu cœtum Cæsarum.

428 *Legum matri*] Romæ; sicque Constantinopolis arguitur velut nover-

Sed nec post Libyam (falsis ne perge querelis
Incusare tuos) patriæ mandata vocantis
Sprevimus. Advectæ misso Stilichone curules,
Ut nostras tibi, Roma, vices pro Principe Consul
Impleret, generoque socer: vidistis in illo
Me quoque: sic credit pietas, non sanguine solo,
Sed claris potius factis, experta parentem.
Cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis,
Quæ pro me mundoque gerit: sed ab omnibus unum,
Si fama necdum patuit, te, Roma, docebo,

expetivisse quicquam inutiliter, neque licet resistere parenti legum. At neque post victoriam de *Libya contemsimus preces patriæ invitantis (ne perseveres accusare tuos questibus falsis):* sellæ *curules delatæ Stilichoni delegato, ut obiret* in *tui* gratiam *munus nostrum,* o *Roma, Consul* scilicet *pro Imperatore, et socer* ipse pro *genero: me aspexistis etiam in ipso: sic pietas judicat,* quæ *probavit* illum *patrem, non una affinitate, sed potius facinoribus egregiis.* Ego *certe non possim percurrere linguis centum* ea *omnia quæ* Stilicho *facit pro me et orbe; sed aperiam tibi* factum *unum ex cunctis,* o *Roma, si nondum cognitum est* tibi *fama,* factum

Lucens. sec. *longum* Vat. quint. Jun. pr. Thuan. *longum* vel *legum* Vat. pr. Florent. *obstare parenti* pro *occurrere matri* Vat. sec.—429 *Sed ne post* Vat. sec. Mazar. *neque* Petav. pr. Jun. pr. Oxon. sec. *plus Libyam* Pat. *nec perge* Pal. Farn. inc. Heins. Put. Mazar. Reg. m. pr. Pat. Bonon. Petav. tert. *me* duo Med. *neque* duo Vatt. Petav. pr.—430 *tuis* Med. quart. *vocantes* Med. sec.—431 *Spernimus* Vat. quint. *adductæ* Moret. pr. *curules* vel *secures* Pal. duo Med.—432 *Et nostras* Moret. pr.—433 *Implet, pro genero socerum* Moret. pr. *generoque socer* Leid. pr. *generumque* Reg. *genero socerum* Tholos. Lov. m. sec. Jun. pr. duo Oxon.—434 *Si* pro *Sic* tres Vatt. Put. Ambr. pr. *credit* Exc. Lucens. pr. *credat* ed. Parm. et Vicet. *nec sanguine* Vat. quint. Farn. ed. Vicet. *non* Florent. quatuor Med. inc. Heins. duo Petav. Lov. Bonon. Tholos. Oxon. pr. ambo Moret. tres Ambr. Exc. Lucens. pr.—435 *parentes* Vat. tert. —436 *Sumpta* pro *Cuncta* Pat. *nequeant* Put. Ambr. pr.—437 *pro te* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Romæ* Bonon. Ambr. pr. Petav. tert. Var. LL. ed. Antv. *rome* vel *pro me* Vat. pr. Pal. Oisel. *pro me* vel *Romæ* Vat. quart. Pric. duo Med. *gerat* duo Vatt.—438 *necdum* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm.

NOTÆ

ca. Ibi postea Justinianus leges multas sustulit, Theodosii Magni legum vindicis statuam argenteam quasi deturbavit, ut suam in columna reponeret.

431 *Advectæ misso Stilichone*] Delata sella curulis Stilichoni; ut te inviseret pro me.

434 *Credit pietas*] Ea est mea in Stilichonem pietas, ut eum respiciam velut meum parentem, ob egregiam operam, quam mihi præstitit. *Credit pietas* in socero videri generum.

436 *Centum linguis*] Id familiare Poëtis: 'centum sibi poscere voces.' Persius.

437 *Mundo*] Pro toto Imperio, quod pars erat speciosissima Orbis.

Subjectum nostris oculis, et cujus agendi
Spectator vel causa fui. Populator Achivæ
Bistoniæque plagæ, crebris successibus amens,
Et ruptas animis spirans immanibus Alpes,
Jam Ligurum trepidis admoverat agmina muris,
Tutior auxilio brumæ; quod gentibus illis
Frigore consuetis favet inclementia cœli;
Meque minabatur calcato obsidere vallo,
Spem vano terrore fovens, si forte, remotis

expositum oculis nostris, et cujus faciendi causa ipse *extiti, aut admirator.* Alaricus *vastator regionis Græcæ et Thraciæ, insolescens victoriis frequentibus, et turgens* ob *Alpes fractas animo furente, jam adjunxerat copias* suas *urbibus Ligurum timentibus, securior præsidio hyemis, quo tempore asperitas aëris soliti commoda est populis illis, ac minitabatur circumsidere me vallo eliso, alens spem metu inani, si*

nondum duo Vatt. Exc. Læti. *patuit famæ* ed. Vicet. *potuit* Tholos.—439 *carus* pro *cujus* Med. quart.—440 *et* pro *vel* Jun. pr. *sui* Pal. *fui* duo Leidd. et vigintiquinque Codd. Exc. Gevart. Læti et Lucens. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv.—441 *Ithiniæque* Moret. pr. *atque Hebri* pro *crebris* Ambr. tert. *Herebi* Pric. Petav. sec. Tholos. Lov. m. pr. Moret. sec. Heinsius ascripserat locum de Bell. Get. 524. 'Anne tot Augustos Hebro qui teste fugavi.' *succensibus* Petav. tert. *arcens* Med. quart.—442 *raptas* Jun. pr. *spirans* duo Vatt. *superans* Mazar. Petav. pr. m. sec. Voss. Leid. sec. *sperans* Vat. pr. et tert. Oisel. duo Med. Put. Bonon. Ambr. pr. Lov. m. sec. Jun. Oxon. sec. *spirans* vel *sperans* Pric.—443 *mauris* pro *muris* Farn. Jun. Oxon. sec. *ripis* Put. Ambr. pr. Sched. Gud. *terris* Vat. quart. *turmis* Thuan.—444 *qua gentibus* Med. pr. *quo* Leid. pr. Vat. pr. Oisel. Put. Reg. duo Med. duo Ambr. Oxon. pr. Vat. Livin. *quod* duo Vatt. Pal. Farn. *quia* Vat. sec. Mazar.—445 *Frigore* quatuor Vatt. Farn. Med. quart. Thuan. Petav. pr. Ambr. sec. ed. Vicet. *Fœdere* Leid. pr. Pal. Rott. duo Med. Petav. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv. vid. Bell. Get. 56. *Sidere* Med. sec. Put. Mazar. Ambr. pr. Bonon. Tholos. Vat. Livin. ed. Parm. *Fidere* Reg. *Federe* vel *Sidere* Oxon. pr. Petav. tert. *Fædere* vel *Frigore* Pric. Florent. *consueti* Vat. pr. Pric. Oisel. Vat. Livin. *consuetis* quatuor Vatt. Pal. Farn. Vat. pr. m. sec. *concretis* inc. Heins. qui et *concreti* conjecerat.—446 *minabantur* Med. pr. *falcato* pro *calcato* conjiciebat Heins. *sidere* pro *obsidere* Moret. pr. *muro* Vat. sec.—447 *vario terrore* inc. Heins. *ni forte* Vat. pr. et sec. Oisel. Put. Bonon. Ambr. pr. Lov. Moret. pr. Sched. Gud. *sed*

NOTÆ

440 *Spectator*] Honorius Ravennæ degens tribus milliaribus distabat a Stilichone hæc gerente.

441 *Bistoniæ*] Thraciæ, a Bistone Martis et Callirrhoës filio, qui Bistoniam Thraciæ urbem condidit.

442 *Spirans*] Altius, seu altiores spiritus gerens, turgens.

444 *Gentibus illis*] Copiis Alarici, quæ frigore assuetæ erant, ac proinde inclementia cœli his favebat.

446 *Minabatur*] Me obsessurum esse; sed tamen dabat spem aliquam, si vellem pacem facere, quibus conditionibus ipse vellet.

Præsidiis, urgente metu, qua vellet, obirem
Conditione fidem: nec me timor impulit ullus,
Et duce venturo fretum, memoremque tuorum,
Roma, ducum, quibus haud unquam vel morte parata
Fœdus lucis amor pepigit dispendia famæ.
Nox erat: et late, stellarum more, videbam
Barbaricos ardere focos: jam classica primos
Excierant vigiles, gelida cum pulcher ab Arcto
Adventat Stilichon. Medius sed clauserat hostis
Inter me socerumque viam, pontemque tenebat,
Addua quo scissas spumosior incitat undas.

forsan auxiliis sublatis, timore premente, vellem *recipere fœdus, qua cuperet conditione.* Sed *non timor ullus commovit me, munitum et Ductore adventuro* Stilichone, *et recordantem Ductorum tuorum,* o *Roma, quibus vel morte opposita, amor vitæ turpis nunquam pactus est jacturam famæ. Nox erat, et aspiciebam ignes Barbarorum lucere passim, instar* totidem *astrorum. Jamque tubæ excitaverant excubias priores, cum Stilicho fortis advenit ab Ursa frigida: at hostis* interpositus *inter socerum* Stilichonem *et me, intercluserat iter, et occupabat pontem, quo Addua violentior impellit*

Vat. quint. Voss. Leid. sec. *si* vel *nisi* Petav. pr.—448 *quam vellet abirem* Farn. *obirem* vel *inirem* Oisel.—449 *expulit* Pric. *unus* Pat.—450 *Cum Duce* Jun. pr. *flentum* pro *fretum* Moret. pr.—451 *Roma Ducis* Jun. pr. *peraeta* Farn. Oisel.—452 *dispendia vitæ* Tholos.—453 *Et mox per Latium* Med. sec. *Mox et per Latium* tres Vatt. Farn. Rott. Exc. Læti. *Nox erat et late* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Med. pr. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Schott. *Mox et per Latium* vel *Nox erat et late* Pric. Vat. tert. Med. tert. *videbat* Farn.—455 *Exuerant* Petav. sec. *gelido* Oxon. pr. *tum* Med. tert.—456 *Adventat* Vat. pr. et tert. Oisel. Reg. *Advenit* duo Leidd. et alii magno numero, Exc. Gevart. Læti et Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. ed. Parm. et Vicet. *medium* ed. Vicet. *sed* Exc. Læti. *se* Pal. Med. sec. *sic* Put. *cluserat* Exc. Læti.—457 *Inter me socerum pontemque viamque* Vat. tert. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. Thuan. Mazar. duo Petav. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *socerumque viam* Vat. quart. *pontem socerumque viamque* Vat. sec. *socerumque viam pontemque* Med. tert. Put. Reg. Petav. pr. tres Ambr. Moret. pr. Lov. Voss. Exc. Schott. Gevart. et Lucens. pr. *et socerum pontemque viamque* Farn. Rott. Bonon. Moret. sec. Exc. Læti. *fontemque* Tholos. *pontumque* Oxon. sec.—458 *Addua* Vatt. pr. et tert. Rott. Moret. sec. *Adua* Pal. duo Med. Ambr. tert. ed. Vicet. Excerpt. Læti. *Ardua* duo Leidd. cum sedecim aliis, Exc.

NOTÆ

451 *Ducum*] Recordabar veterum Ducum, qui nunquam impelli potuerunt ut, ob turpem vitæ amorem, paciscerentur jacturam famæ, seu se exponerent amittendæ famæ. 'Quippe mori satius, vitæ quam ferre pudorem.'

454 *Primos vigiles*] Primas excubias, seu primam vigiliam; nox quippe dividebatur in quatuor vigilias, et unaquæque vigilia in tres horas.

455 *Pulcher ab Arcto*] Supra sæpius de Arcto. *Pulcher* autem, id est, generosus. Virgilius, 'satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus.'

458 *Addua*] Magnum flumen, Larium lacum trajiciens, et Eridano se

Quid faceret? differret iter? Discrimina nullas
Nostra dabant adeunda moras. Perrumperet agmen?
Sed paucis comitatus erat: nam plurima retro,
Dum nobis properat succurrere, liquerat arma
Extera, vel nostras acies. Hoc ille locatus
Ancipiti, longum socias tardumque putavit
Expectasse manus, et nostra pericula tendit
Posthabitis pulsare suis: mediumque per hostem
Flammatus virtute pia, propriæque salutis
Immemor, et stricto prosternens obvia ferro,
Barbara fulmineo secuit tentoria cursu.
  Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum,

aquas divisas. Ecquid Stilicho *ageret? Procrastinaret viam suam? Pericula nostra sublevanda nullam dabant requiem. Trajiceret copias* hostiles? *Sed stipatus erat paucis: etenim pone reliquerat auxilia multa externa, vel cohortes nostras, dum festinat opitulari nobis.* Sic *ille* Stilicho, *positus* in *hac dubitatione, credidit* rem *longiorem* esse, *et lentiorem, opperiri turmas suas, et conatur repellere pericula nostra, suis contemtis, et incensus fortitudine pia, et oblitus vitæ suæ, ac dejiciens ense nudato occurrentia, per hostes medios rupit tabernacula barbarorum, velocitate fulminante. Nunc versus Poëtarum laudent mihi Diomedem, quod confi-*

Gevart. et Var. LL. ed. Antv. *Abdua* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Adria* Ambr. sec. Farn. *qua* Pal. Ambr. tert. *quo Schythicas* Rott. *Scithicas* Leid. pr. m. pr. Reg. Oxon. pr. Florent. m. pr. Med. sec. *quo fissas* Vat. quart. Oxon. sec. *quo fixas* Vat. quint. Jun. pr. *fusas* Thuan. *sacras* Pal. *concussas* pro *quo scissas* Farn. *succisas* Vat. sec. *fissas* vel *Scithicas* Petav. pr. *Scissas* vel *Scythicas* Vat. tert. *spumantior* Reg. Oxon. pr. *spatiosior* Oisel. *excitat* Ambr. tert.—459 *Quid faciat?* Leid. sec. Voss. Exc. Gevart. *nostras Nulla* Vat. sec. —460 *abeundo* Med. quart. *prorumperet* duo Vatt. Reg. Mazar. Petav. pr. Tholos. Ambr. pr. Jun. Oxon. sec. Exc. Læti. *prærumperet* Med. quart.—461 *jam plurima* Jun. pr.—462 *arva* pro *arma* vet. Gyr.—463 *hæc ille locutus* Exc. Læti. *hoc ille locutus* Farn. *hic locatus* Sched. Gud. *hoc locatus* Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. *hæc* ed. Vicet. *hoc* Florent. quatuor Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *hic* Thuan. Exc. Gevart. item Moret. pr. qui et *locutus* exhibet. *locatus* quatuor Med. Florent. m. pr. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Voss. Exc. Gevart. Schott. Lucens. pr. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm.—464 *socios* Leid. pr. duo Med.—465 *Exspectare* Vat. sec. Thuan. *vestra pericula* Tholos.—467 *virtute sua* Florent. *sua* vel *pia* Oxon. pr.—468 *prosternens* Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *præsternens* Raphel. ex conj. *obvia* duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *omnia* Pal. Rott. Florent. duo Med. Put. Reg. Oxon. pr. ambo Moret. *obvia* vel *omnia* Vat. tert.—469 *flumineo* Put. Mazar. *cingit* pro *secuit* Med. sec. *victoria* Jun. pr. *curru* Put. Ambr. pr. inc. Heins. Sched. Gud.—470 *Hunc* Var.

NOTÆ

miscens, quinque circiter milliaribus supra Cremonam: hodie dicitur, *Adda*.

467 *Flammatus*] Inflammatus virtute pia in generum suum Honorium.

470 *Tydiden*] Diomeden Tydei filium.

Quod juncto fidens Ithaco patefacta Dolonis
Indicio, dapibusque simul religataque somno
Thracia sopiti penetraverit agmina Rhœsi,
Graiaque retulerit captos ad castra jugales;
Quorum, si qua fides augentibus omnia Musis,
Impetus excessit Zephyros, candorque pruinas.
Ecce virum, taciti qui nulla fraude soporis
Ense palam sibi pandit iter, remeatque cruentus:
Et Diomedeis tantum præclarior ausis,
Quantum lux tenebris, manifestaque prælia furtis.

sus Ulyssi socio intraverit castra Thracia Rhœsi consopiti, detecta fraude Dolonis, et sepulta cibis una et sopore, et reduxerit equos deprehensos ad castra Græcorum; quorum equorum *velocitas superavit* velocitatem *ventorum, et albor nives, si qua fides est Musis amplificantibus cuncta. En vir* Stilicho, *qui nullo dolo somni secreti, aperit sibi viam gladio, et sanguinolentus redit; ac tantum illustrior factis Diomedeis, quantum lumen* præstat *umbris, et certamina aperta certaminibus*

LL. ed. Antv. *Non* Put. Tholos. *Nunc* vel *Non* Oxon. pr. *tibi* Vat. pr. et tert. Reg. Mazar. Tholos. Oxon. pr. Vat. Livin. *attollunt* Farn. Rott. Jun. pr. Oxon. sec.—471 *Quid* Vat. tert. m. pr. *Quæ* Farn. *Qui* tres Vatt. Thuan. Petav. pr. Lov. Exc. Gevart. *Et* Put. *victo* Reg. Oxon. pr. *fidens Ithaco juncto* Mazar. *malefacta* inc. Heins. *Doloris* Petav. tert. *Dolonisque* Oisel.—472 *Judicio* Petav. sec.—473 *penetraverat* Farn. Lov. Jun. pr. Oxon. sec. ed. Vicet. Exc. Læti. *penetraverit* Exc. Lucens. pr. *penetravit in* Med. sec. *penetravit ad* Vat. quint. *regis* vel *Rhesi* Vat. sec. —474 *Grataque* duo Vatt. Oisel. Florent. Reg. Moret. pr. *Graia quod retulit* Leid. pr. *pertulerit* Florent. *perduxit* Exc. Lucens. sec. *Rettulerit captos* Lov.—477 *taciti* Florent. Med. pr. *tanti* Med. quart. *nulla qui fraude* duo Vatt. Farn. *qui nulla* Reg. Mazar. Moret. pr. Oxon. pr. *saporis* ed. Parm. *pudoris* Exc. Cod. Rhem.—478 *fecit iter* Thuan.—479 *actis* pro *ausis* inc. Heins.—480 *Quod tunc* pro *Quantum* Var. LL. ed. Antv. *latebris* pro *tenebris* Farn.—

NOTÆ

471 *Ithaco*] Ulyssi Ithacæ insulæ Regi, qui comitem semper habebat Diomedem, nam ex Ovidio, 'gestum nihil est Diomede remoto.' Per Ulyssem intellige prudentiam, per Diomedem intellige fortitudinem, quæ duæ virtutes, cum simul junguntur, nihil non exequuntur.

Dolonis] Dolo speculator Trojanus prodidit castra Rhœsi, et Diomedes cum Ulysse avertit ejus equos, priusquam Xanthi Trojæ fluvii aquas biberent. Quod nisi factum fuisset, nunquam Troja expugnata fuisset: nam id erat in fatis.

473 *Rhœsi*] Hic Rex Thracum erat, et ad Trojanorum auxilium veniebat, et clausis jam Trojæ portis in littore tentoria fixerat; ubi a Dolone proditus, et a Diomede et Ulysse prima nocte occisus.

476 *Pruinas*] Virgilius: 'Qui candore nives anteirent, cursibus auras.'

480 *Furtis*] Furtivis præliis, seu nocte clam gestis. Virgilius: 'Furta paro belli.'

Adde, quod et ripis steterat munitior hostis,
Et cui nec vigilem fas est componere Rhœsum.
Thrax erat: hic Thracum domitor. Non tela retardant:
Objice non hæsit fluvii. Sic ille minacem
Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens
Trajecit clypeo Tybrin, quo texerat Urbem
Tarquinio mirante Cocles, mediisque superbus
Porsennam respexit aquis. Celer Addua nostro
Sulcatus socero; sed, cum tranaret, Etruscis

furtivis. Adjunge, quod hostis etiam Alaricus *fortior constiterat* in *littore* fluvii, *et* is erat, *cui nec Rhœsus excubans potest comparari.* Rhœsus *Thrax erat; hic* Alaricus *victor Thracum. Non arma cohibent* illum Stilichonem, qui *non retardatus est obstaculo fluminis. Ita ille* Horatius *Cocles propulsans cohortem Thuscorum minitantem pro* tuendo *ponte cadente, superavit Tibrim* cum *scuto quo defenderat Romam, Tarquinio obstupescente, et gloriosus despectavit Porsennam in medio aquarum. Addua velox superatus* est a *socero nostro Stilichone* etiam, *sed cum ille*

481 *steterat ripis* Moret. pr.—482 *ne vigilem* Oisel. *nec vigilem* duo Leidd. et triginta fere Codd. Exc. Schott. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—483 *Trax erat* Voss. *Thrax erat* Lov. Moret. sec. Ald. Exc. Gevart. *Rex erat* Thuan. *Traxerat* Med. pr. Jun. pr. ed. Vicet. *hinc* Moret. pr. *nec tela* Vat. sec. Med. tert. Tholos. Oxon. pr. *retardat* Med. tert.—484 *fluviis* Vat. sec. Med. tert. Moret. pr. *minaces* Reg.—485 *manum* Lov. Moret. sec. Ald. *domum* Var. LL. ed. Antv. *amum* Med. sec. *manu* vel *manum* Exc. Schott. *pondere pellens* Vat. pr. m. pr. *repelens* Moret. pr. *rebellans* Pric. *repulsas* Jun. pr. *repulsans* conjiciebat Heins.—486 *Tranavit* pro *Trajecit* Vat. sec. inc. Heins. *Transierat* Oxon. sec. *Tybrin* Florent. *Tibrin* Leid. pr. *Tybrum* Med. sec. *Tibrim* quatuor Vatt. Pal. *Tigrin* Reg. Petav. sec. *Tigrin* vel *Tibrin* Moret. sec. *texerit* Jun. pr. *traxerat* Rott. Med. sec. Ambr. pr. *orbem* Jun. pr. —487 *medusque* pro *mediisque* Petav. tert.—488 *respexit* Rott. *prospexit* Pal. Med. pr. *respexit* vel *prospexit* Med. tert. *despexit* malebat Heins. *Addua* Thuan. Petav. pr. Moret. sec. *Adua* duo Med. Ambr. tert. ed. Vicet. *Abdua* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Ardua* duo Vatt. Pric. Oisel. Med. tert. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Lov. Jun. pr. duo Oxon. Leidd. *Allia* Moret. pr. *Adria* Farn.—489 *Sulcatur* Vat. pr. et tert. Pal. Pric. Oisel. Reg. Exc.

NOTÆ

482 *Vigilem Rhœsum*] Non fas est cum Alarico comparare Rhœsum etiamsi vigilasset. Alioqui Rhœsus 'primo somno prodita' castra et vitam amisit.

487 *Cocles*] Horatius Cocles, qui se opposuit exercitui Porsennæ, Thuscorum Regi, Reges Tarquinios reducere conanti; et ita se opposuit, donec ponte abrupto, hostibus aditus intercluderetur, et ipse in aquas decideret: sed feliciter postea enatavit.

488 *Addua*] Vel Abdua, de quo supra.

489 *Tranaret*] Stilicho præfertur Coclti; nam hic tergum Thuscis vertebat, etsi vincens; hic pectus opponebat Getis.

Ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.
Exere nunc doctos, tantæ certamina laudis,
Roma, choros; et quanta tuis facundia pollet
Ingeniis, nostrum digno sonet ore parentem.
Dixit, et antiquæ muros egressa Ravennæ
Signa movet; jamque ora Padi, portusque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Æstuat, et pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte, vehit; nudataque littora fluctu
Deserit, Oceani lunaribus æmula damnis.

Cocles *trajiceret* fluvium *vertebat tergum præliis Thuscis, hic* Stilicho *vertit pectus Geticis. O Roma, educ jam cœtus eruditos* ad prædicandam *certatim tantam gloriam, et eloquentia, quanta valet* in *ingeniis tuis, celebret patrem nostrum sermone merito.* Honorius *locutus est, et promovit vexilla exeuntia mœnibus Ravennæ veteris; et jam deserit ostia Eridani, et portus fluvii, ubi Neptunus advena fluctuabat motibus statis, et portat naves faciles, nunc fluvio veniente, nunc abeunte;* postque *relinquit ripas destitutas undis, imitantes recessus lunares maris. Hinc Fortuna*

Læti. *Sulcatus* Leid. pr. et viginti Codd. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *nataret* inc. Heins. *tranaret* duo Med. Reg. Mazar. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. duo Moret. ed. Vicet. et Parm. *transiret* vel *transnaret* Oxon. sec. *transnaret* vel *transnarat* Med. tert.—490 *bellis* Jun. pr. Leid. pr. duo Oxon. *pugnis* Reg. *telis* conjecerat Heins. sed postea improbavit.—491 *tantæ doctos* Vat. sec. Med. tert. *certamine* tres Vatt. Farn. Oisel. *certamina* duo Leidd. Rott. Vat. quint. Pal. Pric. duo Med. inc. Heins. Reg. duo Petav. Moret. pr. Ambr. tert. Exc. Gevart. *certamina* vel *certamine* Vat. quart.—492 *cohors* Pat. *choros* Bonon. tres Ambr. *thoros* Pal. Med. pr.—493 *dignum* Med. quart. *nostro dignum* Pric.—494 *muros* Vat. pr. et tert. Pal. Reg. Mazar. *muris* duo Leidd. cum viginti duobus aliis, Exc. Gevart. ed. Parm. et Vicet. Var. LL. ed. Antv. *muris* vel *muros* Med. tert.—495 *movet* Vat. Livin. *movent* Ald. *portasque* Oisel. *reliquit* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. tres Med. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Pat. Tholos. duo Ambr. Lov. Moret. sec. ed. Parm. et Vicet.—496 *Fulmineos* Pal. Med. pr. Moret. pr. [deerat autem hic versus Moret. sec.] *vastis ubi fluctibus* pro *certis ubi legibus* Pat. *terris* pro *certis* Mazar.—497 *parvas* pro *pronas* Ambr. tert. *ore* pro *amne* Lov. *secundo* tres Vatt. Pal. Farn. *refuso* Oxon. sec. m. sec. *recuso* Bonon. *retuso* Vat. pr. m. pr. Put. Ambr. pr. Sched. Gud. *retruso* Vat. pr. m. sec. Pric. Petav. tert. Vat. Livin. *retruso* m. pr. et *refuso* m. sec. Var. LL. ed.

NOTÆ

491 *Exere*] Honorius hortatur Romam, ut educat præclarissima quæque ingenia, ad prædicanda facta Stilichonis, quem colit ut parentem.

494 *Antiquæ*] Jornandes: 'Ravenna urbs inter paludes et pelagus interque Padi fluenta uni tantum patet accessui.' Munsterus: 'Est autem vetustissima civitas, quam rex Theodoricus olim pulchris adornavit ædificiis.'

498 *Nudataque*] Neptunus in ostiis

Lætior hinc Fano recipit Fortuna vetusto,
Despiciturque vagus prærupta valle Metaurus,
Qua mons arte patens vivo se perforat arcu,
Admisitque viam sectæ per viscera rupis,
Exsuperans delubra Jovis, saxoque minantes
Apenninigenis cultas pastoribus aras.
Quin et Clitumni sacras victoribus undas,

excipit Honorium in *templo antiquo, et Metaurus errabundus* ex alto *aspicitur* in *valle saxosa*, in *qua mons pervius industria* hominum *aperit sese fornice nativo, et pandit iter per penetralia cautis scissæ, eminens* supra *templum Jovis, et* supra *altaria minacia* in *rupe, adorata a pastoribus Apennini. Quin etiam amor fuit invisere aquas Clitumni sacratas triumphatoribus, quæ* aquæ *suppeditant tauros*

Antv. *retuso* vel *refuso* Oisel.—499 *Oceano* Jun. pr.—500 *Lectior* Med. tert. *hic* Pal. Florent. Med. pr. *hunc* Vat. sec. duo Med. Moret. pr. *hic* vel *in* Oxon. pr. *hamo* pro *Fano* Jun. pr. *Fortuna vetusto* Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripserat locum Plin. Lib. III. Cap. XLV. *venusto* vel *vetusto* Pal. Med. pr. —501 *Deseriturque* Ambr. pr. Sched. Gud. *Decipiturque vagum pr. V. Metaurum* inc. Heins. *vago* Pal. *præruptâque* Pal. Med. pr. *vagum Metaurum* Petav. sec. Tholos. Var. LL. e marg. Parm.—502 *arce patens* Vat. sec. Pal. Farn. Oisel. Bonon. duo Ambr. Exc. Gevart. ed. Vicet. et Parm. *petens* Petav. sec. *uno* pro *vivo* Jun. pr. unde *unco* faciebat Heins. *perforet* Oxon. pr. *perforat arcu* Exc. Schotti, in quibus Gronovius ascripserat locum Statii Lib. I. Achilleid. vs. 106. 'domus ardua montem Perforat et longo suspendit Pelion arcu.' *Admisitque* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. *Admittitque* Petav. pr. m. sec. Moret. pr. Gesn. et ed. Bipont. *Amisitque suam* Jun. pr. *diem* Vat. sec. *vias* Thuan.—504 *Exsuperas* Oxon. pr. *micantes* Vat. quint. Put. Lov. atque ita malebat Heins. *minaces* Pric. Med. quart. Tholos.—505 *Apenninigenis* Exc. Lucens. pr. *Apenninigeris* duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. pr. ed. Vicet. *arces* Vat. sec. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *alas* Reg. Var. LL. ed. Antv. *undas* Lov. *aras* vel *alas* vel *arces* Oxon. pr.—506 *Qui nec* Var.

NOTÆ

Padi æstuat, et post relinquit, et nudat ejus ripas, quæ modo tumentes fluctu, imitantur accessus et recessus lunares maris.

500 *Fano Fortuna*] Fanum Fortunæ, oppidum non longe ab urbe Ravenna. Hujus urbis meminit Aurelius Victor in Aureliano, qui vicit 'juxta amnem Metaurum, ac Fanum Fortunæ:' hinc Vitruvio dicitur 'Colonia Julia Fanestris.'

501 *Despicitur*] Ex altiore loco spectatur.

Prærupta valle] Valle saxis præruptis et minacibus scatente.

Metaurus] Fluvius Umbriæ se in sinum Adriaticum exonerans, Asdrubalis clade nobilis. Hinc Sidonius Apollinaris: 'Improbus ut rubeat Barchina cæde Metaurus.'

502 *Mons*] Apertus est arcu partim nativo, partim arte facto, sicque ars et natura simul conjunctæ sunt.

506 *Clitumni*] Hic fluvius Mevaniæ in Umbria, cujus fluvii aqua pota candidos boves reddere dicebatur, ideo dilecta triumphantibus, qui tauros et equos albos eligebant, hos ad

Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis,
Visere cura fuit. Nec te miracula fontis
Prætereunt: tacito passu quem si quis adiret,
Lentus erat; si voce gradum majore citasset,
Commixtis fervebat aquis: cumque omnibus una
Sit natura vadis, similes ut corporis umbras
Ostendant; hæc sola novam jactantia sortem
Humanos properant imitari flumina mores.
Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rarique coloris

albentes ad triumphos Romanos. Neque prodigia fontis effugiunt te, o Honori, *ad quem* fontem *si quis accederet gradu secreto,* fons *esset quietus;* at *si præcipitaret gressum, murmure majore æstuaret aquis commotis: et cum una sit vis omnibus fontibus, ut exhibeant imagines pares corporibus; hic unus fluvius nactus fatum novum festinat æmulari mores hominum. Inde Narnia alta aspiciens plani-*

LL. ed. Antv. *Clitunni* Vat. pr. *cultoribus* Var. LL. e marg. Parm. *virtutibus* Var. LL. ed. Antv. *arces* pro *undas* Lov. *aras* Med. tert.—507 *se Latiis* Moret. pr. *qui Latiis* Exc. Lucens. sec. *lætis* Var. LL. e marg. Parm. *armata* Petav. sec. —508 *trahunt* pro *fuit* Farn.—509 *adoret* pro *adiret* Vat. tert. m. pr. Lov. —510 *Lentus eat* Vat. quint. *gradus* Med. quart. Thuan. inc. Heins. *Commistis* Ambr. tert. *Cum mixtis* Leid. pr. Med. sec. *Commotis* Vat. sec. Exc. Schott. Var. LL. e marg. Parm. *Commistis* vel *Commotis* Pric. *Cum mixtis* vel *Commixtis* Med. pr. deerat vero hic versus Moret. sec.—512 *undas* pro *umbras* Pal. Oisel. Vat. pr. m. pr. Med. quart.—513 *sola* vel *sæcla* Med. tert. *novem* Med. pr. *fortem* Put.—514 *imitantia* Reg. Oxon. pr. m. sec. duo Med. inc. Heins. Tholos. Petav. sec. Lov. Moret. sec. Var. LL. ed. Antv.—515 *Celsaque* Pal. Med. pr. *paulum* pro *patulum* Exc. Cod. Rhem. *Narrina* Vat. sec, *Narvia* Vat. pr. m. sec. *Nervia* Thuan. *Varia* Jun. pr. *Varrina* Pal. Med. pr. *Varria* Var. LL. ed. Antv. *Narrima* Moret. sec. *Vatrocia* inc. Heins. *Naria* vel *Naris* Vat. quint. *cantum* Pal. Med. pr.—516 *albique* pro *rarique* Jun. pr.

NOTÆ

currum, illos ad sacrificia. Unde Virgilius: ‘Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus Victima.’ Servius ex Plinio in hunc versum, ‘de quo fluvio animalia quæ potaverint, albos fœtus creant.’ Idem ait de Falisco Plinius, ‘in Falisco omnis aqua pota candidos boves facit.’

508 *Miracula fontis*] Prodigium certe illud est, si verum. Ad fontem nempe, si tacitus accedas, quiescit; si turbulentus, æstuat. Quin et alii fontes cum exhibeant corporum umbras, hic exhibet mores hominum.

515 *Narnia*] Urbs in Via Flaminia, in montibus posita, cui nomen dedit ‘Solfurea Nar albus aqua.’ In hoc tractu cadente pluvia pulvis excitatur. Plinius: ‘Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro: quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem.’

Non procul amnis abest, urbi qui nominis auctor,
Ilice sub densa sylvis arctatus opacis
Inter utrumque jugum tortis anfractibus albet.
Inde, salutatc libatis Tybride Nymphis,
Excipiunt arcus, operosaque semita vastis
Molibus, et quicquid tantæ præmittitur urbi.
Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ
Spe propiore tori mater solertior ornat
Adveniente proco, vestesque et cingula comit
Sæpe manu, viridique angustat iaspide pectus,
Substringitque comam gemmis, et colla monili
Circuit, et baccis onerat candentibus aures:

tiem patentem, teritur ab *equo Imperatorio; et haud longe est fluvius coloris sulfurei, qui auctor urbi* hujus *nominis, coërcitus sylvis obscuris sub quercubus frequentibus inter montem geminum candescit flexibus curvis. Inde aquis delibatis Tibris salutati, arcus* triumphales, *et via ornata* impense *monumentis magnis, et quodcumque ponitur* ante *tantam urbem, recipiunt* Honorium. *Et quemadmodum mater ingeniosa, spe proxima nuptiarum illustrat manu tremula vultum filiæ* suæ, *adventante proco, et sæpius dextera sua adornat vestimenta et zonam, et constringit sinum* ejus *jaspide viridi, et ligat crines unionibus, ac cingit colla torque, atque*

Oxon. sec. m. sec. *coloni* Vat. quint.—517 *abest.* cum τελείᾳ στιγμῇ, duo Med. Ald. Exc. Gevart. *urbis* Vat. pr. m. pr. Oxon. sec. *actor* Vat. tert. *ictor* Med. tert.—518 *sub tensa* Med. quart. *arctatus* Pric. Vat. Livin. vet. Gyrald. item Gesn. Nic. Heins. et ed. Bipont. *arctatur* Leid. pr. duo Oxon. quatuor Vatt. Farn. Rott. *artatus* Ambr. tert. Exc. Lucens. sec. *aptatur* Pal. Med. pr. *hortatur* Jun. pr. *arcatur* Lov. et ascriptum *f. arcuatur* Ovid. *arctatur* vel *arctatus* Vat. pr.—519 *totis* Vat. quint. *amfractibus* Moret. sec.—520 *libratis* Florent. Petav. sec. *Tigride* Put. *Tybride Nymfis* Lov. m. pr. *Nymphis* Leid. pr. m. pr. Petav. sec. Exc. Lucens. sec.—521 *semina* pro *semita* Vat. quart. Med. sec. Exc. Cod. Rhem. *vastæ* Moret. pr. *noctis* pro *vastis* Tholos.—522 *promittitur* Lov. *permittitur* Med. quart. deerat autem hic versus Rott.—523 *At* Vat. quint.—525 *vestesque* Exc. Lucens. pr. *vestes* sine copula, Farn. duo Med. Pat. Tholos. Moret. pr. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *ac cingula* Put. Ambr. pr. *singula* Oxon. pr.—526 *manus* duo Vatt. Jun. pr. Oxon. sec. *augustat* Med. sec. et quart.—528 *vernant* pro *onerat* Med. tert. *ornat* Med. quart.—

NOTÆ

520 *Salutato libatis Tybride Nymphis*] More prisco sic venerabantur flumina.

521 *Operosaque semita*] Via magnis impensis, magnoque opere, ornata molibus ac monumentis; aut allatis quibusdam ornamentis, id quod fiebat Principibus advenientibus. Inde forsan *præmittitur*, quasi ornamenta illa præmissa sint ad Principem excipiendum.

523 *Trepidantibus*] Nam quicquid fit properando, fit manu trepidante, tremula.

Sic oculis placitura tuis, insignior auctis
Collibus, et nota major se Roma videndam
Obtulit. Addebant pulchrum nova mœnia vultum,
Audito perfecta recens rumore Getarum.
Profecitque opifex decori timor; et, vice mira,
Quam pax intulerat, bello discussa senectus.
Erexit subitas turres, cinctosque coëgit
Septem continuo montes juvenescere muro.
Ipse favens votis, solitoque decentior aër,
Quamvis assiduo noctem fœdaverat imbri,

suspendit in auribus lapillos albentes. Ita Roma placitura oculis tuis, illustrior collibus additis, et ingentior se ipsa ante *cognita, exhibuit se spectandam tibi. Mœnia recentia adjungebant faciem nitidam, instaurata recenter, exaudita fama Getarum. Et metus artifex profuit* huic *labori, et vicissitudine admirabili, senium, quod pax pepererat, dissipatum* est *bello.* Nam timor *erexit arces repentinas, et coëgit colles septem circumdatos florescere muro continuato. Cælum ipsum aspirans desideriis* nostris, *et nitidius* more *consueto, (etsi turpaverat noctem*

529 *actis* pro *auctis* inc. Heins. Put. Petav. tert. Bonon. Ambr. pr. In Jun. pr. hic versus desideratur.—530 *major nota* Petav. tert.—531 *Obtulit* Exc. Læti et Lucens. pr. *Pertulit* ed. Vicet. *addebant* vel *augebant* Petav. pr. *cultum* Moret. pr. *Mænala* pro *mœnia* Jun. pr.—532 *rumore recens perfecta* duo Vatt. Jun. Oxon. sec. *in more* pro *rumore* Med. pr.—533 *Perfecitque* inc. Heins. Jun. pr. Oxon. sec. *Profecit* sine copula, Florent. *operi* Vat. quint. Put. Ambr. pr. *opifer* Petav. sec. *operi decor* Ambr. tert. *operi* vel *decori* Vat. quart. Petav. pr.—534 *decussa* Reg.—535 *subito* Moret. pr. *cinctosque* duo Vatt. duo Med. Florent. Jun. pr. Oxon. pr. *cunctosque* tres Vatt. Pal. Farn. Mazar. Bonon. Moret. pr. Ambr. sec. Exc. Gevart. Var. LL. ed. Antv. *cunctosque* vel *cinctosque* Med. pr. Petav. pr.—536 *continuos* Put. *modo* pro *muro* Pal. hinc *nodo* conjiciebat Heins. *muro juvenescere montes* Ambr. pr. *colles* pro *montes* Vat. Livin.—538 *noctes fœdaverat* Leid. pr. Oxon. sec. *fœdaverit* Reg. m. pr. Voss. Leid. sec. Oxon. sec. Exc. Gevart. *fœdaverat* tres Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott.

NOTÆ

530 *Nota major*] Ut solebant Dii Deæque et fato functi, qui humana et nota seu solita imagine majores exhibebantur. Virgilius de Creusa: 'Visa mihi ante oculos, et nota major imago.'

533 *Timor*] Metu enim Gothorum mœnia Romana refecta sunt; sicque timor profuit operi, quia in causa fuit cur citius perficeretur. Extabat et Romæ inscriptio a Stilichone dicata, 'Invictissimis Principibus Arcadio et Honorio Victoribus ac Triumphatoribus semper Augustis, ob instauratos urbis æternæ muros, portas, ac turres, egestis immensis ruderibus.'

534 *Senectus*] Ruinæ et rudera collapsarum molium, quæ sunt instar deformis senectutis, dissipatæ sunt metu belli Gothici.

535 *Erexit*] Timor *erexit*, causa fuit cur arces erigerentur, et cur colles septem uno muro cincti *juvenescerent*, hoc est, novam juventæ faciem induerent.

538 *Fœdaverat*] Alludit ad illud Virgilianum: 'Nocte pluit tota, redeunt

Principis et Solis radiis detersa removit
Nubila. Namque ideo pluviis turbaverat omnes
Ante dies, lunamque rudem madefecerat Auster,
Ut tibi servatum scirent convexa serenum.
Omne, Palatino quod pons a colle recedit
Mulvius, et quantum licuit consurgere tectis,
Una replet turbæ facies. Undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus ædes.
Exultant juvenes æquævi Principis annis:

pluvia continua) *repulit* tamen *nubes dissipatas splendore Imperatoris et Solis. Etenim idcirco infestaverat pluviis dies cunctos prius, et Notus irrigaverat novam Lunam, ut Cœlum cognosceret serenitatem tibi* fuisse *reservatum. Una species multitudinis implet totum* spatium, per *quod pons Mulvius distat a colle, et quantum permissum est exsurgere* supra *domos. Cerneres infima* loca *effervescere viris, et domos excelsas nitescere matribus. Juvenes lætantur ætate*

imber Oisel. *imbre* tres Vatt. Pric. *imbri* Med. pr. Moret. pr. Mazar.—539 *radio* Pat. *radiis solis* Voss. Leid. sec. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Gevart. *decursa* Pric.—540 *nam* Vat. quart. *pluviis ideo* Pal. Vat. quart. *jam pluviis ideo* Farn. Rott. *namque ideo pluvia* Lov. Moret. sec. *namque ideo pluviis* Leid. pr. Jun. pr. duo Oxon. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Petav. tert. Bonon. Pat. Tholos. tres Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *omnem Ante diem* Vat. sec. et tert. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Læti. *omnes* vel *orbis* Oxon. pr. Oxon. pr.—541 *Ante diem* duo Petav. Lov. Moret. pr. Voss. Oxon. pr. Exc. Gevart. *udo* pro *rudem* conjecerat Heins. *Auster* tres Vatt. Pric. Rott. Florent. Thuan. duo Med. *auro* Var. LL. e marg. Parm. *Austro* duo Leidd. et viginti duo alii, Exc. Schott. Lucens. pr. Cod. Rhem. ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *Auster* vel *Austro* Petav. pr.—542 *Ut sibi* Moret. pr. *servato* Lov.—543 *Unde* Pat. *quo pons* Put. *qua* Farn. *quod* duo Leidd. et plurimi Codd. Exc. Gevart. Schott. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. ħo Jun. pr. *monte* Vat. sec. *recessit* Lov.—544 *Mulvius* Vat. pr. Bonon. Exc. Lucens. sec. *Milvius* duo Leidd. Jun. pr. duo Oxon. quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Lov. duo Moret. Exc. Gevart. Ald. *Milius* Farn. Var. LL. ed. Antv. *in quantum* Vat. pr. Vat. Livin. *terris* pro *tectis* Moret. pr. *rectis* Jun. pr.—545 *undare* Pal. Exc. Læti. *uno ore* Leid. sec. cum viginti duobus, ed. Vicet. Var. LL. ed. Antv. *undare* vel *uno ore* Florent.—546 *viis* pro *viris* Moret. pr. *altasque* Vat. sec. *effundere* pro *effulgere* Put. *exurgere* Pric. *effugere* Var. LL. ed. Antv.—547 *anni* Moret. sec.—548 *Ten-*

NOTÆ

spectacula mane: Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.'

541 *Lunam rudem*] Id est, Auster madefecerat tempus Lunæ rudis seu novæ.

545 *Undare*] Impleri, et fluctuum instar, effervescere, exundare: *unda* optime dicitur de multitudine effusa. Virgilius: 'Mane salutantum totis vomit ædibus undam.' Plinius in Panegyrico: 'Ergo non ætas quemquam, non valetudo, non sexus retardavit, quominus oculos insolito spectaculo impleret. Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes,' &c.

546 *Matribus*] Effulgere matribus ornatis splendide, et ex summo loco spectantibus.

Temnunt prisca senes, et in hunc sibi prospera fati
Gratantur durasse diem: moderataque laudant
Tempora, quod clemens aditu, quod pectore, solus
Romanos vetuit currum præcedere Patres:
Cum tamen Eucherius, cui regius undique sanguis,
Atque Augusta soror, fratri præberet ovanti
Militis obsequium: sic illum dura parentis
Instituit pietas, in se vel pignora parci;
Quique neget nato, procerum quod præstet honori.

Imperatoris æqualis sibi: *senes negligunt antiqua, et gaudent fata secunda sibi contigisse* usque *ad hunc diem, et prædicant sæculum* hoc *placidum, quod* scilicet Princeps *facilis accessu, quod* mitis *animo, solus prohibuit Senatores* Romanos *anteire currum* suum. *Cum tamen Eucherius, qui undequaque* contingit *gentem Regalem, cui* est *soror Imperatrix, præstaret officium militis fratri triumphanti* Honorio: *ita pietas severa patris* Stilichonis *moderati erga se aut filios* suos, *edocuit illum;* Stilichonis, *qui non concedat filio, quod concedit gloriæ Primorum.*

tant Vat. tert. m. pr. *Temnis* Ambr. sec. *se prospera* Pal. *fata* Vat. pr. et tert. Oisel. Vat. Livin. *fati* Leid. pr. cum triginta aliis, ed. Parm. et Vicet. Ald. Exc. Lucens. pr. et Schotti, ubi Gronovius notat, sic quoque Fabrum legere in Semestribus.—550 *demens* Med. sec. *habitu* Vat. sec. *quia* Farn. *duo* Oisel. *tempore* Exc. Læti. *quod pectore* Leid. pr. cum viginti tribus aliis, Exc. Gevart. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *tempore* vel *pectore* Florent. *quo tempore solus* Oxon. pr. *solo* Lov. *quod pectore solus* vel *quo tempore* Leid. sec. Heinsius ascripserat: '*solus*] de hac voce vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 48.'—551 *metuit* pro *vetuit* Bonon. *meruit* Petav. tert. *turrus* Lov. *circum* pro *currum* Bonon. Petav. tert. *currit* Mazar.—552 *regibus* pro *regius* Oisel.—554 *Obsequium* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Mazar. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Cod. Rhem. *Officium* quatuor Vat. Pal. Farn. Pric. Rott. Heinsius hic seqq. notaverat: 'merito hoc laudat. Erat enim moris, ut liberi simul curru triumphali veherentur. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 67. f. Capitolin. p. 29. l. 12. quem omnino vide. est enim locus corruptissimus. vid. Casaub. p. 70. Salmas. p. 88.' *sic illud* Rott. *illi* Mazar.—555 *Instruxit* Ambr. pr. *Instruit et* Put. *pignora* Reg. *pignore* duo Vatt. Petav. pr. Put. Petav. *parca* Med. quart.—556 *Quodque neget* Med. quart. *negat* Reg. *quod præstet* Exc. Læti. *qui* ed. Vicet. *præstat* Vat. pr. Pal. Oisel. Florent. m. pr. Med. pr.

NOTÆ

548 *Temnunt prisca*] Dum spectant præsentem lætitiam.

Prospera fati] Id est, prospera fata. Phrasis Græca.

551 *Præcedere*] Præcedentes Imperatores jubebant Senatores, servorum instar, anteire currus suos. Id quod non fecit Honorius, immo consiliis Stilichonis magnam semper reverentiam Senatui præstitit.

553 *Augusta soror*] Maria uxor Honorii, soror Eucherii, filia Stilichonis.

555 *In se vel pignora parci*] Stilicho semper fuit parcus et moderatus in se et Eucherium filium unicum, cum de honoribus ageretur. Zosimus scribit Stilichonem fuisse moderatione insignem, adeo ut cum filium haberet unicum, eum tantum ad dignitatem Tribuni ac Notarii extulerit; quam

Hæc sibi cura senum, maturaque comprobat ætas:
Idque inter veteris speciem præsentis et aulæ
Judicat, hunc civem, dominos venisse priores.
Conspicuas tum flore genas, diademate crinem,
Membraque gemmato trabeæ viridantia cinctu,
Et fortes humeros, et certatura Lyæo
Inter Erythræas surgentia colla smaragdos
Mirari sine fine nurus: ignaraque virgo,
Cui simplex calet ore pudor, per singula cernens

Cura senum, et virilis ætas id *experitur* pro *se, et dignoscit illud inter formam antiqui Imperii et præsentis; hunc* Honorium *adventare* ut *civem*, at *præcedentes* adventasse ut *tyrannos. Tunc nurus* cœperunt *semper admirari vultum* Imperatoris *spectabilem flore* ætatis, et *comas* cinctas *diademate, et corpus effulgens amictu baccato vestis* Consularis, *atque humeros valentes, et colla non concessura Baccho*, colla *exsurgentia inter Smaragdos* maris *rubri: ac puella inscia, cui pudor simplex ardet* in *vultu, vertens* oculos *per omnia, consulit nutricem* suam *vetulam*,

Reg. Oxon. pr.—557 *Hic* Vat. sec. Moret. sec. *Nec* Petav. tert. *Hæc* Leid. sec. Voss. Oxon. pr. duo Med. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Pat. duo Ambr. Moret. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *matura hoc* Leid. pr.—558 *veteres* Vat. pr. m. pr. *speciem veteris* Ambr. pr.—560 *Conspicuo* Oisel. Florent. m. pr. Reg. Mazar. Oxon. pr. Exc. Cod. Rhem. *Conspicuas* Var. LL. ed. Antv. *Conspicuo* vel *Conspicuas* Vat. pr. *dum* Med. sec. *cum* Farn. *tunc* Leid. sec. Pal. Med. pr. Pat. Voss. Moret. pr. Exc. Gevart. et Cod. Rhem. *tum* Leid. pr. Oxon. pr. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. tres Petav. Mazar. Bonon. Lov. tres Ambr. Vat. Livin.—561 *virulentia* Petav. sec. *viridantia* vel *radiantia* Petav. pr. *tractu* Vat. quint.—562 *fortis* Ambr. sec.—563 *Erythræos* duo Vatt. Farn. Pric. Rott. *Erythræas* tres Vatt. Pal. Oisel. Florent. Ambr. sec. *Eristeos* Moret. pr. *Eriteos* Moret. sec. *Heriteas* Lov. *Ericteos* Reg. Thuan. Mazar. Oxon. pr. *Erytreas* Jun. pr. Oxon. sec. duo Leidd. *enituras* Med. pr. *Erideos* vel *enituras* Med. quart. *cingentia* Jun. pr. Oxon. sec. m. pr. *maragdos* Vat. pr.—565 *supplex* pro *simplex* Florent. Exc. Lucens. sec. *ora* Pric. m. pr. *ille pudor* Lov. Moret. sec. *pudor* vel *ruber*

NOTÆ

dignitatem Claudianus attigit. Contra Orosius prodidit Stilichonem, ut filium purpura indueret, totius orbis fudisse sanguinem.

557 *Cura senum*] Senes cura omnia expendentes, et viri ætate matura id comprobant, experiuntur, judicantque *sibi*, seu suo commodo, Stilichonem esse moderatum, et venire ut civem, alios Imperatores venisse ut tyrannos.

560 *Flore*] Flore ætatis, seu prima lanugine.

561 *Viridantia*] Forsan ob virides smaragdos, aut alias ejusmodi gemmas.

562 *Fortes humeros*] Tales attribuebantur priscis Heroibus.

Lyæo] Baccho formosissimo: Lyæus dicitur, ἀπὸ τοῦ λύειν, *solvere*, quod vinum solvat animum curis.

563 *Erythræas*] Maris rubri seu Erythræi, vel forte maris Orientis, aut Persici, gemmis fœcundi, aut Indici, quod rubrum nonnunquam vocatur, quod rubeat radiis Solis orientis.

Nutricem consultat anum, quid fixa draconum
Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur
Sibila suspensum rapturi faucibus hostem.
Ut chalybem indutos equites, et in ære latentes
Vidit cornipedes: Quanam de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? quæ terra metallo
Nascentes informat equos? Num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro, simulacraque belli
Viva dedit? gaudet metuens, et pollice monstrat,
Quod picturatas galeæ Junonia cristas

quid ora serpentum in vexillis *defixa notent; an fluctuent* vi *ventorum, an intentent sibila vera, comprehensuri jugulo hostem pendentem.* Sed *postquam aspexit equites vestitos chalybe, et equos delitescentes sub ære, interrogabat,* ex *qua regione viri ferrati advenerunt? Quæ terra producit equos natos* in *metallo? An Vulcanus auctor dedit hinnitum ferro, et præbuit vivas effigies belli? Lætatur timens, et ostendit digito, quod* pavo *volucris Junonis exornet jubas pictus cassidis, aut quod*

Vat. tert.—566 *avem* pro *anum* Rott.—567 *fluitent* Exc. Lucens. pr. *fluitant* Farn. Pric. Rott. Thuan. Put. Petav. sec. Bonon. Pat. Oxon. pr. ed. Parm. et Vicet. *minantur* Rott. Med. sec. Put. Petav. sec.—568 *rapturi* Rott. *raptari* Var. LL. ed. Antv. *ensem* Vat. sec. m. pr.—569 *chalybem indutos* duo Petav. *chalybe indutos* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *chalybem inductos* Vat. quint. Put. Bonon. Ambr. pr. *chalybe inductos* Reg. *chalybum* Med. quart. *chalybem* Lov. Moret. pr. vet. Gyr. Exc. Schott. ubi Gronovius ascripserat Lib. II. in Rufin. 357. *indutos* Thuan. Mazar. *inductos* Rott. Florent. Med. quart. Jun. pr. Oxon. pr. Moret. pr. Petav. sec. *chalybem dutos* et emendatum *chalybe indutos* duo Vatt. Pric. *ut in ære* inc. Heins. Pat. *latentes* vel *nitentes* Forent.—572 *Nascentes* Exc. Lucens. pr. *Ferratos* ed. Vicet. *informet* Vat. pr. et tert. *non* pro *num* Leid. sec. Florent. Thuan. Mazar. Tholos. Petav. sec. *actor* Vat. sec. Med. pr. Put. duo Petav. duo Ambr. *auçtor* Exc. Læti.—573 *Abdidit* Reg. *Indidit* Vat. pr. et Vat. Livin. *Addidit* vel *Indidit* Vat. tert. *ferri* inc. Heins. *belli* Vat. pr. et tert. Pal. m. sec. duo Med. Reg. Mazar. Oxon. pr. Vat. Livin. *bello* Florent. m. pr. *bellis* duo Vatt. Pal. Rott. Ambr. sec.—574 *gaudens* Med. sec.—575 *Ut* inc. Heins. *Et* Tholos. *Quot* pro *Quod* legebat Heins.

NOTÆ

566 *Draconum*] Dracones in vexillis ita depicti, ut sibilare et hostium depictorum fauces rapere viderentur. Inter signa fuere Aquilæ, Dracones, et Labarum ante Imperatorem gestari solitum, intertextum auro gemmisque distinctum et militibus venerandum. Hujus loco, Constantino jubente crucis insigne præferri cœptum est.

569 *Chalybem indutos*] Intelligit cataphractos equites, tam densis ferri laminis tectos, ut statuas moveri crederes.

572 *Nascentes informat equos*] Tam affabre cataphracti erant equi, ut hi cum armis suis nati esse, aut ferrum hinnire videretur.

Lemnius] Vulcanus dictus *Lemnius* ab insula Lemno, quæ est in mari Ægæo, ubi est officina Vulcani, sicut et in Ætna.

575 *Junonia avis*] Pavo, cujus plumæ galeis ducum additæ, ut et altio-

Ornet avis, vel quod rigidos vibrata per armos
Rubra sub ærato crispentur serica dorso.
Tum tibi magnorum mercem Fortuna laborum
Persolvit, Stilichon; curru cum vectus eodem
Urbe triumphantem generum florente juventa
Conspiceres, illumque diem sub corde referres,
Quo tibi confusa dubiis formidine rebus
Infantem genitor moriens commisit alendum.
Virtutes variæ fructus sensere receptos:

fasciæ *sericæ agitatæ per armos* equi *ferreos, fluctuent sub dorso aheneo. Tunc,* o *Stilicho, fortuna solvit tibi mercedem factorum ingentium, cum* tu *invectus curru eodem, videres* in *urbe* Roma *generum* tuum *triumphantem* in *flore ætatis, et revocares in memoriam eum diem, quo pater* ejus Theodosius *emoriens, credidit tibi* ipsum *infantem educandum, imperio fluctuante* ob *timores varios.* Nunc *virtutes*

galea Vat. pr. m. pr.—576 *Ornat* Ambr. pr. inc. Heins. *quid* Exc. Lucens. pr. *qui* ed. Vicet. *quadrijugos* pro *quod rigidos* Vat. sec. Var. LL. ed. Antv. *umbrata* pro *vibrata* Put. *ornata* Pat. *vibrata* vel *ornata* Vat. pr.—577 *subærato* Vat. Livin. *ærato* Vat. pr. *ærato* vel *aurato* Vat. tert. *crispetur* Farn. *crispantur* Med. sec. Put. Ambr. pr.—578 *Tum* Moret. pr. *Nunc* Med. pr. *Hunc* Pal. *Tunc* quatuor Vatt. Farn. Pric. Rott. *mihi* Med. sec. *mentem* pro *mercem* Jun. pr. *sese* vel *mercem* Vat. pr. *malorum* Pal. Med. pr.—579 *tum rectus* Moret. pr. *convectus* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *devectus* Ambr. tert.—580 *fulgente* pro *florente* Pric. Med. quart. inc. Heins.—581 *Conspiciens* Ambr. pr. *Aspiceres* Moret. pr. *referres* vel *teneres* Oxon. sec.—582 *Quid* Moret. pr. *Quod* Jun. pr. —583 *moriens genitor* Pal. Med. pr. Moret. pr. *habendum* pro *alendum* Oisel. —584 *Virtutum* Mazar. *fluctus* Ambr. pr. Lov. m. pr. *fructum receptum* Pal. Med. pr. *fructum receptum* vel *fructus receptos* Med. quart.—585 *Desertum* pro

NOTÆ

res et formidabiliores apparerent, ex Polybio.

577 *Serica*] Intelligit fascias sericas, quibus enses suspendebantur.

578 *Mercem*] O Stilicho, tibi præmium magnum fortuna persolvit, cum effecit ut videres triumphantem Honorium, qui ad id tuis laboribus pervenerat.

580 *Florente juventa*] Virgilius: 'Ambo florentes ætatibus,' &c.

582 *Confusa formidine*] Dubiis rebus, hoc est, Imperio dubio, fluctuante, et velut ruinam minitante ob formidinem tyrannorum, a quibus omnia turbata prope, atque confusa erant.

583 *Infantem alendum*] Supra sæpius: sed tamen Honorius agebat tum annos undecim.

584 *Fructus*] Virtutes, fides, constantia, pietasque Stilichonis senserunt se recepisse fructus debitos: fides enim gaudet se servasse Honorium ceu depositum, hocque gaudium magnus est fidei fructus. Sic de constantia et pietate sentiendum. Sic magis laudatur Lycurgus quod filium fratris τοῖς σπαργάνοις σπαργανούμενον, *fasciis involutum*, fideliter aluerit, et ipsi regnum restituerit, quam si ipse regnasset.

Depositum servasse Fides, Constantia parvum
Præfecisse orbi, Pietas fovisse propinquum.
Hic est ille puer, qui nunc ad Rostra Quirites
Evocat, et solio fultus genitoris eburno
Gestarum Patribus causas ex ordine rerum,
Eventusque refert: veterumque exempla secutus
Digerit imperii sub judice fata Senatu.
Nil cumulat, verbisque nihil fiducia celat.
Fucati sermonis opem mens conscia laudis
Abnuit. Agnoscunt proceres, habituque Gabino
Principis, et ducibus circumstipata togatis
Jure paludatæ jam curia militat aulæ.

diversæ experiuntur mercedem redditam sibi: *fidei* est *conservasse depositum, constantiæ præposuisse puerum mundo, pietatis educasse affinem. Hic est puer ille* Honorius, *qui nunc vocat populum* Romanum *ad forum, et innixus solio eburneo patris* Theodosii, *memorat Senatoribus secundum seriem causas rerum factarum, et exitus* varios: *et imitans exempla antiquorum, disponit fata Reipublicæ judicio Senatus. Confidentia nihil exaggerat, et nihil occultat dictis. Animus* ejus *sciens* se mereri *gloriam, respuit auxilium eloquentiæ fucatæ. Primores* eum *cognoscunt, et Senatus* cohonestatus *veste Gabina Imperatoris, et circum frequentatus ductori-*

Depositum Voss. Leid. sec. m. pr.—586 *Perfecisse* pro *Præfecisse* Put. Reg. *Profecisse* Var. LL. ed. Antv. *fecisse* pro *fovisse* Ambr. pr. *servasse* vel *fovisse* Vat. sec. Moret. pr.—590 *Eventusque docet* Ambr. sec.—591 *Dirigit* Med. quart. Tholos. Exc. Schott. *Dixerit* Put. *vindice* Med. sec. *fata* Petav. sec. *facta* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel.—592 *verbisque* Med. sec. *verbique* ed. Vicet. *verbi quæ nil* Exc. Læti. *simul* pro *nihil* Vat. quint. *celat* vel *omittit* Lov. —593 *Frustrati* Jun. pr. *Fuscati* Leid. sec. cum duodecim aliis et Exc. Gevart. *nescia fraudis* pro *conscia laudis* conjecerat Heinsius, sed postea delevit. —594 *Annuit* Jun. pr. Med. sec.—595 *Principibus* pro *Principis et* Moret. pr. —596 *pio lautæ* pro *paludatæ* Vat. tert. Rott. Pric. m. pr. Mazar. Petav. sec. Pat. Tholos. Voss. ambo Moret. ed. Vicet. *pio laudatæ* Var. LL. e marg. Parm. *pio lautæ* vel *paludatæ* Florent. Thuan. Petav. pr.—597 *ales* Vat. pr. et tert.

NOTÆ

588 *Evocat*] More Consulum.

592 *Nil cumulat, nihil celat*] Honorius nihil exaggerat, nihil reticet: sed omnia dicit honesta quadam fiducia, et sine eloquentia affectata.

594 *Agnoscunt*] Proceres eum agnoscunt velut unum ex Senatoribus, adeo moderatus est factis dictisque! agnoscunt, quasi ipsi imperium detulerint, quod a Patre accepit.

Habitu Gabino] Veste Consulari, de qua supra.

596 *Jure paludatæ*] Paludamentum est vestis Martia, seu bellatorum propria. Aula Paludata, quia Paludatum habet Imperatorem, seu tali veste indutum. Id arguit etiam miram inter togam et arma concordiam, nam Princeps, qui solet esse Paludatus, nunc veste Consulari indutus est, et duces etiam togati cum Senatoribus sedent.

Militat] Curia seu Senatus *militat*, exercet militiam togatam, *jure*, seu

Affuit ipsa suis ales Victoria templis,
Romanæ tutela togæ: quæ divite pompa
Patricii reverenda fovet sacraria cœtus,
Castrorumque eadem comes indefessa tuorum,
Nunc tandem fruitur votis; atque omne futurum
Te Romæ, seseque tibi, promittit in ævum.
Hinc te jam patriis laribus via nomine vero

bus togatis, jam *militat auspicio Aulæ paludatæ. Victoria ipsa alata custos imperii Romani interfuit* in *templis suis; quæ* Victoria cum *apparatu opulento colit sacellum venerandum consessus Patricii, et eadem socia indefatigabilis armorum tuorum, nunc tandem potitur desideriis* suis, *et pollicetur te*, o Honori, *Romæ, et se tibi in omnem ætatem venturam. Hinc via sacra* dicta *nomine vero, jam reportat*

Pal. duo Med. Vat. Livin. vet. Gyr. Var. LL. ed. Antv. *talis* tres Vatt. Farn. Rott. Oisel. Jun. pr. duo Oxon. duo Leidd. *talis* vel *ales* Pric.—598 *penna* Vat. pr. Pal. Rott. Bonon. Ambr. sec. duo Leidd. *pina* Pric. Oisel. *pompa* duo Vatt. Put. Reg. Mazar. Pat. duo Ambr. Jun. pr. duo Oxon. Var. LL. ed. Antv. *pinna* duo Petav. Tholos. Lov. Moret. sec. *plena* Var. LL. e marg. Parm. *Parma* Exc. Lucens. sec. unde *palma* conjiciebat Heinsius ascripto loco Claud. Lib. in II. Cons. Stilich. 205. 'O palma viridi gaudens et amicta tropæis.' ubi vide has Var. LL. *penna* vel *pinna* Thuan. *pinna* vel *pompa* Exc. Schott. *parma* vel *penna* Exc. Læti. *penna* vel *pompa* Florent. Petav. pr.—599 *Patriciis* Var. LL. e marg. Parm. *veneranda* pro *reverenda* Put. Ambr. pr. *fuit* pro *fovet* Vat. pr. m. pr. *foret* Var. LL. ed. Antv.—601 *Nunc autem* Ambr. pr. *votis* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. *junctis* pro *votis* Reg. Petav. sec. Tholos. Moret. sec. desideratur hic versus in Put.—602 *Romæ* Moret. pr. Ald. *sibi* pro *tibi* Moret. pr. *præmittit* Put. *promittit* Jun. pr. Ambr. sec. *permittit* Vat. sec. Med. quart. inc. Heins. Petav. sec. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. *promittit* vel *permittit* Florent. *in ævo* Oxon. sec.—603 *Jam*

NOTÆ

legibus Aulæ Paludatæ, hoc est, Imperatoris Paludati, seu bellis faciendis se occupantis. *Militia togata* sæpe dicitur de Oratoribus in libris Jurisconsultorum: de Oratore Ovidius, 'Arma movet linguæ:' et Valerius Maximus de milite, 'depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam;' et alio in loco de Paulo et Pontio causarum actoribus, qui 'luminibus capti, eadem industria forensia stipendia executi sunt.' Immo et miles dicitur de Philosopho, 'Carneades laboriosus et diuturnus sapientia miles.'

597 *Ales Victoria*] Victoria Dea depingebatur alata ob celeritatem: hæc ex quibusdam Acherontis Stygisque filia; sed melius Cœli proles ex Varrone. Templis ludisque decorata est. Athenienses hanc sine alis depingebant, ne unquam evolaret. Hinc patet Victoriæ simulacrum aut non sublatum, ut suadebat S. Ambrosius, aut statim repositum.

598 *Romanæ togæ*] Victoria custos Romani Imperii, in quo toga et leges semper dominatæ sunt.

601 *Fruitur votis*] Alii legunt, *fruitur junctis:* Victoria fruitur te et Roma conjunctis.

602 *Te Romæ*] Victoria promittit te Romæ, o Honori, et se tibi in omne ævum futurum: hoc est, et tu et Roma semper vincetis, triumphabitis.

603 *Via sacra*] Vere via est sacra,

Sacra refert. Flagrat studiis concordia vulgi,
Quam non illecebris dispersi colligis auri;
Nec tibi venales captant æraria plausus
Corruptura fidem: meritis offertur inemtus
Pura mente favor. Nam munere carior omni
Obstringit sua quemque salus. Procul ambitus erret,
Non quærat pretium, vitam qui debet amori.
O quantum populo secreti numinis addit

te in Palatium patrium: favor vulgi ardet affectu communi, *quem non acquiris blanditiis auri dati; neque fiscus depravaturus fidem aucupatur tibi applausus vendibiles: benevolentia inemta datur virtuti* tuæ *animo sincero: etenim vita sua pretiosior donis cunctis devincit unumquemque. Ambitio procul exulet*, ille *non* potest *consectari dona, qui debet salutem* suam *amori. O quantum præsens Numen*

patriis in te Moret. pr. *patriciis* pro *jam patriis* Thuan. *paries* pro *patriis* Ambr. tert. *nomine verso* Pal. Med. pr.—604 *studiis flagrat* Voss. Leid. sec.—606 *venalis* Ambr. tert. *aptant* Ambr. sec.—607 *Corruptumque* Med. quart. *infertur* Florent. Reg. *transfertur* Mazar. *ineptus* duo Med. Ambr. pr. *ineptis* Petav. sec. *inemptis* Vat. pr. et tert. Rott. Med. sec. Reg. Thuan. Mazar. Voss. Moret. pr. Leid. sec.—608 *jam munere* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *murmure* Leid. sec. *clarior* Vat. sec.—609 *Obstrinxit* Vat. pr. et Vat. Livin. *Adstringit* Florent. m. pr. ed. Vicet. *Astringit* Farn. Vat. sec. *Abstringit* Rott. *Obstringit* duo Leidd. et viginti Codd. Exc. Gevart. Lucens. pr. Cod. Rhem. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *errat* duo Vatt. Pal. Farn. Rott. *hæret* Jun. pr. Oxon. sec. *erret* duo Leidd. cum quindecim aliis, Exc. Gevart. Lucens. sec. Var. LL. e marg. Parm.—610 *Nec* Tholos. *quærit* quatuor Vatt. Pal. Oisel. Exc. Læti. *quærat* Leid. pr. Thuan. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. *quæret* Leid. sec. duo Med. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Voss. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. Exc. Gevart. *qui vitam* Lov. *dedit* pro *debet* Vat. pr. m. pr. et tert.—611 *populi* Vat. quint. *numinis* tres Vatt. Farn. Vat. pr. m. sec. *nominis* Vat. pr. m. pr. Pal. Oisel. Pric. m. sec. Med. sec. *muneris* Jun. pr. Oxon. pr. m. pr. Put. Thuan. Moret. pr. duo Ambr. *nominis* vel *numinis* Vat.

NOTÆ

qua tu velut numen incedis, et Palatium patrium repetis. Romæ fuit *via sacra*, eaque celeberrima.

604 *Flagrat concordia*] Cives omnes communi concordia flagrantes, te ardenti studio et amore prosequuntur ac venerantur.

605 *Dispersi*] Instar aliorum Principum, qui auro sparso favorem popularem venabantur. 'Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses?' Sic Philippus increpabat Alexandrum, ex Valerio Maximo.

609 *Obstringit sua quemque salus*] Cura suæ salutis, quam a te sperant, quæque in tua salute posita est, devincit omnes, et eos ad te colendum impellit.

610 *Debet*] Procul est ambitus, nec ille quærit aurum, qui salutem suam debet amori Principis: huic obstringitur alio nexu, meliore quam auro.

611 *Secreti numinis*] Quantum addit secretæ cujusdam reverentiæ, qualis defertur numini, quod veneratur in Principe.

Imperii præsens Genius! quantamque rependit
Majestas alterna vicem, cum regia Circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus!
Assensuque cavæ sublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor, unaque totis

Imperii dat civibus reverentiæ arcanæ! et quantum majestas Principis *reddit vicissim amoris, cum purpura Imperatoria salutat populum densatum* in *subselliis amphitheatri! et clamor populi salutati elatus in cœlum plausu vallis concavæ remu-*

tert. Florent. Petav. pr.—612 *species præsens* Jun. pr. *genius* Leid. pr. Moret. sec. Med. quart. Petav. sec. Tholos. Lov. m. pr. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Heinsius ascripserat. de *Geniis* vid. Bernart. ad Lib. I. Sylv. Statii, Equo Domitiani. *generis* vet. Gyr. *gemitu* Pric. *species* omnes Vatt. Pal. Farn. Rott. Oisel. *genius* vel *species* Reg. Oxon. sec. *quantumque* Jun. pr.—613 *rudem* pro *vicem* id. Jun. *fidem* Ambr. tert. *curi* pro *circi* Med. sec.—614 *Conexum* quatuor Vatt. Pric. Oisel. Florent. Med. sec. Bonon. Ambr. pr. *Connexum* Pal. duo Oxon. Leid. pr. et sec. cum glossa, *i. e. collectum*. *Convexum* Med. pr. Tholos. Lov. Jun. pr. Var. LL. e marg. Parm. *gravibus* pro *gradibus* Jun. pr. *venerantur* Ambr. pr. *purpura cuti* et postea *regia vulgus* Med. pr. *purpura Circi* et *regia vulgus* Vat. quint.—615 *Assensuque* Med. pr. Moret. pr. Vat. Livin. *Consessuque* Vat. quint. *Consensusque* Leid. sec. Exc. Gevart. in Lovan. ex emendatione erat l. *Consensusque*. *consensus* et *fragor* sunt opposita. *Consensuque* tres Vatt. Farn. Pric. Rott. Gronov. in Exc. Schotti seqq. notaverat. ‘*Consensuque cavæ*] perperam Bullingerus legit, *Consensu caveæ s. in æ. clamor*. Lib. I. de Theatr. c. 51. Vult Poëta, crebros populi abblandientis plausus ab opposita valle reddi majores. Plin. Lib. II. c. 44. et Lib. XXXVI. c. 15. Lucan. IV. 159. Claud. II. de Laud. Stil. ut omittam caveam in Amphitheatro esse. Cassiodor. Lib. IV. Ep. Hæc Thom. Dempster. ad Lib. I. Rosin. c. 2.’ *dilatus* Vat. sec. *æthere* Farn. Jun. pr. Med. sec.—616 *odoratæ* Med. quart. duo Ambr. *adoratæ* vel *honoratæ* Pric. Heinsius hic seqq. notat. “ *adoratæ* pro *salutatæ*. Mira locutio. sic et Capitolinus in Pertinace. p. 58. l. 31. ‘ Fuit in curia honorificentissimus, ita ut Senatum faventem adoraret, et quasi præfectus Urbi cum omnibus sermonem participaret.’ Casaub. p. 162. d. sic sæpe *adorati* Imperatores Romani posterioris ævi scriptoribus dicuntur. nam Salmasius, qui revera adoratos credit ad Hist. Aug. p. 319. fallitur. nisi fortassis Imperatores nequam. De Persarum Regibus notum est. Tacit. Histor. Lib. I. ‘ Nec deerat Otho, pro-

NOTÆ

612 *Genius*] Imperator, qui est velut numen ac Genius tutelaris Imperii. In antiquis nummis legitur, ‘ Genio populi Romani.’

613 *Vicem*] Majestas Principis reddit vicissim vicem, seu reverentiam reciprocam, cum ingrediens theatrum salutat populum universum.

614 *Connexum*] Densatum : *gradibus*, id est, in variis subselliis *Circi* seu amphitheatri, vel in area subjecta amphitheatro. Alii legunt *Convexum*, id est, populum in Convexo, seu rotundo amphitheatro sedentem. Alii *Connixum*, id est, populum effultum amphitheatro.

Purpura] Imperator Regali purpura indutus veneratur populum.

616 *Plebis*] Populi adorati, a Principe salutati, clamor et plausus resonat. Otho apud Tacitum protendens manus adorat vulgum ; et ex Claverio Cedrenus scribit Regem mense Maio prodeuntem in publicum προσκυνεῖν,

Intonat Augustum septenis arcibus Echo!
Nec solis hic cursus equis: assueta quadrigis
Cingunt arva trabes, subitæque aspectus arenæ
Diffundit Libycos aliena valle cruores.

git, et una Echo personat nomen *Imperatoris* in *omnibus septem collibus. Neque vero cursus* est *equorum solorum: tigres implent campos suetos* impleri ab *equis, et facies Circi repentini dispergit sanguinem Libycum* in *valle externa. Hoc spati-*

tendens manus, adorare vulgum, jacere oscula et omnia serviliter pro dominatione.' vide de hoc ritu Salmas. ad Hist. Aug. p. 441." *resonat* vel *reboat* Vat. sec. *totos* Put. Ambr. pr. *totus* Ambr. tert.—617 *Augustus* Put. *arcibus* Reg. Thuan. Petav. sec. *artibus* Farn. *partibus* Exc. Schott. *collibus* duo Vatt. Put. Petav. pr. Sched. Gud. *vocibus* Vat. sec. m. pr. atque ita legebat Heinsius, ascripto loco Cons. Olybr. 176. 'collesque canoris Plausibus impulsi septena *voce* resultant.' *collibus* vel *montibus* Vat. sec. m. sec.—618 *Nec hic cursus equis solis* Jun. pr. *hinc* Rott. *hæc* Put. *currus* Reg. Med. quart. *equos* Moret. pr. *assueta* duo Med. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *advecta* Vat. sec. Rott. Med. quart. inc. Heins. Reg. Thuan. Petav. sec. Pat. Tholos. duo Ambr. Jun. pr. Lov. Moret. sec. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *attrita* Pric. *assueta* vel *advecta* Leid. pr. duo Oxon. Florent. Petav. pr. Vat. tert. sic *desueta fora* infra vs. 645.—619 *Tingunt* Exc. Schott. et Gevart. *Cingunt* vel *Tingunt* Florent. Petav. pr. *cingunt arma* Barth. *arma* duo Vatt. Rott. Med. quart. Put. Ambr. pr. *arma* vel *arva* Florent. Petav. pr. *trabes* Leid. pr. m. pr. Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *tigres* quatuor Vatt. Pal. Farn. Rott. Vat. pr. m. sec. *tigres* vel *trabes* Oxon. sec.—620 *Diffundunt* Vat. pr. m. sec. *Effundit* Tholos. *Diffundit* Var. LL. e marg.

NOTÆ

καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι, adorare, et vicissim adorari: sed adorare tum latius, ut puto, sumitur, ut in Genesi, cumque 'adorassent eum fratres sui,' de fratribus Joseph.

617 *Echo*] Hæc Nympha erat, quæ a Narcisso spreta, amore contabuit, et corpore in saxum mutato, nil nisi vocem retinuit, quæ aliquando septies remittitur, unde Echo a Nonnio dicitur *ἑπτάστομος, septem habens ora.* Unde et Lucretius, 'sex etiam ac septem loca vidi reddere voces, Unam cum faceres;' et in urbe Cyzico, et in Olympiæ porticu Echo fuit septena; unde *ἑπτάφωνος, septies sonans*, porticus dicebatur, ex Plinio. Talis erat Echo Parisiensis prope Carentonium: hodie Echo Genuensis, eandem vocem plusquam decies repetit, unde horribilis est tonante Jove. Echo dicitur quasi *ἦχος, sonus:* ab Horatio 'jocosa Montis imago;' ab Ausonio appellatur 'aëris et linguæ filia.'

619 *Trabes*] Intellige pegma quoddam, in quo luderent ignes, ut in Consulatu Theodori. Alii legunt *Cingunt arva tigres*, quæ curribus junctæ ambiunt currendo, et velut implent arva sueta calcari quadrigis. Tigres junxit Bacchus: junxit et Heliogabalus, de quo Ælius Lampridius, 'junxit sibi et leones, Matrem magnam se appellans: junxit et tigres, Liberum sese vocans.'

Aspectus] Facies arenæ statim rubuit cruore ferarum Libycarum, quæ subito immittebantur in Circum, ope machinamenti cujusdam fictitii, ubi occidebantur, dum in vallem inopinam dejiciebantur. Per *Libycos cruores* intelligere possumus sanguinem leonum Libycorum.

620 *Aliena valle*] In valle ignota,

Hæc et belligeros exercuit area lusus.
Armatos hic sæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfusosque recursus,
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus, insonuit cum verbere signa magister,
Mutatos edunt pariter tot pectora motus.

um Circi *celebravit lusus Martios. Hic sæpe videmus cohortes armatas, et cursus implicatos certa arte currendi, et recursus observatos* rite, *et modos gratos errorum, et grata* spectacula *Martis: cum gubernator dedit signum flagello, milites exhi-*

Parm. *Diffudit* duo Leidd. Vat. quint. Farn. Med. quart. Petav. sec. duo Ambr. Lov. Moret. sec. Voss. Jun. et Oxon. pr. Exc. Gevart. edd. Vicet. Parm. Isingr. Junt. Colin.—621 *Hæc* Put. Reg. Thuan. Mazar. Petav. sec. Bonon. Pat. Tholos. Ambr. sec. Oxon. pr. duo Leidd. ambo Moret. *Huc* Med. pr. inc. Heins. *Hic* duo Vatt. *alea* Med. sec. *ludos* Vat. quint. Reg. Petav. pr. Oxon. pr.—622 *Armatas* Lov. Heinsius citat hic Lindenborg. in Ammian. p. 49.—623 *Tectas* Thuan. Pat. *inconfusoque* Petav. tert. *inconnexosque* Jun. pr. *inconvexosque* vel *inconfusosque* Oxon. sec. *recessus* pro *recursus* Vat. pr. m. pr.—624 *eroum* Vat. tert. m. pr. *en rerum* Farn. *heroum* vel *errorum* Petav. pr. *artes* quatuor Vatt. Pal. Farn. Pric. Thuan. Petav. pr. *arces* Vat. tert. Pric. m. sec. Rott. Florent. Put. Reg. Mazar. Petav. tert. Lov. Oxon. pr. Moret. sec. *jocundaque* Vat. tert. Pric.—625 *Comminus* pro *Cernimus* Jun. pr. *digna* pro *signa* Put. *segne* Pat. *magistri* Jun. pr.—626 *Mutatos* duo Leidd. duo Oxon. omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Rott. Oisel. Jun. pr. Lov. ambo Moret. Vat. Livin. *Mutatosque* al. Mss. item Gesn. et ed. Bipont. *pitum* pro *pariter* Tholos. *tunc* Put. *munera* Vat. sec. m. pr. *tot pectora* duo Leidd. cum viginti tribus aliis, Exc. Gevart. Schott. Lucens. pr. Sched. Gud.

NOTÆ

externa, in qua non nati erant leones.

621 *Belligeros lusus*] Militares exercitationes, quæ in area Circi, aut campi Martii celebrabantur: vel ludos gladiatorum intelligere potes, quibus commissa et exhibita simulacra bellorum.

624 *Errorum artes*] Cursus et recursus ineunt ita implicatos, ut equites errare videri possint. Id quod Virgilius mire exprimit: 'Inde alios ineunt cursus aliosque recursus, Adversis spatiis, alternosque orbibus orbes Impediunt, pugnæque cient simulacra sub armis.' Alii legunt, *erronum acies*, alii *heroum*, vel *errorum acies.*

Jucundaque Martis] Id est, jucunda spectacula. Phrasis Græca.

626 *Mutatos motus*] Varios modo clypeo, modo ensibus motus edunt.

Pectora] Pars pro toto: non enim *pectora* solum edunt motus, sed milites pectorosi, seu pectore et animo pleni, varios edunt motus clypeis, umbonibus, et aliis armis. Hanc *ὁπλομαχίαν*, *exercitationem armisonam*, multi explicuerunt. Inter alios Scaliger in Poëtica, Pyrrhicam saltavit, unde hæc de se scribit: 'Hanc nos et sæpe et diu coram Divo Maximiliano [Imperatore], jussu Bonifacii patrui, non sine stupore totius Germaniæ repræsentavimus, quo tempore aliquando vox illa Imperatoris: Hic puer aut thoracem pro pelle aut pro cunis habuit.'

In latus allisis clypeis, aut rursus in altum
Vibratis: grave parma sonat, mucronis acutum
Murmur, et, umbonum pulsu modulante resultans,
Ferreus alterno concentus clauditur ense.
Una omnis submissa phalanx, tantæque salutant
Te, Princeps, galeæ. Partitis inde catervis
In varios docto discurritur ordine gyros,
Quos neque semiviri Gortynia tecta juvenci,
Flumina nec crebro vincant Mæandria flexu.

bent simul tot motus varios scutis allisis in latus, aut jactatis iterum in altum: clypeus resonat graviter: strepitus cuspidis acutus est, et concentus quidam *aheneus resiliens* ex *impulsu resonante clypeorum, finitur alterne gladiis. Cuncta cohors simul demissa, et tot galeæ adorant te*, o *Imperator; hinc cohorte divisa curritur in ambages diversas arte sagaci, quas* ambages *neque superet Cretensis domus bovis semiviri, neque fluvius Mæander anfractibus geminatis. Catervæ redeuntes gressu separato*

Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—627 *abissis* pro *allisis* Tholos. *allisis* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Reg. Thuan. Mazar. tres Petav. Bonon. Pat. Voss. tres Ambr. Lov. Moret. sec. Vat. Livin. Exc. Gevart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *in artum* Med. quart.—628 *Vibratas* Tholos. *palma sonat* Med. sec. Put. Petav. sec. *acutum* Vat. pr. Pal. Farn. Rott. Oisel. Reg. Thuan. *acuti* duo Leidd. et octodecim scripti, Exc. Gevart. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *acuto* vel *acuti* Vat. tert.—629 *Murmur* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *moderante resultat* Voss. Leidd. sec. *resultans* Reg. *resultat* Leid. pr. et plurimi Codd. Exc. Gevart. ed. Vicet. *repulsat* vel *resultans* Thuan. *resultans* vel *resultat* Vat. pr. et tert. Florent. —630 *contentus* ed. Vicet. *clauditur* duo Leidd. Jun. pr. duo Oxon. Put. Reg. Thuan. Mazar. Tholos. tres Petav. ed. Parm. *plauditur* Var. LL. ed. Antv. *ictu* pro *ense* Pal. Med. pr.—631 *Una unis* Put. *animis* Jun. pr. *Uni omnis* conjiciebat Heins. *submissa* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. *subnixa* Jun. pr. duo Vatt. Pric. Med. quart. duo Petav. Pat. Tholos. Moret. sec. Ambr. tert. Exc. Schott. ed. Parm. et Vicet. *subnixa falanx* Lov. m. pr. *subnixa* vel *submissa* Oxon. sec. *partitisque* Var. LL. e marg. Parm. *cavernis* Petav. tert.—633 *Innumeros* pro *In varios* Pric. *torto* Pat. *discurritur* Lov. m. pr. *discurrunt* Moret. pr. *agmine* unus Ambr.—634 *nec* Put. *Semiviri* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *Semiferi* vel *Semiviri* Petav. pr. *Cortinia* Lov. ed. Vicet. *continua* Exc. Cod. Rhem. *docta* pro *tecta* Med. quart.—635 *nec* Exc.

NOTÆ

631 *Salutant galeæ*] Milites galeati, sed cum militibus salutantibus galeæ demittantur, ideo ait, *galeas salutare* Honorium.

634 *Semiviri*] Minotauri, quem Ovidius vocat, 'Semivirumque bovem, semibovemque virum.'

Gortynia] *Gortyn*, *Gortys*, et *Gortyna*, oppidum Cretæ: hinc *Gortynius*, id est, Cretensis. *Gortynia tecta*, id est, labyrinthus, ita apud Poëtas decantatus, ubi 'irremeabilis error.'

635 *Mæandria*] Mæander est fluvius Asiæ sinuosus, variis flexibus et erroribus insignis: fluit per Phrygiam; Cariam a Lydia disterminat: de hoc Strabo, Μαίανδρος σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολὴν, ὥστε ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἅπασας Μαιάνδρους καλεῖσθαι: *Mæander nimis obliquus est, adeo ut omnes obliquitates ab eo Mæandri appellentur.*

Discreto revoluta gradu torquentur in orbes
Agmina: perpetuisque immoto cardine claustris
Janus bella premens, læta sub imagine pugnæ,
Armorum innocuos paci largitur honores.
Jamque novum fastis aperit felicibus annum
Ore coronatus gemino; jam Tybris in uno
Et Bruti cernit trabeas, et sceptra Quirini.
Consule lætatur post plurima sæcula viso
Pallanteus apex. Agnoscunt Rostra curules
Auditas quondam proavis, desuetaque cingit
Regius auratis fora fascibus Ulpia lictor.

vertuntur in circulum, et porta obfirmata clathris æternis, Janus constringens bella dat paci voluptatem innoxiam armorum, sub specie grata præliorum. Jamque Janus *redimitus fronte duplici pandit annum novum fastis fortunatis. Jam Tybris videt in uno* Honorio, *et vestem* Consularem *Bruti, et sceptrum Romuli. Collis Palatinus gaudet* Imperatore *Consule*, tum demum *conspecto post multa sæcula. Forum cognoscit sellam* eburneam *auditam olim proavis, et lictor Imperatorius ambit fascibus aureis fora Ulpia non assueta* amplius : *atque Honorius ornans pal-*

Læti et Lucens. pr. *vel* vet. Gyr. ed. Vicet. *vincant crebro* Med. sec. *flexu* Exc. Læti. *fletu* Rott. *fluxu* ascripsit Heinsius, ex conjectura an libro, incertum. *flexu*. cum τελεία στιγμῇ Lov. *Dictæo* pro *Discreto* Tholos. *resoluta* Lov. Jun. pr. *relicta* pro *revoluta* Vat. quint. In Schedis Heinsii seqq. erant. *resoluta.* sic Silius Lib. IV. vs. 322. ex Mss. ‘ Atque ædem refuga cedentes arte resolvunt.’ vid. Scaliger. ad Manil. a quo tamen dissentit Dempster. in Rosin. p. 22.—637 *perpetuis* sine copula, Farn. Reg. Lov. Oxon. pr. *clautris* pro *claustris* Oisel. *claustris* Jun. pr. *clathris* vet. Gyr. *castris* Exc. Cod. Rhem.—638 *lætæ* Put. Ambr. pr. item Gesn. et ed. Bipont. *læta* omnes Vatt. Pal. Farn. Pric. Oisel. *lætas* Petav. sec. *lata* Rott. Med. sec. *pœnæ* pro *pugnæ* Petav. tert.—640 *factis* Put.—641 *Tigris* pro *Thybris* Jun. pr. Oxon. sec. *in imo* Var. LL. ed. Antv.—642 *cernunt* Reg. Oxon. pr. Bonon. Pat. Ambr. pr. duo Petav.—644 *cognoscunt* Med. sec. *curulis* Petav. sec.—645 *Auditis* Var. LL. ed. Antv. *proavo* Tholos. *desuetaque* Exc. Læti. *consuetaque* Florent. *dissuetaque* Jun. pr. duo Vatt. Rott. Med. sec. Reg. duo Petav. Moret. sec. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet.—646 *Regibus* pro *Regius* Vat.

NOTÆ

637 *Immoto cardine*] Jani templum pacis tempore claudebatur.

639 *Armorum honores*] Armorum gratas et honorificas exercitationes.

642 *Bruti, Quirini*] Bruti, qui Consulatum instituit, et Quirini seu Romuli, qui regnum condidit. Utrumque Honorius Consul exhibet, et Romulum Regem, et Brutum Consulem.

644 *Pallanteus apex*] Collis seu mons Palatinus, unus ex septem Romæ collibus, in quo Imperatores habitabant.

Curules] Sellam eburneam, in qua vehebatur Imperator Consul.

645 *Auditas*] Forum agnoscit, et, ut ita dicam, videt sellam eburneam, hoc est, Consulatum Imperatoris. *Auditum proavis*, id est, id quod tantum audierant majores. Multi enim Principes ante Honorium dedignabantur Consulatum, ut munus sua majestate non satis dignum.

646 *Regius lictor*] Lictor Impera-

Et sextas Getica prævelans fronde secures,
Colla triumphati proculcat Honorius Histri.
Exeat in populos cunctis illustrior annis,
Natus fonte suo: quem non aliena per arva
Induit hospes honos: cujus cunabula fovit
Curia: quem primi tandem videre Quirites:
Quem domitis auspex peperit Victoria bellis.
Hunc et privati titulis famulantibus anni,
Et quos armipotens genitor, retroque priores

mis Geticis secures sextas, proterit cervicem Danubii edomiti. Annus *ortus* ex *origine sua*, o Honori, *clarior annis omnibus, prodeat in gentes: quem* annum *non ornat honor peregrinus in regione externa: cujus* anni *initia Senatus suscepit: quem Romani primum aspexerunt; quem Victoria fortunata dedit, bellis confectis. Anni privatorum, honore submisso, colant hunc* annum Honorii: *et* anni *quos pater* ejus

tert. m. sec. Florent. m. pr. Reg. Mazar. Oxon. pr. Exc. Cod. Rhem. *Regibus* vel *Legibus* Vat. pr. *lector* Put.—647 *sextu Geticas* Ambr. tert. *setas* Rott. *sectas* Vat. quint. Lov. Var. LL. ed. Antv. *sectas* vel *sextas* Vat. sec. *letico* pro *Getica* Lov. *prævallens* Leid. pr. m. pr. *prævellens* Bonon. Petav. tert. *prævallans* vel *prævellens* Vat. tert. *fronte* Lov. m. sec. Var. LL. ed. Antv. *corde* Jun. pr.—648 *præculcat* id. Jun.—649 *populis* Lov. *annis* Pal. Farn. Vat. pr. m. pr. *annus* Exc. Læti, ed. Vicet. Var. LL. e. marg. Parm. *amnis* Med. sec. Put. ed. Parm.—650 *fonte suo est* Med. sec. *fonte pio* Put. Ambr. pr. *sponte sua* conjiciebat Heins.—651 *Induit* Jun. pr. Oxon. sec. duo Leidd. *Imbuit* Pal. Med. pr. Bonon. Raphel. *honos* Florent. duo Med. Reg. Mazar. Moret. pr. Oxon. pr. Vat. Livin. *honor* Vat. quart. Farn. *apex* Vat. sec. Pric. Rott. *novit* pro *fovit* Thuan. *solvens* pro *fovit* Petav. tert.—652 *primum* Moret. pr. *condum* pro *tandem* Leid. pr. m. sec. f. *quondam*. NB. in Vat. sec. reliqua desunt usque ad vs. 550. B. Get.—654 *amni* Med. sec. *annum* Med. pr. et ita Barthius legit ex veteri Cod. Pal. Hic et duo sequentes versus desiderantur in Moret. sec.—655 *regesque* Vat. tert. Pal. Farn. Pric.

NOTÆ

torius, qui dudum desueverat cingere *fora Ulpia*, id est, forum Ulpii Trajani.

647 *Getica fronde*] Palmis ex victoria Getarum relatis.

Secures] Quæ sunt Consulis insignia.

648 *Histri*] Accolarum Danubii, ut dictum sæpius.

650 *Natus fonte suo*] Annus Consularis, cui das initium, o Honori, in urbe Roma, unde nati primi anni Consulares.

651 *Induit*] Consul peregrinus non induit hunc honorem, seu potius, hujus anni, vel hujus honoris insignia in externa regione non induit.

Cunabula] Cujus anni initia, et velut cinnabula, visa sunt in Senatu a Romanis, non in aliis urbibus.

653 *Auspex*] Victoria fortunata, seu fortunatis auspiciis peperit hunc annum Consularem, seu hunc Consulatum. De Victoria supra vs. 597. Notabis præterea hanc Deam depingi solitam cum lauro, aut palmis, aut ramis oleæ albæ.

654 *Privati anni*] Anni seu Consulatus eorum qui privati erant, non principes.

Diversis gessere locis, ceu Numen, adorent.
Hunc et quinque tui, vel quos habiturus in orbem
Post alios, Auguste, colant: licet unus in omnes
Consul eas, magno sextus tamen iste superbit
Nomine, præteritis melior, venientibus auctor.

bellicosus Theodosius, *et* Principes *præcedentes rexerunt* in *variis locis ante*, colant hunc annum, *tanquam Deum omnium. Etiam Consulatus quinque tui, vel quos consecuturus es in circuitum, hunc* sextum *venerentur*, o *Princeps: nam etsi Consul sis pro annis cunctis, hic tamen sextus gloriatur titulo ingenti, major præteritis, exemplum futurorum.*

Rott. Reg. *retroque* Leid. sec. et quatuordecim Codd. Exc. Gevart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *retroque* vel *Regesque* Petav. pr. *retroque* probabat Heinsius, sed nihil hic se mutare scribit, quia *Reges* et posteriori ævo Imperatores dicti. vid. Casaub. ad Histor. Aug. p. 22.—656 *Diversi* Med. quart. *gessere Getis* Leid. pr. m. pr. *egere* vel *gessere* Petav. pr. *adoret* Leid. sec. Pal. Med. pr. Bonon. Exc. Gevart. *adorant* Jun. pr. Oxon. sec. Med. quart. Put. Tholos.—657 *honores* pro *in orbem* Moret. pr. *in orbe* Pric. inc. Heins. *orbem* Oisel. Med. quart. cum glossa *i. e. in circulum. urbem* Vat. pr. Var. LL. ed. Antv.—658 *Post illos* conjiciebat Heins. *Augusta* Med. quart. *unus in annos* Pal. Med. pr.—659 *ille* Jun. pr. Farn. Thuan. Ambr. pr. Tholos. *iste* Florent. duo Med. duo Ambr. Put. Reg. Mazar. Bonon. Pat. tres Petav. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. ed. Vicet. *ipse* Claver. *esse* Vat. pr. Oisel. unde *ecce* leg. Heins.—660 *Consule* pro *Nomine* inc. Heins. *venientibus ultro* Leid. sec. m. pr. *actor* Pal. Med. pr. Put.

In Luc. pr. ad calcem legebatur, *Explicit Panegyricus de sexto Consulatu Honorii Augusti.* Vat. pr. habet, DE CONSULATU HONORII AUG. EXPLICIT. mox sequebatur Deprecatio ad Hadrianum, et multa Epigrammata.

NOTÆ

656 *Numen*] Ipsis Principum Consulatibus attributus est velut quidam Genius, seu Numen aliquod.

657 *In orbem*] Consulatus, quos geres in circuitum. Alii legunt, *in Urbe*, Roma scilicet.

660 *Præteritis melior*] Ob cærimonias, honores, et alia solennia Romæ acta, et præterea ob felicitatem Imperatore Consule speratam.

Venientibus] Dignus est hic annus, cujus felicitate futurorum Consulatuum felicitas definiatur: dignus est Imperator Consul, quem omnes futuri Consules imitentur.

XXIX.

CL. CLAUDIANI

LAUS SERENÆ.

ARGUMENTUM.

INVITAT Calliopen ad ornandam Serenam, quam laudare præstat quam Heroinas veteres. Laudatur autem a nobilitate, a patria Hispania, ab ortu, educatione, adoptione, benevolentia Theodosii in illam, ab ejus in literas amore, a matrimonio cum Stilichone, ab amore et fide conjugali, a prudentia aliisque virtutibus.

DIC mihi, Calliope, tanto cur tempore differs

Effare mihi, o Calliope, quare procrastinas tamdiu coronare floribus Pieriis

Deerat hoc carmen in Lov. Tholos. Pat. Ambr. sec. Moret. sec. Exc. Gevart. Schott. Cod. Rhem. uti et desiderari videtur in Leidensibus, Jun. Vossianis et Heins. item Oxon. pr. ex solo enim Oxon. sec. Var. LL. annotatæ fuere. In Buslidiano legebatur post Eidyll. DE MAGNETE. In Dempsteri Mss. hic Liber cuidam Magistro Gyraldo inscribitur: insulse. vid. ad Rosin. pag. 96. in Vat. pr. et Moret. pr. simpliciter erat, *Incipit Laus Serenæ.* Vet. Gyr. habebat, *Claudiani Laus Serenæ Uxoris Stiliconis.* et ad calcem libri erat, *In antiquo exemplari scriptum erat. in fine deest. quod est verisimile.*

1 *Dic mea* Oxon. sec. *Sic* Oisel. duo Med. Cod. Buslid. *mea* duo Vatt.

NOTÆ

1 *Calliope*] Regina Musarum præsidens carmini Heroico, sic dicta ob pulchritudinem vocis: *κάλλος, pulchritudo*, et *ὤψ, ὀπὸς, vox*, quod pulchram habeat vocem. Horatius: ‘Dic age tibia Regina longum Calliope melos.’ Alii legunt, *Dic, mea Calliope*, id est, mihi cara: sic dixit Virgil. ‘nostra Thalia.’

Pierio meritam serto redimire Serenam?
Vile putas donum, solitam consurgere gemmis,
Et rubro radiare mari, si floribus ornes
Reginæ Regina comam? sed floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas, nec Sirius urit
Æstibus: æterno sed veris honore rubentes
Fons Aganippæa Permessius educat unda:

Serenam merentem? An *credis munus* esse *contemnendum, si* tu *regina decores floribus Reginæ caput assuetum attolli margaritis, et fulgere* unionibus *maris rubri? si* decores *floribus his, quos neque Aquilo adurit frigoribus* suis, *neque Canicula caloribus* suis: *at* quos *fons Permessius alit aquis Hippocrenæis, purpu-*

Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Vienn. Buslid. et Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *cur tanto* Moret. pr. Oxon. sec. *tanto cur* Vat. pr. Med. pr. Bonon. Petav. pr. Cod. Vienn. Exc. Pat. rec. *cum tanto* inc. Heins. *tanto cum* Pal. Med. quart. *cur tantum interprete* Med. pr. m. sec. *cur tantum in tempora* Ambr. pr. Sched. Gud. *cur tanto in tempore* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *cur tantum in* duo Vatt. Rott. Put. Thuan. Petav. tert. Cod. Helmstad. *cur non in tempore* Buslid.—2 *Pieria* Pal. duo Med. *coronam* pro *Serenam* Vat. sec.—3 *solitum* Vat. sec. Rott. Put. Petav. pr. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. deerat autem hic versus Buslid. *conjungere* Pal. duo Med. —4 *Aut rubro* Vat. pr. Pal. duo Med. *Et* Florent. Med. tert. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. et Var. LL. ed. Antv. *rapido* vel *rubro* Buslid.—5 *sed floribus illis* tres Vatt. Pal. Oxon. sec. Vat. Livin. sic *Μουσέων ἄνθεα* Lib. I. Anthol. c. XII. Ep. 1. *si floribus* inc. Heins. Exc. Pat. rec.—6 *nec frigoribus* Moret. pr. *neque fulgoribus* Buslid. *Borea* duo Med. *neque Sirius* Vat. sec.—7 *si veris* Petav. tert. Cod. Epigr. Ambr. *verus* Moret. pr.—8 *Flos* pro *Fons* Vat. sec. unde *Ros* conjiciebat Heins. *Permessius* Vat. pr. Pal. duo Medd. Ambr. tert. vet. Gyrald. Vat. Livin. *Permesidos* Buslid. *Parnasidos* Exc. Lucens. pr. *Permessidos* duo Vatt. Rott. Florent. Med. quart. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. Ald. *æstuat* pro *educat* Petav. pr. male. nam *æstibus* præcessit. *umbra* pro *unda*

NOTÆ

2 *Pierio*] Pieria est regio Macedoniæ, sacra Musis. *Pierio serto*, id est, Poëticis floribus.

Serenam] Honorii, qui Theodosii frater erat, filiam, sed ab ipso Theodosio adoptatam.

3 *Solitam consurgere*] Quod Serena ferret gemmatas coronas, easque præaltas, quibus ipsa sublimior videretur.

5 *Reginæ*] Reginæ dicebantur Regum et Imperatorum filiæ: Serena autem erat filia adoptiva Theodosii. Virg. 'regina sacerdos,' de Rhea Sylvia, seu Ilia Regis Numitoris filia.

6 *Sirius*] Stella est in ore Caniculæ, quæ æstatis calores augere ab antiquis credita est.

Urit] Non minus frigus urit flores quam calor. Virgilius: 'Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.'

8 *Aganippæa Permessius*] De his alio in loco.

Unde piæ pascuntur apes, et prata legentes
Transmittunt sæclis Heliconia mella futuris?
Dignius an vates alios exercuit unum
Fœmineæ virtutis opus? Consorte redemto
Casta maritali successit Thessala fato,
Inque suos migrare virum non abnuit annos.
Hoc Graii memorant. Latiis movet ora Camœnis
Præscia fatorum Tanaquil, rediensque per undas

nascentes perpetua pulchritudine Veris: quibus floribus *apes castæ nutriuntur, et carpentes prata, transferunt Heliconia mella sæculis venturis? An facta virtutis muliebris occupaverunt gloriosius ceteros poëtas? Thessala pudica* Alcestis, *marito* suo *redemto, oneravit se morte conjugali, et non recusavit vitam suam transferri conjugi* suo. *Græci laudant hoc* factum. *Tanaquil prædicens fata,*

conjiciebat Heins.—9 *apes* duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Petav. pr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *pascantur* Vat. tert. Petav. sec. *aves* Moret. pr. Petav. sec.—10 *Emittunt* inc. Heins. *figuris* pro *futuris* Moret. pr.—11 *Dignus ani* Vat. pr. *haud vates* vet. Gyr. *an vates* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Sched. Gud. ed. Parm. *alius* Vat. pr. Exc. Pat. rec. *alias* Vat. sec. *unde* pro *unum* Exc. Pat. rec. m. pr.—12 *consorte* Ambr. tert. *quod sponte* tres Vatt. Pal. Rott. *marito* pro *redemto* vet. Gyr. ed. Parm.—13 *Castra* pro *Casta* Moret. pr. *Cara maritalis* Vat. pr. *succedit* Put. *busto* pro *fato* Buslid.—14 *mugire* Vat. sec. *viros* et ex emendatione *viro* Buslid. *abnuit* Vat. pr. Thuan. Exc. Lucens. pr. *abnegat* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Buslid. Vienn. Exc. Pat. rec. m. pr. Sched. Gud. *annum* Vat. sec.—15 *Hæc* Buslid. Moret. pr. Ambr. tert. *monet ore* inc. Heins.—

NOTÆ

9 *Piæ apes*] Castæ, puræ, quæ nullam cuiquam injuriam inferunt. Unde a Nicandro vocantur *εὐαγέες*, *sanctæ, piæ, bene agentes:* et hinc forte 'Deorum posteritas has regnis suis excepit.' Quintilianus in Declam. Sed et melius *piæ* dicuntur, quia Jovem aluerunt. Per apes autem optimos poëtas intellige, qui selectis floribus opus admirabile conficiunt.

Prata legentes] Quæ colligunt flores pratorum. Apum 'innoxius per prata sylvasque discurrit labor.' Idem Quintil.

10 *Heliconia mella*] Poëtæ transmittunt posteritati sua carmina quovis melle dulciora.

11 *Dignius*] An opus virtutis fœminarum exercuit dignius alios poëtas, quam nunc virtus Serenæ exerceret?

13 *Thessala*] Alcestis Thessalorum Regis filia: supra de illa locuti sumus.

14 *Migrare annos*] Sic vovebant, sic putabant, ex suis annis addi posse aliquid ad vitam seu annos aliorum.

16 *Tanaquil*] Uxor fatidica Tarquinii Prisci, dicta aliter *Caia Cæcilia*, auguriorum peritissima. Servium Tullium regnaturum esse, 'visa circa caput flamma prædixit.' Florus. Immo et ubi 'cum magno clangore volitans' aquila 'rursus, velut ministerio divi-

Clœlia Tybrinas, et eodem flumine ducens
Claudia virgineo cunctantem crine Cybeben.
Anne aliud toto molitur carminis actu
Mæonii mens alta senis? quod stagna Charybdis
Armavit, quod Scylla canes, quod pocula Circe;
Antiphatæ vitata fames, surdoque carina
Remige Sirenum cantus transvecta tenaces;

excitat Musas Latinas ad canendum; et Clælia revertens per aquas Tiberis, et Claudia attrahens capillo puellari per eundem fluvium Cybelen morantem. An animus excelsus senis Mæonii, agit aliud in tota serie operis sui? Nempe *honor est Penelopes; quod Charybdis excitavit aquas suas in Ulyssem, quod Scylla canes suos, quod Circe venena sua* excitavit, *quod fames Antiphatæ evitata* est, *et quod navis ejus remigibus silentibus transgressa* est *cantilenas retinentes Sirenum:*

16 *futuri* pro *fatorum* Exc. Lucens. pr.—17 *Clælia* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *Clodia* Cod. Epigr. Ambr. *Cothia* Put. *Coclia* Vat. sec. Pal. Rott. tres Med. Oxon. sec. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv. *Cloclia* Thuan. Petav. sec. *Colchia* Florent. Petav. pr. Buslid.—18 *constantem* pro *cunctantem* Pal. duo Med. *fune* pro *crine* conjecit Heinsius, sed postea cum Rubenio vulgatam tuetur. *Cybeben* Exc. Lucens. pr. *Cibelem* Buslid. *Cybellem* tres Vatt. Florent. tres Med. Put. Thuan. Moret. pr. duo Petav. ed. Parm.—19 *Annue, quin aliud* Buslid. *ictu* inc. Heins. *auctor* Med. pr.—20 *mens acta* duo Med. Pal.—21 *Armarit* Buslid. *Armavit* tres Vatt. Pal. Rott.—22 *carinæ* Vat. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec.—23 *cautes* pro *cantus* conjecerat Heins. *transjecta*

NOTÆ

nitus missa, capiti' Tarquinii 'apte' reponeret pileum, quem abstulerat, 'alta sperare, complexa virum' diu ante jusserat. Livius.

17 *Clælia*] Virgo nobilis data obses Porsennæ, sed quæ vel equitando, vel natando Tybrim trajiciens, in patriam rediit, sed mox reddita est. Hinc tamen statua equestris ipsi decreta est.

18 *Claudia*] Virgo Vestalis, quæ cum in stupri suspicionem venisset, 'navem cum sacris matris Deum Idææ Cybeles obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, ut ita demum sequeretur, si sibi pudicitia constaret.' Suetonius in Tiberio.

Cunctantem Cybeben] Hærentia vado Cybeles sacra.

Crine] Alii dicunt fune, alii cingulo, ut Valerius Maximus, Tertullianus.

20 *Mæonii senis*] Homeri, a Mæone patre.

Alta] Mens Poëtarum divino afflatu sublimis.

Charybdis] Mulier fuit rapacissima ex fabulis, sed in gurgitem conversa, qui gurges est in freto Siculo.

21 *Scylla*] Filia Phorci, quæ se lavans in fonte a Circe æmula venenis infecto, vidit inferiores corporis partes, in rictus caninos seu lupinos conversas, et ideo se præcipitem egit, et mutata est in gurgitem.

Circe] Venefica famosa, quæ socios Ulyssis in sues transformavit.

22 *Antiphatæ*] Hic fuit Rex Læstrigonum Anthropophagorum, Formias Campaniæ urbem incolentium. Hic duos e sociis Ulyssis devoravit: at hujus famem rabidam evasit Ulysses.

23 *Sirenum*] Sirenes Acheloi filiæ, sopitos cantu nautas mergebant: has

Lumine fraudatus Cyclops, contemta Calypso;
Penelopæ decus est: atque uni tanta paratur
Scena pudicitiæ. Terræ pelagique labores,
Et totidem sævi bellis, quot fluctibus, anni
Conjugii docuere fidem. Sit Claudia felix
Teste Dea, castosque probet sub numine mores,
Absolvens puppisque moras crimenque pudoris:
Penelope trahat arte procos, fallatque furentes

quod Cyclops privatus est *oculo* suo, *quod Calypso spreta* est; *et tanta tragœdia præparatur uni castitati* Penelopes. *Labores terræ et maris, et anni totidem infestati* tot *præliis, quot erroribus, probaverunt fidem conjugalem. Claudia sit fortunata Dea judicante* Cybele, *et ostendat mores* suos *pudicos sub* judicio *Divæ, purgans et retardationem navis et scelus virginitatis pollutæ. Penelope protrahat industria* sua *amantes, et retexens sagaciter fila telæ nocturnæ,*

Vat. tert. Med. pr. Buslid.—24 *et tempta Calypso* Vat. sec. Ambr. tert.—25 *Penelopes* Var. LL. ed. Antv. *decus est: atque uni* Vat. pr. Pal. duo Med. Exc. Pat. rec. m. sec. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *decus atque uni cui* Vat. sec. Rott. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *decus atque suum cui* Vat. tert. Florent. Med. pr. *decus est atque suum* ed. Parm. *decus atque rui* Sched. Gud. *viri* pro *uni* olim conjecerat Heinsius, sed postea Rubenium secutus esse videtur, qui in Epistola ad Heinsium data XI. Kal. Febr. MDCL I. ex Mss. legebat: *Penelopæ* (aut *Penelopes*) *decus est, atque uni tanta paratur Scæna pudicitiæ.* Idem Heinsius ad vocem *decus* ascripserat locum Statii Genethliaco Lucani. vs. 62. 'Tu castæ titulum decusque Pollæ Jucunda dabis allocutione.'—26 Deerat hic versus Med. pr. et quart.—27 *sævi totidem* Vat. sec. Rott. *totidem sævi* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *totidem sævis . . . annis* Buslid. *seni* pro *sævi* duo Med. *quoque* pro *quot* Vat. sec. *bellisque et* pro *bellis quot* Exc. Pat. rec. —28 *Conjugiis* Vat. pr. *decuere* Pal. duo Med. *sit* Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. m. pr. *sic* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. *si* Pal. Med. quart. Buslid.—29 *probat* Pal. duo Med.—30 *crinemque* pro *crimenque* Pal. duo Med.—31 *viros*

NOTÆ

vitavit Ulysses; ubi ὁ κηρὸς τοῖς ὠσὶ τῶν ἑταίρων ἐναλειφόμενος, καὶ αὐτὸς ὀρθὸς ἐν ἱστοπέδῃ δεσμευόμενος, *cera sociorum auribus inuncta, et ipse rectus ad malum alligatus est.* Polyænus. Sirenas revera esse probat Alexander ab Alexandro.

24 *Cyclops*] Polyphemus, cujus oculum Ulysses eruit.

Calypso] Nympha, Atlantis vel Oceani et Tethyos filia, quæ regnavit in Ogygia vel Ææa insula, ubi Ulyssem naufragum sex aut septem annos fovit.

31 *Trahat*] Protrahat magis ac magis in dies vota procorum, eosque ludat, dum promittit se his consensuram tela absoluta: at solerter per noctem retexit quicquid per diem texuerat, quo obscœnas eorum spes eluderet. Sicque tot labores et tantæ Ulyssis moræ faciunt decus Pene-

Stamina nocturnæ relegens solertia telæ;
Non tamen audebunt titulis certare Serenæ.
Quod si nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus; atque omnes redeunt in semina causæ,
Quis venerabilior sanguis, quæ major origo,
Quam regalis, erit? Non hoc privata dedere
Limina, nec tantum poterat contingere numen
Angustis laribus. Patruo te Principe celsam
Bellipotens illustrat avus, qui signa Britanno
Intulit Oceano, Gætulaque repulit arma.

decipiat insanientes; non tamen audebunt contendere cum Serena de omnibus dotibus. Quod si nobilitas aperit initia elogiis omnibus, et si res omnes revertuntur in sua principia, quæ gens spectabilior? Quis ortus sublimior erit, quam Imperatorius? Domus privata non edidit hanc Deam Serenam, neque Dea tanta poterat dari domui parvæ. Avus tuus *bellicosus* Theodosius *exornat te gloriosam patruo Imperatore* Theodosio Magno, *qui* avus *duxit acies in Oceanum Britan-*

pro *procos* Ambr. tert. Buslid.—32 *Stamina* Florent. duo Med. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Exc. Pat. rec. et Luc. pr. *sollertia* Vat. pr. Put. Vat. Livin. *certissima* Vat. tert. Florent. Med. sec. Exc. Pat. rec. m. pr. Ald. *Laërtia* Vat. sec. Pal. duo Med. inc. Heins. Thuan. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. et Ursin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *laxantia* Buslid. *certissima* vel *Laërtia* Rott.—33 *audebant* Oisel. *servare* pro *certare* Vat. pr.—34 Q̄ pro *Quod* Vat. tert. *junctis* Thuan. *pandis* Exc. Pat. rec.—35 *semine* Vat. sec.—36 *imago* pro *origo* Cod. Epigr. Ambr.—37 *non te* Vat. pr. *nec te* Pal. duo Med. *non hæc* Vat. tert. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. *non hic* Sched. Gud. *non hoc* Med. sec. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. vet. Gyr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—38 *Lumina* Pal. duo Med. Bonon. Ambr. pr. m. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *non tantum* Pal. *poterat* Exc. Lucens. pr. *potuit* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Ambr. pr. Petav. sec. Buslid. Sched. Gud. *conjungere* Med. pr. *numen* Ambr. tert. *nomen* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel.—39 *Augustis* Med. pr. Bonon. inc. Heins. *parvo* pro *patruo* Florent. Med. pr. Thuan. Ambr. pr. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. *parva* vet. Gyr. *patrio* Moret. pr. *stipite* pro *Principe* Exc. Pat. rec. *nomen* pro *celsam* Florent. Med. pr. Thuan. Petav. sec. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *numen* pro *celsam* Vat. tert. deest hic versus Vat. sec. Buslid. Ambr. tert. item Med. tert. et quart.—40 *stagna* pro *signa* Buslid.—41 *Gætuli* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. pr. Thuan. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid.

NOTÆ

lopes, ipsiusque pudicitiæ honorem conciliant.

33 *Titulis*] Nobilitatis, honoris, virtutis.

35 *Causæ*] Virtutum laudumque causæ redeunt in sua principia, in suam originem redundant, in ipsam scilicet nobilitatem, quæ dat initium laudibus.

40 *Signa Britanno*] Supra hoc vidimus de Theodosio seniore.

Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem,
Seque minus jactet Libycis dotata tropæis.
Cardine tu gemino laurus prætendis avitas:
Inde Caledoniis, Australibus inde parentum
Cingeris exuviis. Necdum moderamina mundi
Sumserat illa domus, cum te Lucina beatis
Ederet astrorum radiis. O maxima rerum
Gloria! post genitam didicit regnare Serenam.
Quid dignum memorare tuis, Hispania, terris

nicum, et retudit arma Gætulorum. Cornelia sileat genus illustre Scipionum, et minus venditet se, locupletata victoriis Africæ: tu, o Serena, *præfers lauros avitas ex duplici regione* mundi: *hinc ornaris spoliis Scotiæ, inde meridianis* spoliis *parentum tuorum: et domus illa* Theodosiorum *nondum ceperat regimen orbis, cum Lucina pareret te, luce siderum favente. O honos omnium præstantissimus! domus Theodosia didicit imperare post Serenam natam. Quid dignum regionibus tuis vox*

Cod. Epigr. Ambr. *Getuli qui* Med. sec.—42 *Scipiadem* Vat. sec. Buslid.—43 *jactata* pro *dotata* Vat. pr. *ditata* Petav. pr. *triumphis* pro *tropæis* Buslid.—44 *Carmine* Vat. sec. *qui in* pro *tu* Ambr. pr. *laurus* Vat. pr. *lauros* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. *lauros ... amicas* Buslid.—45 *petitum* pro *parentum* Ambr. tert.—46 *Congeris* Med. quart. *exuviis* Vat. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. *excubiis* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *nedum* Med. sec. *mundi* vel *rerum* Thuan.—48 *Ederet, &c.* ita emendavit hæc C. Gevart. in Epist. ad Heinsium data Antverpiæ, Kal. Mart. MDCLVI. ubi Scaligerum in Libris de Emend. Temp. aut certe ad Eusebium hunc locum non satis cepisse notat. *Addidit* Vat. sec. Ambr. tert. *Adderat* Oisel. qui et *non maxima* exhibet.—49 *per genitam* Put. *domitam ... Scienem* Buslid. *Serenæ* Vat. pr. *figuram* pro *Serenam* Put.—50 *regnis* Vat. tert. Rott.

NOTÆ

42 *Cornelia*] Illustris et docta fœmina, Gracchorum mater, filia Scipionis Africani majoris, qui Africam Pœnosque domuit.

43 *Dotata*] Puellæ Romanæ pro dote computabant et paternos triumphos, seu gloriam victoriis collectam.

45 *Caledoniis*] Scoticis; 'nam eam insulæ partem, quæ nunc Scotia est, Caledoniam olim appellatam, cum ex aliis, tum ex Tacito maxime liquet.' Cluverius.

Parentum exuviis] Quas parentes tui, Theodosius et Honorius, retulerunt.

47 *Beatis radiis*] Astris faventibus et felicibus, quasi illa Theodosiorum domus, te genita, facta fuerit felicior. Alii legunt, *cum te Lucina beatis Adderet astrorum radiis,* id est, adderet te sideribus mundi, seu personis principibus.

49 *Didicit regnare*] Ingens adulatio: quasi nimirum astra distulerint imperium Theodosii, quousque Serena nasceretur.

50 *Hispania*] 'Terris omnibus terra felicior, cui excolendæ, atque adeo ditandæ, impensius, quam ceteris gentibus supremus ille rerum fabricator indulsit,' &c. Latinus Pacatus.

Vox humana valet? primo levat æquore Solem
India: tu fessos exacta luce jugales
Proluis, inque tuo respirant sidera fluctu.
Dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
Principibus fœcunda piis: tibi sæcula debent
Trajanum: series his fontibus Ælia fluxit.
Hinc senior pater; hinc juvenum diademata fratrum.
Namque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit,
Aut armis domuit, varios aptantur in usus
Imperii: Phariæ segetes, et Punica messis
Castrorum devota cibo: dat Gallia robur
Militis: Illyricis sudant equitatibus alæ.

hominum potest dicere, o *Hispania? India attollit solem ex mari primo: tu irrigas equos solis fatigatos, die absoluto, et astra respirant in aquis tuis. Tu*, o Hispania, *abundans equis, felix segetibus, locuples metallis, fertilis Imperatoribus optimis: orbis debet tibi Trajanum: gens Ælia deducta est ex hac origine. Hinc Pater* Theodosius *senior, hinc coronæ* ortæ sunt *fratrum juvenum* Arcadii et Honorii. *Etenim populi ceteri, quos Roma* aut *junxit* sibi *fœdere; aut vicit bellis, adhibentur ad utilitates diversas Imperii: fruges Ægyptiæ, et seges Libyæ, destinatæ* sunt *militibus alendis: Gallia suppeditat milites robustos: equites Illyriæ sudant in alis*

Florent. Ambr. pr.—51 *lavet* vel *pavet* et emendatum *favet* pro *valet* Moret. pr. *primum* pro *primo* conjiciebat Heins. *lavat* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. *levat* Vat. pr. Med. sec. Put. Bonon. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin.—53 *tuo...fluctu* Vat. pr. Thuan. *tuos...fluctus* Vat. sec. Rott. Oisel. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *sidere fluctus* Vat. tert. Pal. tres Med.—55 *fecunda tuis* Pal. Med. pr.—56 *frontibus* Med. quart.—57 *niveum diademate fratrem* Buslid. *patrum* pro *fratrum* Ambr. tert. —58 *quos* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr.—59 *docuit* Buslid. *aptavit* Med. quart.—60 *Phariæ gentes* Oxon. sec.—61 *Castrensi* pro *Castrorum* conjiciebat Heinsius. *Gallica* Buslid.—62 *ululatibus* pro *equitatibus* Vat. sec. *equitantibus*

NOTÆ

53 *Respirant*] Sidera fatigata suo cursu lavantur aquis tuis, et sic recreata respirare liberius videntur.

54 *Dives equis*] 'In Lusitania juxta fluvium Tagum vento equas fœtus concipere multi auctores prodidere: quæ fabulæ ex equarum fœcunditate et gregum multitudine natæ sunt,' &c. Justinus.

Metallis] In Hispania multæ auri argentique venæ, quas usque ad miraculum celebrant Aristoteles, Diodorus Siculus, Plinius, Justinus, et alii.

56 *Ælia*] Gens Æliorum, ex quibus ortus Adrianus, Hispanica est, sicut et Ulpia, unde natus Trajanus; qui Imperatores optimi oriundi ex urbe Italica, in Bætica.

57 *Hinc*] Ex stirpe Æliorum, cui occulte inserit gentem Theodosiorum, qui ex Hispania itidem oriundi.

Sola novum Latiis vectigal Hiberia rebus
Contulit Augustos. Fruges, æraria, miles
Undique conveniunt, totoque ex orbe leguntur;
Hæc generat, qui cuncta regant: nec laude virorum
Censeri contenta fuit, nisi matribus æque
Vinceret, et, gemino certatim splendida sexu,
Flaccillam Mariamque daret, pulchramque Serenam.
Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
Divitiis undasse Tagum. Callæcia risit
Floribus, et roseis formosus Duria ripis
Vellera purpureo passim mutavit ovili.
Cantaber Oceanus vicino littore gemmas
Exspuit: effossis nec pallidus Astur oberrat

nostri exercitus. *Una Hispania dat tributum insuetum Imperio Romano*, scilicet *Imperatores. Messes, pecunia, milites confluunt undequaque, et eliguntur ex mundo universo. Hæc* Hispania *parit* viros; *qui moderentur omnia. Neque vero satis habuit memorari* ob datos *viros laudabiles, nisi similiter superaret* alias terras, *ob* datas *matres, et magnifica certatim sexu utroque pareret Faccillam et Mariam, et Serenam formosam. Te exoriente*, o Serena, *aiunt Tagum turgentem per agros fertiles exundasse opibus* aureis. *Gallæcia lætata est floribus* suis, *et Duria pulcher littoribus roseis permutavit undique vellera ovium* in *purpuram. Mare Cantabricum ejecit margaritas* in *littora finitima: neque Astur pallens vaga-*

Florent. Moret. pr. duo Med. *æquitantibus* Buslid.—63 *vestigia* pro *vectigal* Med. sec.—64 *Augusto* Pal. duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. ed. Parm. *Augustas fruges* Buslid.—66 *quæ cuncta* Moret. pr. Buslid. *regit* Vat. sec. *regunt* Buslid.—67 *Ensiferi* pro *Censeri* Vat. sec. *contempta* Petav. sec. Oxon. sec. *nec matribus* duo Vatt. Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *ni matribus* Ambr. tert. *æque est* Med. quart.—68 *certatum* duo Med. *cultu* pro *sexu* Ambr. pr. m. pr. *sensu* Pal. duo Med.—69 *Faccillam* duo Petav. *Placillam* Ambr. tert. deest autem hic versus Med. pr. et quart.—71 *Callæcia* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. *Callecia* vet. Gyr. Vat. Livin. *Gallæcia* Exc. Pat. rec. ex conjectura. *Callecica* Ald. *Calcaria* Med. pr. *Squallentia* Buslid. *Celletya* Vat. sec.—73 *Vellera* Ambr. pr. ed. Parm. *Vellera purpureo* Vat. pr. Pal. *Vellere purpurea...ovile* Vat. sec. *Vellera ovili* duo Med. *Vellere ovile* Vat. tert. Rott. Oisel. Exc. Lucens. pr. *olive* Moret. pr. Oxon. sec. Buslid.—74 *Cantabis* Petav. sec.—75 *effosis* Oisel. *Astur* Vat. pr. *Austur* Petav. pr. *Estur* Med. quart. *Hister* Ambr. pr. *Aust* Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

69 *Flaccillam*] Conjugem Theodosii, matrem Honorii.

Mariam] Filiam Stilichonis et conjugem Honorii Imperatoris.

71 *Tagus...Duria*] Tagus hodie *Tagorio*: Duria, seu *Duero* aliis dicitur Turia.

Callæcia] Vel *Gallæcia*, læta visa est, ceu rideret.

75 *Exspuit*] Propter abundantiam.

Astur] Qui effodit auri venas frequentes in Hispania.

Montibus: oblatum sacris natalibus aurum
Vulgo vena vomit: Pyrenæisque sub antris
Ignea flumineæ legere Ceraunia Nymphæ.
Quæque relabentes undas æstumque secutæ
In refluos venere palam Nereides amnes,
Confessæ plausu dominam, cecinere futuris
Auspicium thalamis. Alio tum parvus in axe
Crescebat Stilichon, votique ignarus agebat,
Debita cui longe conjux, penitusque remoto

tur in *collibus perfossis: vena passim effundit aurum præsens in sacra* tua *nativitate; et Nymphæ fluviatiles collegerunt Ceraunia ardentia sub cavernis Pyrenæis: et Nereides quæ comitantur aquas venientes et redeuntes, advenerunt aperte in fluvios refluentes; fatentes* suo *applausu, te esse Reginam, cantaverunt* versus *auspicatos in tuas nuptias venturas. Tum Stilicho parvus surgebat in regione alia, et vivebat inscius felicitatis* suæ, *cui uxor destinata procul reservabatur, et concordia tantæ*

Auster duo Vatt. Med. pr. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. eadem vox Lucano quoque reddita, teste Heinsio. f. lib. IV. 298. 'Merserit Asturii scrutator pallidus auri.' *oberret* Vat. sec.—76 *ablatum* ed. Parm.—77 *movet* pro *vomit* Vat. pr. Ambr. pr. ed. Parm. *Pirenæisque* Moret. pr. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *Pirenæique* al.—78 *flumineis* Thuan. ed. Parm. *fulmineis* duo Vatt. Rott. *fulmineæ* Ambr. tert. *flumineæ* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. *fulminibus* Ald. *flumineæ* vel *fulmineæ* Vat. Livin.—79 *relabentes* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. *relegentes* Vat. sec. Thuan. Ambr. pr. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. *relebantes* ed. Parm. *recedentes* Ambr. tert. *relegantes* Sched. Gud. *æstasque* Cod. Epigr. Ambr.—81 *plausuque omen* pro *plausu dominam* Vat. sec. *plausus omen... futuros* Ambr. tert.—82 *tunc parvus* duo Vatt. Florent. Med. sec. Petav. sec. Buslid. Ald. *tum* Vat. Livin. *cum* Pal. Ambr. tert. ed. Parm. *pirrus* pro *parvus* Med. pr.—83 *habebat* Vat. pr. Parm.—

NOTÆ

76 *Natalibus*] In natalibus Principum mittebantur munera in bonum omen.

78 *Ceraunia*] Gemmas coloris fulminei: *κεραυνὸς fulmen* significat: Plinius, 'est inter candidas et quæ Ceraunia vocatur, siderum fulgorem rapiens;' et alio in loco, 'Ceraunia et Brontia cadere cum imbribus et fulminibus dicitur.'

79 *Relabentes undas æstumque*] Id est, æstum undarum relabentium seu refluentium.

81 *Cecinere auspicium*] Cantus felices et auspicatos in nuptias Serenæ velut fato promissas, et futuras cum Stilichone. Alludit ad morem veterem, quo puellæ populares, novos nuptos ad thalami fores concinebant.

82 *Alio in axe*] Alia in Orbis regione: nam Stilicho Vandalus erat. Ex Munstero autem 'Bohæmi, Poloni, et alii populi maritimi his affines, olim dicti fuerunt Vandali.'

83 *Voti*] Ignarus Voti, seu amoris futuri, quo aliquando amaret Serenam, et ad ejus conjugium obtinendum nihil non voveret.

Orbe parabatur tanti concordia fati.
Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.
Ubera prima dabant gremiis redolentibus Horæ,
Ternaque te nudis innectens Gratia membris
Afflavit, docuitque loqui. Quacumque per herbam
Reptares, fluxere rosæ: candentia nasci
Lilia. Si placido cessissent lumina somno,
Purpura surgebat violæ factura cubile

fortunæ in parte *remotiore Orbis. Neque vero altrix mortalis promerita est cunas tuas. Horæ sinu fragrante præbebant tibi primum mammas, et Gratiæ tres membris nudatis illigantes inspiraverunt te, et docuerunt loqui. Quocumque arreperes per herbam rosæ ortæ sunt*, et *lilia candida* cœperunt *nasci. Si oculi* tui *succubuissent somno leni, violæ purpureæ oriebantur straturæ lectum herbiferum, et species*

85 *tanta concordia* Buslid.—86 *Non tua* Put. *renuunt* vel *tenent* pro *meruit* Moret. pr. *verum* pro *meruit* Buslid.—87 *Verbera* pro *Ubera* Moret. pr. *gremio* Vat. sec. Oisel. Thuan. Petav. sec. Ambr. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *gremio redolente Napes* Ambr. tert. unde Heinsius conjiciebat *gremio redolente Napææ. auræ* pro *Horæ* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. vet. Gyr. Oxon. sec. Vat. Livin. *aura* Ald. *aulæ* Thuan. ed. Parm. *aulam* Petav. sec. Ambr. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. In Schedis Heinsii erant seqq. *redolentibus Horæ*] ita legit Schottus Observ. II. 55. et Scaliger, et e Msto. Claverius. Homer. Iliad. E. 749. Θ. 393. 433. vide locum corruptum de Horis apud Val. Flacc. IV. 92. ubi pro *ingentibus Horis*, quod in Ms. Carrionis extat, forte *cingentibus* legendum. Stat. Theb. III. 410.—88 *Trinaque* Buslid. *te* abest in Ambr. pr. *innectet* Buslid. Vat. sec.—89 *Afflavit* Vat. pr. *Allusit* Ambr. tert. *Affluxit* Vat. sec. Oisel. Thuan. Petav. sec. Buslid. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. *Affluxuit* Exc. Lucens. pr. *quocumque* Ambr. pr. Moret. pr. Ald. *quodcumque* Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. *quacumque* duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *quantumque* ed. Parm. unde *quamcumque* leg. Heins. *aulam* pro *herbam* Vat. sec. Oisel. *henni* pro *herbam* Vat. sec. *hennum* Petav. sec.—90 *Raptores* Vat. sec. *Restaures* Vat. tert. Florent. *rotæ* pro *rosæ* inc. Heins. *comæ* duo Med. Ambr. pr. Sched. Gud.—91 *sed placido* Petav. pr. *gessissent* Pal. *cessassent* Moret. pr. Heinsius ascripserat locum Lucan. III. 8. *mundo* pro *somno* Vat. sec. Oisel. Thuan. Petav. sec. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr.—92 *Purpureum surgunt* Thuan. *fulgebat* Rott. *surgebat* duo Med. inc. Heins. Put. Bon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *molem* pro *violæ* Med. pr. *fractura* Moret. pr. Exc. Pat. recent. *factura* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel.

NOTÆ

85 *Concordia*] Conjugium concors tanti fati, hoc est, tantum fatum, tantamque felicitatem habiturum.

87 *Horæ*] Filiæ Jovis et Themidis, comites Solis: alii legunt *Auræ*, id est, Zephyri. Sed cur *Auræ*, vel *Horæ* finguntur Serenæ nutrices? quia scilicet cum Venere et Gratiis semper conjunctæ sunt: quæ Gratiæ in Serenam omnia sua ornamenta larga manu congesserunt. Præterea *Horæ* sunt Deæ Floreæ: Orpheo εἰαριναί, *vernæ*, et Pindaro ὧραι πολυάνθεμοι, *Horæ floribus copiosæ*, dicuntur.

Gramineum, vernansque tori regalis imago.
Omina non audet genitrix tam magna fateri,
Successusque suos arcani conscia voti
Spe trepidante tegit. Gestabat Honorius arcto
Te pater amplexu. Quoties ad limina princeps
Theudosius, privatus adhuc, fraterna veniret,
Oscula libabat, teque ad sua tecta ferebat
Lætior. In matrem teneris conversa querelis,
Quid me de propriis auferre Penatibus, inquis,
Imperat hic semper? Præsagia luserat error,
Et dedit augurium regnis infantia linguæ.

thalami Imperatorii vernabat. Mater tua *non audet confiteri tanta præsagia, et cognoscens desiderium* suum *secretum, occultat sub spe timida felicitatem suam. Pater Honorius ferebat te complexu stricto: quotiescumque Theodosius imperator, tum quoque privatus, accederet ad domum fraternam, dabat oscula, et hilarior portabat te ad domum suam.* Tu vero *versa in matrem* tuam *questibus tenellis, Quare, ais, hic* Theodosius *imperat semper tollere me ex domo nostra? Culpa* tua velut *ludendo præsagiebat* futura, *et lingua infantis præbuit auspicium* felix *Imperio futuro. Patre tuo*

f? tura Vat. tert. *fractura* Gronov. ad Stat. p. 91. et Additis p. 404. et Elencho Antidiatr. 207. at Cruceus in Frondatione p. 132. *fartura* legit.—93 *vernatque* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. *vernansque* legebat Heins. *torum* Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *vernalis* pro *regalis* Vat. tert. Florent.—94 *Omnia* pro *Omina* duo Med. Petav. sec. Oxon. sec. ed. Parm.—96 *gerit* pro *tegit* inc. Heins. *dedit* Pal. *alto* pro *arcto* inc. Heins. Exc. Pat. rec. m. pr.—97 *flumina* Pal. Oisel. duo Med. *lumina* duo Ambr. Oxon. sec.—98 *Theodosius* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—99 *atque ad* Moret. pr. Put. Buslid. Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *teque ad* Thuan. duo Petav. *ad sua* Florent. tres Med. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. *in sua* al.—100 *confusa* Vat. tert. Rott. Florent. Buslid. *figuris* pro *querelis* Moret. sec.—101 *Quis* Vat. tert. Rott. duo Med. Exc. Lucens. pr. Parm. Junt. et al. *Quid* Vat. pr. Pal. *Qui* Barth. *patriis* pro *propriis* conjiciebat Heins. *auferre conatibus* Buslid. *inquit* tres Vatt. Pal. Rott. *inquis* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr.—102 *Imperat. hic semper* Vat. tert. Pal. *hæc* Buslid. *hic semper?* Exc. Lucens. pr. *luxerat* pro *luserat* Med. sec. Thuan. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *ordo* pro *error* Oxon. sec.—

NOTÆ

101 *Propriis imperat*] In his duobus Verbis Omen seu Augurium continetur. *Proprii penates* sunt domus privata: *Imperat*, refertur ad Theodosium quem infans Serena ominatur Imperatorem fore.

102 *Præsagia luserat error*] O Serena valde errabas, dum nolebas transferri ex domo Patris in domum Patrui Theodosii, quia hoc eventurum erat, et errando tamen *ludebas præsagia*, hoc est, quasi ludendo et pronuntiando (*Imperat*) præsagiebas Theodosium futurum Imperatorem.

103 *Dedit augurium infantia*] Pueri Prophetiæ celebrantur in sacra Scrip-

Defuncto genitore tuo sublimis adoptat
Te patruus, magnique animo solatia luctus
Restituens, propius, quam si genuisset, amavit
Defuncti fratris sobolem. Nec carior olim
Mutua Ledæos divinxit cura Laconas.
Addidit et proprio germana vocabula nato;
Quaque datur, fratris speciem sibi reddit ademti.
Denique cum rerum summas electus habenas
Susciperet, non ante suis impendit amorem
Pignoribus, quam te pariter fidamque sororem

mortuo patruus tuus *altus* Theodosius *adoptat te,* o Serena, *et reddens menti* suæ *consolationem doloris ingentis, dilexit carius filiam fratris* sui *fato functi, quam si progenerasset* eam. *Neque amor reciprocus major conjunxit quondam Laconas* filios *Ledæ.* Theodosius *etiam dedit filio suo nomen fraternum, et quantum licet, restituit sibi imaginem fratris* sui *amissi. Demum cum* ille *electus moderaretur Imperium Orbis, non prius usus est amore in* suos *filios, quam accerseret te simul,* o Serena, *et*

103 *augustum* pro *augurium* Buslid. *infantia longe* Sched. Gud.—105 *magnique* Exc. Lucens. pr. *magnoque* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—106 *propriis* Buslid.—107 *clarior* Exc. Lucens. pr.—108 *Ledæo* Vat. sec. *dilexit* Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *devinxit* Ambr. pr. *conjunxit* Vat. sec. *Laconas* Thuan. *Lacones* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Oisel. *Lacenos* Ambr. pr. *Laconos* Sched. Gud.—110 *Quæque datur* Pal.—111 *electus* Vat. pr. item Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *elapsus* Moret. pr. *delatus* Vat. tert. Florent. *elatus* Vat. sec. Pal. Rott. Oisel. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—112 *Suspiceret* inc. Heins. Put. Moret. pr. Petav. sec. *intendit* Vat. pr. vid. Lib. I. in Rufin. 89. *impendit* duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyrald. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antverp. vid. Var. LL. ad B. Gild. vs. 88. et IV. Cons. Hon. 649. *honorem* Pal. Med.

NOTÆ

tura; sed et in profanis auctoribus, pueri optima rerum futurarum præsagia dederunt.

107 *Nec carior*] Amor mutuus non magis devinxit inter se Laconas, Castorem scilicet et Pollucem, liberos Ledæ, quam devinxerat Theodosium et Honorium fratres.

109 *Addidit*] Theodosius dedit filio suo Honorio nomen fratris sui, qui et Honorius dicebatur, sic ut in filio suo servaret sibi imaginem quandam fratris amissi.

111 *Electus*] Theodosius electus a Gratiano Imperatore. Jordanes, 'Theodosius Hispanus, Italicæ Divi Trajani civitatis a Gratiano Augusto apud Sirmium, post Valentis interitum, factus est Imperator.' Sirmium autem est urbis Pannoniæ inferioris.

113 *Sororem*] Soror illa erat Thermantia natu major Serena.

Littus ad Eoum terris acciret Hiberis.
 Deseritur jam ripa Tagi, Zephyrique relictis
Sedibus Auroræ famulas properatur in urbes.
Incedunt geminæ, proles fraterna, puellæ;
Inde Serena minor, prior hinc Thermantia natu,
Expertes thalami, quarum Cythereia necdum
Sub juga cervices niveas Hymenæus adegit.
Utraque luminibus tumidum micat: utraque pulchro
Excitat ore faces: qualis Latonia virgo,
Et solo Jove nata soror, cum forte revisunt
Æquorei sortem patrui, spumantia cedunt
Æquora, castarum gressus venerata Dearum.

sororem tuam *fidelem* ex *regionibus Hispaniæ ad regionem Orientis. Jam littus Tagi relinquitur, et regionibus Favonii derelictis festinatur ad Urbes Orienti servientes.* Ibi *virgines duæ filiæ fratris* Honorii *progrediuntur, inde Serena junior, hinc Thermantia major ætate;* ambæ *insciæ matrimonii, quarum colla candida nondum missa sunt ab Hymenæo sub jugum Veneris. Ambæ nitent oculis tumentibus: ambæ accendunt ignem pudoris* in *vultu formoso, quemadmodum puella Diana, et soror* ejus *progenerata a solo Jove, cum forsan revisunt regnum patrui* sui *marini* Neptuni, *maria turgentia residunt, et colunt vestigia divarum pudica-*

quart.—114 *Jonium* pro *Eoum* Vat. tert. Florent. Med. sec. Buslid. *nostris acciret* Oxon. sec. *asciret* Oxon. sec.—115 *Zephyrisque* Vat. sec. Med. sec. Var. LL. ed. Antv.—116 *in urbes* Ambr. pr. *ad urbes* Vat. pr. et tert. Florent. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec.—118 *prior it* Med. sec. *Teumantia* Buslid. *Temerantia* Var. LL. ed. Antv. *certamina* pro *Thermantia* Pal. *nutu* Vat. tert. —119 *thalamis* Vat. tert. Rott. Oisel. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *famulis thalamis* Pal. duo Med. *quorum* Pal. *nondum* Ambr. tert.—120 *cervices varias* Vat. pr. m. pr.—121 *liminibus* Pal. duo Med. *timidum* tres Vatt. Oisel. *tumidum* inc. Heins. Thuan. m. pr. duo Petav. Moret. pr. Buslid. Exc. Pat. rec. m. sec. *mutat* pro *micat* Med. pr. *pulcro* Vat. pr. Ambr. pr. *pulchras* al.—123 *tremiscunt* pro *revisunt* Buslid.—

NOTÆ

114 *Littus ad Eoum*] Ad urbem Constantinopolin, quæ est sedes Imperii Orientis.

115 *Zephyri relictis sedibus*] Id est, relicta Hispania Occidentali regione, unde spirat Zephyrus, seu Favonius, eunt Constantinopolin, quæ est in Oriente, seu in Auroræ tractu.

116 *Famulas*] Servientes Serenæ et Thermantiæ ut adoptatis a Theodosio Imperatore.

117 *Proles fraterna*] Thermantia et Serena, filiæ Honorii, qui frater erat Theodosii.

119 *Cythereia, Hymenæus*] Supra de his vocibus.

123 *Soror*] Pallas sine consortio Junonis nata ex solo Jove, seu ex cerebro Jovis, ictu securis Vulcaniæ: Pallas soror Dianæ, quæ est Virgo Latonia seu filia Latonæ.

124 *Sortem*] Regnum sorte datum. Virgil. de Neptuno, 'Sed mihi sorte datum.'

Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoën Triton: totoque severos
Indicit mores pelago pudor: ipsaque Proteus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra.
Tales sceptriferi visuræ tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale sorores.
Ambas ille quidem patrio complexus amore:
Sed merito pietas in te proclivior ibat.
Et quoties, rerum moles ut publica cogit,
Tristior, aut ira tumidus flagrante redibat,
Cum patrem nati fugerent, atque ipsa timeret

rum. Galatea petulans non lascivit; Triton malus non audet attrectare Cymothoën, et verecundia imperat mores rigidos in *mari universo, et Proteus prohibet ab amoribus inhonestis portenta ipsa Neptunia: tales sorores* filiæ *Honorii invisuræ Regiam patris* sui adoptivi *Imperatoris, intrant aulam Imperatoriam. Ille certe* Theodosius *fovet utramque studio paterno: at jure pius amor* ejus *pronior erat in te,* o Serena: *et, ut magnitudo publica negotiorum opprimit* illum, *quotiescunque mæstior, aut turgens iracundia ardente revertebatur, et cum filii* Arcadius et Honorius *effugerent parentem* suum, *et Flaccilla ipsa formidaret conjugem iratum, tu una vale-*

127 *Cimothoëm* Thuan. *Cymothoëm* Moret. pr. *Cimodocen* Exc. Pat. rec. m. sec. *totosque* Vat. tert. Med. sec.—128 *Incidit* Rott. Put. Var. LL. ed. Antv. *Intulit* Oxon. sec. *Indicit* tres Med. inc. Heins. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. *memores* pro *mores* Vat. tert.—129 *implexu* Buslid.—131 *Lumen* Pal. *Honoriadas* Put.—132 *patriæ* Moret. pr.—133 *inter* pro *in te* Exc. Lucens. pr.—134 *aut publica* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heins. Exc. Pat. rec. m. sec. et Lucens. pr.—135 *utque ira* Rott. *rediret* Vat. tert. *redibat* Vat. Livin. cum decem aliis, Exc. Lucens. pr. ed. Parm.—136 *pater et nati* Buslid.

NOTÆ

126 *Galatea*] Nympha sic dicitur *ἀπὸ τοῦ γάλακτος, a Lacte* seu *candore.*

Improbus] Malus, salax, lascivus, Alexander ab Alex. 'Tenet' enim 'fama' Tritones 'Venereos, et flagrantissime mulierum amasios esse:' et in Epiro mulieribus stuprum intulisse; 'propterea oppidi incolas edicto inhibuisse, ne qua deinceps ad fontem mulier, nisi viris comitata accederet.' Georgius etiam Trapezuntius se vidisse Nereidas, testabatur.

127 *Cymothoën*] Supra de hac Nympha dictum est.

128 *Pudor*] Reverentia Virginum majorum, scilicet Serenæ et Thermantiæ.

Proteus] Pastor monstrorum maris. Horatius: 'Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.'

133 *Pietas*] Pius amor, studium paternum magis propensum erat in Serenam quam in Thermantiam.

135 *Ira tumidus*] Theodosius natura sua ad iram promtissimus. Alias tamen a Cedreno dicitur: *χαριεὶς τὴν ὁμιλίαν, τὸν τρόπον δὲ χαριέστατος: gratus in alloquiis, moribus autem gratissimus.*

Commotum Flaccilla virum, tu sola frementem
Frangere, tu blando poteras sermone mederi.
Alloquiis hærere tuis : secreta fideli * * *
Prisca puellares reverentia transilit annos.
Non talem Triviæ confert laudator Homerus
Alcinoo genitam : quæ, dum per littora vestes
Explicat, et famulas exercet læta choreas,
Auratam jaculata pilam, post naufraga somni

bas placare eum *frendentem, et lenire* hunc *verbis mollioribus.* Ille *stare dictis tuis* solebat : *secreta fideli * * *. Veneratio antiqua superat ætatem virgineam. Homerus prædicator non tribuit Dianæ talem natam Alcinoo* Nausicaan, *quæ dum expandit vestimenta per littora, et hilaris exercet choros sibi servientes, vibrans auream pilam,* eum *extimuit Ulyssem naufragantem, egressum post quietem ex fron-*

timore pro *timeret* Moret. pr. *timerent* duo Med. *tumerent* Pal.—137 *Commovit* Buslid. *Placilla* Ambr. tert. *Faccilla* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *frementes* Vat. pr. ed. Parm.—138 *poteras blando* Oxon. sec. *morari* pro *mederi* citat Heinsius e Mss. sed e quibus, non ascripserat. *fideli* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. et ed. Parm. *fidelis* Vien. Bas. Plant. Clav. Barth. Gesn. et ed. Bipont. Heinsius hic deesse quædam suspicatur, atque asteriscum apposuerat.—140 *transilit* Vat. Livin. *transtulit* Pal. Cod. Barth. Buslid. Ald.—141 *Non talem Triviæ* Heinsius ascripserat Lucian. p. 772. *confer* Oxon. sec.—142 *meritam* pro *genitam* Moret. pr. *genita* Ambr. tert. *cum* pro *dum* Put. *vestem* Vat. sec.—143 *choreas* Vat. tert. Oisel. Ambr. pr. m. sec. *choreis* Cod. Epigr. Ambr. et quindecim alii, Ald. et Exc. Lucens.

NOTÆ

137 *Frementem*] Immurmurantem, et leonis instar rugientem : Ira quippe Theodosii magnas calamitates intulit. Vide lib. II. in Ruf. vs. 280.

139 *Secreta, fideli*] Veneratio, qua Theodosius te prosequebatur, erat velut fida quædam socia, quæ te comitabatur, quæque superabat eam omnem venerationem, quam quis habere potest erga puellam. Alii legunt, *Secreta fidelis*, et Heinsius hic unum alterumque versum excidisse putat.

140 *Prisca reverentia*] Digna sæculis priscis, et quæ senili deferatur ætati : ac revera fuit in Serena mira taciturnitas, comitasque morum.

142 *Alcinoo genitam*] Nausicaan Alcinoi Phæacum et insulæ Corcyræ vulgo *Corfou*, Regis filiam, quæ cum vidisset Ulyssem naufragum, expavit, sed mox Palladis ope, pavore defuncta, eum benigne excepit et adjuvit; non talis igitur erat Nausicaa, qualis est Serena, quæ honesta quadam fiducia Theodosium iratum et velut ex rationis portu ejectum et naufragum non timet, sed demulcet, et in suum pristinum statum restituit. Sed cur *Triviæ confert?* quod scilicet Nausicaa esset Triviæ seu Dianæ cara propter studium venationis : vel quod Ulysses admirans ejus pulchritudinem, eam Dianam esse crederet Ἀρτέμιδί σε ἔγωγε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο...ἐΐσκω : *Dianæ te ego Jovis filiæ magni assimilo.* Homerus.

144 *Pilam*] Nam Nausicaa cum ancillis pila ludebat. Homerus : Σφαί-

Otia, progressum foliis expavit Ulixen.
Pierius labor, et veterum tibi carmina vatum
Ludus erat: quos Smyrna dedit, quos Mantua, libros
Percurrens, damnas Helenen, nec parcis Elissæ.
Nobiliora tenent animos exempla pudicos.
Laodamia sequens remeantem rursus ad umbras

dibus. Opera Musarum et versus Poëtarum antiquorum erant tibi *oblectamentum. Tu evolvens volumina, quæ* Homerus *Smyrnæus, et* Virgilius *Mantuanus composuerunt, condemnas Helenam, neque ignoscis Didoni. Exempla illustriora possident mentem* tuam *castam. Laodamia scilicet secuta Protesilaum redeuntem*

pr.—146 *culmina* pro *carmina* Moret. pr.—147 *Ludus erat* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *erant* Ambr. tert. item Gesn. et ed. Bipont. *summa dedit tibi* pro *Smyrna dedit quos* Buslid. *summa* vel *fama* Moret. pr.—148 *damnans* Put. Buslid. *Helenam* duo Vatt. Oisel. *Helenem* Pal. duo Med. *Helenen* Cod. Epigr. Ambr. *Helissæ* Vat. pr. *Elissæ* duo Vatt. Pal. Rott. Ambr. pr.—150 *remeantem* Vat. pr. Thuan. Exc. Lucens. pr. *remeantes* Rott. *redeuntem*

NOTÆ

ρῃ ταί τ' ἄρ' ἔπαιζον ἀπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι: Pila ipsæ ludebant, redimiculis depositis.

146 *Pierius*] Pieria est regio Macedoniæ, Musis sacra.

147 *Ludus erat*] Hos Poëtas facile et velut ludendo legebas, et iis dabas illud tempus, quod aliæ puellæ ludo impendunt.

Smyrna] Urbs Ioniæ in Asia minore, quæ certat de natalibus et de laude insignis Homeri. Notum illud distichum: Septem urbes certant de laude insignis Homeri, Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ. Homerus autem semper fuit in pretio; Platoni dicitur *ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν, optimus et divinissimus Poëtarum.*

Mantua] Andes, vulgo *Petola*, est pagus prope urbem Mantuam in Italia, ubi natus Virgilius ad ripas Mincii fluminis, unde et *Andinus*, et *Minciades* dicitur, et a Julio Cæsare Scaligero, 'solus Poëtæ nomine dignus, Poëtarum rex,' immo et 'Deus' magnificentius appellatur.

Libros] Homericos et Virgilianos: sicque Serena linguæ Latinæ et Græcæ perita erat et docta: qualis fuit Sappho apud Græcos, Cornelia apud Romanos, et apud nos Margarita Valesia Navarrorum Regina, avia Henrici Magni, quippe 'æternis literarum monumentis, quæ plurima et præclarissima conscripsit, nominis sui memoriam posteritati consecratam reliquit.' Scævola Sammarthanus. Idem sentiendum de Margarita Henrici Magni uxore, quæ Commentarios eleganter scripsit.

148 *Helenen*] Damnas Helenen quæ secuta est adulterum: et Didonem seu Elisam, quæ ex Virgilio et Poëtis multis deperiit Æneam: at S. Augustinus, Ausonius, et alii, asserunt Didonem fuisse castissimam: 'aliqua Carthaginis conditrix rogo se dare maluit, quam ad secundas nuptias convolare: o præconium castitatis!' Tertullianus.

150 *Laodamia*] Serena non sibi proponit imitandas Helenam aut Didonem, sed alias; ut Laodamiam, quæ

Phyllaciden, et prona ruens Capaneia conjux
Communes ardente viro mixtura favillas,
Et gravis incumbens casto Lucretia ferro,
Vulnere quæ proprio facinus testata tyranni,
Armavit patriæ justos in bella dolores,
Exule Tarquinio; memorandaque concidit, uno
Ulta pudicitiam libertatemque cruore.
Talia facta libens non tu virtute minori,
Sed fato meliore, legis. Jam nubilis ætas
Principe solicito votis erexerat aulam,
Incertis quem tanta tori fortuna maneret.
Antiquos loquitur Musarum pagina reges,

iterum ad inferos, et uxor Capanei iens præceps permixtura ignes communes cum *marito incenso, et Lucretia, incubans graviter* in *gladium pudicum, quæ ostendens plaga sua crimen tyranni, excitavit iras justas patriæ ad bellum, Tarquinio ejecto, et commendanda obiit, vindicans castitatem et libertatem uno* et eodem *sanguine. Tu volens evolvis ejusmodi facinora non virtute inferiore, sed felicitate majore. Et jam ætas* tua *nubilis excitaverat Regiam desideriis dubiis, Imperatore anxio, quem tanta fata hujus conjugii expectarent. Libri poëtarum re-*

at. sec. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—151 *per prona* Buslid. *rogis* pro *ruens* conjiciebat Heins.—152 *arcente* Rott.—154 *tyranno* Buslid.—155 *ad bella* Med. sec.—156 *memorataque* Moret. pr. *memorandaque* Buslid. *urbi* pro *uno* inc. Heins.—158 *fata* Put. *minore* tres Vatt. Pal. Oisel.—159 *meliora* Med. pr. Buslid. *nobilis* Vat. pr. ed. Parm. et Colin. *nubibus* Ambr. tert.—160 *exerceat* pro *erexerat* Rott. *aulæ* Vat. pr. ed. Parm.—161 *Incertus* Pal. Oisel. duo Med. Petav. sec. Buslid. *Ingentis* Vat. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. *quæ tanta* Buslid.—162 *Antiquosque loquar* Buslid.—163 *dura*

NOTÆ

obtinuit a Diis, ut videret umbram Protesilai conjugis sui ab Hectore occisi, qua et visa et elapsa, statuam sibi concinnavit ad imaginem mariti: hanc pater ejus Acastus combussit in rogo, ratus ex oblivione amorem cessurum; at illa in rogum evolavit, et cum statua maritali consumta est.

151 *Phyllaciden*] Protesilaum, qui regnabat Phylacæ, quæ est urbs Thessaliæ.

Capaneia] Evadne conjux Capanei Argivi, quæ, cum maritus ad bellum Thebanum ictu fulminis perculsus in rogo flagraret, in eundem rogum se conjecit.

153 *Lucretia*] Uxor Collatini, quæ a Sexto Tarquinio Arunte, Tarquinii Superbi filio, constuprata, advocatis patre, marito, et amicis, flagitium detexit, ad vindictam eos impulit, et sese pugione confodit, anno ætatis 22. Laudatur passim ab auctoribus profanis; a S. Augustino vituperatur, quod non sibi peccati conscia gladio incubuerit.

156 *Exule Tarquinio*] Ideo enim ejecti sunt Tarquinii, et libertas institui cœpta est.

Quod dura sub lege procos certare juberent,
Emturos thalamum dubii discrimine leti;
Et sua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti. Curru Pisæa marino
Fugit tela Pelops: nam perfidus objice regis
Prodidit Œnomai deceptum Myrtilus axem.
Hippomenes trepidus cursu ferroque secutam
Aurato volucrem flexit Schœneida pomo.

ferunt Reges veteres, quod imperarent procos dimicare sub conditionibus acerbis ad emenda conjugia, periculo mortis ancipitis, et immites lætarentur filias suas posci ipsa *vanitate mortis* oppetendæ. *Pelops evitavit curru conjugali arma* Œnomai *Pisæi, etenim Myrtilus infidus* auriga *tradidit repagulo* fragili *axem elusum Regis Œnomai. Hippomenes timens, expugnavit pomo aureo Atalantam Schœnei* filiam

tres Vatt. Pal. Oisel. *dira* Put. Thuan. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. item Gesn. et ed. Bipont. *viros* pro *procos* Ambr. pr. Sched. Gud.—164 *thalamos* Pal. Oisel. duo Med. Buslid. *discrimina* Vat. pr. *certamine* inc. Heins.—166 *Conditione* pro *Ambitione* Ambr. tert. *petit* Var. LL. ed. Antv. *cursu* Pal. duo Med. Ambr. pr. *marito* Put. *marino* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *maligno* Buslid.—167 *Fudit* Ambr. pr. *præda* pro *tela* Thuan. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. m. sec. *preda* Vat. pr. *jam* Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *pervidus* Vat. tert. *perfidus* Vat. pr. Med. sec. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Parm. Exc. Pat. rec. *fervidus* vet. Gyr. cum tredecim aliis, Sched. Gud. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *legis* Florent. Med. sec. *reges* Pal. duo Med. *regni* Exc. Pat. rec.—168 *Prodit* Pal. Med. quart. *deceptus* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *discerptum* vel *deceptor* conjiciebat Heins. *Myrtulus* Vat. tert. Pal. *Myrtolus* Vat. sec. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. ed. Parm. *Myrtholus* Buslid. Var. LL. ed. Antv.—169 *Ypomedes* Buslid. *Hippomanus* Med. pr. *Hippomenem* Med. quart. *Hipomanes* Parm. *curru* Petav. pr. inc. Heins. —170 *ponto* pro *pomo* Vat. sec.—172 *laboris* Vat. tert. *labori* Oisel. duo Med.

NOTÆ

166 *Ambitione*] Ita proci puellas ambiebant, ut morti sese per ambitionem et vanitatem exponerent. Alii legunt *mortis conditione*, et bene. Virgilius: 'Cur mortis ademta est Conditio?'

Pisæa] Œnomaus, Pisis regnans in Elide, habebat filiam pulcherrimam Hippodamiam; sed erat in fatis eam non nisi cum morte Patris nupturam. Ergo Œnomaus procis curule certamen secum proponit, ea lege, ut qui vinceretur, morte, qui vinceret, conjugio filiæ donaretur. Post multos sic occisos, Pelops amans descendit in curriculum, sed corrupit Myrtilum aurigam Œnomai, qui fragilem axem hujus currui imposuit: quo fracto vicit Pelops, periit Œnomaus: ast, hoc precante et ultionem petente, Myrtilus in mare Myrtoum præceps actus est, demens et spe elusus, nam regni partem dimidiam speraverat.

170 *Schœneida*] Atalanta filia Schœnei proposuit etiam currendi conditionem; ea lege, ut qui victus esset, vita spoliaretur; qui victor, se duceret uxorem. Hippomenes amore captus descendit in certamen, sed projectis per intervalla tribus pomis

Herculeas vidit fluvio luctante palæstras
Mœnibus ex altis Calydon, pretiumque labori
Deianira fuit, cum pectora victor anhelo
Alcides premeret, retroque Acheloius iret
Decolor: attonitæ stringebant vulnera Nymphæ:
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Te non Hesperidum pomis, non amne subacto,
Non socerum fallente rota, sed judice dignus
Augusto, variis Stilichon spectatus in armis
Accipit, et regni dotes virtute paravit.
Sæpe duces meritas bello tribuere coronas:
Hunc cingit muralis honos: hunc civica quercus

celerem, sequentem cursu et gladio. Calydon ex muris excelsis spectavit luctam Herculis cum fluvio pugnante, et Dejanira præmium victoriæ extitit, cum Hercules domitor obrueret præcordia Acheloi *anhelantis, et* ipse *Achelous pallidus fugeret retro: Nymphæ obstupefactæ ligabant plagas* ejus, *et fluvii vulnerati expavescebant cornu mutilato. Stilicho ducit te,* o Serena, *non pomis Hesperidum, non fluvio edomito, non curru decipiente socerum, sed promeritus delectum Imperatoris* Theodosii, ipse *exercitatus in bellis diversis, et peperit sibi virtute* sua *ornamenta* familiæ *regalis. Frequenter ductores dederunt coronas promeritas in bello: hunc* Stilichonem *ornat corona muralis: huic* corona *civica ex quercu ligavit caput: hunc*

inc. Heins. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr.—173 *pectore* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Gesn. et ed. Bipont. *pectora* Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. *pectora anhela* vel *pectora Victor anhelo* conjiciebat Heins. *luctor* pro *victor* Petav. pr.—174 *premeret* Ambr. pr. m. pr. *fremeret* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel.—175 *funera* pro *vulnera* Vat. sec. Pal. Oisel. duo Med. Ambr. pr. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud.—176 *plaudebant* pro *pallebant* Med. sec. unde *squallebant* conjicit Heins.—177 *nunc Hesperidum...nunc* inc. Heins.—178 *socium* pro *socerum* Buslid. *rotam* Med. pr.—179 *scruptatus* pro *spectatus* Buslid.—181 *meritas belli* Exc. Pat. rec. Rott. *meritis* tres Vatt. Pal. Oisel. *belli* Ambr. tert.—182

NOTÆ

aureis a Venere acceptis, in Hesperidum horto natis, delusit, vicit, duxitque Atalantam: sed mox ambo, cum Templum Cybeles amore præpostero violassent, hic in leonem, illa in leænam conversa est.

171 *Herculeas*] Hercules pro Dejanira Œnei Calydone regnantis filia, cum Acheloo fluvio luctatus est, eumque cornu amputato vicit. His fabulis omnia plena.

177 *Non Hesperidum pomis*] Ut Hippomenes.

Non amne subacto] Ut Hercules.

178 *Non socerum fallente rota*] Ut Pelops.

180 *Regni dotes*] Ornamenta seu honorem affinitatis cum Regali seu Imperatoria familia.

182 *Muralis honos*] Corona muralis facta in speciem minarum muri, et ei decreta, qui primus murum conscendisset.

Nexuit: hunc domitis ambit rostrata carinis.
Solus militiæ mira mercede jugalem
Promeruit Stilichon, socero referente, coronam.
Agnovit patrui similem Thermantia curam:
Nupsit et illa duci. Sed longe fata sororis
Inferiora tuis. Alio tibi lumine tædas
Accendit Romana Salus, magnisque coronis
Conjugium fit cura tuum. Delectus equorum,

corona navalis quærit post naves victas. Stilicho solus meruit præmio admirabili bellorum, coronam conjugalem, Theodosio *socero dante. Thermantia experta est par studium patrui* sui Theodosii: nam *illa ducta est etiam a Ductore. At fortuna sororis* tuæ, o Serena, *multo minor est tua* fortuna. *Salus Romana inflammavit pro te faces* nuptiales *igne præstantiore, et potestates ingentes curant matrimonium tuum. Prima dignitas* Stilichonis *est electio* ejus ad regendos *equos, quos* equæ

myrtalis Var. LL. ed. Antv.—183 *hinc domitis* Buslid. *meritis* pro *domitis* Ambr. tert. —184 *miram* Vat. pr. *sola* pro *mira* Buslid.—186 *similem patrui* Vat. sec. *patrium curum* Ambr. tert. *Therimantia* Rott. *Theumancia* Buslid. *tecum* vel *curam* vel *circum* vel *currum* vel *teucrum* Moret. pr.—187 *facta* Vat. pr. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Exc. Pat. rec. ed. Parm. *pacta* conjecerat Heins.—188 *suis* Vat. sec. *alio te* Oxon. sec. *numine* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *munere* Vat. tert. Florent. Med. sec. Bonon. Ambr. pr. *lumine* Vat. Livin. *vivere* Vat. quart. Buslid.—189 *magnusque* Oxon. sec. *coloris* pro *coronis* Exc. Pat. rec. *choreis* vet. Gyr.—190 *sit* pro *fit* duo Med. *cura* duo Vatt. Oisel. *caussa* duo Vatt. Rott. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. Heinsius huic versui asteriscum apposuit. *dilectus* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr.

NOTÆ

183 *Rostrata*] Corona navalis in rostri speciem ex auro facta.

184 *Solus*] Poëtice, nam et alii sunt qui ob virtutem bellicam cum Imperatoribus aut Regibus affinitate conjuncti sunt; ne multos proferam, Agrippa ab Augusto Cæsare gener electus est.

Jugalem coronam] Id est, coronam seu præmium conjugale virtute sua retulit, dum Serenam duxit uxorem, qui honos cumulus est omnium laudum et coronarum.

186 *Thermantia*] Nupsit Bathapario Libyæ Præfecto, et militum Magistro.

189 *Salus*] Salus, cujus est Stilicho verus clypeus, ipsa accendit tædas tuas nuptiales, *alio lumine*, id est, igne præstantiore, feliciore. *Salus* in speciem mulieris pingebatur, et pro Dea habebatur.

Coronis] *Magnæ coronæ*, id est, magnæ potestates coronam gestantes curant conjugium tuum: in versu sequenti alii legunt, non *cura*, sed *caussa*, id est, conjugium tuum est causa magnarum coronarum, seu magnarum dignitatum Stilichonis.

190 *Delectus equorum*] Primus honos Stilichonis fuit cura stabuli Imperatorii: secundus Præfectura peditum. Unde dicitur utriusque militiæ Præfectus, *Equitum Peditum-*

Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina pastæ,
Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt,
Primus honos. Gemino mox idem culmine duxit
Agmina, commissosque labor sic gessit honores,
Ut semper merito Princeps, cum magna dedisset,
Deberet majora tamen. Si bellica nubes
Ingrueret, quamvis annis et jure minori
Cedere grandævos equitum peditumque magistros

matres Phrygiæ, et nutritæ herbis Argæis, et *semine* equorum *Cappadociæ emittunt in stabulis Imperatoriis. Statim idem* Stilicho *potestate duplicata rexit exercitus, et industria* ejus *ita administravit dignitates impositas, ut Imperator cum donavisset jure ampla* præmia, *tamen deberet semper ampliora.* Quod *si tempestas belli immineret, videres senes præfectos equitatui ac peditatui concedere* Stilichoni,

Buslid. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm.—191 *partæ* pro *pastæ* Vat. quart. *pactæ* Petav. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *posse* Buslid.—193 *Primus honor* —— inc. Heins. *odor* Moret. pr. *amor* Exc. Pat. rec. *honor* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Med. quart. *genero* Vat. Livin. *Primus honor tantaque fide victricia duxit* Ambr. tert. *Primus honor gemino mox in? germina novit* Ambr. pr. *gemino mox inde e gramine duxit* Med. quart. *gemino nox inde e gramine* Pal. *gemino nexu tibi germina d.* Buslid. *gemino nox inde germine* Vat. quart. *geminæ nex inde in germina* Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *geminæ nex inde Germania* Put. *geminæ nex inde germina* Petav. sec. Oxon. sec. *gemine vexinum gramina* Vat. sec. *gemino nec inde gemin . . . . duxit* Exc. Lucens. pr. *gemine non ide germine* Vat. tert. m. sec. [a m. pr. reliqua deerant] *geminæ* Vat. tert. reliqua vero desiderabantur, uti et in Thuan. et Petav. pr. *geminæ mox inde* Florent. *gemino Judææ* Exc. Pat. rec. *geminæ nec in* Bonon. *nox inde germina* Rott. *Idæ* vet. Gyr. *inde* Moret. pr. Ald. ed. Parm. *inde a germine* Vat. pr. *inde e* Vat. Livin. *in e* Med. pr. *inde .... movit* Sched. Gud. Heinsius ascripserat, *De Stilichonis honoribus* vide Inscriptiones apud Castal. in Rutil. p. 107.—194 *libens* pro *labor* Vat. quart. *fregit* Med. sec. Heinsius ascripserat, sic apud Horat. 'frangere diem labore.' sed ablegabat lectorem ad Lib. II. in Eutrop. vs. 562. ubi vid. has Var. LL.—195 *miti* pro *merito* Pal. duo Med.—196 *Auderet* pro *Deberet* Vat. quart. *Deferret* vel *Offerret* leg. Heins. *majore* Vat. pr.—197 *Ingereret* Med. sec. *rure* Florent. duo Med. *minari* Buslid.—198 *Credere* Florent. Med. sec. Put. *comitumque*

NOTÆ

que *Magister. Hoc geminum* est *culmen* seu duplex honos, ad quem Stilicho, velut ad dignitatum pulcherrimarum fastigium, evectus est. Sic et apud Francos 'Comes stabuli Regii,' *Connestable*, prima fuit in re militari dignitas.

191 *Phrygiæ, &c.*] Equi et equæ Phrygum in pretio habebantur, et ipsi Phryges ab Homero dicuntur ἱππόδαμοι, *Equorum domitores;* et αἰολόπωλοι, *Varios velocesque pullos habentes.*

Argæa] Argæus est mons Cappadociæ, de quo supra.

192 *Sacris præsepibus*] Stabulum sacrum, Imperatorium: adeo ea omnia sacra dicuntur, quæ Regum sunt.

196 *Bellica nubes*] Incursus Barbarorum, nubis instar, erumpens et effervescens in regiones Romanas.

Aspiceres, totumque palam permittere Martem.
Nec gradus ætatisve pudor senioribus obstat,
Ne juveni parere velint. Ceu flamine molli
Tranquillisque fretis clavum sibi quisque regendum
Vindicat: incumbat si turbidus Auster, et unda
Pulset utrumque latus: posito certamine nautæ
Contenti meliore manu, seseque ratemque
Unius imperiis tradunt, artemque pavore
Confessis finem studiis fecere procellæ.
Haud aliter Stilichon, fremuit cum Thracia belli

etsi inferiori ætate et dignitate, et credere aperte huic *omne bellum. Neque vero dignitas et verecundia ob ætatem impedit seniores, quominus velint obedire juniori* Stilichoni. *Quemadmodum ventis levioribus, et mari placidiore, unusquisque tribuit sibi gubernaculum moderandum:* at *si Notus violentus, et fluctus feriant duo latera* navis, *nautæ, contentione omissa, contenti dextra peritiore, committunt sese et navem regimini unius, et tempestates imposuerunt finem favoribus* hominum *agnoscentium industriam. Non secus Stilicho, cum procella belli Thracii intonuit,*

Put.—199 *Aspiceret* ed. Parm. *tutumque* Vat. tert. Florent. Med. sec. *committere* Ambr. pr. *promittere* Buslid. *permittere* vet. Gyr. Vat. Livin. duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *Martem* vel *in arcem* Moret. pr.—200 *Non* Ambr. pr. Ald. Sched. Gud. *ætatisque* tres Vatt. Rott. Oisel. *ætatisve* duo Med. Buslid.—201 *Neve juvent* pro *Ne juveni* Vat. pr. *Neu* inc. Heins. *Nec* Pal. Rott. duo Med. Put. duo Petav. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *flumine* Vat. pr. Pal. *flamina* Exc. Lucens. pr. *flamine* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec.—202 *Tranquillisve* Pal. duo Med. *feris* Ambr. tert. *tibi quisque* Thuan.—203 *incumbat* Vat. Livin. *incumbit* Ald. *turbinis* pro *turbidus* Buslid. *et unda* deerant hæc Med. sec.—204 *Hi per* pro *Pulset* Buslid. *nutet* pro *nautæ* Vat. pr.—205 *Contentæ* inc. Heins. *Contempti* Buslid. *manus* Vat. pr. *seseque patremque* inserto versu seq.—206 *Unius imperio tr. art. pavore* Vat. pr. et quart. Petav. pr. Put. Bonon. Moret. pr. Vat. Livin. Buslid. Oxon. sec. Exc. Pat. recent. *seseque patrem Unius imp. tradunt artemque pavore* inc. Heins. qui *credunt* pro *tradunt* corrigit, et *ratemque,* quod extat in Vat. Livin. in duobus autem Vatt. uti et Pal. et Rott. et aliis desideratur ille versus. *pavorem* Vat. quart. *pavore* Rott. Oisel. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm.—207 *Confessis* Put. *Confessi* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *Confessæ* Vat. pr. et quart. inc. Heins. Bonon. Vat. Livin. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *studiis finem* Buslid.—208 *fremuit Stilico* Vat. quart. *tremuit* Pal. duo Med. *tercia* Med. quart. *tertia* Pal.

NOTÆ

199 *Totum permittere Martem*] Totius belli curam atque molem Stilichoni juniori committebant etiam ipsi senes.

207 *Studiis*] Tempestates finem faciunt *studiis,* id est, desideriis et contentionibus regendæ navis: *artem confessis,* non quod studia confiteantur artem, sed quod homines studiosi regendæ navis territi fateantur et agnoscant in periculo industriam viri peritioris.

208 *Thracia tempestas*] Bellum in

Tempestas, cunctis pariter cedentibus, unus
Eligitur ductor: suffragia quippe peregit
Judex vera timor. Victus ratione salutis
Ambitus, et pulsus tacuit formidine livor.
Quis tibi tunc per membra tremor, quantæque cadebant
Ubertim lacrymæ, cum sæva vocantibus arma
Jam lituis, madido respectans limina vultu,
Optares reducem, galeæque inserta minaci
Oscula cristati raperes festina mariti?
Gaudia quæ rursus, cum post victricia tandem
Classica sidereas ferratum pèctus in ulnas
Exciperes: castæ tuto per dulcia noctis
Otia pugnarum seriem narrare juberes?

dux solus eligitur, omnibus recedentibus æqualiter. Namque metus judicans dedit suffragia certa Stilichoni: *ambitio superata est ob causam salutis, et invidia expulsa timore siluit. Quis tibi horror erat tum per corpus, et quot lacrymæ fluebant abundanter, cum tubis excitantibus jam arma terribilia,* tu *aspiciens domum genis madentibus, expeteres* eum jam esse *reversum, et* tu *prompta quasi furareris oscula conjugis galeati*, oscula *ingesta per cassidem terribilem? Quæ iterum lætitia* fuit, *cum post tubas triumphantes reciperes tandem pectus armatum* Stilichonis *inter brachia tua divina;* cum tu *secura per quietem placidam noctis pudicæ impelleres* eum *commemorare seriem præliorum? Illo* Stilichone *pugnante,* tu, o

Thracia vel *tercia* Moret. pr. *bellis* Thuan.—209 *candentibus* Pal. Med. pr.—210 *Erigitur* Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. *dictor* Var. LL. ed. Antv. *doctor* tres Vatt. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec.—211 *Judex namque* Ambr. pr. Buslid.—212 *impulsus* Pal. *tacuit* Buslid. *jacuit* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel.—213 *Quis tua* Med. sec. *tum* Vat. sec. *nunc* Ambr. tert. Oxon. sec. *timor* Rott. Moret. pr. *pavor* Ambr. tert. *rigor* Vat. quart.—215 *despectans* Ambr. pr. *respectas* duo Med. *respectant* Rott. *limina* duo Vatt. Pal. Rott. Put. Thuan. Petav. sec. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *lumina* Cod. Barth. *flumina* vel *numina* conjiciebat Heins.—216 *Optaret* Rott. Put. *Optatis* Vat. sec.—218 *quæ* Buslid. *qui* Pal.—219 *cristatum* pro *ferratum* Moret. pr. *pontus* pro *pectus* Buslid. *pondus* conjiciebat Heins. *urnas* Pal.—220 *Exciperet* Put. *tuto castæ* Petav. pr. *toto* Vat. pr. *lucida* pro *dulcia* Vat. quart. *dubia* Pal. duo Med. *dulcia* vel *devia* Moret. pr.—221 *series* Vat. tert. Florent. Buslid.—

NOTÆ

Thracia tonans, idque cum Getis gerendum.

211 *Timor*] Loco suffragiorum, timor periculi, ex re ipsa, veraque virtutis æstimatione, fecit ut Stilicho dux eligeretur.

215 *Respectans limina*] Tu respicis domum tuam lacrymando, et quasi admones reditus celerandi.

217 *Raperes*] Velut raptim furareris, ne maritum ad bella properantem in tanto patriæ periculo retardares.

Non illo nitidos unquam bellante capillos
Comere: non solitos gemmarum sumere cultus.
Numinibus votisque vacas, et supplice crine
Verris humum. Teritur neglectæ gratia formæ
Cum proprio reditura viro: nec deside cura
Segnis marcet amor: laudem prudentia belli
Fœminea pro parte subit. Dum gentibus ille
Confligit, vigili tu prospicis omnia sensu:
Ne quid in absentem, virtutibus obvia semper,
Audeat invidiæ rabies, neu rumor iniquus,

Serena, *nunquam sustinuisti ornare crines* tuos *micantes, non capere fulgorem consuetum margaritarum; studes diis* orandis, *et votis faciendis, et capillis effusis abstergis terram. Venustas pulchritudinis despectæ jacet reversura cum marito suo. Neque* tamen *amor* conjugalis *lentus cura pigra minuitur. Sapientia* tua *obit bellum laudabile, secundum vires muliebres: dum ille* Stilicho *pugnat* contra *Nationes, tu prævides cunctis rebus animo sagaci. Ne furor livoris semper inimicus virtutibus ausit suscipere aliquid contra absentem* maritum, *neve fama injusta, et*

222 *unquam* tres Med. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *usquam* Exc. Pat. rec.—223 *solitis* Med. sec. *funere* pro *sumere* Pal. Med. quart. Exc. Lucens. pr.—224 *votisque* quatuor Vatt. *votisve* duo Med. Gesn. et ed. Bipont. *vocas* Vat. sec. *sed supplice* Put. *simplice* Buslid. *crure* pro *crine* Oxon. sec.—225 *Verris humum:* Heinsius ascripserat Herald. in Arnob. p. 47. *tegitur* Vat. tert. *teritur* duo Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Amb. Sched. Gud. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. ed. Parm. *gloria* pro *gratia* Buslid.—226 *desine* pro *deside* Pal. duo Med.—227 *molem* pro *laudem* conj. Heins.—228 *de parte* inc. Heins. *tulit* Petav. pr. *de gentibus* Moret. pr. *illis* Vat. sec.—229 *Conflixit* Ambr. pr. *sensum* Pal. Med. pr.—230 *absentes* Buslid.—231 *seu fervet* pro *neu rumor* Pal. duo Med. *rumor* Sched. Gud. *fervor* Vat. pr. et quart. *furor* Ambr. tert. *femur* Vat. sec. Rott. Oisel. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. *fremat* Cod. Epigr. Ambr. *sem iniquis* Vat. tert. *femur* et emendatum *rumor* Ambr. pr. *livor* conjiciebat Heins. *iniquus* Med. quart. Moret. pr. inc.

NOTÆ

222 *Non capillos comere*] Absente Stilichone omnem sui curam abjiciebat Serena: sic et absente Protesilao Laodamia ex Ovidio: 'Nec mihi pectendos cura est præbere capillos, Nec libet aurata corpora veste tegi.'

224 *Supplice crine*] Crinibus sparsis in Templo Deum oras, eorum more qui templorum limina capillis verrebant.

231 *Invidiæ rabies*] Hæc tandem Stilichonem perculit, sed quibus parcit illa pestis? Nimirum ex Pindaro, ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον, *Sustinetque felicitas non minorem invidiam:* et ex Plutarcho, ut Cantharides tritico lætiori et rosis florentibus innascuntur, sic eos magis infestat invidia, qui virtute aut opibus florent: et ut nulla regio est, quæ non alat venena, ita et nullus locus, in quo non pullulet canina gens invidorum. Viri ipsi sanctissimi hujus furiæ morsus et rabiem reformidant. S. Hieronymus:

Ne qua procul positis furto subsederit armis
Calliditas nocitura domi. Tu sedula quondam,
Rufino meditante nefas, cum quæreret artes
In ducis exitium, conjuratosque foveret
Contra pila Getas, motus rimata latentes,
Mandatis tremebunda virum scriptisque monebas.

Reliqua desiderantur.

ne aliqua perfidia obstitura in *urbe clam delitescat telis longe occultatis. Tu provida alias, Rufino cogitante crimen, cum strueret dolos ad perniciem ductoris* Stilichonis, *et aleret Getas conspirantes adversus arma* Romana, tu *scrutata consilia secreta* ejus, *metuens admonebas maritum* tuum *mandatis et literis.*

Heins. *iniquis* al.—232 *subitis* pro *positis* Ambr. tert. *subsideris* Pal. *subsiderit* duo Med. Buslid. *subjecerit* Bonon. *sublæderit* Oxon. sec. *subseditur* Ambr. tert.—234 *mediante* Vat. quart. Med. quart. *dum quæreret* Florent. *arces* duo Vatt.—235 *Judicis* pro *In ducis* Pal. duo Med. Buslid. *exilium* Var. LL. ed. Antv. *exicium* Buslid.—236 *motis* pro *motus* Pal. duo Med. *lateres* pro *latentes* Med. quart. *latrantes* Cod. Epigr. Ambr.—237 *movebat* Vat. quart. Pal. *monebas* tres Med. inc. Heins. Thuan. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *tenebas* Exc. Pat. rec.

NOTÆ

'Oro vos, ut contra latrantes canes, qui adversum me rabido ore deseviunt, et circumeunt civitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis.'

232 *Subsederit*] Ad insidias Stilichoni struendas: *subsidere* enim arguit dolos et insidias: Virgilius, 'subsedit adulter:' et a Valerio Maximo, 'Subsessor alieni matrimonii' dicitur, qui alterius conjugis pudicitiæ insidiatur.

XXX.

CL. CLAUDIANI

EPITHALAMIUM

DICTUM PALLADIO V. C. TRIBUNO ET NOTARIO, ET CELERINÆ.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Claudianus scribit hoc Epithalamium ob amorem Generi, et venerationem Soceri.

Carmina per thalamum, quamvis festina, negare
Nec volui genero, nec potui socero.

Neque ego *volui abnuere Genero* Palladio *versus nuptiales, etsi promtos, neque*

Desideratur hoc carmen in Lov. Moret. sec. Reg. Thuan. Mazar. Petav. tert. Tholos. Ambr. sec. Exc. Schott. et Var. LL. ed. Parm. defuisse itidem

NOTÆ

Epithalamium] Supra pag. 160.

Palladio] Hic fuit nobilis Romanus, cujus comes et amicus Claudianus.

Tribuno] Tribunus in militia erat is propemodum, quem in Gallia vocamus, *Mareschallum Franciæ:* ita sentit Robertus Stephanus.

Notario] Notariorum alii majores, alii minores. Notarii majores erant in magna dignitate, hos enim Vopiscus appellat 'Secretorum Imperatoris Notarios.'

Celerinæ] Sunt qui dicant nobilem hanc puellam fuisse adoptatam a Stillichone, qui ideo socer dicitur Palladii.

Hic socius, dux ille mihi; nostrique per aulam
  Ordinis hic consors emicat, ille prior.
Hunc mihi conjungit studiis communibus ætas;
  Hunc mihi proponit vel senium vel honos.
Carmen amor generi, soceri reverentia poscit,
  Officio vatis, militis obsequio.

potui Socero Stilichoni. *Hic* Palladius *socius mihi* est, *ille* Stilicho *ductor; et in Regia hic comes cœtus nostri, ille primus eminet: ætas colligat hunc mihi ob studia similia, et senectus et dignitas anteponunt mihi illum: amicitia* mea in *Generum petit versus* ex *munere Poëtæ, veneratio* mea in *Socerum* petit versus ex *obedientia militis.*

videtur in Junianis, Vossianis et Heinsianis, necnon in Oxon. pr. ex solo quippe Oxon. sec. Var. LL. ab Heinsio enotatæ comparent. In Put. Incriptio, in Sched. vero Gud. Præfatio deerat. In Aldina editione Præfatio inter Epigrammata legitur. In Cod. Rhem. inscribitur *Epithalamium Serenæ.* In Moret. pr. erat *Incipit Epithalamius dictus.* Sed Inscriptio similiter deerat. Vat. Livin. et Sched. Gud. *Epithalamium Palladii et Celerinæ* vocant. In Lucens. pr. dicitur EPITHALAMIUS DICTUS PALLADIO...TRIBUNO ET NOTARIO ET CELERINI [l. CELERINÆ.] Vat. pr. exhibet, *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. Cl. et Celerinæ.* In antiquo Gyraldi Cod. erat, *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. Cl. Tribuno et Notario. cætera non percipiuntur.* Var. LL. ed. Antv. simpliciter Epithalamium vocant sine ulla Inscriptione.

1 *festiva* Oisel. *negarem* duo Vatt. Rott. Med. sec. *negantem* Pal. duo Med. *tegaoni* Vat. pr. *nostramque per aulam* Buslid. *consors emicat, ille* Petav. pr. Ald. *conjunxit* Vat. quart. Ambr. pr. *proponit* Med. sec. Moret. pr. *honor* Med. pr. Ambr. pr. *ignos* pro *honos* Exc. Lucens. pr. *amor soceri, generi reverentia* Pal. Med. pr. *poscit* deerat Vat. pr. *poscunt* Exc. Pat. rec. *Obsequio nati, militis officio* Buslid. *officio* pro *obsequio* Exc. Pat. rec.

NOTÆ

7 *Carmen amor*] Offero Epithalamium Palladio, quia sum vates, ipsumque amo. Offero Stilichoni, quia sum hujus miles, ipsumque veneror.

8 *Officio vatis*] Officiosum enim est vati socium suum versibus prædicare in tanta festivitate nuptiarum.

XXXI.

CL. CLAUDIANI EPITHALAMIUM PALLADII ET CELERINÆ.

ARGUMENTUM.

VENERI in antro dormienti renuntiatur conjugium Palladii et Celerinæ. Per Amores accersit Hymenæum, et interrogat. Hic respondet laudando nobilitatem utriusque conjugis. Hinc Venus adit nuptias cum apparatu, hortaturque sponsos ad amorem et concordiam.

FORTE Venus blando quæsitum frigore somnum
Vitibus intexti gremio susceperat antri,
Densaque sidereos per gramina fuderat artus,
Acclinis florum cumulo: crispatur opaca
Pampinus, et mites undatim ventilat uvas.

Fortuito Venus in *sinu cavernæ prætextæ vineis, indulgebat sopori dulci conciliato* per auram *refrigerantem, et porrexerat corpus cœleste per herbas copiosas,* ipsa *effulta acervo florum: folia* vitis *umbrosæ agitantur, et movent fluctuantes*

1 *Forte tenus* Vat. pr. *quæsivit* Pal. duo Med. *quæsitans* Exc. Pat. rec. *frigora* Vat. pr. *somnum* deest Vat. pr.—2 *intextis* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. *intextum* Vat. tert. Florent. Med. pr. *geminis* pro *gremio* Exc. Pat. rec. *secesserat* Rott. duo Medd. Put. *successerat* Oxon. sec.—3 *aptum* pro *artus* Vat. pr. *aptum* vel *artus* Oisel.—4 *Acclivis* Florent. Med. quart. inc. Heins. Buslid. Ald. et ed. Parm. *Acclinis* duo Med. Cod. Ursin. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *Acclinis foribus* vet. Gyr. *floribus* Exc. Lucens. pr. *tumulo* pro *cumulo* duo Med. *crispatus* Med. quart. *crispantur* ed. Parm.—5 *multa sudantem ventilat uva* Vat. Livin. *miteis sudanti v. uva* vet. Gyr. *mites sudanti ventilat uvas* Exc. Lucens. pr. *multos sudante* Vat. pr. *vitem sudantem* tres Vatt. Pal. Rott. *uvas* deerat Vat. pr. *unus*

NOTÆ

2 *Vitibus*] Cur dormit Venus sub vitibus? quia nempe vites, ulmis maritatæ, sunt symbolum felicis matrimonii.

Susceperat] Heinsius legit: *quæsitum frigore somnos, Vitibus intexti gremio successerat antri.* Et bene, *successerat quæsitum somnos,* id est, ad quærendos somnos.

5 *Mites undatim ventilat uvas*] Heinsius mallet: *et musto sudantem ventilat* (agitat) *uvam:* id est uvam, unde su-

Hic socius, dux ille mihi; nostrique per aulam
  Ordinis hic consors emicat, ille prior.
Hunc mihi conjungit studiis communibus ætas;
  Hunc mihi proponit vel senium vel honos.
Carmen amor generi, soceri reverentia poscit,
  Officio vatis, militis obsequio.

potui Socero Stilichoni. *Hic* Palladius *socius mihi* est, *ille* Stilicho *ductor; et in Regia hic comes cœtus nostri, ille primus eminet: ætas colligat hunc mihi ob studia similia, et senectus et dignitas anteponunt mihi illum: amicitia* mea in *Generum petit versus* ex *munere Poëtæ, venerdtio* mea in *Socerum* petit versus ex *obedientia militis.*

videtur in Junianis, Vossianis et Heinsianis, necnon in Oxon. pr. ex solo quippe Oxon. sec. Var. LL. ab Heinsio enotatæ comparent. In Put. Incriptio, in Sched. vero Gud. Præfatio deerat. In Aldina editione Præfatio inter Epigrammata legitur. In Cod. Rhem. inscribitur *Epithalamium Serenæ.* In Moret. pr. erat *Incipit Epithalamius dictus.* Sed Inscriptio similiter deerat. Vat. Livin. et Sched. Gud. *Epithalamium Palladii et Celerinæ* vocant. In Lucens. pr. dicitur EPITHALAMIUS DICTUS PALLADIO ... TRIBUNO ET NOTARIO ET CELERINI [l. CELERINÆ.] Vat. pr. exhibet, *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. Cl. et Celerinæ.* In antiquo Gyraldi Cod. erat, *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. Cl. Tribuno et Notario. cætera non percipiuntur.* Var. LL. ed. Antv. simpliciter Epithalamium vocant sine ulla Inscriptione.

1 *festiva* Oisel. *negarem* duo Vatt. Rott. Med. sec. *negantem* Pal. duo Med. *tegaoni* Vat. pr. *nostramque per aulam* Buslid. *consors emicat, ille* Petav. pr. Ald. *conjunxit* Vat. quart. Ambr. pr. *proponit* Med. sec. Moret. pr. *honor* Med. pr. Ambr. pr. *ignos* pro *honos* Exc. Lucens. pr. *amor soceri, generi reverentia* Pal. Med. pr. *poscit* deerat Vat. pr. *poscunt* Exc. Pat. rec. *Obsequio nati, militis officio* Buslid. *officio* pro *obsequio* Exc. Pat. rec.

NOTÆ

7 *Carmen amor*] Offero Epithalamium Palladio, quia sum vates, ipsumque amo. Offero Stilichoni, quia sum hujus miles, ipsumque veneror.

8 *Officio vatis*] Officiosum enim est vati socium suum versibus prædicare in tanta festivitate nuptiarum.

XXXI.

CL. CLAUDIANI EPITHALAMIUM PALLADII ET CELERINÆ.

ARGUMENTUM.

VENERI in antro dormienti renuntiatur conjugium Palladii et Celerinæ. Per Amores accersit Hymenæum, et interrogat. Hic respondet laudando nobilitatem utriusque conjugis. Hinc Venus adit nuptias cum apparatu, hortaturque sponsos ad amorem et concordiam.

FORTE Venus blando quæsitum frigore somnum
Vitibus intexti gremio susceperat antri,
Densaque sidereos per gramina fuderat artus,
Acclinis florum cumulo: crispatur opaca
Pampinus, et mites undatim ventilat uvas.

Fortuito Venus in *sinu cavernæ prætextæ vineis, indulgebat sopori dulci conciliato* per auram *refrigerantem, et porrexerat corpus cœleste per herbas copiosas,* ipsa *effulta acervo florum: folia* vitis *umbrosæ agitantur, et movent fluctuantes*

1 *Forte tenus* Vat. pr. *quæsivit* Pal. duo Med. *quæsitans* Exc. Pat. rec. *frigora* Vat. pr. *somnum* deest Vat. pr.—2 *intextis* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. *intextum* Vat. tert. Florent. Med. pr. *geminis* pro *gremio* Exc. Pat. rec. *secesserat* Rott. duo Medd. Put. *successerat* Oxon. sec.—3 *aptum* pro *artus* Vat. pr. *aptum* vel *artus* Oisel.—4 *Acclivis* Florent. Med. quart. inc. Heins. Buslid. Ald. et ed. Parm. *Acclinis* duo Med. Cod. Ursin. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *Acclinis foribus* vet. Gyr. *floribus* Exc. Lucens. pr. *tumulo* pro *cumulo* duo Med. *crispatus* Med. quart. *crispantur* ed. Parm.—5 *multa sudantem ventilat uva* Vat. Livin. *miteis sudanti v. uva* vet. Gyr. *mites sudanti ventilat uvas* Exc. Lucens. pr. *multos sudante* Vat. pr. *vitem sudantem* tres Vatt. Pal. Rott. *uvas* deerat Vat. pr. *unus*

NOTÆ

2 *Vitibus*] Cur dormit Venus sub vitibus? quia nempe vites, ulmis maritatæ, sunt symbolum felicis matrimonii.

Susceperat] Heinsius legit: *quæsitum frigore somnos, Vitibus intexti gremio successerat antri.* Et bene, *successerat quæsitum somnos,* id est, ad quærendos somnos.

5 *Mites undatim ventilat uvas*] Heinsius mallet: *et musto sudantem ventilat* (agitat) *uvam*: id est uvam, unde su-

Ora decet neglecta sopor: fastidit amictum
Æstus, et exuto translucent pectore frondes.
Idaliæ juxta famulæ, triplexque vicissim
Nexa sub ingenti requiescit Gratia quercu.
Pennati passim pueri, quo quemque vocavit
Umbra, jacent: fluitant arcus, ramisque propinquis
Pendentes placido suspirant igne pharetræ.

racemos lenes: somnus decorus est *in vultu inornato: calor removet vestes, et pectus nudum micat inter folia. Ancillæ Idaliæ circum recumbunt, et Charites tres sub quercu magna conjunctæ* per *mutua: undique pueri alati cubant, quo umbracula unumquemque invitarunt: arcus* eorum *fluctuant* vento, *et pharetræ suspensæ* ex *arboribus finitimis* emittunt velut *suspiria* cum *flamma leni.* *Alii* ex Amoribus

pro *uvas* Vat. sec. *fluitantem uvis vitem* olim legisse videtur Heinsius, qui ascripserat: 'Catull. Epithal. Pelei et Thetidis: 'Nam velut in summo quatientem brachia Tauro Quercum et conigeram fluitanti vertice pinum.' sic puto legendum. Vulgo *sudanti cortice.* Quæ inepta lectio. Liber vetus, cujus Excerpta penes me, *nutanti vertice.* Non male. Mox ex eodem lege *obvia frangit.* Sic Lib. II. Rapt. 110. 'Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus.''—6 *amictus* pro *amictum* Vat. pr. Ambr. pr. *et* Med. sec.—7 *exusto* Petav. pr. Med. sec. Oxon. sec. *translucet* Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec.—10 *Pinnati* Exc. Lucens. pr. *Passim pennati* Vat. pr. Ambr. pr. *quocumque* Ambr. pr. Sched. Gud. *quemcumque* Vat. quart. *vocabit* Vat. pr. *vocabat* Ambr. pr.—11 *jacet* ed. Parm. *artus* Ambr. tert. *propinquis* Oisel. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Cod. Rhem. Sched. Gud. *propinquant* tres Vatt. Rott. *propinquat* Pal. duo Med. Petav. pr. *pependunt* Buslid.—12 *Pendent et* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *Pen-*

NOTÆ

dat mustum, seu vinum novum.

7 *Æstus*] Calor non sinit Venerem uti vestibus: alii legunt, *Cestus*, hoc est, cestus Veneris removet ceteras vestes. Venus solo cesto, seu balteo contenta est; quo certe nihil pulchrius, nihil potentius. In judicio Paridis Venus videtur deponere cestum, ne hoc tanquam præstigiis judicem incantet. Lucianus.

Exuto translucent] Veneris pectus candidissimum radiat inter frondes virides: vel frondes micant, mutuanturque novum splendorem ex ejus divino pectore.

8 *Idaliæ*] Ancillæ Veneris dictæ *Idaliæ*, ab Idalio vel Idalo monte Cypri Veneri sacrato.

9 *Nexa*] Gratiæ finguntur semper nexæ, quia grati animi virtus nunquam excidere debet, sed semper beneficio conjungi: etenim etiam dormientes, si fieri possit, beneficiorum acceptorum meminisse decet.

Quercu] Cur dormiunt Gratiæ sub quercu? quod, ut quercus nutriunt homines, sic et Gratiæ fovent et alunt hominum societatem.

11 *Fluitant arcus*] Arcus Amorum suspensi, et vento agitati, hinc inde fluitant.

12 *Suspirant*] Ipsæ Pharetræ Amorum igne armatæ *suspirant*, seu plenæ sunt suspiriis, quæ immittunt in amantum corda: hoc est, plenæ sunt telis quæ suspiria et gemitus eliciunt. Causa pro effectu, Metonymicôs.

Pars vigiles ludunt, aut per virgulta vagantur.
Scrutantur nidos avium, vel roscida læti
Mala legunt, donum Veneris, flexusque sequuntur
Palmitis, et summas pennis librantur in ulmos.
Defendunt alii lucum; Dryadasque procaces
Spectandi cupidas, et rustica Numina pellunt,
Sylvestresque Deos: longeque tuentibus antrum
Flammea lascivis intendunt spicula Faunis.
Cum subito varius vicina clamor ab urbe
Et fausti juvenum plausus, mixtæque choreis
Auditæ per rura lyræ: Celerina per omnes

vigilantes delectantur, vel errant per arbusta: rimantur nidos volucrum, aut hilares colligunt poma sparsa rore, quæ sint munus Veneris; et repunt ad curvamina vitium, ac pendent alis in apice ulmorum. Alii tutantur sylvam, et fugant Dryadas petulantes, avidas videndi, et Divos agrestes ac sylvanos, et torquent tela ardentia in Faunos luxuriantes, procul aspicientes cavernam. Hæc fiebant, *cum statim rumor diversus ab urbe finitima, et applausus felices adolescentum resonuerunt, et citharæ permistæ saltationibus per agros: Celerina*

dentes Florent. tres Med. inc. Heins. Bonon. Put. duo Petav. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. et Ursin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. *Splendentes placide* Buslid. *placidæ* duo Med. *placide* Pal.—13 *Par vigiles* Sched. Gud. *Pervigiles* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. *et per* Vat. pr. Vat. Livin. Ambr. pr. *ac* pro *aut* Var. LL. ed. Antv.—14 *alii* pro *avium* conjiciebat Heins.—15 *legant* Oxon. sec. *donec* pro *donum* Buslid. *Veneri* Exc. Lucens. pr. *flexumque* Vat. quart. Ambr. pr. Exc. Pat. rec.—16 *aut summas* legebat Heins. *pinnis* Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *vibrantur* Exc. Lucens. pr. *umbrantur* Ambr. pr. *alnos* Rott. Var. LL. ed. Antv. *ulmos* vel *arnos* inc. Heins.—17 *luctum* Rott. *lucos* Vat. pr. et quart. Ambr. pr. Vat. Livin. *Dryadesque* tres Vatt. Pal. *Dryadasque* Vat. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. vid. Fescenn. vs. 23. *procaces* vel *loquaces* Rott.—18 *Inspectant cupidi* Ambr. pr. Sched. Gud. *Inspectant cupidus* Vat. pr. *lumina* pro *Numina* Moret. pr.—19 *Deas* conjiciebat Heins. *ruentibus* Petav. pr.—20 *incendunt spicula flammis* Buslid.—21 *in urbe* Exc. Pat. rec.—22 *fasti* Oisel. *mixtusque* Moret. pr.—23 *tubæ* pro *lyræ* Ambr. pr. Sched. Gud. *celer inde*

NOTÆ

14 *Nidos avium*] Quærunt nidos avium, tanquam rem sui juris: aves enim subditæ Amorum imperio tum maxime cum nidificant.

16 *Librantur*] Amores petulantes evolant ad apices ulmorum, quibus innexæ sunt vites, et hic alis librant petulantius: id quod satis indicat naturam Amorum, qui in jocos et lasciviam effusi sunt.

17 *Dryadas*] Sunt hæc Numina sylvarum: δρῦς, ὁς, *quercus;* hinc Dryades.

20 *Faunis*] De his supra.

22 *Plausus*] Acclamationes populi hymenæum canentis; nam ante fores

Italiæ canitur montes, omnisque maritum
Palladium resonabat ager. Pervenit ad aures
Vox jucunda Deæ, strepituque excita resedit,
Et reliquum nitido detersit pollice somnum.
Utque erat interjecta comas, turbata capillos,
Mollibus exsurgit stratis, Hymenæon et omne
Agmen, et innumeros Hymenæon poscit Amores.
Hunc Musa genitum legit Cytherea, ducemque

cantatur per cunctos montes Italiæ, et campi omnes sonabant Palladium conjugem ejus. *Murmur lætum attigit aures Divæ* Veneris, *et sedit excitata sono, atque abstersit digitis pulchris soporem reliquum. Et ut* Venus *habebat cæsariem neglectam, et crines confusos, exilit ex lecto delicato, petit Hymenæum ab omni caterva Amorum innumerabilium. Venus decerpsit hunc* Hymenæum *natum* ex *Musa*

Vat. pr. *celer una* Pal. duo Med. *Celerina* duo Vatt. Oisel. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Ursin. Exc. Lucens. pr. *celeuma* inc. Heins. *celebrata* Vat. tert. Buslid. Ambr. *celebrata* vel *Celeuma* Rott.—24 *mentes* pro *montes* Var. LL. ed. Antv. *montesque* Vat. pr. —26 *jocunda* Petav. sec. *resedit* Florent. tres Med. Cod. Ursin. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm.— 27 *decerpsit* Med. quart. *decerpit* Buslid.—28 *Utque fuit* Sched. Gud. *Utque fuit intexta comas* Oxon. pr. *Utque erat turbata comas, merita vel incompta cap.* vet. Gyr. *Utque fuit*....Ambr. pr. *fuit intecta* Pal. Rott. duo Med. Put. *fuit detecta* Ambr. tert. *fuit intexta* Vat. quart. Bonon. Moret. pr. Exc. Pat. rec. *fuit interjecta* Petav. sec. *fuit turbata* Exc. Lucens. pr. Petav. pr. m. sec. *intersecta* Vat. pr. et tert. *intertexta* Vat. sec. Cod. Ursin. locum corruptum pronuntiat Heinsius et conjicit, *Utque erat indigesta comas* vel *Utque fuit neglecta comas.* ut supra vs. 6. dixit, *Ora decet neglecta sopor.* mox *intecta capillos* Exc. Lucens. pr. *capillis* Vat. quint. Rott.—29 *exsurgit* Exc. Lucens. pr. *assurgit* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *iterumque suorum* pro *Hymenæon et omne* Exc. Cod. Rhem. *interque suorum* duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. *procul ecce sonorum* Vat. quart. *revocatque suorum*, hoc hemistichium in Oxon. sec. literis recentibus scriptum erat, ut videretur lacuna prius fuisse. *sociumque requiri* Vat. tert. m. sec. deerant hæc in Put. Bonon. Exc. Pat. rec. Florent. tribus Med. inc. Heins. et Cod. Ursini. in Petav. pr. et sec. manu recenti ascripta erant. *interque suorum Agmen et innumeros*, deerant hæc tribus Vatt. et Pal. *Hymenæus*....m. pr. et *Hymenæus quærit* m. sec. Rott. *poscit* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *quæris* Put. *quærit* quatuor Vatt. Pal. Oisel. —30 *Inde per inmensos Hymenæum q. amores.* inc. Heins. [non Vienn. qui litera Q ab Heinsio notatus erat.] *in medios* Buslid. *innumeros...amores* Oxon. sec. *in*

NOTÆ

certatim tibicines canebant; et quo sponsi illustriores, eo major plausus populi.

27 *Detersit somnum*] Id est, detersit oculos sopore reliquo gravatos.

28 *Interjecta*] Comæ Veneris erant interjectæ, seu neglectæ, quia orbes crinium seu cincinni non erant aliis affixi, velut per quosdam arcus, ut solebant.

30 *Hymenæon...Cytherea*] Supra de his dictum a nobis.

Præfecit thalamis: nullum junxisse cubile
Hoc sine, nec primas fas est attollere tædas.
Conspicitur tandem: platano namque ille sub alta
Fusus inæquales cera texebat avenas,
Mænaliosque modos, et pastoralia labris
Murmura tentabat relegens, orisque recursu
Dissimili tenuem variabat arundine ventum.
Restitit, ut vidit Venerem, digitisque remissis
Ad terram tacito defluxit fistula lapsu.
Dulce micant oculi: niveas infecerat igni
Solque pudorque genas: dubiam lanuginis umbram
Cæsaries intonsa tegit. Prior ipsa silentem

Calliope, et præposuit illum *præsidem nuptiarum. Non licet absque hoc vincire ullos sponsos, neque efferre faces primas. Tandem videtur: etenim ille cubans sub platano excelsa jungebat* cum *cera calamos dissimiles, et recolens conabatur edere labiis cantilenas Mænalias et sonos pastorales, et ore recurrente mutabat* in *tibia gracili ventum inæqualem.* Hymenæus *stetit, statim atque aspexit Venerem, et digitis relaxatis, tibia cecidit ad terram casu molli: oculi* ejus *nitent leniter: Sol et verecundia rubefecerant flamma genas* ejus *candidas: comæ intonsæ operiunt umbram tenuem barbæ* primæ. *Ipsa* Venus *prima alloquitur tacentem*

numeris...Amoris Raphel. ex conj.—32 *nullis* Vat. pr. Sched. Gud. *juxisse* Vat. tert. *vixisse* Med. tert. ed. Parm. *punxisse* Pal. *junxisse* duo Med. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud.—34 *namque illa* Vat. quart.—35 *Doctus* pro *Fusus* Buslid. *certa* pro *cera* Vat. pr. *habenas* vel *avenas* Exc. Lucens. pr.—36 *labris* duo Vatt. Ambr. pr. *libris* duo Vatt. Pal. Med. pr. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Buslid. Oxon. sec. Cod. Ursin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—38 *Dissimili tenuem* tres Vatt. Pal. Rott. *Dissimilem tenui* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *narrabat* pro *variabat* Petav. pr.—40 *A terra* Pal. Med. pr. *subito* pro *tacito* Petav. pr. *deflexit* Florent. Moret. pr. *flatu* pro *lapsu* Vat. pr. Ambr. pr. *lapsu* vel *cornu* Rott.—41 *interserit* Exc. Lucens. pr. *igne* tres Vatt. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec.—42 *dubiaque...umbra* Vat. quart. *umbra* Vat. pr.—43 *Canicies* pro *Cæsaries* Moret. pr. *ipse* Vat. quart. Oxon.

NOTÆ

32 *Cubile*] Sponsos qui sunt in cubili: et est continens pro contento, Metonymicôs.

33 *Tædas*] Elatis facibus in conjugium novi nupti producebantur.

34 *Platano*] Hymenæus sub platano arborum umbriferarum nobilissima, quia umbra delectantur amantes.

35 *Inæquales avenas*] Calamos seu tubulos olim simpliciter jungebant, ita ut parvis succederent longiores. Ast hodie unas fistulas diversis foraminibus compingunt.

36 *Mænalios*] Cantilenas, quales Pan princeps fistularum canit in Mænalo monte Arcadiæ.

37 *Oris recursu*] Ore recurrente et varios tubos inspirante.

Compellat: Nunquamne, puer, dilecta relinques
Carmina? Maternis nunquam satiabere donis,
Dedite Musarum studio, nimiumque parentis
Æmule? Quid medio tecum modularis in æstu?
Jamne tibi sordent citharæ? jam lustra Lycæi,
Atque pecus cordi, redituraque rupibus Echo?
Huc ades, et tantæ nobis edissere causas
Lætitiæ: cui pompa toro tam clara resultet,
Quæ nova dotetur virgo: patriamque genusque
Pande, quibus terris orti, quo semine ducti.
Haud ignarus enim: nec te connubia fallunt
Ulla: tuo primæ libantur fœdere noctes.

Hymenæum: O *puer, an non deseres unquam cantilenas amatas? An non expleberis unquam muneribus Matris* tuæ, o puer *addicte* nimis *amori Musarum, et nimium imitator matris* tuæ Calliopes? *Quare solus canis in caloribus mediis? An lyræ jam contemnuntur a te? Jam sylvæ Lycæi, atque pecora, et Echo remittenda ex saxis* sunt tibi ex *animo? Veni huc, et narra nobis causas tanti gaudii,* pro *quibus* nuptiis *plausus tam manifestus resonet, quæ nova puella dotetur, dic* nobis *patriam* ejus, *et domum, qua regione sponsi oriundi sint, qua familia nati. Enimvero non inscius es: neque ulla matrimonia incognita* sunt *tibi: primæ noc-*

sec.—44 *relinquis* Vat. pr. Ambr. pr. ed. Parm. *relinquas* Pal. Florent. duo Med. *relinquens* Oxon. sec.—45 *sacrabere* pro *satiabere* Rott.—46 *studiis* Ald. *peremptis* pro *parentis* Buslid.—49 *Jamque* pro *Atque* Pal. duo Med. Petav. pr. *nemus* Ambr. pr. Exc. Cod. Rhem. *remus* Sched. Gud. *sordent* pro *cordi* Vat. sec. Cod. Ursin. *montibus* pro *rupibus* Petav. pr. *pupibus* Moret. pr.—50 *ac tantæ* Ambr. tert. *tandem* Vat. pr. Ambr. pr. *tantas* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *tantæ* vel *tacitæ* Moret. pr. *caussæ* Vat. pr. *laudes.* Vat. sec. Cod. Ursin.—51 *cui* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *quem* Rott. *quæ* tres Vatt. Pal. Oisel. *tora* Vat. pr. *tori* Vat. quart. et pr. m. sec. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *jam* Buslid. *læta* Vatt. sec. Ursin. Cod. *resultat* Vat. pr.—53 *simul et* pro *orti* Buslid. *sanguine* Vat. quart. Pal. —54 *Aut* Med. sec.—55 *Una* pro *Ulla* Petav. pr. *cunctæ* Vat. pr. Sched.

NOTÆ

47 *Æmule*] Venus arguit Hymenæum, quasi nimium imitatorem suæ matris Calliopes: et sic forsan carpit occulte castitatem Musarum sibi invisam. Cur Musas non incendat Cupido, pulchre Lucianus.

48 *Citharæ*] Cantus Urbanus, qui opponitur cantui rustico fistularum Pastoralium.

Lycæi] Mons est Arcadiæ quem Pan perpetuus cantor habitat. Echo semper esse cum Pane dicitur, quod cum Pan Διονύσου στρατηγὸς, *Bacchi Dux*, in loco cavo et saxoso clamare jussisset milites, Indos terruerit, velut infinitas haberet copias. Hinc τὴν Ἠχὼ τῷ Πανὶ φίλην ᾄδομεν: *Echo Pani amicam esse canimus.* Polyænus.

55 *Libantur*] Primæ noctes, seu noctes nuptiales consecrantur per te, inito fœdere, per libationem, hoc est, per factum sacrificium.

Ille refert: Equidem dudum te, Diva, morantem
Mirabar, quid adhuc tanti secura maneres
Conjugii. Non parva tibi mandatur origo:
Fascibus insignes, et legum culmine fultæ
Convenere domus, et qui lectissimus orbi
Sanguis erat. Rubris quæ fluctibus insula latrat,
Quis locus Æthiopum, quæ sic impervia famæ
Secessit regio, quo non rumore secundo
Palladii penetravit amor, mentisque benignæ
Temperies, doctique sales, et grata senectus?
Per cunctos iit ille gradus, aulæque labores
Emensus, tenuit summæ fastigia sedis,

tes sacrantur tua fide. Ille Hymenæus *respondet: Ego certe admirabar jampridem te cunctantem*, o *Dea, et quare adhuc remaneres non solicita de tanto matrimonio. Non exigua nobilitas submittitur* imperio *tuo; familiæ illustres consulatibus, et sublatæ fastigio magistratuum coierunt, et sanguis qui pulcher erat in terris* confluxit. *Quæ insula resultat undis* maris *rubri, quis tractus Æthiopum, quæ terra sic inaccessa famæ remota est, quo non amabilis* gloria *Palladii pervenerit* cum *existimatione laudabili;* quo non *moderatio animi humani, et ingenium facetum, et senectus jucunda* pervenerint? *Ille* Palladius *incessit per omnes dignitates, et defunctus muneribus Aulæ, obtinuit culmina dignitatis supremæ, regens Curiam*

Gud. *labantur* Buslid.—56 *morari* pro *morantem* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. —57 *tanti quod adhuc* Buslid. *quid adhuc* Exc. Lucens. sec. *manere* Vat. pr.— 58 *nec parva* Pal. duo Med. Put.—59 *letum culmine* duo Med. *carmine* Buslid. unde *cardine* conjiciebat Heins. *fulcit* pro *fultæ* Pal. Med. pr. inc. Heins.— 60 *lectissimus orbi* Vat. pr. Vat. Livin. Heinsius ascripserat VI. Cons. Hon. vs. 370. 'Electi candoris equos.' *lectissimus urbi* Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. *lætissimus urbi* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *lectissimus* Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *orbi* Ambr. pr. Heinsius ascripserat Fl. Vopisc. in Caro.—61 *rubeis* vet. Gyr. *longis* Vat. quart. *quo fluctibus insula lustrat* Buslid. *flatibus* Vat. tert. Rott. Oisel. Exc. Lucens. pr. *fluctibus* duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Cod. Ursin. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. *labet* Cod. Epigr. Ambr. *latret* Exc. Pat. rec.—62 *Qui* Vat. pr. Med. sec. *quæ nunc* Var. LL. ed. Antv. *quo sic* Put. Petav. pr. Bonon. *impervia flammæ* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—63 *Successit* Vat. sec. *Recessit* Exc. Lucens. pr. *Secessit* Vat. pr. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. ed. Parm. *quæ non* Vat. sec. *quo nonque timore* Buslid.—64 *benigna* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *benignæ* Ambr. tert.—65 *doctisque* Buslid. *grata* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *amica* Pal. duo Med. Buslid. *terga* Vat. tert. Oisel. Florent. Med. sec. unde *tersa* conjiciebat Heins.—67 *Emersus*

NOTÆ

57 *Maneres*] Mirabar, cur non sponte adesses tanto conjugio.

59 *Legum*] Magistratuum, qui leges ferunt.

65 *Senectus*] Patris Palladii.

Eoum stabili moderatus jure Senatum.
Hic splendor juveni. Cunabula prima puellæ
Danubius veteresque Tomi: Mavortia matris
Nobilitas spoliis armisque exultat avitis,
Immensamque trahit Celerini robore lucem,
Qui quondam Meroën jussus Nilumque tueri,
Cum sibi, post obitus et Parthica fulmina Cari,

Eoam jure perpetuo. Hæc est *nobilitas juvenis. Ister et Tomi veteres* fuerunt *primæ cunæ Virginis* Celerinæ: *claritas* ejus *Matris Martia triumphat exuviis et factis* bellicis *avorum, et deducit splendorem insuetum* ex *constantia Celerini, qui olim jussus defendere Meroën et Nilum, cum post mortem Cari* Imperatoris *fulmine*

Vat. quart. Pal. tres Med. *tenuis* Vat. tert. *tenuit* duo Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud.—68 *stabulis* videtur fuisse in Med. pr. ut vs. 85. unde *stabuli* conjiciebat Heinsius. *moderatum* Pal. duo Med. *moderatur* Rott. Put. Var. LL. ed. Antv.—69 *juveni* tres Vatt. totidem Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Ursin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. *juvenem* Oisel. *juvenum* Vat. tert.—70 *Danubii veteres thalami* Buslid. *veteres Tomi* Put. Moret. pr. *veteres thalami* Pal. duo Med. *Martis* pro *matris* Pal. Med. duo et Cod. Ursin. *Marti* Moret. pr. —71 *spoliisque* Pal. duo Med.—72 *Celerini* Med. sec. *Celerino* Buslid. *Celerenæ* Bonon. Ambr. pr. *Celerinæ* duo Vatt. Oisel. Oxon. sec. Huc forte referendam putabat Heinsius veterem Inscriptionem p. 150. HIC QUIESCIT IN PACE FL. CELERINUS VD SCRINIARIUS INL. PATRICIÆ SEDIS DEP. D IIII ID NOVEMBR. QUI VIXIT ANN. XXXIII. FLM. DN. FL. VALENTINIANO VII ET AVIENO. V CS. —73 *Meroëm* Vat. sec. Pal. duo Petav.—74 *Cum sibi post obitus et P. fulm. Caro* Exc. Lucens. pr. *Qui sibi p. domitos et P. flumina Carros* Buslid. *pro domitos* Put. *post domitus* duo Med. *domitos et P. fulmina Carros* duo Vatt. *domitas et P. f. Carras* Ambr. tert. *domitas ad Parthica flumina Carras* Gesn. et ed. Bipont. *obitus et* Vat. pr. vet. Gyr. *domitos Charros* Oxon. sec. *fulmina Parthica Caro* Vat. Livin. *P. fulmina Caro* Vat. pr. *flumina* Med. pr. Petav.

NOTÆ

68 *Eoum*] Forsan Palladius non fuit Consul, quia Consulatus non erat jus stabile, siquidem singulis annis mutabatur; sed fuit Præfectus Prætorii Orientis, ideoque rexit Senatum, seu ipsos Senatores, cum ipsi Palladio omnia commissa forent: sed forte etiam *stabile jus* designat leges fixas optimasque, quas tulerit, et hoc sensu potuit esse Consul.

69 *Hic splendor*] Ex hac gente, ex hoc patre Palladius juvenis mutuatur suum splendorem.

70 *Tomi*] Urbs Getarum in Ponto, Ovidii exilio insignis: sed licet barbara, tamen quia Græcis finitima, urbanitate et literarum amore claruit, et ipsum coluit Ovidium, qui ibi coronam sibi consensu publico impositam, velut diadema, gessit.

Matris] Alii legunt *Patris*, dicuntque Celerinam parentes habuisse Tomitanos seu Getas; unde et ortus ipse Stilicho.

73 *Meroën, Nilum*] Supra sæpius de his.

74 *Parthica fulmina*] Post obitum Cari Imperatoris ad Ctesiphontem

Sceptra daret miles, rebusque imponere vellet,
Despexit fremitus, et prætulit otia regno:
Respuit ingestum, quod vi, quod poscere ferro
Posthabita pietate solent. Tum purpura primum
Inferior virtute fuit, meruitque repulsam
Obvia majestas: doluit Fortuna minorem
Se concessa viro. Magnum delata potestas,

sublati prope *Parthos*, *milites offerrent sibi imperium*, *et vellet præficere* ipsum regimini *orbis*, *contemsit desideria* eorum, *et præposuit quietem sceptro. Repudiavit* imperium *oblatum*, *quod* alii, *pietate spreta*, *consueverunt petere vi et armis. Tum primum purpura imperatoria minor virtute extitit*, *et majestas* sese *offerens promeruit repelli. Fortuna fassa se inferiorem* tanto *viro. Imperium oblatum*,

pr. Exc. Pat. rec. *Carros* inc. Heins. Put. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. et Ursin. Var. LL. ed. Antv. *Carrhos* Petav. pr. *Charros* Bonon. *caros* duo Med. Petav. sec. *Caro* Ambr. pr. Sched. Gud. *Chayn* Exc. Pat. rec. *claros* Vat. tert. Rott. *charo* vel *claros* vet. Gyr. Heinsius seqq. notaverat. 'Carræ in Parthia. Lucan. lib. I. 105. 'Assyrias Latio maculavit sanguine Carras.' 'Carræ ab Odenato Palmyrenorum Rege sub Gallieno captæ.' Hist. Aug. p. 179. *Carrarum* etiam meminit Spartian. in Caracalla p. 87. l. 42. 88. bis. vid. Casaub. p. 132. l. 33. a. Capitolin. in Gordianis p. 162. vid. Hist. Aug. p. 162. 163. 165. Flav. Vopisc. in Caro.'—75 *rebus* sine copula, Pal. duo Med. *imponere mallet* Pal. Med. pr. Heinsius ascripserat: 'Ita Capitolin. in Pertinace, 'Milites Triarium Maternum Lascivium Senatorem nobilem ducere in castra voluerunt, ut eum *rebus Romanis imponerent.*' sic *rebus agendis aliquem imponere*, idem p. 58. l. 27.'—76 *Detexit* Vat. pr. *strepitus* Vat. sec. *protulit* Cod. Ep. Ambr. *ferro* pro *regno* Pal. duo Med.—77 *incestum* Vat. sec. Pal. Rott. *ingestum* duo Vatt. Oisel. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *pascere* Vat. quart. *regno* pro *ferro* Pal. duo Med. Petav. sec.—78 *solet* Exc. Lucens. pr. *tunc purpura* Ambr. pr. *nunc* Pal. duo Med. *cum* inc. Heins. Exc. Pat. rec. *non* duo Vatt. Rott. Oisel. Petav. sec. Ambr. tert. *tum* Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *huic* Sched. Gud.—79 *metuitque* Vat. tert. Rott. *meruitque* Oisel. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Ursin. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr.—81 *confessa* tres Vatt. Rott.

NOTÆ

vicum nobilem Parthorum, fulmineo ictu sublati: id quod etiam sentit Sidonius Apollinaris imitator Claudiani. Alii legunt *post domitas ad Parthica flumina Carrhas*, id est, post Carrhas (quæ urbs Parthorum est) domitas et captas ad ipsa flumina Parthorum. Constat autem captas fuisse Carrhas a Gordiano Imperatore.

77 *Ingestum*] Oblatum invito et reluctanti.

78 *Posthabita pietate*] Multos imitatores habuit Cæsar, dictitare solitus: Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Quos Euripidis versus sic Cæsar ipse convertit: *Nam si violandum est jus, regnandi gratia Violandum est: aliis rebus pietatem colas.* Suetonius. At qui talia moliuntur, sæpissime justas luunt pœnas ambitionis.

Majorem contemta probat. Cognomina sumsit
Plena ducis genitor; paulatim evectus in altum;
Princeps militiæ, qua non illustrior extat
Altera, cunctorum tabulas assignat honorum;
Rectorum tractat numerum; constringit in unum
Sparsas imperii vires, cuneosque recenset
Dispositos: quæ Sarmaticis custodia ripis,
Quæ sævis objecta Getis, quæ Saxona frænat,

et *spretum ostendit virum magnum*, adhuc *majorem* esse. *Pater* Celerinæ *accepit titulos primos ductoris, sed paulo post* factus *princeps militiæ, attollitur in* dignitatem *excelsam, qua non excelsior est altera: dat tesseras dignitatum omnium, recenset numerum moderatorum; revocat in unum vires imperii dispersas, et lustrat catervas instructas: quæ excubiæ* dentur *oris Sarmaticis, quæ* sint *oppositæ Getis crudelibus, quæ legio cohibeat Saxonas aut Scotos, quantæ turmæ*

concessa Pal. Oisel. duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Ald. *contempta* pro *delata* Sched. Gud. *delata potestas* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *dilecta* Rott. Put. *delecta* duo Vatt. Pal. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Var. LL. ed. Antv.—82 *contenta* pro *contemta* Med. pr. *concepta* edd. Parm. Junt. Isingr. Gryph. Colin.—83 *ducit* Florent. Buslid. unde *ducis* legit Heinsius, ut et *evectus. in altum* duo Med. Moret. pr. Ambr. tert.—84 *qua* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. Sched. Gud. *quo* duo Vatt. Pal. Rott. *exit* pro *exstat* Buslid.—85 *Alter* duo Vatt. Pal. Rott. Exc. Lucens. pr. *Altera* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *stabulas* Petav. sec. *stabulis* Med. pr. *ac signat* conj. Heins. —86 *Rectorum* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. *Regnorum* al. qui ordinem versuum immutant, hoc modo, *Regnorum tractat numeros, cuneosque recenset. Sparsas imperii vires constringit in unum Depositum. numerum* Vat. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Sched. Gud. Heinsius notaverat seqq. *numeri* hic sunt tabulæ, in quibus nomina militum scripta. Casaub. ad Hist. Aug. p. 162. *constringit* Vat. pr. *astringit* Florent. *confringit* Exc. Lucens. pr. *constrinxit* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *contraxit* Cod. Ursin. *contraxit* vel *constrinxit* Vat. sec.—87 *Imperii sparsas vires* Pal. duo Med.—88 *Dispositos* vet. Gyr. Oisel. Lucens. pr. *Dispositis* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *Depositum* duo Vatt. Pal. Rott. *Depositam* Cod. Epigr. Ambr. *quam* vet. Gyr. *Salmaticis* Petav. pr. —89 *lenis* pro *sævis* Exc. Lucens. pr. *Retis* Florent. Med. sec. *Rechis* Med.

NOTÆ

83 *Plena*] Id est, titulum ducis magnum, supremum: plenum, in quo alii multi honores continentur.

84 *Princeps militiæ assignat, &c.*] Nonnulli contendunt loqui Claudianum de Avo materno Celerinæ, quem faciat *Principem militiæ*, et de Patre ejusdem Celerinæ, qui fuit Notariorum primus, qui *tabulas assignabat*, unde et legunt, *Alter cunctorum tabulas assignat honorum*, id est, dat tesseras omnium dignitatum.

85 *Tabulas*] Pater Celerinæ fuit primicerius Notariorum in Occidente, vir spectabilis, sub quo omnium dignitatum civilium et militarium administratio. Ceterum *Celerinorum* familia illustris est, et in qua etiam Martyres nonnulli.

86 *Rectorum*] Qui Provincias regunt.

Vel Scotum legio; quantæ cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.
Casta domus, sincera fides, industria solers:
Elegit Stilichon. Nihil ultra laudibus addi
Judiciove potest. Tali nubente puella
Nonne tibi cessare nefas? Duc protinus omnes,
Duc age. Marcentes cupio quassare coronas,
Et vibrare faces, et noctem ducere ludo.
Hæc quoque non vilem mihi fistula commodat usum,
Responsura choris. Vix hæc Hymenæus: at illa
Fontibus abluitur gelidis, legemque capillo
Reddit, et ornatum formæ: prelisque solutæ

circumdederint Oceanum, quantis copiis Rhenus comprimatur. Domus Celerinæ *pudica* est, *hic fides pura, labor diligens. Stilicho delegit* hanc domum. *Nihil potest ulterius adjungi* his *elogiis, aut* huic *delectui*. O Venus *ejusmodi Virgine nubente, an non crimen* est *tibi vacare? Deduce statim omnes, age, deduce.* Ego *expeto excutere serta flaccescentia, et gestare tædas* nuptiales, *et consumere noctem* in *ludendo. Hæc pariter tibia non affert mihi mediocrem utilitatem*, quia *responsura* est *choris. Hymenæus vix* dixerat *hæc: sed illa* Venus *lavatur aquis frigidis, et reponit crines* in *statione, pulchritudinem* in *cultu solito, et capit vestes admirabi-*

pr. *Rethis* Pal. *Rhetis* Vat. tert. Ald. *Comis* Exc. Pat. rec. *Getis* vet. Gyr. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Ursin. Exc. Lucens. pr. in Ambr. tertio hæc vox deerat. *Santona* Ambr. tert. *frenet* Vat. pr. Ambr. pr.—90 *Scottum* Exc. Lucens. pr. *legio* Buslid. Ald. *regio* Vat. pr. et tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. ed. Parm. *quantæ* Vat. pr. Put. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *quam te* Ambr. tert. *quantum* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. *cinxere* Vat. pr.—91 *quantum pacatur* Vat. tert. Rott. *quanto* duo Med. Put. Petav. sec. et pr. m. sec. Bonon. duo Ambr. Buslid. Ursin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. Hi vero duo versus desiderantur in Vat. pr. m. pr.—92 *Castra* pro *Casta* Bonon.—93 *nil ultra* Vat. pr. duo Ambr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr.—94 *Indicieve* Vat. sec.—95 *dux* pro *duc* Pal.—96 *cassare* pro *quassare* Oisel. *cessare* Pal. tres Med. Buslid. Ambr. tert.—98 *Hunc quoque* Pal. *tibi* pro *mihi* Vat. sec. Cod. Ursin. *jam* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud.—99 *thoris* pro *choris* Buslid. *vix hoc* Pal. *et illa* Vat. sec. Cod. Ursin.—100 *alluitur* Exc. Lucens. pr.—101 *prelisque* Cod. Ursin. *præliisque* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *prælisque* Oisel. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *populisque* Rott. Ald. *plerisquè* Med. sec. Petav. pr. *peplisque* Pal. duo Med. *peplumque* Ambr. pr. Buslid. *pplumque* Sched. Gud.

NOTÆ

93 *Elegit*] Stilicho evexit hanc familiam, seu elegit hanc domum, unde nuptias Celerinæ cum Palladio conciliaret. *Claverius* putat Celerinam a Stilichone adoptatam; sed *Barthius* minus credibile putat.

95 *Omnes*] Duc sponsum, sponsam, eosque omnes qui nuptias celebrant.

101 *Prelis*] Prela vestiaria erant

Mira Dionææ sumit velamina telæ.
Floribus exstruitur currus: juga floribus halant;
Florea purpureas annectunt fræna columbas.
Undique concurrunt volucres, quæcumque frementem
Permulcent Athesin cantu, quas Larius audit,
Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius: ereptis obmutuit unda querelis.
Eridani ripas, et raucæ stagna Padusæ

les telæ Dionææ exemtæ ex prelis. Currus Veneris *sternitur floribus: sedes* currus *odorata* est ob *flores: habenæ floridæ constringunt columbas pulchras. Aves undequaque confluunt, quæcumque exhilarant Athesin cantilenis resonantibus, quas Larius audit, quas Benacus nutrit, quas Mincius suscipit* ad *fluvium placidum. Aqua reticuit, murmure posito. Cycnus evolans reliquit littora Padi, et*

pemplumque Exc. Cod. Rhem. *soluta* Vat. pr. *solute* Buslid. Heinsius notaverat hanc vocem in menda cubare in Lucens. pr.—102 *Cleoneæ reddit miracula* Vat. pr. Vat. Livin. *suuit* pro *sumit* Sched. Gud. *miracula* Ambr. pr. *tedæ* pro *telæ* Exc. Lucens. pr.—103 *cursus* Vat. pr. *currum* duo Vatt. Florent. Petav. sec. Ursin. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *vaga* pro *juga* Moret. pr.—104 *adnectunt* Var. LL. ed. Antv. *columpnas* Buslid.—105 *frementem* tres Vatt. Pal. Rott. *fremente* Exc. Lucens. pr. *strepentem* legebat Heinsius, ut Fescenn. vs. 52. 'Athesis strepat choreis.'—106 *Promulcent* Pal. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Athesim* duo Vatt. Oisel. *Athesin* Med. sec. Exc. Lucens. pr. *cantu.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Florent. *quos* Med. pr. Bonon. duo Petav. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *quo* ed. Parm. *Laurius* Vat. sec. *aulis* pro *audit* Cod. Epigr. Ambr.—107 *Quos* Med. pr. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Venacus* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. *quos* Med. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. *quis* inc. Heins. *accipit* pro *excipit* Vat. sec. Put. Var. LL. ed. Antv. *recipit* Buslid.—108 *erectis* pro *ereptis* Pal. Florent.—109 *ripe* Vat. pr. *rauci* Pal. duo Med. *glaucæ* conjecerat

NOTÆ

in usu, his ut vestes subditæ coërcerentur, et nitorem formamque servarent.

102 *Dionææ*] Telæ maternæ, quam ipsa Dione Mater Veneris ipsi neverat. Et hæc omnia ad magnificentiam ostendendam. Virgilius: 'Sacra Dionææ Matri Divisque ferebam.'

103 *Exstruitur*] Currus sternitur floribus; et floridus est totus Veneris apparatus, atque comitatus.

Juga] Juga sunt sedes in qua sedet auriga.

104 *Purpureas columbas*] Columbæ quædam sunt violacei coloris: vel per *purpureas* intelligit pulchras: sic Horatius dicit, 'Olores purpureos:' Columbæ autem dicuntur trahere currum Veneris, quia hæ aves deditæ sunt amori. Unde Oppianus: Εὖ τε γὰρ ἐς φιλότητα θοαὶ τρήρωνες ἴωσι, Μιγνύμεναι στομάτεσσι βαρυφθόγγοις ἀλόχοιο: *Quando enim in amorem celeres Columbæ coirent, Mixtæ rostris gemebundis conjugis.*

106 *Athesis, Larius, Benacus, Mincius*] Sunt totidem flumina aut lacus Galliæ Cisalpinæ, seu Italicæ, de quibus supra.

109 *Padusæ*] Ex Pado 'Augusta fossa Ravennam trahitur, ubi Padusa

Diffugiens nudavit olor. Lætantur Amores,
Frænatisque truces avibus per nubila vecti
Ostentant se quisque Deæ, magnoque tumultu
Confligunt; pronique manus in verbera tendunt,
Atque impune cadunt. Lapsus meliore volatu
Consequitur, vincitque suos auriga jugales.
Ut thalami tetigere fores, tum vere rubentes
Desuper invertunt calathos, largosque rosarum
Imbres, et violas plenis sparsere pharetris,

paludes Padusæ sonoræ. Amores gaudent, et volucribus constrictis, immites, invecti per aërem, quisque se venditat Deæ Veneri, *et concurrunt* cum *fremitu ingenti; ac demissi porrigunt manus ad flagella, et labuntur sine damno: lapsus sequitur, volatu feliciore, et auriga superat suas bigas. Postquam Amores attigerunt januam cubiculi* nuptialis, *tunc invergunt desuper canistros purpurascentes* floribus *veris, et pluvias copiosas rosarum, et effuderunt* ex *pharetris re-*

Heinsius, qui ascripserat Cons. Prob. et Olybr. vs. 214. 'Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu.' et in Apono vs. 36. 'Glaucaque fumiferæ terga serenat aquæ.' postea tamen deleverat, ascripto Virg. VII. Æn. vs. 705. ubi vid. Serv. et X. vs. 206. vid. Cons. Olybr. vs. 221. *Medusæ* pro *Padusæ* Exc. Cod. Rhem.—110 *Effugiens* Buslid. *viduavit* malit Heins.—111 *Frenatique* Petav. sec. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. *flecti* pro *vecti* Pal. duo Med.—112 *Ostendit* Buslid. *Ostendat* Oxon. sec. *Ostentat* Vat. tert. Rott. Florent. Petav. sec. *quique* Put.—113 *pronique* vel *puerique* Rott.—114 *lapsu meliore volantes* Vat. tert. Pal. Rott. Vat. pr. m. sec. *lapsi meliore volatu* Put. *lapsu m. volatu* Vat. pr. m. pr. Vat. sec. Oisel. *lapsus m. volatu* inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. Ursin. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *lapsus* Moret. pr. *volatu* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. post hunc versum in Med. sec. erat spatium unius versus relictum.—115 In Mss. nonnullis hic et præcedens versus transpositi erant; servatur autem hic ordo in Lucens. pr. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. et Vat. Livin.—116 *timuere* pro *tum vere* Vat. sec. Sched. Gud. *timuere jubentes* Buslid. *tumuere* Voss.—117 *invergunt* leg. Heins. qui ascripserat locum Val. Flacc. Lib. II. 611. 'Tum pelago vina invergens dux talibus infit.'—117 *Destinitur mulcent thalamos* Buslid.—118 *spinis* pro *plenis* Buslid. *theatris* Med. sec.

NOTÆ

vocatur, quondam Messanicus appellatus.' Plinius.

110 *Nudavit*] Reliquit, destituit.

Olor] Olores etiam Veneri sunt sacri, sicut et passeres et columbæ, ob harum avium naturam salacem; unde et his in curru utitur. Horatius de Venere, quæ 'Paphon Junctis visit oloribus.'

111 *Truces*] Amores sunt veluti truces ad rapiendas frænandasque aves, rem ut celerius exequantur.

113 *Confligunt*] Pugna ludicra decertant, dum quisque certatim propius adesse Deæ properat, facilius ut ipsi velificetur.

114 *Impune cadunt*] Nam alis excipiuntur Amores; unde et cadunt felicius, ac sine noxa: quin et aurigæ alati cum sint, volatu superant columbas aut alias aves jugales, seu junctas in curru.

Collectas Veneris prato, quibus ipse pepercit
Sirius, et teneras clementi sidere fovit.
Gemmatis alii per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro quæ saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.
Aggreditur Cytherea nurum, flentemque pudico
Detraxit matris gremio. Matura tumescit
Virginitas, superatque nives ac lilia candor,
Et patrium flavis testatur crinibus Histrum.
Tum dextram complexa viri, dextramque puellæ
Tradit, et his ultro sancit connubia dictis:
Vivite concordes, et nostrum discite munus.

fertis violas accumulatas in *pratis Veneris, quibus Canicula ipsa indulsit, et aluit tenellas astro benigniore. Alii sparserunt ex cadis gemmatis balsama per domum omnem, quæ balsama caudex Ægyptius sectus ungue rigido lacrymatur plaga crassiore. Venus accipit nurum* Celerinam, *et avulsit lugentem* ex *sinu casto matris. Virginitas* ejus *matura turget, et candor vincit nives et lilia, atque ostendit capillis flaventibus Danubium esse patriam suam. Tum comprehendens dextram sponsi* Palladii, *et dextram virginis, tradit* viro, *et sponte firmat conjugium his verbis: Vivite,* o sponsi, *unanimes, et ediscite dona nostra. Oscula mille reso-*

canistris leg. Heins.—119 *Veneri* Moret. pr. *Veneris campo* Petav. pr.—120 *tenebras* pro *teneras* Med. sec. *violas* Ambr. pr.—121 *aliis* Med. pr. *alium* Moret. pr. —122 *diro* pro *duro* Petav. sec.—123 *pinguis* Pal. duo Med. *pigri* Pal. duo Med. —124 *Cythara numen* Buslid. *nurum* vet. Gyr. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *virum* Vat. sec. Rott. Oisel. Heinsius seqq. notat: *virum* et *nurum* sæpe confundunt librarii. vid. Ovid. lib. III. Trist. 'Quid Danaën Danaësque nurum.' sic lego. vulgo *virum*. *pudico* Put. Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *Cupido* duo Vatt. Pal. Oisel. Rott. m. pr. Petav. sec. Vat. pr. m. sec.—127 *deducit* pro *testatur* Buslid.—128 *Tunc* Ambr. pr. *Dum* Vat. sec.—129 *Ex istis* pro *Tradit et his* Buslid. *ultra* pro *ultro* conjiciebat Heins. *sanxit* vet. Gyr.—130 *Venite* pro *Vivite* Pal.—131

NOTÆ

120 *Sirius*] Canicula, signum cœleste, de quo supra.

121 *Balsama*] In nuptiis Romanorum fundi assueta: exquisitum autem Balsamum nascitur in Ægypto, et in Campo Hierichuntis, ubi ex Strabone est *βαλσάμου παράδεισος, hortus balsami*. Balsamum autem *ἔστι τὸ φυτὸν θαμνῶδες, κυτίσῳ ἐοικὸς καὶ τερμινθῷ, ἀρωματίζον: est planta aromatica, fruticosa, cytiso similis et terebintho: cujus corticem scindentes, succum in vasis suscipiunt, tenaci lacti persimilem: susceptus autem in conchis coagulatur.* Sic vertit Casaubonus.

125 *Matura*] Noscitur ex situ virginum jam tumente, eas esse nubiles, earum virginitatem jam esse maturam aptamque conjugio.

128 *Dextram complexa*] More pronubarum.

130 *Concordes*] Dea Concordia nuptiarum, matrimoniorumque præses.

Oscula mille sonent. Livescant brachia nexu,
Labra ligent animas. Neu tu virtute paterna
Confidas, juvenis. Non est terrore domanda,
Sed precibus pacanda tibi. Concede marito
Tu quoque, neu Scythicas infensis unguibus iras
Exercere velis: vinci patiare rogamus:
Sic uxor, sic mater eris. Quid lumina tingis,
Virgo? crede mihi, quem nunc horrescis, amabis.
Dixit: et aligera geminos arcuque manuque
Præstantes e plebe vocat. Puer ilicet Æthon,

nent: brachia liveant castis *amplexibus; labia* pudica *jungant animas.* Sed, *ne tu,* o *juvenis, fretus sis virtute patris* tui. Celerina *non superanda est metu, sed permulcenda tibi precibus:* at *tu,* o puella, *cede sponso tuo, neve sustineas exercere unguibus iratis furorem,* more *Scytharum. Oramus* te ut *sinas* te *superari. Sic fies conjux, sic mater. Quare,* o *puella, humectas oculos* tuos? *crede mihi, diliges, quem nunc times.* Venus hæc *locuta est, et* statim *accersit ex gente pennata Amorum duos excellentes arcu et manu. Protinus Æthon puer,*

Sæcula pro *Oscula* Buslid. *sonant* Pal. *sonans* duo Med.—132 *Libra* pro *Labra* Bonon. *animos* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *nec* Pal. Rott. *neu* Vat. Livin. Ursin. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. *te* Vat. sec. Petav. sec. *proterva* pro *paterna* Vat. pr. m. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. quod probat Heins.—133 *Confides* Ambr. pr. *virtute* pro *terrore* Vat. pr. m. pr. Moret. pr. Oxon. sec.—134 *pacanda* Ursin. Cod. *placanda* duo Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. ed. Parm.—135 *nec* Vat. tert. Rott. *neu* Med. pr. Ursin. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. *nec Futichas* Buslid.—137 *eas* pro *eris* conjiciebat Heinsius, qui citat ex lib. III. de Rap. Proserp. 310. 'sic me felicior olim Mater eas.' *tinguis* Vat. Livin. Var. LL. ed. Antv. *stringis* Pal. tres Med. Buslid. *tergis* conjiciebat Heins.—138 *Virgo* Moret. pr. *Turgida* pro *Virgo* conjicit Heinsius, ut sit *lumina tinguis Turgida? cede* pro *crede* Pal.—139 *aligera* Vat. Livin. *aligeros* Vat. sec. Pal. Rott. Oisel. tres Med. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Ursin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—140 *Præstantes* Vat. pr. *Præstanti* Vat. sec. Oisel. Ursin. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *e plebe* Vat. Livin. *de plebe* Vat. sec. Pal. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Ursin. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

135 *Unguibus*] Qui sunt arma puellarum: 'Sectis in juvenes unguibus acrium.' Horatius.

137 *Mater*] Fœmina nubit, ut mater fiat. S. Augustinus. Unde cum quidam censeret sapienti non ducendam esse uxorem, Antisthenes dixit ducendam esse, at non voluptatis sed liberorum gratia, idque et naturæ et patriæ deberi.

140 *Æthon, Pyrois*] Nomina desumta a Græcis: *αἴθω, ardeo; πυρόεις, inflammatus, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne.*

Et Pyrois rutilas respersi murice plumas
Prosiliunt, puroque imbutis melle sagittis,
Hic nuptam petit, ille virum. Sonuere reducta
Cornua: certa Notos pariter sulcavit arundo,
Et pariter fixis hæserunt tela medullis.

et Pyrois habentes *pennas micantes*, et *tinctas purpura, exiliunt, et telis sparsis melle sincero, hic figit sponsam, ille sponsum. Cornua* arcus *adducta resonuerunt: sagitta certa permeavit auras æqualiter, et æqualiter* quoque *tela affixa sunt* in *corde imo.*

Phebe Sched. Gud. *Hæthon* Exc. Lucens. pr.—141 *Pyroës* Vat. sec. Med. quart. Put. Bonon. duo Petav. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *respersi* Cod. Ursin. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Ald. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *respexit* Exc. Lucens. pr.—142 *mella* Pal. duo Med. *membra* Buslid.—143 *Hinc nuptam* Pal. duo Med. *illa* Med. sec. *nurum* pro *virum* Moret. pr. *reductæ* Florent.—144 *cuncta* pro *certa* Pal. duo Med. *circa* Moret. pr. *vulgavit* pro *sulcavit* Vat. pr. Oisel. m. pr. *succavit* Var. LL. ed. Antv.—145 *corda* pro *tela* Med. sec. *terga* Moret. pr.

NOTÆ

141 *Respersi murice*] Id est, habentes alas purpureas, rubras.

142 *Puro melle*] Quod indicat conjugium fore deliciis plenissimum. Mel enim est suavitatis et tranquillitatis symbolum.

145 *Pariter hæserunt*] Ita ut multum esset amoris inter Palladium et Celerinam.

XXXII.

CL. CLAUDIANI

DE

RAPTU PROSERPINÆ

LIBER I.

PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

Ut primus Nauta primo fluvios, deinde altum mare intravit, sic Claudianus primo parva Poëmata, deinde Carmen Heroicum aggreditur.

Inventa secuit primus qui nave profundum,
Et rudibus remis solicitavit aquas:

Qui primus sulcavit mare cum *navi excogitata, et movit aquas remis impolitis:*

In Vat. pr. manu recenti hoc Poëma ascriptum. In Vat. sec. hi libri suppleti erant ex alio Cod. Vat. n. 1663. In tertio Vat. similiter additum

NOTÆ

Raptu] Heinsius putat hos libros a Claudiano inscriptos esse *Raptum Proserpinæ*, non *de Raptu*.

1 *Inventa secuit primus*] Phœnices primi navigarunt, vel Ægyptii, vel Jason: alii alia sentiunt, nec facile est hac de re statuere. Probabilius tamen est Noëmi nepotibus hoc inventum esse tribuendum.

2 *Rudibus*] Remis impolitis, inscite, et informi ligno factis.

Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, præbuit arte vias.
Tranquillus primum trepidus se credidit undis,
Littora securo tramite summa legens:

qui ausus credere ratem factam ex *alno, ventis incertis, aperuit industria* sua *iter, quod natura non dat:* ille *primo timens, commisit sese aquis placidis, radens littora*

erat hoc carmen ex alio Cod. qui Sidonio Apollinari annexus erat n. 1661. in Vat. quarto adjecti erant ex alio itidem Cod. n. 3290. qui Cod. lit. D ab Heinsio notatus erat, unde factum, ut, cum Jun. sec. et Leid. pr. eadem litera D notarentur, in notis Leid. perperam scriptum sit: nam in Leidd. D. et E. non erat hoc Poëma, qui demum incipiunt lib. I. in Rufin. post R. P. Cel. Burmannus tamen alium Leid. habuisse videtur, cujus Glossas aliquoties citat. vid. vs. 4. in Præfat. lib. II. de Raptu. Deerant hi libri in Lev. duob. Leidd. Mazar. Ambr. pr. et sec. Med. sec. et tert. Moret. sec. Pat. Pric. Oisel. Exc. Lucens. Cod. Rhem. et Var. LL. ed. Antv. In Thuan. quoque desiderantur, sed ejus loco Var. LL. ab Heinsio ascriptæ sunt ex Cod. Petav. in quo hi libri de R. P. quædam Prudentii et alia continebantur. Farnesiano quoque deesse videtur, ejusque loco Codex Bartholini ab Heinsio subjectus, qui hoc solum Poëma habebat reliquis omissis. vid. ad VI. Cons. Honor. in Præfatione. in Sched. Gud. ad calcem legitur, *ad Raptum Proserpinæ, Cons. Olybrii atque ad alia nonnulla nihil annotatum reperio. videntur non exstitisse in illo manu exarato Codice.* In Cod. Epigr. Ambr. erat hic titulus, *Epigrammata Claudiani Ægyptii Pharii Alexandrini Poëtæ Clarissimi et Militum Tribuni feliciter incipiunt. Primo loco erat Epithalamium Honorii.* Non videtur tamen in hoc Raptus Proserpinæ fuisse, quia nullas Var. LL. notatas offendi. In Moret. pr. Raptus Proserpinæ ultimo loco legitur post VI. Cons. Hon. in Put. et Reg. nullæ erant librorum inscriptiones. in Vat. quinto erat, *Cl. Claudiani de Raptu Proserpinæ Prologus incipit ad Florentinum.* Cod. Bartholini habet, *C. Claudiani Exodium Libri primi de R. P. Incipit feliciter.* In Voss. pr. erat CL. CLAUDIANI DE RAPTU PROSERPINÆ TRAGŒDIA HEROICA INCIPIT FELICITER.

Codices, ex quibus hæ ad R. Proserpinæ Var. LL. notatæ sunt, sunt seqq. quinque Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. Med. pr. et quart. duo Jun. duo Oxon. duo Voss. duo Heins. item tert. litera *H* notatus, ex Med. pr. descriptus, et inc. ejusdem, Put. Reg. tres Petav. et Exc. Petav. quart. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Schott. et Læti, ed. Parm. et Vicet. Ald. et Var. LL. e marg. Parm.

Heins. in Schedi suis seqq. ascripserat: *Sil. Ital. multos Siciliæ fluvios recenset Lib. XIV. quorum et Claudianus in his libris suis de R. P. meminit. Idem eodem Libro* RAPTUM PROSERPINÆ *describit vs.* 240. *ubi menda una atque altera.*

1 *primus qui* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *qui primus* Florent. Reg. Oxon. pr. Moret. pr. Bonon. Petav. pr. Voss. pr. Jun. sec. *primum secuit qui* Petav. sec.—3 *primus* pro *ausus* Petav. tert. *fluctibus* Vat. quint. Florent. Jun. sec. *flatibus* vel *fluctibus* Petav. tert. *alnum comm. fluctibus ausus* Jun. pr. *alvum* Vat. sec. Voss. sec. *alnos* Florent. m. pr. Put.—4 *vetat* pro *negat* Jun. pr. *arte* vel *ille* Bonon.—5 *trepidus primum* Jun. pr. *trepidum* Florent. *præbuit* pro *credidit* Voss. pr.—6 *secure* Vat. sec. *secreto* Voss. pr. *secure* vel *securo*

NOTÆ

3 *Dubiis*] Ventis inconstantibus et dubio eventu flantibus, vitamque in dubio ponentibus.

4 *Natura negat*] Videtur enim esse præter naturam, hominem terrestre animal ingredi aquas.

6 *Littora summa*] Maris et Terræ radens confinia.

Mox longos tentare sinus, et linquere terras,
Et leni cœpit pandere vela Noto.
Ast ubi paulatim præceps audacia crevit,
Cordaque languentem dedidicere metum;
Jam vagus exultat pelago, cœlumque secutus
Ægæas hyemes Ioniasque domat.

extrema, via tuta: at statim postea *incepit experiri sinus maris immensos, et relinquere terras, et exponere vela Austro miti. Sed posteaquam fiducia incauta paulatim aucta est, et animus* nautæ *deposuit timorem ignavum; jam* ille nauta *errabundus exsilit* in *mare, et observans astra, superat fluctus* maris *Ægæi et Ionii.*

Voss. sec. Heins. ascripserat locum Rutil. Itin. Lib. I. 401. 'Proxima securum reserat Populonia littus.'—8 *Atque levi* Petav. tert. *tendere vela* Petav. sec.—11 *irrumpit* pro *exsultat* duo Vatt. Pal. duo Med. Heins. H. Put. tres Petav. Bonon. Tholos. Exc. Petav. quart. *irrupit* tres Vatt. Cod. Bartholin. *irripuit* Voss. pr. *pelagus* inc. Heins. Petav. tert. Exc. Petav. quart. *pelago* vel *pelagus* Tholos.—12 *Joniasque* Vat. pr. Florent. Voss. pr. Vat. Livin. *Joniumque* duo Vatt. Pal. Put. Reg. Oxon. pr. Jun. sec. Voss. sec. duo Heins. tres Petav. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart.

NOTÆ

7 *Sinus*] Vocant *brachium maris:* sinus autem est mare inter duas terras, ut sinus Arabicus.

Noto] Seu Austro, vento meridiano, sed ponitur pro quolibet vento, species scilicet pro genere: Synecdochicῶs.

9 *Præceps*] Audacia incauta, temeraria, quæ nihil non aggreditur, 'audax omnia perpeti.' Horatius.

10 *Languentem*] Metum qui hominem languentem et inertem facit. Sic dicitur, pallida mors, quæ pallidos homines efficit: causa pro effectu: Metonymicῶs.

Dedidicere] Eum nempe metum quem a natura homines didicerant.

11 *Exultat*] Alii legunt, *irrupit*, id est, contra naturæ fœdus invasit, penetravit.

12 *Ægæas*] Ægæum mare dicitur vel a Neptuno Ægæo; vel ab Ægis Achaiæ vel Bœotiæ urbe; vel ab Ægeo Thesei patre ibi submerso; vel ab Ægæa Amazonum Regina ibi submersa; vel ἀπὸ αἰγὸς, *a capra*, quod fluctus hujusce maris, ob insularum repercussum, caprarum instar subsultent. Et hanc ob rem periculosum est illud mare, et naufragiis infame, sicut et Ionium.

Hyemes] Fluctus, procellas hujus tumultuosi maris.

Ioniasque] Mare Ionium dicitur ab Io Inachi filia, quæ œstro Junonio percita illud mare tranavit, Ægyptumque pervasit. Ab Italia et Epiro usque ad Cretam protenditur. Unde Virgilius: 'Ionio immenso.'

Domat] Maris tergum ascendit, et velut equum indomitum leges pati cogit.

XXXIII.

CL. CLAUDIANI RAPTUS PROSERPINÆ.

LIB. I.

ARGUMENTUM.

Claudianus proponit egressum Plutonis ex Inferis: ad id cognoscendum invocat Deos Inferos. Rem sic narrat. Pluto bellum pararet superis ob uxorem; armaret gigantes: at Parcæ vetant. Lachesi suadente placatus dat mandata Mercurio, silent Inferi: queritur apud Jovem de cœlibatu, minaturque: Jupiter commotus cogitat de Proserpina, quæ Cereri carissima; quæ a multis Diis ambita: quæ dum in Sicilia prope Ætnam abscondita est, Ceres petit Idam et Templum Cybeles matris. At Venus a Jove impulsa in Siciliam venit: tum Proserpina texebat vestes, et in his pingebat mundi creationem, Zonas, Cœlum, palatium Plutonis: at statim per noctem Pluto horridis equis invectus erumpit ex Inferis.

Inferni raptoris equos, afflataque curru
Sidera Tænario, caligantesque profundæ

Animus meus in se *recollectus impellit* me *canere versu audaci equos raptoris Tartarei* Plutonis, *et* canere *astra* obscurata *afflatu currus Stygii, et nigrum*

2 *Litora tartareo* inc. Heins. *Trinacrio* Vat. pr. *tartareo* Jun. sec.—

NOTÆ

1 *Raptoris*] Raptor est qui rapit virgines, pueros, et rem omnem alienam. Sed et apud Plautum, is qui vi aperta subigit, dicitur 'raptor hostium.'

Equos] Hi sunt Orphnæus, Æthon, Nycteus, et Alastor, de quibus in fine hujus libri.

Afflataque curru sidera] Intellige Cœlum obscuratum et afflatum esse pestifero halitu equorum, qui sunt in curru. Virgilius: 'Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.' *Non audit currus*, hoc est, non audiunt equi qui sunt in curru. Continens pro contento: Metonymicôs. Dicimus autem quidpiam afflatum sidere, igne, incendio, fulmine, sole, peste, &c. Sed et acumen hic subest: nam cum sidera dicantur afflare, arborem puta, quæ noxia Astrorum malignitate exarescit; ipsa tamen sidera hic afflata sunt et inquinata aura pestilentiore currus Plutoniani.

2 *Tænario*] Tænarus, et Tænara, Tænarorum, unde Tænarius, promontorium est in extrema Laconia, per quod, secundum Poëtas, patebat aditus ad inferos. Hac descendit Orpheus ad caram Eurydicen.

Profundæ Junonis] Profunda Juno est Proserpina, quæ dicitur Juno Inferna Virgilio.

Junonis thalamos audaci prodere cantu
Mens congesta jubet. Gressus removete, profani.
Jam furor humanos de nostro pectore sensus
Expulit, et totum spirant præcordia Phœbum.
Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri

lectum nuptialem *Junonis Infernæ. Avertite pedem,* o *irreligiosi. Jam furor* poëticus *pepulit ex animo nostro cogitationès hominum* mortalium, *et* meum *pectus totum plenum est Apolline. Jam ego video templa concuti, fundamentis*

3 *prodere* Pal. duo Med. Heins. H. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *promere* omnes Vatt. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Voss. sec. duo Petav. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet. *pro*$\frac{m}{mere}$ Voss. pr. Heins. ascripsit locum de B. Get. vs. 159. 'fera nuntia Martis Ore sub Augusti casurum prodidit hostem.' Cyprian. Epist. LXXIV. p. 155. ed. Rigalt. 'sacrorum cœlestium signa *prodantur.*' non *dedantur*, ut est in aliis Mss. etsi paulo alio sensu.—4 *congesta* Florent. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. Jun. sec. Ambr. tert. Heins. H. et inc. ejusdem, ed. Parm. et Vicet. *conjesta* Oxon. pr. Reg. cum glossa *i. e. collecta. congesta* vel *conjecta* Vat. sec. Voss. sec. *concussa* legit Scaliger. *augusta* in margine ed. Lugd. 1551. ab Heinsio ascriptum erat, ex vet. Cod. an conjectura incertum.—5 *de nostro* Vat. sec. Voss. sec. Heins. ascripserat Lucan. v. 168. 'mentemque priorem Expulit, atque hominem toto sibi cedere jussit

NOTÆ

3 *Thalamos*] Thalamus proprie est commune cubiculum utrique conjugi, sed sæpe ponitur pro nuptiis aut conjugio: ut et apud Virgilium: 'Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Ducere?' id est, vitam cœlibem, et sine conjugio.

4 *Mens congesta*] Desumta sententia ex Phædone Platonis, *συνηθροισμένη ψυχὴ αὐτὴ εἰς αὐτὴν, congesta et congregata anima in se ipsa:* cum scilicet post dissipationem spirituum, 'animum ad seipsum advocamus, secum esse cogimus.' Cicero. Quod cum non infrequenter accidit, tum maxime in re Poëtica, dum animus primo velut congestus ac defixus in opere meditato, mox totis viribus incitatus erumpit ad fundenda carmina; quæ quidem res totum requirit hominem, eumque animi congesti ac recollecti. Scaliger pater legit, *mens concussa*, id est, perculsa afflatu divino. Virgilius dixit, 'fœcundum concute pectus.'

Profani] Illi sic appellantur, qui non sunt initiati seu imbuti sacris, et ab his ideo removentur: quæ tanta fuit olim religio, et præcipue in sacris Cereris, ut præco abesse profanos juberet. Unde Varro, 'In sacris Eleusinis impii et profani jubebantur facessere.' Et Poëtæ quoque, dum Apollini et Musis sacra faciunt, removent profanos, hoc est, rudes et imperitos. Horatius: 'Odi profanum vulgus et arceo.'

5 *Furor*] Poëticus scilicet ac divinus, *ἐνθουσιασμὸν* Græci vocant, quo semel afflata gens Poëtarum, mira canit. Plato, *ποιηταὶ φύσει τινὶ καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοὶ, λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά: Poëtæ vi quadam naturæ, divino furore acti, quasi cœlesti instinctu vaticinantes, et edentes oracula, dicunt multa quidem et præclara.*

Sedibus, et claram dispergere culmina lucem,
Adventum testata Dei. Jam magnus ab imis
Auditur fremitus terris, templumque remugit
Cecropium, sanctasque faces extollit Eleusin.
Angues Triptolemi stridunt, et squamea curvis

trementibus, et eorum *fastigia fundere lumen nitidum*, in *testimonium Dei advenientis: jam audio ingens murmur exiens ex profundis* cavernis *terræ: templum Atheniensium resonat, et* urbs *Eleusis extollit tædas* Cereri *sacras. Serpentes sibilant, et attollunt colla* tecta *squamis, attrita jugis curvatis; ac leni*

Pectore.' et Ouzel. in Minuc. p. 50.—8 *culmina* Heins. qui ascripsit Stat. III. Theb. 37. 'tunc visa levari Culmina.' *limina* Vat. pr. Jun. sec. Petav. tert. Bonon. Vat. Livin. *lumina* Cod. Bartholin. cum viginti aliis, ed. Parm. et Vicet. Exc. Petav. quart. *lumine* Ald. *lumina* vel *limina* Reg. et chart. Heins. —9 *Adventus* Pal. duo Med. Heins. H. qui seqq. hic notaverat: '*Adventum testata Dei*] loquitur de Cerere. quare *Deæ* legendum. an *Deus* Ceres dicta in sacris Eleusiniis, quomodo τὴν Θεὸν Athenis Minervam vocabant? similiter Lib. de IV. Cons. Honor. 574. 'Testatus sudore Deum.' sic constanter libri scripti, cum de Iside loquatur. vide Casaub. ad Hist. Aug. p. 148. vid. et de *Luno Dea* Salmas. p. 164. 280. 370. et Casaub. p. 132.' *nam magnus* Ambr. tert.—10 *strepitus* Vat. pr. Bonon. Moret. pr. *campis* inc. Heins. *strepitus terris* Jun. pr. *terris strepitus* Jun. sec. *cælumque* Vat. sec. *cælumque* vel *templumque* Voss. sec.—11 *Cecropidum* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *Ciclopum* Pal. Put. *Cecropium* duo Vatt. Florent. duo Med. Reg. III. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Heins. H. et inc. ejusd. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Cecropidum* vel *Cecropium* Vat. sec. *extollit* omnes Vatt. Pal. Reg. Petav. pr. Cod. Bartholin. *attollit* Florent. Jun. pr. Put. Nic. Heins. Gesn. et ed. Bipont. sic Epithal. Pallad. vs. 33. 'nec primas fas est attollere tædas.' et 'attollere signa' I. in Rufin. 86. vid. Wouwer. not. in Minuc. p. 26. *Eleusin* Vat. tert. Pal. duo Med. Heins. H. *Eleusis* quatuor Vatt. Cod. Barthol. Heins. notaverat seqq. '*Eleusin*] ab *Eleusin, Eleusinus*. Vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 32, 33, 34. ubi multa de sacris Eleusinis. p. 55. 56. 98. 202. Casaub. p. 78.'—12 *stridunt* Put. Petav. pr. atque ita Heins. qui ascripsit Avien. p. 85. ed. Grot. et p. 99. Stat. VII. Theb. 770. et Juvenal. Sat. X. 61. ex Mss. *strident* Florent. duo Med. Reg. Oxon. pr. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Heins. H. et inc. ejusd. et alter membran. Moret. pr. Jun. sec. Ald. ed. Parm. et Vicet.

NOTÆ

9 *Adventum testata Dei, &c.*] Terræ templorumve motus, murmur, lumen, faces, signa erant Deorum adventantium.

11 *Cecropium, sanctasque faces extollit Eleusin*] Alii legunt *Cecropidum*, i. e. Atheniensium, qui a Rege Cecrope *Cecropidæ* dicti sunt: horum parva urbs Eleusis in Attica, eaque famosa Cereris, hinc dictæ *Eleusinæ*, sacris, in quibus faces adhiberi solitæ. Etenim ex Lactantio, quia facibus ex Ætnæ vertice accensis Proserpinam Ceres quæsiisse in Sicilia dicitur, idcirco sacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur. Unde et Ceres cum accensa face pingebatur.

12 *Angues Triptolemi*] Triptolemi origo, ut sunt res fabulis involutæ, satis dubia est. Plerique eum Celei Regis Eleusini filium fuisse aiunt, Cereremque, cum raptam Proserpinam quæreret, et a Celeo benignius accepta fuisset, eum ideo per diem divino lacte aluisse, per noctem igne texisse ac fovisse: at ipse Tripto-

Colla levant attrita jugis, lapsuque sereno
Erecti roseas tendunt ad carmina cristas.
Ecce procul ternas Hecate variata figuras
Exoritur, lenisque simul procedit Iacchus,

reptatu excitati, applicant cristas rubentes ad cantum audiendum. *Ecce longe exoritur Hecate* solita *transformari* in *tres* varios *vultus, et simul Bacchus mitior*

Claver. *flammea* pro *squamea* Florent.—13 *attrita* Vat. quint. Var. LL. e marg. Parm. *astricta* tres Vatt. Pal. duo Med. Vat. Livin. Petav. sec. Ambr. tert. Heins. H. duo Jun. duo Voss. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet.—14 *Erepti* Vat. quint. Petav. sec. et chart. Heins. *Elapsi* inc. ejusd. *Erepti* vel *Erecti* Jun. pr. *tendent* omnes Vatt. Cod. Bartholin. *tollunt* Vat. sec. m. sec. *ad cornua cristas* Victoris lib. Heins. in Schedis suis ascripserat. 'Bacchi fortasse cornua intelligit; ille enim hujus pompæ comes quod tum ex hoc loco, tum Pausania aliisque patet. quare et Nonno 'Ελευσίνιος dicitur.'—15 *Jamque procul* chartaceus Heins. *ternis...figuris* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *ternas ...figuras* Bonon. Petav. sec.—16 *lituque* Voss. pr. *lætusque* tres Vatt. Florent. Reg. Oxon. pr. Jun. sec. duo Voss. Exc. Læti. *lenisque* Put. Bonon. Ambr. tert. Vat. Livin. Heins. H. tres Petav. Exc. Schott. et Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *lenisque* vel *lætusque* Med. pr. *præcedit* Jun. pr. *Hiatus*

NOTÆ

lemus factus grandior, 'Jubente Cerere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulit.' S. Augustinus. Id explicat Ludovicus Vives de nave, cujus serpens erat insigne, et qua vectus Triptolemus magnam frumenti copiam in patriam attulit.

14 *Roseas*] Id est, rubentes, instar rosarum, quod ideo contingebat, quod placidi essent dracones, et ad lenitatem compositi.

Tendunt] Id est, attollunt caput cristatum, poniturque pars pro toto.

Ad carmina] Grata est hæc vicissitudo serpentum, qui, cum aures obstruere soleant ne *cantando rumpantur*, huc tamen accedunt audituri cantum.

Cristas] Quidam dubitant utrum angues cristati sint: asserunt Poëtæ, immo et Oratores, ut lib. 4. ad Herenn. 'Iste quotidie per forum medium tanquam jubatus draco serpit,' &c.

15 *Ternas Hecate*] Nota omnibus Hecates Tergeminæ figura, sive ob triplicem Lunæ figuram, Luna quippe, Diana, Hecate seu Proserpina, sunt numen idem, potestates diversæ; sive quia Hecate triformis pingebatur, et trium animalium nominibus vocari gaudebat, 'Tauri,' 'Canis,' et 'Leænæ.' Turnebus.

16 *Lenis*] Alludit ad *Lenæum* seu Bacchum, sic dictum ἀπὸ ληνοῦ, *a torculari*, quo premuntur uvæ ad vinum exprimendum.

Procedit Iacchus] Ἴακχος, ἀπὸ τοῦ ἰάχειν, *cantare, vociferari*, quod qui Baccho sacra facerent, omnia cantu et clamoribus implerent. Sed cur Bacchus in Proserpinæ nuptiis? Primo quia ad lætitiam Bacchus Ceresque junguntur. Secundo quia Bacchus, a Proserpina educatus, cum illa per triennium habitavit: quod a quibusdam tributum est his temporibus, quibus terra occulta vini semina hominibus invidit.

Crinali florens hedera, quem Parthica velat
Tigris, et auratos in nodum colligit ungues:
Ebria Mæonius firmat vestigia thyrsus.
Di, quibus innumerum vacui famulantur Averni

progreditur, cujus *crines* coronantur *hedera florenti*, qui *cingitur* pelle *tigridis Parthicæ*, *habentis ungues inauratos*, *et collectos in nodum*; qui denique Bacchus *sustinet hasta Mæonia pedes titubantes*, quia est *ebrius*. O *Dii*, *quibus certo ordine obediunt umbræ Inferorum inanium*, quæ sunt *multitudo pigra*, *quorum*

pro *Jacchus* Voss. pr.—17 *Persica* Bonon. *velat Tigris* Var. LL. e marg. Parm. *tigris Velat* Ambr. tert. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet. *tygris Velat* Jun. pr. chartac. Heins.—18 *in nodos* Petav. sec. *angues* pro *ungues* Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Petav. sec.—19 *Machaonis* Voss. sec. m. sec. *Mahonius* duo Petav. Exc. Petav. quart. *Maconius* Med. pr. Heins. H. *Mathaonius* Med. quart. *Machaonius* Florent. *Machonius* Reg. *Machaoniis* Put. Moret. pr. Petav. sec. *Muchoniis* Voss. pr. *firmat* Vat. pr. Florent. Jun. pr. Vat. Livin. *firmans* Vat. quint. *figens* vet. Gyr. chartac. Heins. *figit* duo Vatt. duo Med. Heins. H. Put. Reg. duo Petav. duo Voss. Bonon. Tholos. Jun. sec. Moret. pr. Oxon. sec. Ambr. tert. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *fugit* vel *figit* Pal. *thyrsus* Florent. duo Med. Reg. Petav. pr. Voss. sec. Heins. H. et inc. ejusd. Exc. Petav. quart. *thyrsis* Petav. tert. *Mæoniis thyrsis* tres Vatt. Cod. Bartholin. *Mæonius thyrsus* Jun. pr. Bonon. inc. Heins. Vat. Livin. *Machaoniis thyrsis* Oxon. pr. duo Voss.—20 *innumerum* Petav. sec. *innumeri* Voss. pr. *in numerum* Exc. Schott. vid. Brodæum. *famulatur* duo Vatt. Put. Reg. Moret. pr. duo Petav. *famulantur* duo Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. item alter chart. Petav. sec. Bonon. Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *famulatur* vel *famulantur*

NOTÆ

17 *Hedera*] Hæc Baccho sacra est, quod perpetuo vireat, quodque credatur retundere fumidos vini vapores.

Parthica tigris] Id est, pellis Tigridis, vocant Nebridem, qua cingitur Bacchus, qui etiam habet in curru Tigres. Dicitur autem *Tigris Parthica*, quia ferociores hæ sunt quas alit Hyrcania Parthis vicina.

18 *Auratos ungues*] Id est, inauratos, vel flavos, et auri speciem habentes.

19 *Ebria firmat vestigia*] Alii legunt *fulcit*, id est, ipse ebrius fulcit ac sustinet pedes, qui male imprimunt vestigia.

Mæonius] Id est, ex Lydia seu Mæonia, in qua Bacchus summa cum religione colebatur.

Thyrsus] Thyrsus est hasta vel pampinis vel hederis involuta, qualem Bacchus gerebat, qui etiam inde *Thyrsiger* appellatus est.

20 *Vacui*] Poëtæ vocant inferos inanes et vacuos; quia ibi sunt tantum umbræ, vacui sunt corporibus. Quid quod inferi cum omnia consumant, nihil in iis est quod consumi possit: at proinde omnia vacua.

Averni] Avernus, et in plurali Averna, lacus est Campaniæ prope Baias, dictus ἄορνος, *sine avibus*, quod aves supra volantes absumat. Ponitur pro Inferis, aut ostio Inferorum: quod illic, sive ob fœtorem, sive ob sulfureos vapores, omnia mors raperet. At observabis Augustum, post sylvas dissectas ex Avernis, loca reddidisse amœniora.

Vulgus iners, opibus quorum donatur avaris
Quicquid in orbe perit, quos Styx liventibus ambit
Interfusa vadis, et quos fumantia torquens
Æquora gurgitibus Phlegethon perlustrat anhelis;
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum,
Et vestri secreta poli: qua lampade Ditem
Flexit Amor, quo ducta ferox Proserpina raptu
Possedit dotale Chaos; quantasque per oras

Deorum *regno insatiabili datur quicquid moritur in mundo, quos Styx interfluens circumit aquis nigris, et quos Phlegethon volvens mare igneum, ambit verticibus* undarum *æstuantium; vos,* o Dii, *aperite mihi mysteria rerum sacrarum, et arcana vestri cœli:* dicite, *qua face Cupido inflammavit cor Plutonis,* et *quo curru ducta ferox Proserpina habuerit* in compensationem *dotis*

Voss. sec.—21 *donatur* vel *dominatur* Reg. Oxon. pr.—22 *fuit* pro *perit* inc. Heins. *quod Styx* Put. *humentibus* Pal. duo Med. Jun. pr. Heins. H. *luentibus* ed. Vicet. *liventibus* vel *humentibus* Vat. sec.—23 *Interfusa* Vat. sec. *torrens* Voss. pr.—24 *gurgitibus* Cod. Bartholin. et viginti sex alii, Ald. ed. Parm. et Vicet. *verticibus* Nic. Heins. Gesn. et ed. Bipont.—27 *tactu* Vat. quart. *raptu* Florent. duo Med. Put. Heins. H. et inc. ejusd. Reg. Bonon. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. et Schott. Ald. ed. Parm. et Vicet. *lapsu* vel *raptu* chart. Heins.—28 *letale Chaos* inc. Heins.—29 *errarit* Pal.

NOTÆ

21 *Vulgus iners*] Id est, multitudo mortuorum: iners quippe ponitur pro mortuo, qui nihil agit. Virgilius: 'Sternuntur inertia passim Corpora.'

Opibus avaris] Hoc est, quicquid perit adjungitur opibus Deorum Inferorum, qui avari sunt, et insatiabiles, qui omnia sorbent atque consumunt. Virgilius: 'Strepitumque Acherontis avari,' qui omnia rapit ac devorat, nihilque rejectat.

22 *Styx*] Sic dicitur ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, *horrere, odisse,* quasi sit fluvius odii atque horroris: ceterum Styx fons est Arcadiæ veneno frigidissimo ac præsentissimo scatens, et ideo tribuitur Inferis. Hoc veneno sublatus Alexander.

Liventibus] Id est, Lividum nigrumque venenum volventibus.

24 *Gurgitibus anhelis*] Id est, turbinibus aquarum sonantium, et velut ægro anhelitu, propter nimiam copiam per intervalla magis ac magis æstuantium, id quod accidit in fornacibus.

Phlegethon] Ἀπὸ τοῦ φλεγέθειν, *ardere,* quasi sit ille fluvius ignis.

25 *Penetralia*] Intellige mysteria, quæ sunt in intimis penitissimisque latebris Inferorum: vel interiorem domum, ubi sunt latentque illa mysteria.

26 *Poli*] Polus hic dicitur de Inferis; quippe hic ex Virgilio: 'Solemque suum, sua sidera norunt.'

Qua lampade] Qua ratione post tot sæcula factus sit amans Pluto. Arma Cupidinis sunt tela et faces.

Ditem] Plutonem, ἀπὸ τοῦ πλούτου, nempe Ditem *a divitiis,* dixerunt, quod divitias omnes terra abstrusas possideret, et res omnes quæ pereunt, inexplebili cupiditate absorberet.

28 *Possedit dotale Chaos*] Hoc est, facta sit Regina Inferorum, velut in

Solicito genitrix erraverit anxia cursu:
Unde datæ populis leges, et glande relicta
Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.
Dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras,
Prælia moturus Superis, quod solus egeret
Connubii, sterilesque diu consumeret annos,
Impatiens nescire torum, nullasque mariti
Illecebras, nec dulce patris cognoscere nomen.
Jam quæcumque latent ferali monstra barathro

regnum Inferorum: dicite *per quot regiones cucurrerit mater* ejus *Ceres solicita* de filia sua Proserpina: dicite *unde fruges concessæ* sunt *hominibus, et unde quercus Dodonæ sylvæ spreta est cum suis glandibus*, postquam *spicæ* frumenti *inventæ* sunt. *Olim Rex Inferorum* Pluto *inflammatus est rabie tumenti*, *indicturus bellum Diis, propterea quod solus careret uxore, et consumeret tam longum tempus sine liberis; et cum non posset pati se ignorare diutius quanta esset dulcedo et illecebra in nomine mariti et patris. Jam omnia monstra quæ latent* in *fu-*

curis Bonon. *curru* Jun. sec. *passu* Vat. sec. Voss. sec.—30 *populis fruges* duo Voss. duo Vatt. *populo fruges* Jun. pr. Vat. quart. *fruges populis* Vat. pr. Ald. ed. Parm. et Vicet. *populo* Florent. *strages* Pal. *fruges populo cur gl. relicta* chart. Heins. Cod. Bartholin. Ambr. tert.—31 *innumeris* pro *inventis* Bonon. *Dodonea* Vat. pr. et quart. Put. duo Petav. *Dodonida* Med. quart. Heins. H.—32 *exivit* pro *exarsit* Vat. sec. Stat. XI. Theb. 724. *exivit* vel *exarsit* Voss. sec. *in auras* Put.—34 *Connubii* inc. Heins. Petav. pr. Oxon. sec. *Conjugii* Voss. sec. *Connubiis* quatuor Vatt. Pal. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *Conjugiis* Vat. sec. *consumpserat* Voss. pr. *consumpserit* Tholos.—36 *nec dulce* Exc. Læti. *et dulce* ed. Vicet. et Parm.

NOTÆ

compensationem allatæ dotis. Græci vocant, *ἀντίφερνα*, Gallice *la contre-dot*, id quod scilicet dat maritus uxori, loco dotis, propter nuptias; ut ait Justinianus l. vet. C. de Donat. ante nuptias.

Chaos] Chaos erat rudis et indigesta moles rerum inter se pugnantium; sed post datum rebus ordinem, ex Ovidio, Chaos relegatum est ad Inferos, 'ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.'

30 *Leges*] Ceres leges dedit orbi, unde dicitur *θεσμοφόρος*: *θεσμὸς, lex*, *φέρω, fero*. Alii legunt, *fruges*, quas Ceres dedit mortalibus.

Glande] Invenit Ceres frumenta, cum antea glande vescerentur homines, qui ideo a Julio Polluce dicti sunt *βαλανοφάγοι*, id est, *qui glandes comedunt*.

31 *Dodonia*] Dodona civitas erat in Chaonia Epiri regione. Prope hanc urbem erat nemus totum quercubus consitum, glandibus abundans, Jovi sacrum; inde dicta est *quercus Dodonia*, species pro genere: Synecdochicôs.

32 *Dux Erebi*] Ideo Dux, quia bellum meditatur. Erebus fluvius, vel Deus Inferorum, ponitur pro ipsis Inferis.

37 *Barathro*] Βάραθρον est locus aut hiatus terræ profundior, unde sumitur pro Inferis: apud Athenienses erat Barathrum, in quod præcipites

In turmas aciemque ruunt, contraque Tonantem
Conjurant Furiæ: crinitaque sontibus hydris
Tisiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra vocat pallentia Manes.
Pæne reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem, penitusque revulso
Carcere laxatis pubes Titania vinclis

nestis latebris Inferorum, *coëunt turmatim ad pugnandum, et Furiæ conspirant contra Jovem: et Tisiphone* habens pro *crinibus serpentes noxios, concutiens torvis oculis* tædam *pineam, congregat Manes armatos ad castra nigra. Elementa certantia rursus* inter se, *mundo fere convulso, destruxissent fœdus, et juventus*

—38 *aciesque ruunt* Vat. pr. et sec. Tholos. Jun. et Voss.—39 *Consurgunt* pro *Conjurant* Oxon. sec. *crinataque* Voss. pr. Florent. m. sec. *et compta sonantibus* Exc. Petav. quart. *hydras* Pal. duo Med. Heins. H.—40 *infausto* Florent. duo Med. Put. Reg. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. duo Voss. Heins. H. et inc. ejusd. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. et Vicet. *infesto* al.—41 *bella* pro *castra* inc. Heins. *movet* Cod. Bartholin. Ambr. tert. chartac. Heins. Ald. ed. Parm. et Vicet. *vocant* Pal. duo Med. Heins. H. et inc. Heins. *pollentia* Jun. sec.—42 *reluctantes* duo Vatt.—43 *Rupissent elementa* sic *rupto elementorum fœdere* dixit Minut. p. 10. sub fin. ed. Leid. in 4. *recluso* Petav. sec.—

NOTÆ

agebantur ii qui fuerant condemnati, et forte ideo de Inferis dicitur.

38 *Tonantem*] Jovem, cujus est tonare et torquere tonitrua.

39 *Crinitaque sontibus hydris Tisiphone*] Τίσις, *ultio*, et φόνη, aut φόνος, *cædes:* hæc duo verba Tisiphonem faciunt, quæ Furia est ultionis et cædis avida: pro crinibus habet pendentes ex capite serpentes nocentes, quibus in homines conjectis eos enecat: sic ista formosum Cithæronem suis amoribus non respondentem extinxisse fertur. Et ideo *sontes hydri* vocantur, quia occidunt. Per Furiarum serpentes intelliguntur pravi affectus, qui sunt totidem pestes, quæ hominum corda, serpentum instar, inficiunt.

40 *Pinum*] Causa scilicet pro effectu, id est, tædam factam ex pinu.

41 *Armatos*] Pallore quodam ac terrore, velut armis quibusdam instructos.

Manes] Deos Inferos ad pugnandum incendit.

42 *Reluctatis*] Passive accipitur, quanquam venit a verbo, ut aiunt, deponente; ut apud Virgilium: 'Nunc oblita mihi tot carmina.'

43 *Rupissent elementa fidem*] Poëtæ aiunt elementa primo gravi pugna inter se colluctata fuisse, deinde velut pacem ita composuisse, ut spectato admirabili eorum ordine, de servanda deinceps concordia fidem dedisse videri possent: unde si Pluto bellum indixisset Diis, et Chaos ipsum armatum esset, tota natura contremuisset, ipsaque elementa rupissent fidem datam de servanda illa vetere concordia.

Revulso carcere] Effracto Tartaro, qui velut carcer Titanas coërcet, et impedit ne erumpant.

44 *Pubes Titania*] Pubes, id est, turba juvenum. Titanes, secundum Diodorum, ex Cœlo et Titea nati sunt, et a communi matre Titanes appellati. Hi Saturnum bello infestarant,

Vidisset cœleste jubar: rursusque cruentus
Ægæon positis arcto de corpore nodis
Obvia centeno vexasset fulmina motu:
Sed Parcæ vetuere minas, orbique timentes
Ante pedes soliumque ducis fudere severam
Canitiem, genibusque suas cum supplice vultu
Admovere manus, quarum sub jure tenentur

Titania rumpens omnino carcerem, catenis dissolutis, aspexisset lucem Solis; et iterum Ægæon gigas *sanguinarius, vinculis depositis ex corpore constricto, exagitasset motu centum* brachiorum Jovem *fulminantem, oppositum sibi. At Parcæ averterunt minationes* Plutonis, *et metuentes mundo, advolutæ ante pedes et solium Regis, sparserunt capillos tetricos, et cum tristi facie admoverunt suppliciter* ejus

45 *cruentis* Petav. sec.—46 *arcto* Vat. pr. Ambr. tert. ed. Vicet. *acto* Florent. Exc. Petav. quart. *alto* Pal. Jun. sec. Bonon. Petav. sec. Heins. H. *ancto* Vat. quart. *aucto* duo Vatt. Med. quart. inc. Heins. Put. Reg. Tholos. Oxon. pr. duo Voss. duo Petav. Exc. Schott. *aucto* vel *alto* Med. pr. *aucto* vel *vincto* Oxon. sec. *nudo* vel *duro* vel *aucto* Vat. quint. *pectore* Vat. pr. Vat. Livin.—47 *vexasset* vel *vibrasset* Vat. quint. *flumina* pro *fulmina* Jun. sec. Put. Voss. sec. et Oxon. sec.—48 *metuere* pro *vetuere* Vat. quint. Florent. Tholos. Petav. sec. Ambr. tert. *timuere* Vat. sec. Voss. sec.—49 *serenam* Petav. sec. m. pr.—50 *pedibusque* Jun. pr. *suis* Vat. quint. *vultu* duo Vatt. Bonon. Exc. Schott. *fletu* tres Vatt. Pal. Voss. pr. duo Oxon.

NOTÆ

et ideo filius ejus Jupiter, illatam Patri injuriam ulturus, hos domuit, et catenis onustos in Tartarum conjecit.

45 *Cœleste jubar*] Id est, Solem, qui oculus est et 'lux immensi publica mundi,' ex Ovidio.

46 *Ægæon*] Dicitur aliter Briareus, vel Ponti vel Terræ Cœlique filius, qui cum Titanibus Jovi bellum intulit.

47 *Centeno motu*] Id est, motu centum brachiorum; quippe Ægæon, teste Hesiodo, ἔχει ἑκατὸν χεῖρας, καὶ πεντήκοντα γαστέρας, *habet centum manus, et quinquaginta ventres.*

48 *Sed Parcæ*] Monstra inferorum, inquit, precata erant pugnare; sed Parcæ, seu Fata, quorum interest res salvas esse, impedivere quominus feralis exercitus educeretur. Parcæ autem et Fata sunt unum et idem. Virgilius: 'sic volvere Parcas,' id est, sic esse in fatis. Tres porro Parcæ sunt; vel Ponti filiæ creditæ, ob immanitatem; vel Nocte Ereboque genitæ, propter obscuritatem. Parcæ dictæ sunt, quia avaræ; et cum vitæ finis propinquat, filum secant, nec quicquam ultra concedunt.

48 *Orbique timentes*] Timeo, metuo, et similia verba, dativo conjuncta ostendunt benevolum animum: metuimus hostes, at metuimus amicis.

49 *Ante pedes*] Procidere ante pedes, volvi ad genua, fundere crines, &c. is erat habitus supplicantium.

Fudere . . . canitiem, genibusque suas . . . admovere manus] Genua misericordiæ consecrata fuisse ait Servius: et Plinius, 'Hominis genibus quædam et religio inest observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant.'

51 *Quarum sub jure tenentur omnia*] In Parcarum seu Fatorum potestate sunt omnia, vel etiam ipse Jupiter. Ut enim ait de Jove Lucanus: 'Me quoque fata regunt.'

Omnia, quæ seriem fatorum pollice ducunt,
Longaque ferratis evolvunt sæcula pensis.
Prima fero Lachesis clamabat talia regi,
Incultas dispersa comas: O maxime noctis
Arbiter, umbrarumque potens, cui nostra laborant
Stamina; qui finem cunctis et semina præbes,
Nascendique vices alterna morte rependis:
Qui vitam letumque regis: nam quicquid ubique

genibus manus, sub quarum manuum potestate omnia reguntur, quæ manus *digitis nent,* et *disponunt quendam ordinem rerum* omnium, *et* quæ *explicant sæcula longa,* pensa exequentes *colo ferrea: Lachesis prima clamabat hæc verba Regi crudeli,* habens *crines incultos et dispersos: O Pluto, potens domine noctis et tenebrarum;* pro *quo nostra colus* plena *stamine operatur; qui das finem et principium* rebus *omnibus, qui reddis vicissitudinem nascendi per corruptionem rei alterius, qui es dominus vitæ et mortis; nam ubique quicquid gignitur ex*

Jun. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin.—52 *series* Vat. quint. *fatarum* Vat. pr. *fatali* vet. Gyr. deerat autem hic versus duobus Med. et Heins. H. —53 *Cunctaque* pro *Longaque* Vat. quint. *pœnis* pro *pensis* Vat. sec. *fusis* Petav. sec. Oxon. sec. *pensis* vel *fuso* Vat. quint.—54 *ferox* pro *fero* tres Vatt. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *conclamat* Petav. pr.—57 *finem terris* Exc. Petav. quart.—58 *vias* pro *vices* inc. Heins. *modos* Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Voss.—59 *letumque regis* Petav. sec. *geris* Vat. quint. *regis* vel *seris*

NOTÆ

52 *Seriem fatorum pollice ducunt*] Digitis fila subacta trahunt et nent naturalem quendam ordinem omnium rerum ex æterno, aliis ad alia consequentibus, et non mutabili manente hujusmodi serie, ex Chrysippo.

53 *Ferratis pensis*] Pensa sunt lanæ manipuli, qui pendent ex colo, et ferrata dicuntur ob inevitabilem fatorum necessitatem.

Sæcula] Sæculum est spatium vitæ longissimum: nonnulli ad centum et viginti annos, plures ad centum tantum extendunt; quidam ad triginta tantum annos, et est minus sæculum.

54 *Lachesis*] Tria Fata sunt, tres Parcæ; pro ratione trium temporum, præteriti, præsentis, et futuri. Atropos, quasi, *ἄτροπος, immutabilis,* quia nevit fatum præteriti temporis, quod nulla potest ratione mutari; quod enim factum est infectum esse nequit. Clotho, *ἀπὸ τοῦ κλώθειν, torquere,* quippe filum torquet, in ipso fuso colligit, spectatque tempus præsens. Lachesis vero, *ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, sortiri;* hæc enim filum ducit, et cunctarum rerum finem sortitur, seu sorte ducit, spectatque tempus futurum.

56 *Arbiter*] Est judex electus, a quo provocare non licet: hic sumitur pro domino et Rege.

Umbrarumque potens] Potens, cum genitivo, significat etiam dominum et Regem, Reginamve, ut apud Horatium: 'Sic te Diva potens Cypri.'

57 *Finem cunctis et semina præbes*] Cicero: 'Terrena vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dis ut apud Græcos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris.'

58 *Nascendique vices*] Aperis iterum viam nascendi; siquidem in rebus naturalibus, cum unum perit, nascitur alterum, et sic corruptio unius est generatio alterius, idque fit alternatim,

Gignit materies, hoc te donante creatur,
Debeturque tibi; certisque ambagibus ævi
Rursus corporeos animæ mutantur in artus:
Ne pete firmatas pacis dissolvere leges,
Quas dedimus, nevitque colus: neu fœdera fratrum
Civili converte tuba. Cur impia tollis
Signa? quid incestis aperis Titanibus auras?
Posce Jovem, dabitur conjux. Vix illa: pepercit,
Erubuitque preces, animusque relanguit atrox,

materia, id fit tuo beneficio, et id *tibi debetur; et post certos circuitus annorum, animæ mittuntur iterum in membra corporum: noli,* o *Pluto, perrumpere firmas pacis leges, quas statuimus nentes colo: neve turbes bello civili fœdera* factà inter vos tres *fratres. Quare moves vexilla iniqua? Quare pandis cœlum Titanibus sacrilegis? Ora Jovem,* et *uxor concedetur* tibi. Lachesis *vix* dixerat *hæc* verba, cum Pluto *desiit* furere, *et eum puduit* ob tales *preces* Parcæ: ejus *animus*

Petav. pr. *quidquid in orbe* Vat. quint.—60 *mediante* pro *donante* Vat. pr.—61 *cunctisque ambagibus* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. *cunctis* ed. Parm. et Vicet. *certis* Vat. quint. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Petav. pr. Voss. pr. Oxon. sec. duo Jun. Exc. Læti et Petav. quart.—62 *mittuntur* tres Vatt. Pal. Put. Reg. vet. Gyr. Vat. Livin. tres Petav. Exc. Petav. quart. *mutantur* duo Vatt. Cod. Bartholin. Ambr. tert. Oxon. pr. chart. Heins. Ald. ed. Parm. et Vicet. Exc. Schott. in quibus ascriptum, ita quoque esse in Ed. Colon. *mutantur* vel *mittuntur* Florent. Voss. sec. *ortus* inc. Heins. Florent. m. pr. Var. LL. e marg. Parm. *artus* Put. Reg. chart. Heins. duo Jun. duo Voss. duo Oxon. Bonon. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet.—64 *venitque* ed. Vicet. *ne fœdera* Jun. sec. duo Vatt. Florent. *nec* Vat. pr. *fœdera* Var. LL. e marg. Parm. *prælia* pro *fœdera* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Parrhas. Parm. et Vicet.—65 *committe* Pal. duo Med. Heins. H.—66 *illicitas* pro *incestis* Vat. pr. Jun. sec. Oxon. sec. duo Petav. Vat. Livin. *infestis* Exc. Petav. quart. *illicitas* vel *incestis* Tholos. *addis* pro *aperis* Vat. tert. *orbem* Florent.—67 *ille* quinque Vatt. Pal.

NOTÆ

60 *Creatur*] Id est, fit, producitur: *creo* enim sæpius in hac significatione usurpatur. Virgilius: 'Supposita de matre nothos furata creavit.'

62 *Rursus corporeos*] Et hæc est μετεμψύχωσις Pythagorica, qua post certas annorum conversiones, post certum tempus ex Virgilio, 'Rursus et incipiunt in corpora velle reverti.'

65 *Civili tuba*] Id est, bello civili, signum pro re signata, Metonymicῶs.

Impia] Quia contra fratrem Deorumque Regem, cui debetur pietas.

66 *Incestis*] Incestus ex Servio est quæcumque pollutio: unde apud Virgilium, 'Totamque incestat funere classem.' Id est, polluit. Isidorus incestum vocat, quasi incastum, sicque incesti Titanes, id est, non casti, et impuri: sed et incestus est, qui flagitium in consanguineum aut in Sacerdotem admiserit, et sacra contaminarit. Unde non mirum si Titanes dicti sunt incesti, cum bellum Diis intulerint, sacrasque eorum sedes, quæ totidem sunt templa, violarint. Ad id alludit Tibullus: 'Num feror incestus sedes adiisse Deorum, Sertaque de sanctis diripuisse focis?'

68 *Erubuit*] Eleganter regit accu-

Quamvis indocilis flecti: ceu turbine rauco
Cum gravis armatur Boreas, glacieque nivali
Hispidus, et Getica concretus grandine pennas,
Bella cupit, pelagus, sylvas, camposque sonoro
Flamine rapturus: si forte adversus ahenos
Æolus objecit postes, vanescit inanis
Impetus, et fractæ redeunt in claustra procellæ.
 Tum Maia genitum, qui fervida dicta reportet,
Imperat acciri. Cyllenius astitit ales,
Somniferam quatiens virgam, tectusque galero.

crudelis lenitus est, quamvis non possit facile leniri: qualis est ventus *Aquilo turbulentus, cum armat se flatu sibilanti;* cum habens *barbam hispidam, ac rigentem nive glaciata, et* habens quoque *pennas induratas grandine* collecta in regione *Getarum, ardet præliari, paratus trahere flatu resonanti mare, sylvas, et agros; si forte Æolus opposuit* ipsi *januam ferream,* ejus *impetus fit vanus, et tempestas fracta retruditur in carcerem* profundum. *Tunc jubet venire* Mercurium, *Maiæ filium, ut renuntiet Jovi dicta ardentia.* Mox Mercurius *Cyllenius affuit,* habens *alas, quatiens caduceum somnos parientem, et tectus parvo pileo. At* Pluto *ipse sedet*

Cod. Bartholin.—69 *cum turbine* Exc. Petav. quart.—70 *armatus* Moret. pr. *glacieque nivali* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Ambr. tert. duo Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *gelida* Cod. Bartholin. Ambr. tert. chart. Heins. ed. Parm. et Parrhas.—71 *Geticas* Vat. quint. Pal. Med. pr. Heins. H. *Getica* Var. LL. e marg. Parm.—72 *Flare cupit* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Oxon. pr. chart. Heins. duo Jun. duo Voss. *Irrupit* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Disrumpit* Petav. pr. Oxon. sec. *saltus, silvas* chart. Heins. *sonoros* Voss. *severa* Vat. sec.—73 *rapturus* vel *rupturus* inc. Heins. *aversus* pro *adversus* Pal. duo Med. Jun. pr. duo Petav.—74 *abjecit* Voss. pr. *in auras* Vat. sec. *in auras* vel *inanis* Voss. sec.—75 *flatæ* pro *fractæ* Vat. pr. *ad claustra* Petav. sec.—76 *reportat* Vat. quint.—77 *affuit* pro *astitit* Florent. Jun. sec.—79 *solio*

NOTÆ

sativum, ut apud Virgilium: 'Sed jura fidemque Supplicis erubuit.'

69 *Indocilis flecti*] Inexorabilis, non tractabilis.

Turbine] Turbo est rapida vis venti cum ingenti fragore, obvia quæque deturbantis.

71 *Pennas*] Poëtæ ventis tribuunt pennas ob celeritatem; sed et ventos ut homines turbulentos, buccis inflatis, et barba, aliisque partibus præditos depingunt.

74 *Æolus*] Hellenis fuit filius; sed et alter fuit Æolus Hippotæ filius, qui Liparen et Æolias insulas in ora Siciliæ tenuit: qui cum prædiceret, quomodo per fretum difficillimum cursus tenendus esset, et ex fumo Strongyles insulæ, vulgo *Strombali*, ventos tridno post futuros esse denuntiaret, eum ideo *τῶν ἀνέμων βασιλέα νενομίσθαι* φησὶ Πολύβιος, *Ventorum Regem existimatum esse dicit Polybius:* Strabo.

78 *Somniferam virgam*] Virga est Mercurii, seu caduceus, quem connexis utrimque serpentibus figurabant, quod Mercurius, cum Arcadiam peteret, duos serpentes pugnantes virga interposita placaverit, quodque, ut est Deus eloquentiæ, immanissimos quosque conciliare posset: hinc

Ipse rudi fultus solio, nigraque verendus
Majestate sedet: squalent immania fœdo
Sceptra situ; sublime caput mœstissima nubes
Asperat, et diræ riget inclementia formæ:
Terrorem dolor augebat. Tum talia celso
Ore tonat: tremefacta silent dicente tyranno
Atria; latratum triplicem compescuit ingens

innixus solio impolito, terribilis majestate atra: magnum ejus *sceptrum sordidum est turpi illuvie: nubes tristissima reddit altum* ejus *caput horridum, et* totus ejus *aspectus plenus est crudeli rigore. Tristitia* Plutonis ipsum *efficiebat* magis *terribilem: tunc erumpit in talia* verba *ex alto loco: Rege loquente Regia trepida tacet: magnus* Cerberus *janitor retinuit* tria ora resonantia *triplici latratu; et Cocytus*

fultus Vat. tert. Reg. Ambr. tert. Chart. Heins. Oxon. pr. Cod. Bartholin. Ald. ed. Parm. et Vicet. *fluctus* pro *fultus* Petav. sec. *ferendus* Vat. pr.—80 *squalent* vel *stabant* Vat. quint.—82 *diræ* Vat. pr. et quint. Voss. sec. m. sec. *duræ* Cod. Bartholin. cum viginti quatuor aliis.—83 *Horrorem* Petav. pr. *Terrorem* vel *Horrorem* Vat. quint. Oxon. sec. *mœrorem* Cujac.—84 *ducente* Pal. Heins. H. duo Med. *magistro* Med. quart. Heins. H. *magistro* vel *tyranno* Med. pr.—85 *Tartara* pro *Atria* ex conj. emendatum in Gevartii Cod. *latra-*

NOTÆ

Caducifer pro Mercurio usurpatur. Notandum est quoque Caduceum ab exteris gentibus in signum pacis solere prætendi; quia et legati pacem petentes dicuntur *Caduceatores*, quibus nocere nefas; Cato 'Caduceatori nemo homo nocet.'

79 *Nigra majestate*] Nam Pluto Deus niger est, et nigris hostiis placandus.

81 *Sceptra*] Sceptrum proprie Jovis est, et Regum, qui Jovis personam vicemque sustinent, dicitur *σκῆπτρον, ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι, inniti, incumbere*, quod hoc Reges inniterentur, velut hasta: immo sceptrum olim erat hasta.

Sublime caput] Altitudo suggesti, Plutonisque ipsius proceritas, his verbis exprimuntur.

82 *Asperat*] Asperiorem reddit atque atrociorem.

Riget] Seneca, 'vultus est illi Jovis, sed fulminantis.'

83 *Terrorem dolor augebat*] Ira dolore mixta augebat terrorem: nullum nempe est animal tam horrendum, tam perniciosum natura, ut non appareat in illo, si ira invasit, novæ feritatis accessio.

Celso ore tonat] Id est, celsus ipse et in alto loco eminens, tonat; seu immani et horribili voce clamat, quod irati signum est.

84 *Tremefacta silent*] Deo loquente et irato totus orbis tremebat. Paganos id usurpasse a Judæis credi potest. Psal. XVII. *καὶ ἐσαλεύθη, καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν, καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ θεός: Et commota est et contremuit terra, et fundamenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est eis Deus.*

Tyranno] Olim pro Rege Tyrannus ponebatur, Virgilius: 'Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.' 'Nunc tyrannus dicitur tantum is qui est incubator imperii, et qui crudeliter impotenterque dominatur: ut incubator Aulæ Siculæ Dionysius.' Macrobius.

85 *Ingens janitor*] Cerberus, qui est

Janitor, et presso lacrymarum fonte resedit
Cocytos, tacitisque Acheron obmutuit undis,
Et Phlegethonteæ requierunt murmura ripæ:
  Atlantis Tegeææ nepos, commune profundis
Et Superis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo,
I, celeres proscinde Notos, et jussa superbo
Redde Jovi: Tantumne tibi, sævissime fratrum,

retinens fontem lacrymarum quievit: Acheron sedans aquas tacuit, et murmur ripæ Phlegethontis compressum est: O *Mercuri, Atlantis nepos,* qui *Deus* es *communis* Diis *superis et* Diis *inferis, qui solus habes jus et potestatem intrandi in Cælum et Inferos,* et qui *foves societatem* inter principes *utriusque regni, i celeriter, aërem intersecans* pennis, *et dic Jovi superbo* ea quæ nunc *jubeo,* sicque loquere: O *crudelissime fratrum, an* credis te habere *tantum potestatis in me?* An *fatum*

tus triplices Jun. sec. et Heins. chartaceus.—86 *Cerberus* pro *Janitor* inc. Heins. Petav. tert. *impresso* pro *et presso* Oxon. pr. *resedit* Bonon. Ambr. tert.—87 *Cocytus* duo Vatt. *Cochitos* Oxon. pr. *Cocyton* Vat. pr. Jun. pr. *Cocytos* Cod. Bartholin. duo Med. Heins. H. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *tumidis* Oxon. pr. *tacitis* Cod. Bartholin. chart. Heins. Jun. sec. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. edd. Parm. Vicet. Ald. Colin. et al. *compescuit* pro *obmutuit* Petav. sec. m. pr.—88 *flumina* vel *murmura* Vat. quint. deest autem hic versus Florent. —90 *lumen* pro *limen* Voss. sec.—91 *vehis commercia* Put.—92 *celer et* Cod. Bartholin. et novemdecim Codd. ed. Parm. et Vicet. *I celer, i* conjecerat Heins. *perscinde* Pal. inc. Heins. *præscinde* Reg. Moret. pr. Oxon. pr. *ac jussa* Cod. Bartholin. *superno* pro *superbo* Vat. Livin. Heinsius ascripserat Stat. Lib. VIII. vs. 42. 'tumidusne meas regnator Olympi Explorat vires.'—93 *tantum tibi ne* Voss. pr. *fratrum* Exc. Petav. quart. *fra-*

NOTÆ

enormi corpore, et qui 'latratu regna trifauci Personat.' Virgilius.

86 *Presso lacrymarum fonte*] Alludit ad etymologiam Cocyti, qui dicitur, ἀπὸ τοῦ κωκύειν, *flere,* quasi ille sit fluvius lacrymarum: Plato in Phædone, Κωκυτὸς ὕδωρ ἀτερπέστατον, *Cocytus aqua illætabilis;* alii dicunt esse paludem a Styge manantem, in cujus ripis audiuntur bubonum aliarumve sinistrarum avium tristes ululatus.

87 *Acheron*] Nomen est multorum fluviorum, qui varias regiones alluunt; sed omnium celebratissimus est Acheron, fluvius inferorum, qui sic dicitur ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, *fluere,* et ἄχος, ἄχεος, quod est *dolor* et *tædium,* quasi ille sit fluvius doloris ac tædii: sed et Acheron, Styx, Cocytus, et Phlegethon, de quibus supra, a multis confunduntur.

89 *Atlantis Tegeææ nepos*] Quatuor fuisse Mercurios accepimus; sed omnes referuntur ad Mercurium, Jovis et Maiæ filium, quæ Maia erat filia Atlantis, et ideo Mercurius ejus nepos.

Tegeææ] Tegea est urbs Arcadiæ, unde *Tegeæus,* et *Tegeaticus,* hoc est, natus in urbe Tegea, aut etiam in Arcadia, cum scilicet ponitur pars pro toto.

Commune profundis et Superis numen] Mercurius namque est utrorumque nuntius, unde ipse in Luciano sic queritur apud Matrem, ἔστι γάρ τις, ὦ μῆτερ, ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; *Quis enim est,* inquit, *o mater, in cælo Deus miserior me? &c.*

93 *Tantumne...juris*] Tantane animi

In me juris erit? Sic nobis noxia vires
Cum cœlo Fortuna tulit? Num robur et arma
Perdidimus, si rapta dies? An forte jacentes
Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela
Stringimus, aut vanas tonitru deludimus aures?
Nonne satis visum, grati quod luminis expers

nocens sic eripuit nobis vires cum cælo? Num amisimus robur et arma, si lux adempta est nobis? *an forte credis* ideo nos esse *abjectos et inertes, quod non jaculamur fulmina fabricata a Cyclopibus; aut terrificamus aures hominum vano murmure tonitruum? An non putas satis esse, quod* ego *privatus luce jucunda tolero*

---

ter tres Vatt. et Vat. d. Florent. inc. Heins. Reg. Bonon. Moret. pr. Jun. sec. tres Petav. *fr* Put. *semper* vel *fratrum* Voss. sec. *fratrum* vel *frater* Med. pr.—94 *juris erit* Var. LL. e marg. Parm. *habes* Vat. sec. Cod. Bartholin. Voss. pr. Chart. Heins. ed. Parm. *eris?* Vat. sec. *sic nobis anxia* Voss. pr. *vires si noxia, nobis* Jun. sec. *si* Vat. pr. et quint. m. pr. ed. Vicet. *sic* Vat. quint. Jun. pr. duo Oxon. Cod. Bartholin. Florent. Med. pr. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. tres Petav. Exc. Petav. quart. *sic* vel *non* vel *cur* Voss. sec.—95 *tulit*, Heinsius ascripserat seqq. '*ferre* pro *auferre*. vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 34. et p. 69. f. Hist. Aug. p. 41. l. 15. p. 62. l. 1. p. 67. l. 37. et sic videtur intelligendum p. 33. l. 10. immo sic debere intelligi apparet ex p. 43. l. 23. p. 49. l. 41. Casaub. p. 102. c. ex Msto.' *num robur* inc. Heins. et chartaceus ejusd. Jun. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *non* Voss. pr. cum sedecim aliis, ed. Parm. et Vicet. *non* vel *num* Oxon. pr. *armis* Florent.—96 *Prodidimus* Exc. Petav. quart. *rapta dies?* Put. *quies* Petav. sec. *forte* vel *sorde* Vat. quint. *adeoque* pro *an forte* conjecerat Heins. —97 *quid non* Petav. sec. *si non* inc. Heins. *Cyclopia* Put. *Cyclopeu* duo Vatt. Pal. Florent. duo Med. ed. Vicet. *Cyclopeia* Bonon. Petav. sec. Exc. Petav. quart.—98 *Spargimus* Jun. sec. *Spargimus et* Tholos. *et* duo Petav. *et* vel *aut* Oxon. sec. *vano* Exc. Læti et ed. Parm. *vanas auras* duo Vatt. et Vat. d. Pal. Cod. Bartholin. *varias auras* Vat. pr. et quint. Voss. pr. Var. LL. e marg. Parm. *aures* Vat. sec. *auras* vel *aras* Reg. *diludimus* Tholos. *deludimus* Exc. Læti.—99 *visum* Florent. Jun. pr. duo Oxon. duo Med. Put. Reg. Bonon. Heins. H. et inc. Heins. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *lusum* Vat.

NOTÆ

licentia uteris, ut hoc etiam tibi permittas contra me, uxoremque neges?

97 *Cyclopia tela*] Id est, fulmen, quod Jovi fabricantur Cyclopes, sic appellati ἀπὸ τοῦ κύκλου, quod unus singulis esset oculus, et is in media fronte, circinatæ rotunditatis: illi porro fuere, vel Cœli et Terræ filii, secundum Hesiodum, vel Neptuni et Amphitrites, secundum Euripidem, iidemque Vulcani administri ad fabricanda Jovi fulmina.

98 *Stringimus*] Id est, vibramus: 'stricturum se lucubrationis suæ telum minabatur.' Suetonius in Caligula.

Aut vanas tonitru deludimus aures] Convicium a Virgilio mutuatur: 'An te, genitor, cum fulmina torques, Nequicquam horremus, cæcique in nubibus ignes Terrificant animos, et inania murmura miscent?'

Tertia supremæ patior dispendia sortis,
Informesque plagas; cum te lætissimus ornet
Signifer? et vario cingant splendore Triones?
Sed thalamis etiam prohibes? Nereia glauco
Neptunum gremio complectitur Amphitrite.
Te consanguineo recipit post fulmina fessum

damna tertia ultimæ hæreditatis, quodque tolero *regiones fœdissimas, cum* Zodiacus *signifer jucundissimus decoret tuum* regnum, *et cum* stellæ *Septemtrionis ambiant te fulgore diverso. Sed arces* me *quoque* a *matrimonio? Amphitrite* filia *Nerei amplexatur Neptunum sinu cæruleo: Juno accipit te* in *sinu sororio*, o Jupiter, te

sec. *visum est* Vat. pr. Cod. Bartholin. *quod grati* Vat. quint. Jun. sec. Voss. sec. *grati qui* Vat. d. *grati quod* tres Vatt. Cod. Bartholin. *græci quod* Pal. *superis quod* Moret. pr. unde *superi* legebat Heins. *limitis* inc. Heins.—100 *prostremæ* pro *supremæ* Tholos. *patiar* Jun. sec.—101 *latissimus* Petav. pr. m. sec. *lenissimus* Vat. quart. Tholos.—102 *Lucifer* Bonon. *tingant* Reg.—103 *thalamos* Vat. pr. et quint. Voss. pr. Tholos. m. pr. ed. Parm. et Vicet. *thalamis* duo Vatt. Pal. Florent. Jun. pr. duo Oxon. Cod. Bartholin. duo Med. *thalamus* Vat. tert. *cum Nerea* Oxon. pr. *Nereida* Vat. quart. *Nereida glaucus Neptunus gr. c. Amphitritem* Oxon. sec. *Nereida glauco Neptunus gr. c. Amphitriten* Vat. quart. *glaucum* vet. Gyr. *glauco* vel *Glaucum* Reg.—104 *in gremio* Bonon. *Amphitritem* Florent. Jun. pr. Petav. tert. *Amphitriten* Jun. sec.—105 *fulmina* Voss. sec. *flumina* Florent. Petav. sec.—106 *referam* pro *narrem*

NOTÆ

100 *Sortis*] Prima sors est prima pars hæreditatis, quæ Jovi contigit, Cœlum scilicet: secunda Neptuno, nempe mare: tertia Plutoni, quæ est regio Inferorum.

101 *Informesque plagas*] Ibi enim est Chaos informe, atque fœdum.

Lætissimus signifer] Zodiacus, qui ob signa radiantia est jucundissimus aspectu, et ideo lætissimus; sic 'lætas segetes' Virgilius appellavit: dicitur autem Zodiacus, ἀπὸ τῶν ζώων, *ab animalibus*, quod omnia ejus signa, præter Libram, nomen gerant alicujus animalis.

102 *Cingant*] Apposite, hic enim una est ex Zonis; Zona autem et cingulum sunt unum et idem, ζώννυμι, *cingo*; ζώνη, *cingulum, zona*.

Vario splendore] Quia variæ sunt stellæ.

Triones] Ita rustico quodam vocabulo boves appellati sunt, quasi *Teriones*, hoc est, arandæ terræ idonei: et inde sidus, quod figura situque quodammodo simile plaustro esse videtur, dicti Septemtriones a junctis bobus, id est, a septem stellis, ex quibus quasi juncti Triones affinguntur. Alii Triones appellant, quod tres stellæ in hoc signo sint figura triquetra.

103 *Thalamis*] *A thalamis prohibes?* id est, a conjugio?

104 *Amphitrite*] Erat filia Nerei et Doridos, quæ cum virginitatem servare cuperet, a Delphine expugnata, Neptuno nupsit, et ideo Delphin inter astra relatus est.

105 *Te consanguineo*] Id est, Juno tua soror; nam consanguinei fratres etiam dicuntur. 'Et consanguineus Leti Sopor.' Virgilius.

Juno sinu. Quid enim narrem Latonia furta?
Quid Cererem, magnamque Themin? Tibi tanta creandi
Copia: te felix natorum turba coronat.
Ast ego deserta mœrens inglorius aula
Implacidas nullo solabor pignore curas?
Non adeo toleranda quies. Primordia testor
Noctis, et horrendæ stagna intemerata paludis,

fessum vibrare *fulmina*. Et *quid enim referam* amores tuos *furtivos* cum *Latona*, cum *Cerere*, cum *magna Themide: tu habes multas uxores; caterva fortunata filiorum circumcingit te. Sed ego tristis in aula vacua sine gloria, nullis* liberorum *blanditiis leniam solicitudines inquietas* animi? *Requies non* usque *adeo ferenda* est: *juro* per *cunabula noctis, et per stagnum inviolatum paludis Stygiæ, si recusas concedere*

Vat. quint. *quid enim Latonia furta referrem* Florent. *latitantia* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. *laticantia* ed. Vicet. *Latonia* Var. LL. e marg. Parm. *Latoia* legit Heins.—107 *Themim* Med. pr. Petav. pr. Heins. H. et inc. Heins. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *Thetim* duo Vatt. Put. Reg. Tholos. Petav. sec. *Thetin* Jun. sec. Oxon. pr. m. pr. *tibi tanta* vet. Gyr. *ubi* Ald. ed. Vicet. *magna* Bonon.—108 *natorum te felix* Vat. pr. et quart. Put. Reg. Petav. pr. duo Oxon. Ald.—111 *Nunc* Reg. *Nunc* vel *Non* Oxon. pr. *Nonne* conjiciebat Heins. *primordia noctis Testor* inc. Heins.—112 *signa* pro

NOTÆ

106 *Latonia furta*] Furtum sumitur pro iis actionibus, quæ fiunt clam; sic apud Virgilium, 'furta paro belli.' Sed sæpissime furta ponuntur pro furtivis amoribus: notum est autem Jovem ex Latona suscepisse Dianam et Apollinem.

107 *Quid Cererem, magnamque Themin*] Jupiter habuit tres uxores; Junonem, Cererem, et Themin. Juno peperit Curetas; Ceres Proserpinam; et Themis Minervam, et secundum alios, Hesperidas, Horas, aliasque Nymphas: quanquam Hesiodus ait Hesperidas esse Noctis filias. Juno etiam peperit Vulcanum et Heben, sed sola sine Jove, ut aiunt nonnulli.

Creandi] Creare est ex nihilo producere, sed et sæpe significat generare, producere.

108 *Natorum turba coronat*] Στέφανος γερόντων τέκνα τέκνων, *Corona senum filii filiorum*. Solomon in Proverbiis.

109 *Ast ego*] Habet emphasim. Virg. 'Ast ego, quæ Divum incedo Regina,' &c.

Deserta] Amantes putant se desertos, cum absunt ea quæ optant, et vel in media turba soli sibi videntur.

110 *Implacidas solabor curas*] Id est, leniam animi solicitudines: nam liberorum blanditiæ parentum tristitiam discutiunt.

Nullo pignore] 'Pignus est id quod datur creditori ad securitatem: dicitur a pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur.' Paulus Jureconsultus, l. 238. D. de verb. signific. Sed liberi vocantur pignora, quod connubium, quodam quasi fœdere, sanciant; quodque sint pignora et vincula firmioris amicitiæ inter utrumque conjugem.

111 *Primordia testor Noctis*] Chaos scilicet aut Erebum, qui teterrimus est Noctis pater.

112 *Horrendæ stagna intemerata pa-*

Si dicto parere negas, patefacta ciebo
Tartara: Saturni veteres laxabo catenas;
Obducam tenebris lucem: compage soluta
Fulgidus umbroso miscebitur axis Averno.
Vix ea fatus erat, jam nuntius astra tenebat:
Audierat mandata pater, secumque volutat
Diversos ducens animos, quæ tale sequatur

quod peto, patefaciam et excitabo in te omnia monstra *Tartari; solvam antiqua vincula Saturni: involvam diem nocte* nigra: *convulsa dispositione* rerum, *cœlum lucidum confundetur* cum *obscuris Inferis. Vix* Pluto *dixerat hæc* verba, *et* citius dicto Mercurius *nuntius cœlum jam conscenderat:* jamque *Jupiter audierat mandata* exposita a Mercurio; cum ipse *solus captans varia consilia, putat intra sese, quænam* virgo futura sit, *quæ* possit *amare tale matrimonium cum Plutone,*

stagna Vat. quart. et Vat. d. Pal. Cod. Bartholin. duo Med. Reg. Petav. pr. Bonon. Tholos. Oxon. pr. Ambr. tert. Heins. H. et inc. ejusd. Exc. Petav. quart.—113 *dictis* Vat. quart. inc. Heins. Put. Voss. sec. Petav. tert. Jun. et Oxon. sec. *negat* Voss. pr. *nefas* Put. *neges* Vat. quint. et d. Petav. pr. Voss. sec. chartac. Heins. Oxon. sec. Ald. ed. Parm. et Vicet.—115 *lucem* ed. Parm. et Vicet. *Solem* quatuor Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. Florent. Med. pr. Voss. sec. duo Oxon. duo Jun. Ald. et Var. LL. e marg. Parm.—116 *Lucidus* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. duo Voss. chartac. Heins. duo Jun. duo Oxon. *aër* Vat. pr. Cod. Bartholin. chartac. Heins. vet. Gyr. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *axis* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm.—117 *et nuntius* Jun. sec.—119 *Diversos* duo Voss. Terent. Andr. Act. I. Sc. 5. 'Tot me impediunt curæ, quæ meum animum *diversum* trahunt.' *animos ducens* Bonon. *quid* inc. Heins. duo Oxon. *qui t. sequantur* Petav. sec. *sequetur* duo Vatt. Tholos. Cod. Bartholin. *sequantur* Pal. duo Med. Heins. H.—

NOTÆ

ludis] Stygem horrendam, quam timent et horrent Superi fallere; Stygem, 'Dii cujus jurare timent et fallere numen.' Virgilius.

113 *Patefacta ciebo Tartara*] Pandam, et in te solicitabo Titanas et monstra, quæ sunt in Tartaro, seu apud inferos; nam Tartarus, et in plurali Tartara, sunt apud Inferos loca profundiora.

114 *Saturni laxabo catenas*] Solvam in te Saturnum; nam hic in Inferos conjectus fuerat a Jove cum Titanibus.

116 *Axis*] Axis est lignum aut ferrum rotundum, circa quod rotæ currus volvuntur: at per translationem ponitur, pro linea quadam imaginaria, quæ ab uno Mundi cardine ad alium transire fingitur, et circa se Cœlum volvere; Græcis πόλος, ut polus Arcticus; Latinis axis seu vertex: sed ut pars sæpe usurpatur pro toto, ideo nonnunquam axis sive polus pro toto Cœlo dicitur.

Averno] Supra, vs. 20.

117 *Astra tenebat*] Id est, Cœlum conscenderat.

118 *Pater*] Aut quia rerum opifex, aut, ex Dionysio Halicarn. primus cum Junone virum et fœminam matrimonio conjunxit, et ideo pater est appellatus.

119 *Sequatur*] Optime dicitur de uxore, quæ ducitur a viro, quæ virum sequitur. Sed et *sequor* dicitur pro

Conjugium, Stygiosque velit pro Sole recessus.
Certa requirenti tandem sententia sedit.
Hennææ Cereri proles optata virebat
Unica; nec tribuit sobolem Lucina secundam,
Fessaque post primos hæserunt viscera partus,
Infœcunda quidem; sed cunctis altior extat

et præferat obscuras Inferorum *cavernas* aspectui *Solis*. *Tandem* hoc *consilium placuit* Jovi *quærenti certum* aliquid. *Cereri Hennææ florebat filia unica, ipsi carissima, nec Diana dedit* ipsi *filiam alteram; et viscera* ejus *exhausta post primum partum remanserunt sterilia quidem; sed* ipsa *venerabilior assurgit omnibus matribus, et sola*

120 *Conjugium* vel *Connubium* Vat. quint. *Stygiosne* Pal. *Stygiosve* Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Oxon. pr. Petav. sec. duo Jun. Exc. Petav. quart. *persolvere census* pro *pro Sole recessus* Vat. tert. Pal. duo Med. Heins. H. Put. Petav. sec. *persolvere census* vel *pro sole recessus* Reg.—121 *Plura* pro *Certa* Vat. quint. *mansit sententia tandem* Tholos.—122 *Ennææ* vet. Gyr. *Ætnææ* Vat. pr. et sec. et Vat. d. item quint. Cod. Bartholin. *Euneæ* Vat. tert. *Hec meæ* Pal. *nitebat* Jun. pr.—123 *prolem* Vat. sec. Voss. sec. *sobolem tribuit* Jun. sec. Exc. Petav. quart.—124 *requierunt* Vat. sec. *requierunt* vel

NOTÆ

amare, ut apud Virgilium: 'Florentem cytisum sequitur lasciva capella.' Id est, amat, quærit.

121 *Tandem*] Post longam deliberationem, quasi Jupiter diu dubitasset an satisfaceret voluntati Plutonis.

Sententia sedit] Est id quod post multas dubitandi ultro citroque rationes, tandem concludit. Virgilius: 'Et sedet hoc animo,' &c. Sedit, itaque, id est, firme placuit, et animo infixa est sententia.

122 *Hennææ*] Vel, ut alii legunt, *Ætnææ*. Ceres dicitur *Ætnæa* ab Ætna monte Siciliæ, quæ ipsi ob fertilitatem sacra erat; et *Hennæa*, ab urbe Henna, quæ in edito colle sita, templo Cereris commendabatur. Ætna porro dicitur ab Ætna Briarei Cyclopis filia, sorore Sicani, quæ nomen insulæ dedit. 'Romani Gracchano tumultu moniti Sibyllinis libris, ut vetustissimam Cererem placarent Ennam (quoniam sacra ejus inde orta credebant) decem viros ad eam propitiandam miserunt.' Valerius Maximus.

Optata] Vel sibi dilecta, vel antequam eam conciperet, votis plurimis exoptata.

Virebat] Virginem a viridi ætate dictam putat Servius: vel virebat, id est, crescebat felicius, more plantarum.

123 *Unica*] Persephone Ceres ab Orpheo dicitur μονογένεια, *quæ semel genuit*, ex Jove; nam ex Jasio Dardani fratre Philomelum et Plutum numen divitiarum suscepit.

Lucina] Diana Dea puerperis invocari solita; eadem creditur esse cum Luna, quæ proprio quodam munere salutaris est accelerando partui. Lucina dicta, quod oculis et luci præesset, unde ipsi supercilia, oculos per quos luce fruimur protegentia, veteres rasitabant. Ovidius vocat aliter Ilythyiam: a nonnullis Lucina cum Junone confunditur.

124 *Fessa*] Exhausta, effœta.

Matribus, et numeri damnum Proserpina pensat.
Hanc fovet, hanc sequitur: vitulam non blandius ambit
Torva parens; pedibus quæ nondum proterit arva,
Nec nova lunatæ curvavit germina frontis.
Jam vicina toro plenis adoleverat annis
Virginitas; tenerum jam pronuba flamma pudorem
Solicitat: mixtaque tremit formidine votum.
Personat aula procis. Pariter pro virgine certant
Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu;
Mars donat Rhodopen, Phœbus largitur Amyclas,

Proserpina reparat jacturam multitudinis. Hanc amplectitur, hanc sequitur: vacca *mater torva non blanditur amantius vitulæ, quæ nondum spargit pedibus terram, et* quæ nondum *curvavit frontis cornua nascentia* in speciem *Lunæ. Jam virgo nubilis plena ætate crevcrat, jam amor nuptiarum titillat pudicum tenerumque* pectus, *et desiderium* matrimonii *mixtum timore trepidat. Aula* Cereris *resonat amantibus: Mars præstantior scuto, Apollo præstantior sagittis, pugnant pariter pro puella: Mars dat Rhodopen, Apollo dat Amyclas, et Delum, et domos Clari: ex hac*

hæserunt Voss. sec. *cessarunt* conjiciebat Heins.—126 *damnum numeri* Petav. tert. Exc. Petav. quart. *numerum damni* Bonon. *penset* Oxon. pr.—127 *vitulum* Vat. pr. Petav. sec. Voss. pr. Vat. Livin. *non segnius* inc. Heins.—128 *Sæva parens* Petav. tert. *qui* Petav. sec. Vat. Livin. *necdum præterit* Reg. *non protriverit* Florent. *proterit herbas* Voss. pr.—129 *curvavit lunatæ* Vat. quart. Cod. Bartholin. *germina* Put. *gramina* Bonon. *cornua* Vat. pr. et quint. item d. Voss. pr. Tholos. m. sec. duo Jun. Vat. Livin. *germina* vel *cornua* Voss. sec.—132 *premit* Vat. pr. Reg. *fremit* Med. quart. Put. *terat* pro *tremit* Bonon.—135 *Rhodopen* Vat. quint. Cod. Bartholin. *Rhodopem* Put.

NOTÆ

126 *Numeri damnum*] Numerosæ prolis jacturam: nam quantum Ceres numerosa prole aliis cedebat, Proserpinæ præclara indole tantum antecellebat.

127 *Fovet*] Instar avium, quæ et ova et pullos fovent: vel fovet, id est, nutrit ac provehit: fovemus autem ea quæ suum robur non habent.

Vitulam] Satis similis comparatio, sed non sine exemplo Ovidii.

131 *Pudorem*] Solicitat et tentat pudorem puellæ teneræ.

132 *Mixtaque tremit*] Nam puellæ et timent et cupiunt virum.

133 *Personat aula procis*] Optime; nam proci toti sunt in cantibus aut tumultu, ut optime Homerus. Procus dicitur a vetere verbo *procare*, id est, poscere.

Aula] Est prima pars ædium, in qua sæpius diversabantur proci. Procorum copia, gloria puellarum.

134 *Præstantior*] Et ideo Apollo ab Homero dicitur ἑκηβόλος, *longe jaculans*, et a Virgilio, *Arcitenens*: 'Quam pius arcitenens oras et littora circum,' &c.

135 *Rhodopen*] Thraciæ mons est, dictus a Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Atho gigantem genuit, qui dedit et monti nomen: ipsa autem Rhodope versa in montem, quod Deos contemneret: sed et

Et Delon, Clariosque lares: hinc æmula Juno,
Hinc poscit Latona nurum. Despexit utramque
Flava Ceres; raptusque timens (heu cæca futuri!)
Commendat Siculis furtim sua gaudia terris,

parte Juno zelotypa; ex illa Latona petit sibi nurum. Ceres flava contemsit ambas, et timens ne filia *raperetur, (heu nescia futuri* mali!) *clam occultat suas*

duo Petav. Exc. Petav. quart. ed. Vicet.—136 *Paphon* pro *Delon* Exc. Petav. quart. *hanc æmula* Vat. quint.—137 *Hanc poscit* Vat. quint. *virum* pro *nurum* Petav. sec. *utramque* Petav. pr. *utrumque* quatuor Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. *utrumque* vel *utramque* Vat. sec. Voss. sec.—138 *raptusque* chartaceus Heins. *raptumque* Voss. pr. *tenens* pro *timens* Vat. pr. *ignara* pro *heu cæca* Vat. quint. *en cæca* Petav. sec.—139 *Commendat* Moret. pr. *Committit* Tholos. *pignora* omnes Vatt. Cod. Bartholin. *gaudia* Petav. pr. deest vero hic versus in Med. pr. et Heins. H. Bonon. Voss. pr. sed in Tholos. margini ascriptus. In Vat. pr. quart. et quint. et Cod. Bartholin. inseruntur hi duo versus, 'Infidis natam laribus commisit alendam, Æthera deseruit Siculasque relegit in oras.' qui etiam in ed. Gesn. et ed. Bipont. exhibentur, sed uncis inclusi. In Florent. Voss. sec. et Med. quart. *Infidis natam, &c.* præcedenti præponitur. In Vat. quint. erat *Siculisque r. in oris* et *committit*, quod Cod. Bartholini etiam habet. *Ætnæis* pro *Infidis* Tholos. m. pr. *laribus natam* Tholos. Vat. Livin. Moret. pr. Jun. sec. et pr. Put. Reg. *dimisit* pro *commisit*. Jun. sec. qui hic interserit seq. versum, 'Commisit Siculis furtim sua gaudia terris.' *alendam* Florent. Med. sec. *ituram* Florent. m. sec. inc. Heins. Tholos. *ituram* vel *alendam* Voss. sec. Jun. pr. in Put. m. rec. ascriptus erat hic versus.

NOTÆ

Thracia Marti sacra, ob barbaram immanitatem gentium.

Amyclas et Delon] Amyclæ sunt in Peloponneso, urbs Apollini sacra, sicut et Delos una ex Cycladibus insulis in mari Ægæo, Latonæ puerperio insignis, alias Ortygia dicta, et ab Apolline facta immobilis. *Delon* est terminatio Græca, quam aliquando Latini retinent. Horatius, 'Laudabant alii claram Rhodon aut Mitylenen.'

136 *Clariosque lares*] Claros, seu Clarium, est urbs Ioniæ, Apollinis oraculo nobilis. Lares sunt Dii urbium præsides, ædiumque privatarum custodes; quos indutos canum pellibus effingebant antiqui, adhibito ad pedes ejusdem generis animali, quod scilicet ipsi Lares pro domibus excubarent, instar canum, ex Plutarcho. Sed Lares hic sumuntur pro ipsa urbe, ac proinde *Clarios Lares*, id est, urbem Clariam.

Æmula] Æmulus est ejusdem studii sectator, cum voto superandi.

Juno] Juno mater erat Martis, quem sine viro conceperat in campis Oleniis, tacto flore, quem Flora Zephyri conjux indicaverat.

137 *Latona*] Ex Jove concepit Apollinem et Dianam.

Despexit utramque] Ceres non amat Phœbum, seu nimios calores; non Martem seu bella; sed pacem, quæ etiam cum spica pingebatur. Tibullus: 'Interea pax alma veni, spicamque teneto.'

138 *Cæca futuri*] Nam incidit in calamitatem quam fugiebat.

139 *Sua gaudia*] Commendat Siciliæ *sua gaudia*, hoc est, filiam suam, in

Ingenio confisa loci. Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit: sed pontus et æstus
Mutavere situm. Rupit confinia Nereus
Victor, et abscissos interluit æquore montes,
Parvaque cognatas prohibent discrimina terras.
Nunc illam, socia raptam tellure, trisulcam

delicias in Sicilia; confidens situ loci. Sicilia olim fuit una pars Italiæ, sed fluctus maris mutavit situm illius: *Neptunus triumphans fregit limites, et permeat maris montes abruptos* a se invicem, *et parva intervalla separant terras* ante *conjunctas. Natura nunc objicit mari illam* Siciliam *triangulam, avulsam a terra*

deerat autem in Petav. pr. et Exc. Petav. quart. in inc. Heins. tres hi versus in fine libri scripti erant. *Siculisque relegit in oris* Voss. pr. *Siculasque per oras* Voss. sec. Hic vero in Florent. duob. Med. Reg. Petav. sec. et tert. Bonon. Tholos. Heins. H. et inc. ejusd. multa deerant usque ad vs. 214. in Vat. tert. quart. et Pal. erat quoque hiatus ad vs. 217.—141 *pontus et ætas* Put. Exc. Petav. quart.—142 *rupit* Exc. Læti. *rapuit* Cod. Bartholin. chartac. Heins. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. ed. Vicet.—143 *abscisos* duo Vatt. *interfluit* Vat. sec. et quint. m. sec. Ambr. tert. duo Voss. Cod. Bartholin. Jun. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. *interluit* Moret. pr. Virgil. Æn. III. 418. 'arvaque et urbes Littore diductas angusto interluit æstu.'—144 *Cognatis... terris* conj. Heins. *cognatas* vel *conjungi* Voss. sec.—145 *Nunc* Vat. quint. Cod. Bartholin. *Non* Exc. Petav. quart. *Nunc* vel *Hinc* Vat. sec. Voss. et

NOTÆ

qua omne gaudium suum collocabat.

140 *Ingenio loci*] Confidens in natura et situ insulæ, quæ non solum mari cingeretur, sed et duplici gurgite, Scylla et Charybdi, et monte ignifluo muniretur. Ingenium optime traducitur ad res inanimas: 'et prati viva voluptas ingenio variata suo.' Claudianus.

Trinacria] Ἄκρα, *promontorium*, τρεῖς, *tres*: sic Trinacria dicta est a tribus promontoriis. Unde et Strabo: ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι, καὶ διὰ τοῦτο τρινακρία: *Est vero Sicilia figura triangula, et ideo Trinacria* dicta, et Triquetra.

141 *Italiæ pars una fuit*] Siciliam antiqui crediderunt a continenti Italiæ maris impetu fuisse avulsam.

Æstus] Atrox et torrens fretum: hic enim undarum in se concurrentium tanta pugna est, ut modo veluti fugientes in imum desidere, modo quasi victrices in sublime ferri videas; modo hic fremitum ferventis æstus, modo illic gemitum in voraginem desidentis exaudias.

142 *Nereus*] Nereus et Neptunus sæpe confunduntur. Neptunus tridentis ictu insulam ab Italia abscidit, ut filius Acastus tutior esset ab insidiis Æoli; qui Acastus, secundum Diodorum, Rhegium tenebat in extrema parte Italiæ.

143 *Victor*] Abruptis montibus, ut volebat: nam voti compos, et effector propositi, victor dicitur.

Interluit] Vel, ut alii legunt, *interfluit*, id est, fluit inter abruptos montes, et hoc est fretum illud famosum.

144 *Parva discrimina*] Quasi Sicilia magis inter continentes accipi posset, quod modico freto ab Italia dividatur.

145 *Trisulcam*] Trisulcus est id quod habet tria acumina, ut tela trisulca Jovis; vel *tres linguas* ex Ovi-

Opponit natura mari: caput inde Pachyni
Respuit Ionias prætentis rupibus iras;
Hinc latrat Gætula Thetis, Lilybæaque pulsat
Brachia consurgens; hinc dedignata teneri
Concutit objectum rabies Tyrrhena Pelorum.
In medio scopulis se porrigit Ætna perustis:
Ætna Giganteos nunquam tacitura triumphos,

simul *consociata: inde promontorium Pachyni contemnit furores Ionii* maris, *saxis procurrentibus: ex adverso mare Libycum sonat, et intumescens ferit brachia Lilybæi: ex alia parte furor Hetrusci* maris *recusans retineri, quassat Pelorum oppositum. In media* insula *Ætna* mons *extendit se, saxis incensis; Ætna*, quæ *nunquam silebit victorias* relatas *de gigantibus;* quæ est *sepulcrum*

Oxon. sec. *illam sociam ruptam t. trisulca* duo Jun. *illam sociam rapta t. trisulca* chartac. Heins. *socia* Voss. pr. *sacia* Exc. Petav. quart. *sociam* Put. Reg. *sociam rupta* Vat. quint. Petav. pr. Voss. sec. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *sociam rapta* inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *rupta* vel *rapta* Voss. sec. *trisulca* duo Vatt. Cod. Bartholin. *trisulcam* Voss. pr. Exc. Petav. quart. *trisulca* vel *trisulcam* Vat. quint.—146 *Opposuit* Vat. sec. duo Voss. *Obtinuit* Vat. pr.—147 *Respicit* Vat. quint. *Respuit* Voss. pr. Jun. sec. Ambr. tert. Put. Reg. Petav. pr. inc. Heins. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Respuit* vel *Reppulit* Vat. et Voss. sec. *protentis* Cod. Bartholin. *prætentis* inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Moret. pr. duo Voss. Exc. Petav. quart. item Jun. pr. *prætentis viribus* Jun. sec. Heinsius ascripserat Lib. I. in Ruf. vs. 124. et B. Gild. 315.—148 *Hic* Vat. pr. *pulsat* vel *pressat* Voss. sec.—149 *dedignata* Cod. Bartholin. *indignata* duo Vatt. inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Jun. sec.

NOTÆ

dio. Sicilia autem dicitur *Trisulca* ob tria promontoria, quæ velut tria acumina excurrunt in mare Ionium, mare Libycum, et mare Hetruscum: unde apud Strabonem dicitur, *τρίγωνος*, id est, triangula, ob tres angulos, seu tria promontoria; versus Ionium, *Pachynum*, vulgo, *Cabo Passaro*; versus Africam, *Lilybæum*, vulgo *Cabo Boëo;* et versus Hetruriam, *Pelorum*, hodie, *Fare de Messine*.

147 *Respuit*] Alii legunt, *respicit;* alii *despicit;* id est, contemnit iras maris Ionii: quod sic appellatum est ab Io, Inachi filia, quæ œstro Junonio percita, illud mare tranavit.

148 *Latrat Gætula Thetis*] Latrat ex undarum conflictu et rabie. Thetis est Nympha maris, mater Achillis, sed sæpe ponitur pro mari: Gætula, id est, Libyca seu Africa; Africam enim ab initio habuere Gætuli populi.

Lilybæa brachia] Lilybæum promontorium Africam aspicit, et flexo littore brachia repræsentat.

150 *Rabies Tyrrhena*] Id est, rabies maris Hetrusci; sumitur translatio a canibus, qui cum irascuntur, latrant; cum rabie tentantur, sæviunt maxime.

152 *Ætna Giganteos*] Ætna mons insignis ob ejectas flammas, exesasque incendio rupes, perpetuo testabitur victoriam reportatam de Gigantibus, qui cum bellum superis indixissent, a Jove fulminante in Ætnam præcipites acti sunt, et inter alios immanis

Enceladi bustum, qui saucia terga revinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulfur:
Et quoties detrectat onus cervice rebelli
In dextrum lævumque latus, tunc insula fundo
Vellitur, et dubiæ nutant cum mœnibus urbes.
Ætnæos apices solo cognoscere visu,
Non aditu tentare, licet: pars cetera frondet
Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.
Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum
Fœdat nube diem: nunc molibus astra lacessit
Terrificis, damnisque suis incendia nutrit.

Enceladi, qui habens *vulneratum corpus catenatum, evomit sulfur continuum ex ardenti stomacho; et quoties excutit pondus, reluctante collo, in dextram sinistramque partem, tunc insula concutitur* ab ipsis *fundamentis, et urbes instabiles tremunt cum muris. Permittitur cognoscere cacumen Ætnæ solis oculis, non accessu experiri: partes reliquæ* virent *fronde arborum; vertex a nullo agricola invertitur; nunc emittit nubes ibi natas, et obscurat diem oppressum nigra caligine: nunc ferit Cœlum saxis terribilibus, et alit ignes* suos *sua ruina. Sed Ætna,*

Moret. pr. Voss. sec. Exc. Petav. quart. *moveri* marg. Isingr.—153 *saxo* pro *saucia* Cod. Bartholin. Ambr. tert. *membra* Vat. pr. *terga* inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Voss. sec. duo Jun. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—154 *inexhaustum* Vat. Livin. *corpore* Vat. pr. *vulnere* Voss. pr. *vulnere sulfur* Put. Exc. Petav. quart. *vulnere fulmen* duo Vatt. inc. Heins. Reg. Petav. pr. duo Jun. Var. e marg. Parm. *pectore sulfur* ed. Vicet. *vulnere fulmen* vel *virus* Voss. sec. *gutture* Ms. Parrhasii, qui id probat ex Virgilio, 'et patulis exspirat faucibus ignes.' Idem alibi, 'galea alta Chimæram Sustinet, Ætnæos spirantem faucibus ignes.'—155 *dejectat* Reg. Petav. pr. *dejecit* vel *detrectat* Vat. sec. Voss. sec. Heinsius ascripsit locum Callimachi Hymn. in Del. vs. 143. et ibi Frischlin. p. 45. *cervice rebelli* duo Voss. *reflexa* Ms. Delr. et ita edidit Claver.—156 *In dextram* Voss. pr. *lævumque* Vat. pr. Cod. Bartholin. *lævumve* Voss. sec. item Gesn. et. ed. Bipont. *lævum dextrumque* Jun. sec. Vat. Livin. *lævum dextrumve* duo Vatt. inc. Heins. Put. Reg. Jun. pr. Petav. pr.—157 *Vertitur* pro *Vellitur* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—158 *Aërios* vel *Æthereos* ex conjectura Exc. Schott. *nutu* inc. Heins. qui inde *tutu* conjicit.—159 *aditus* Voss. pr.—160 *nullo teritur cultore* Vat. pr. —161 *movet* pro *vomit* cod. Bartholin. chartac. Heins. Jun. sec. duo Voss. tres Vatt. *nubes* pro *nimbos* Voss. pr.—162 *molibus* Put. *motibus* tres Vatt. cod. Bartholin. *montibus* Reg.—163 *incendia miscet* Petav. pr. *miscet* vel *nu-*

NOTÆ

Enceladus, qui ibi perpetuo incendio comburitur.

159 *Non aditu*] A flammis erumpentibus timenda certa mors: sic periit Plinius, dum propius inviseret Vesuvium Campaniæ montem ignes evomentem.

161 *Indigenas nimbos*] Atram nubem prorumpit ad æthera, seu fumidos turbines ibi natos.

Sed, quamvis nimio fervens exuberet æstu,
Scit nivibus servare fidem, pariterque favillis
Durescit glacies, tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu: fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
Quæ scopulos tormenta rotant? quæ tanta cavernas
Vis glomerat? quo fonte ruit Vulcanius amnis?
Sive quod objicibus discurrens ventus opertis
Offenso per saxa furit rimosa meatu,

quanquam ardens ebullit immodicis ignibus, scit conservare pacem nivibus, et simul cum *flammis glacies induratur tuta a tanto incendio, servata frigore secreto, et ignis innocuus* leniter *attingit fumo officioso glaciem vicinam. Qualis machina volvit saxa? Qui tantus impetus ejectat antra?* Ex *qua origine erumpit fluvius igneus? Seu quia ventus errans obscuris foraminibus sævit, reperto exitu per lapides cavos, dum investigat viam, et quærens liberum egressum,*

trit Reg.—164 *Sol quamvis* Vat. quint. *niveo* Exc. Petav. quart. *exuberat* Voss. pr.—166 *caloris* pro *vaporis* Jun. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—167 *fidelis* Put. Exc. Petav. quart.—168 *continuas* inc. Heins. Put. —169 *scopulis* Reg. Moret. pr. *scopulis* vel *scopulos* Petav. pr. *rotent* Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *rotant?* Put. Reg. Petav. pr. Jun. sec. Vat. Livin. duo Voss. *catervas* Jun. pr.—170 *glomeret* Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *glomerat* inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Vat. Livin. duo Jun. duo Voss. *ruat* Vat. pr. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *ruit* Reg. Put. Petav. pr. inc. Heins. duo Voss. duo Jun. Vat. Livin. *ignis* tres Vatt. *amnis* Put. Exc. Petav. quart. Heinsius ascripserat Lib. III. de R. P. vs. 395. 'undantem flammarum obstruxit hiatum.' Augustin in Lib. IV. de Civ. Dei, cap. 2. ait 'ex Ætnæ verticibus quondam torrentis vice flammarum flumina cucurrisse.' Talia flammarum flumina visa in proximo Vesuviano incendio viri docti narrant. hæc Heinsius.—171 *opertis* inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Voss. sec. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *apertis* Exc. Petav. quart.—172 *rimosa ruit*

NOTÆ

165 *Servare fidem*] Ætna ignem vomens, ita parcit nivibus, ut quis crederet jurasse se non eas esse violaturam; unde ex fœdere inito servat fidem pacemque nivibus.

167 *Fumoque fideli lambit*] Fumo, qui fœdus illud et pacem non violat, molliter attingit nives, et quasi blanditur vicinæ glaciei.

169 *Tormenta*] Qui impetus vastos lapides impellit, et jaculatur instar tormenti bellici.

Cavernas vis glomerat] Quæ vis cumulat et ejectat saxa, quæ sunt in cavernis, et quæ tanta copia ejiciuntur, ut tota caverna videatur ejici, sicque totum ponitur pro parte. Virgilius: 'Ingens a vertice pontus In puppim ferit,' id est, ingens fluctus ponti seu maris.

170 *Vulcanius amnis*] Alii legunt, *Vulcanius ignis*, quod ibi Vulcanus, ignis inventor, exerceat officinam; sed *amnis* optime, cum undare dicatur de igni. Virgilius: 'Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam.' Et apud Æschylum ποταμὸς πυρὸς, *fluvius ignis* dicitur.

172 *Offenso per saxa furit*] In cavernas terræ ventus intrat aëre circum-

Dum scrutatur iter, libertatemque reposcens
Putria multivagis populatur flatibus antra:
Seu mare sulfurei ductum per viscera montis
Oppressis ignescit aquis, et pondera librat.
Hic ubi servandum mater fidissima pignus
Abdidit, ad Phrygios tendit secura penates,
Turrigeramque petit Cybelen, sinuosa Draconum
Membra regens, volucri qui pervia nubila tractu
Signant, et placidis humectant fræna venenis.
Frontem crista tegit: pingunt maculosa virentes
Terga notæ: rutilum squamis intermicat aurum.

vastat flamine errabundo cavernas putrefactas: seu mare impulsum per partes intimas montis pleni *sulfure, ardet aquis pressis, et torquet onera* saxorum. *In hoc loco postquam mater fidelissima occultavit filiam custodiendam, nihil solicita, it in regionem Phrygiæ, et adit Cybelen* coronatam *turribus; ducens corpora sinuosa serpentum, qui secant aërem patentem celeri lapsu, et madefaciunt fræna veneno innocuo. Cristæ tegunt capita* eorum : *maculæ virides notant terga cærulea: color*

per saxa Jun. sec. *rimosu furit per saxa* Vat. quint. inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Jun. pr. Moret. pr. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *ruit* duo Vatt. Reg. Petav. pr. Voss. pr. Ambr. tert. Cod. Bartholin.—174 *Putrida* Vat. sec. Cod. Bartholin. *Putria* inc. Heins. Reg. Moret. pr. m. pr. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *Putridaque obscœnis* Vat. quint. *Putria* vel *Putrida* Voss. sec.—177 *Sic* Vat. pr. *servandam m. f. natam* Voss. pr.—179 *Turriferamque* Vat. quint. *Cybelem* inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *squamosa* pro *sinuosa* Vat. Livin. *spumosa* Exc. Petav. quart.—180 *Colla* Vat. sec. *Colla* vel *Membra* Voss. sec. *Membra rigent* Jun. sec. *volucri qui pervia* Put. Reg. Petav. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *volucri per pervia* inc. Heins. Vat. Livin. ed. Vicet. *volucrique per avia* Exc. Læti.—182 *Frontem* Ambr. tert. *crista regit* inc. Heins.—183 *intermicat* vel *interviret* Moret. pr. Heinsius *interviret* probare videtur, qui

NOTÆ

fuso, rimas petit, et hoc acrius fertur, quo angustius: inde pugna, inde motus, et si non pateat exitus, conglobatur, furit, et tandem ob nimium motum in ignem vertitur, et fulminis instar erumpit, cum strage obstantium.

Saxa rimosa] Sunt pumex et tophus.

176 *Pondera librat*] Id est, torquet, et ejicit saxa magni ponderis.

178 *Phrygios Penates*] Phrygia regio est minoris Asiæ, sacra Cybelæ. Penates sunt Dii tutelares alicujus regionis, et pro ipsa regione ponuntur, ut et lares, de quibus supra (*Claviosque lares*); sed apposite hic fit mentio de Penatibus : hos μεγάλους θεοὺς vocabant, *magnos Deos*, et Cybele erat ex horum numero.

179 *Turrigeram*] Cybele pingebatur cum turribus; quod Cybele et tellus sint unum et idem. Tellus autem 'turritas sustinet urbes.'

Sinuosa Draconum] Sinuosa, id est, in varios sinus, orbesque ac spiras contrahi solita; sed et Cybele non tantum dracones, sed et leones etiam in curru agebat.

180 *Pervia*] Alii legunt, *volucrique*

Nunc spiris Zephyros tranant: nunc arva volatu
Inferiore secant. Cano rota pulvere labens
Sulcatam fœcundat humum: flavescit aristis
Orbita: surgentes condunt vestigia culmi:
Vestit iter comitata seges. Jam linquitur Ætna,
Totaque decrescit refugo Trinacria visu.
Heu quoties præsaga mali violavit oborto
Rore genas! quoties oculos ad tecta retorsit,
Talia voce movens! Salve, gratissima tellus,

aureus nitet inter squamas. Illi *modo trajiciunt aërem* variis *flexibus: modo inferius scindunt agros: rotæ currentes pinguefaciunt albo pulvere terram sulcatam: semita rotæ fit flava ob spicas: segetes crescentes occultant vestigium* rotarum: *fruges comitantes* Cererem *replent* ejus *viam: jam Ætna præteritur, et omnis Sicilia oculis fugientibus minor apparet. Heu! quoties* Ceres *præsentiens infortunium, fœdavit genas lacrymis prorumpentibus! Quoties reflexit oculos in domum, hæc* verba *voce pronuntians: Vale,* o *terra carissima, quam nos anteposuimus Cæ-*

ascripserat Lib. II. Cons. Stilic. 429. 'Perpetuumque *viret* squamis.' et II. de R. P. vs. 100. 'Semita discretis *interviret* humida nimbis.' et ibid. vs. 291. 'Fulgentes *viridi* ramos curvata metallo.'—184 *Tunc spiris* Voss. pr. *tranant* vel *turbant* Voss. sec.—187 *scindunt vestigia* Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *condunt* Put. Reg. Petav. pr. inc. Heins. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *fruges* pro *culmi* duo Vatt. duo Voss. Cod. Bartholin. *messes* Vat. quint. Reg. Petav. pr.—188 *Nescit* Vat. pr.—190 *aborto* tres Vatt. inc. Heins. Voss. pr. Jun. sec. chartac. Heins. Moret. pr. Ambr. tert. cod. Bartholin. ed. Vicet.—191 *ad creta retorquet* Voss. pr. *retortos* Exc. Petav. quart.—195 *pa-*

NOTÆ

per avia nubila, id est, per aërem inaccessum, aut ubi nulla vita trita est, neque pedum neque rotarum vestigiis.

184 *Zephyros*] Zephyri sunt venti spirantes ab Occidente; sed hic ponuntur pro aëre, in quo continentur: contentum scilicet pro continente.

186 *Flavescit, &c. vestit iter*] Quacumque Ceres currum ducit, campi flavescunt, et vestiuntur frugibus, adeo ut ipsa orbita pullulet copia segetum undique succrescentium.

189 *Refugo visu*] Quasi Sicilia fugere videretur ex oculis, id quod apparet abeuntibus, quibus specie 'terræque urbesque recedunt.' Virgilius.

190 *Præsaga mali*] Insita nempe est præsensio futurorum, et mala imminentia interdum quibusdam signis ostenduntur, sed imprudentia nostra non observantur.

Violavit genas] Etenim etsi flent Dii Homerici, his tamen flere nefas esse videtur: unde violavit genas, quasi rem sacram.

191 *Ad tecta*] Respexit sæpe domum, in qua filiam relinquebat, quasi ea mox se orbatum iri præsentiret.

192 *Salve*] Malum omen: sic mortuos antiqui salutabant.

Gratissima tellus] Siciliam totam Cereri sacram, et natam in ea Deam, frugesque inventas esse veteres crediderunt; idque ob insulæ fœcunditatem creditum esse puto. Contendit et de finibus insulæ Ceres cum Vulcano: Ætna disceptatrix secun-

Quam nos prætulimus cœlo. Tibi gaudia nostri
Sanguinis, et caros uteri commendo labores.
Præmia digna manent: nullos patiere ligones,
Et nullo rigidi versabere vomeris ictu:
Sponte tuus florebit ager: cessante juvenco
Ditior oblatas mirabitur incola messes.
Sic ait, et fulvis serpentibus attigit Iden.
Hic ædes augusta Deæ, templique colendi
Religiosa silex, densis quam pinus opacat
Frondibus, et nulla lucos agitante procella

lo: tibi trado filiam meam, *meum sanguinem, meam lætitiam, et dulcem partum ventris. Merces conveniens* te *expectat: nulla patieris rastra, et non proscinderis ictu duri aratri: campi tui germinabunt sine cultu: agricola opulentior admirabitur messes venientes, bobus quiescentibus. Sic* Ceres *loquitur, et* vecta *draconibus flavis pervenit ad Idam* montem. *Hic templum est sacrum Deæ* Cybeles, *et venerabile saxum templi adorandi, quod* saxum *pinus obumbrat foliis spissis, et reddit*

----

tiare Jun. sec.—196 *versabere* vel *vexabere* Petav. pr.—197 *Sponte sua* Voss. pr.—198 *ablatas* Jun. sec.—199 *tetigit serpentibus Idam* tres Vatt. inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Moret. pr. Jun. sec. duo Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Iden* Put. *Idam* Bartholin. Cod. Reg. Petav. pr. Ambr. tert. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. Hic a vs. 203. usque ad vs. 215. desunt omnia in Put. Petav. sec. et tert. item Exc. Petav. quart.—200 *Hæc* Moret. pr. *ædes* Ald. et scripti meliores. *sedes* al. *angusta* Vat. pr. et sec. inc. Heins. Voss. pr. Jun. sec. chartac. Heins. ed. Vicet. *augusta* Ald.—201 *quam densis* Voss. pr. *obumbrat* cod. Bartholin. *opacat* inc. Heins. Reg. Petav. pr. Jun. sec. Vat. Livin. duo Voss.—202 *Floribus* Reg. Petav. pr.

NOTÆ

dum Cererem pronuntiavit, quod quanquam incendia sunt multis in locis, tamen copia frugum major est.

193 *Gaudia nostri sanguinis*] Commendo tibi filiam meam, quæ est gaudium meum, meusque sanguis.

195 *Ligones . . . vomeris*] Hæc sunt instrumenta rustica, quibus terra invertitur: at beneficio Cereris, sine his Sicilia sponte, seu absque ullo cultu, et sine cura agricolarum, abundabit frugibus.

199 *Fulvis serpentibus*] Id est, flavi coloris, quod scilicet squamæ distinctæ sint aureo colore: vel *fulvis*, id est, cœruleis: sic a Claudiano nostro dicitur, 'fulvis adnatat umbra fretis,' id est, cœruleis.

Iden] Ide et Ida est mons in Phrygia, regione Asiæ minoris: et inde tota regio Idæa dicta est. Mons ille Cybelæ, magnæ Deum matri, sacer erat.

200 *Ædes augusta*] Non spatio, sed cultu; non ornamentis, sed religione: locus enim parvus et angustus; unde nonnulli legebant *ædes angusta*.

201 *Religiosa silex*] Cybeles statua marmorea, Cybeles, cujus effigiem lapidem fuisse testatur Livius.

Pinus] Arbor est sacra Cybelæ Deum matri. 'Pinea sylva mihi multos dilecta per annos,' ait Cybele apud Virgilium.

202 *Lucos*] Lucus dicitur, aut quod non luceat, ob umbras; aut potius,

Stridula coniferis modulatur carmina ramis.
Terribiles intus thiasi, vesanaque mixto
Concentu delubra gemunt: ululatibus Ide
Bacchatur: timidas inclinant Gargara sylvas.
Postquam visa Ceres, mugitum tympana frænant;
Conticuere chori; Corybas non impulit ensem;
Non buxus, non æra sonant: blandasque leones

sonos acutos ramis coniferis, nulla tempestate turbante sylvam. Sub tecto Thyasi sunt *horribiles, et templa resonant mixto cantu fanatico: Ida turbatur ululatibus; Gargarus submittit arbores territas. Statim atque Ceres apparuit, tympana cohibent sonitum: cœtus tacent: Corybantes non vibrant cultros; non tibiæ, non*

Voss. pr. Jun. sec. *Frondibus* vel *Floribus* Vat. sec. Voss. sec.—203 *corniferis* duo Vatt. Moret. pr. Voss. pr. ed. Parm. et Vicet. *coniferis* Jun. sec. *modulantur* cod. Bartholin. *modulatur* Reg. inc. Heins. Petav. pr. Moret. pr. ed. Vicet.—204 *vesanaque multo* Voss. pr.—205 *Ida* pro *Ide* Vat. quint.—206 *tumidas inclinant* Vat. quint.—208 *intulit* Voss. pr. *enses* Jun. sec.—209 *blandosque* Voss. pr. *blandasque* Voss. sec. Moret. pr. inc. Heins. Reg. Petav. pr.

NOTÆ

quod frequentibus sacrificiis luceat. Pleraque Deorum templa suos habebant lucos.

Agitante procella stridula, &c.] Vult poëta hujus luci arbores per se leni motu quasi divinitus impelli, et emittere sonos quosdam acutos, non injucundos, qui cantilenæ videri possint.

203 *Coniferis ramis*] Ramis, qui nuces ferunt pineas, in coni seu pyramidis figuram.

204 *Terribiles*] Forte ob Gallos Sacerdotes, qui cultris sua brachia cædebant.

Thiasi] Sunt choreæ Bacchantum, quæ et Thyades dicuntur, ἀπὸ τοῦ θύειν, *furere, impetum facere*, quod essent fœminæ furentes; vel ἀπὸ τοῦ θυάζειν, *orgia celebrare:* sed et erant Corybantes Sacerdotes furibundi.

Vesana] Id est, templa cantu fanatico resonantia: non quod templa insana sint, sed quod insanos contineant, sicque ponitur continens pro contento, Metonymicôs.

205 *Ululatibus*] Vel luporum, qui cum leonibus currum Cybeles sequuntur, vel Gallorum sacerdotum, de quibus Lucanus: 'Ulularunt tristia Galli.'

206 *Bacchatur*] Passive sumitur, id est, Bacchantum ululatibus quatitur, turbatur: ut apud Virgilium: 'Bacchata Lacænis Taygete.'

Timidas inclinant sylvas] Tantus est clamor, tantus ululatus, ut ipsa Gargara arbores submittere videantur, præ nimio terrore.

Gargara] Gargarus, et in plurali Gargara, est vertex Idæ montis, fertilitate nobilis. Pacatus dicit Gargara 'proventu læta triticeo.'

207 *Mugitum*] Murmur et sonitus; qualis est taurorum vox boans.

208 *Corybas*] Corybas Jasonis et Cybeles filius, in Asia primus instituit sacra matris Deum: hinc ab eo Corybantes dicti ejus Deæ sacerdotes furibundi. Hi simulato furore repentino currebant in orbem, et ferro sonora arma pulsabant, immo et cultris sua brachia sauciabant.

209 *Buxus*] Id est, tibia ex buxo, quam inflabant in sacris Cybeles:

Submisere jubas. Adytis gavisa Cybebe
Exsilit, et pronas intendit ad oscula turres.
 Viderat hæc dudum summa speculatus ab arce
Jupiter, ac Veneri mentis penetralia nudat:
Curarum secreta tibi, Cytherea, fatebor.
Candida Tartareo nuptum Proserpina regi
Jamdudum decreta dari. Sic Atropos urget:
Sic cecinit longæva Themis. Nunc matre remota
(Re mperagi tempus) fines invade Sicanos,

tubæ sonant: et leones submittunt blande jubas: Cybele læta evolat ex *templo, et applicat turres demissas, ad osculandam* filiam. *Jupiter observans ab alto Cœlo, jampridem viderat has* res, *et aperit Veneri secretum animi* sui, hæc dicens: *Confitebor tibi*, o *Venus, secretas solicitudines. Jamdudum constitui dare* in *matrimonium Regi Inferorum pulchram Proserpinam. Atropos cogit* me *ita facere; ita vetus Themis prædixit: nunc absente matre (tempus* est *exequi rem) occupa regionem Siciliæ ; et cum Sol cras ostenderit ortum ru-*

Vat. Livin.—210 *Cybele* Vat. pr. *Cybelle* Gesn. et ed. Bipont.—211 *contendit* Voss. pr. Reg. Petav. pr. *extendit* duo Vatt. inc. Heins. Voss. et Jun. sec. *pronos currus* vel *pronas turres* Moret. pr. Voss. sec.—212 *hæc* Vat. d. *hoc* Vat. pr. inc. Heins. Voss. pr.—213 *ac Veneri* Petav. pr. Voss. sec. *hinc Veneri* Voss. pr. *hæc* inc. Heins. *at* tres Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. duo Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Vat. Livin. duo Jun. duo Oxon. Exc. Petav. quart. *pandit penetralia mentis* Vat. quart. *penetralia* vel *præcordia* Vat. sec. Voss. sec. *monstrat* Ambr. tert. cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet. *pandit* Vat. quint. *nudat* Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm.—214 *Cytherea tibi secreta* Vat. sec. et d. inc. Heins. Put. Voss. sec. duo Petav. Jun. sec. Oxon. sec. Exc. Petav. quart.—215 *regi* ... *nuptum* Voss. pr. *nuptu* Vat. d. Exc. Petav. quart.—216 *Jam pridem est decreta* Voss. pr. *Jam dudum* Vat. pr. ed. Vicet. *Jam pridem* Florent. et viginti quatuor Codd. *regi* pro *dari* Pal. —217 *Thetis* Petav. sec. m. pr. *sic matre* inc. Heins.—218 *peragi* Vat. quart.

NOTÆ

Phryges buxo in tibiis usi esse primi dicuntur.

Æra] Cybeles sacerdotes urceolis, seu vasis æneis tinniebant, ut repræsentarent Curetas, qui ne Saturnus Jovis vagitum audiret, æra quatiebant.

Leones] Hi trahunt currum Cybeles: id quod ostendit nullum genus esse tam ferum, quod non subigi colique possit.

210 *Adytis*] De his alio in loco.

214 *Cytherea*] Cythera insula Græciæ vicina, de qua jam sæpius.

216 *Atropos*] Supra in hoc libro vs. 54.

217 *Cecinit Themis*] Antiquitus oraculum erat penes Tellurem et Neptunum: inde cessit Pythoni et Themidi, quæ ex antro Delphico vaticinari cœperat, et ab ea Apollo didicit divinationem.

Longæva] Vetus et annosa Themis; erat enim, teste Hesiodo, Cœli ac Terræ filia.

218 *Sicanos*] Sicania dicta, vel a Sicano Briarei Cyclopis filio, et Ætnæ fratre, vel a Sicano Rege.

Et Cereris prolem patulis illudere campis,
Crastina puniceos cum lux detexerit ortus,
Coge tuis armata dolis; quibus urere cuncta,
Me quoque sæpe soles. Cur ultima regna quiescunt?
Nulla sit immunis regio, nullumque sub umbris
Pectus inaccensum Veneri. Jam tristis Erinnys
Sentiat ardores: Acheron, Ditisque severi
Ferrea lascivis mollescant corda sagittis.
  Accelerat præcepta Venus, jussuque parentis
Pallas, et inflexo quæ terret Mænala cornu,
Addunt se comites. Divino semita gressu
Claruit: augurium qualis laturus iniquum
Præpes sanguineo dilabitur igne cometes,

bentem, excita filiam Cereris ludere in agris vastis, instructa artibus tuis, quibus soles inflammare omnes, et sæpe etiam me ipsum. *Cur inferi immunes sunt* ab amore? *Nulla regio sit expers* ab eo: *et nullum cor sit clausum Veneri in Inferis: jam mæsta Erynnis sentiat* amoris *flammas: Acheron et durum cor Plutonis rigidi molliatur jaculis amatoriis. Venus festinat* exequi *mandata: et Pallas et* Diana, *quæ perterret* montem *Mænalum arcu curvato, adjungunt se socias imperio patris* Jovis. *Via refulsit vestigiis divinis; ut Cometa ostendens signum fa-*

Moret. pr. Ald. *peragit* quatuor Vatt. et d. Pal. cod. Bartholin. *Semper agit* vel *Rem peragit* inc. Heins.—219 *placidis* pro *patulis* Petav. sec. m. sec.—220 *Candida* Moret. pr. *purpureos* Vat. quint. Jun. sec. *nox detexerit* Jun. pr.—221 *rimata* pro *armata* Exc. Petav. quart.—222 *sæpe vales* Vat. tert. et d. Pal. duo Med. Heins. H. m. sec. Put. Petav. sec. Tholos. Jun. sec. *vales* vel *soles* Oxon. sec. *quiescent* Petav. sec. Heinsius *quiescant* legebat.—223 *salubris* pro *sub umbris* Jun. pr. *sub umbras* Vat. quint. *undis* pro *umbris* Petav. sec. *corpus* pro *pectus* marg. Isingr.—224 *inaccessum* duo Vatt. Petav. pr. Cod. Bartholin. *inaccensum* Jun. pr. duo Oxon. duo Med. Heins. H. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Voss. pr. Exc. Petav. quart. *inaccessum* vel *inaccensum* Florent. Voss. sec. *Veneris* Reg. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. m. sec.—226 *mollescant lascivis* Voss. pr. Jun. pr. *colla* Vat. d.—227 *mandata* pro *præcepta* Vat. pr. et quint.—230 *Canduit* Cod. Isingr. quod placet Heinsio. *iniquum* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Jun. duo Voss. Moret. pr. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. *in orbem* Vat. pr. cod. Bartholin. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. et al.—231 *Præpes* Vat. quart. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. duo Oxon.

NOTÆ

220 *Puniceos*] Id est, rubentes, qualis est ortus Auroræ; seu purpureos, a purpura, quæ tingebatur Tyri apud Phœnicas, qui et dicti Pœni, unde *Punicus* et *Puniceus*.

224 *Erinnys*] Furiæ perpetuam virginitatem servabant: sed tamen Jupiter vult etiam illas amori subjicere.

228 *Pallas*] Pallas et Diana, etsi virgines, tamen Proserpinæ comites adjunguntur, ex Valerio Flacco, et Diodoro Siculo.

Mænala] Mænalus, et in plurali, Mænala, mons est Arcadiæ sacer Dianæ.

231 *Dilabitur*] Non quod re vera

Prodigiale rubens: non illum navita tuto,
Non impune vident populi: sed crine minaci
Nuntiat aut ratibus ventos, aut urbibus hostes.
Devenere locum, Cereris quo tecta virebant
Cyclopum firmata manu: stant ardua ferro
Mœnia; ferrati postes: immensaque nectit
Claustra chalybs. Nullum tanto sudore Pyracmon,
Nec Steropes construxit opus: nec talibus unquam

tale, cadit subitus, flamma rubente et monstrosa: nautæ non aspiciunt illum cometam *securi, non populi sine* metu *pœnæ; sed coma lugubri minatur aut tempestates navibus, aut hostes urbibus. Advenerunt* ad *locum,* in *quo domus Cereris constructa manibus Cyclopum radiabat: muri alti* ex *ferro attolluntur: postes ferrei, et chalybs colligat januas ingentes. Pyracmon et Steropes nullum fabricati sunt opus*

tres Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Exc. Petav. quart. *Præpes* vel *Præceps* Vat. pr. et tert. cod. Bartholin. inc. Heins. ed. Vicet. *Præceps* vel *Præpes* Vat. sec. et quint. Voss. sec. *dilabitur* Moret. pr. *delabitur* omnes Vatt. *prælabitur* Pal. *ore* pro *igne* Jun. pr.—232 *non illo n. tute* Voss. pr. *tutum* Jun. et Oxon. sec.—233 *impune rubent* Exc. Petav. quart. *nam crine* Vat. quint.—234 *et ratibus v. et* Ambr. tert. *maribus* pro *ratibus* Exc. Petav. quart. *urbibus ignes* ed. Parm. et Vicet. *urbibus hostes* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm.—235 *quo* Florent. Bonon. Tholos. Moret. pr. Oxon. sec. duo Jun. Vat. Livin. *qua* duo Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. *quo rea manebant* Voss. pr. *manebant* Jun. sec. *latebant* Vat. pr. Vat. Livin. *nitebant* Petav. pr. *virebant* inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. alter Livin. Exc. Petav. quart. *vivebant* tres Vatt. Oxon. pr. *nitebant* vel *micabant* Oxon. sec.—236 *formata* Petav. pr. et sec. Tholos. sic VI. Cons. Hon. 572. 'Nascentes informat equos:' *fabricata* Vat. pr. Vat. Livin. *ferrata* Exc. Petav. quart. *firmata* vel *fundata* Cod. Bartholin. vide not. Frischlin. in Callimach. p. 22.—238 *nullum* Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *numquam* Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *stridore* Vat. pr. *Pyracmo* Vat. tert. *Pyracmon* Exc. Læti. *Pyragmon* Put. duo Petav. Exc. Petav. quart.—239 *Non Steropes* Voss. pr. *constrinxit* Vat. tert. *conjunxit* Florent. m. pr. *instruxit* Petav. sec. *committit* Vat. sec. et Exc. Schott. ex Ms. Voss. *committit* vel *construxit* Voss. sec. *nec talibus* Jun. sec. *non talibus* tres Vatt. et d. Pal. Florent. Med. pr. Heins. H. et inc.

NOTÆ

cadat, sed jamjam casurus videatur, ut apud Ovidium: 'Ut interdum de cœlo stella sereno, Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.'

Cometes] Κομήτης, id est, crinitum sidus, ob speciem crinium terribilem.

233 *Impune*] Cometes quippe creditur portendere magnas calamitates, bella, famem, pestem, &c. Lucanus: 'Et nunquam terris spectatum impune cometam.'

238 *Chalybs*] Durissimum ferri genus est, quod Chalybes invenerunt in Ponto prope fluvium Thermodoontem; et hi nudi ferrum exercebant.

Pyracmon nec Steropes] Hi sunt famuli Vulcani. Pyracmon, quasi πῦρ, *ignis*, et ἄκμων, *incus*, quod nunquam ab igne et incude discedat. Steropes, et Asteropes, quasi στεροπὴ, *fulgetra*, quod fulgura et fulmina Jovi fabricetur.

Spiravere Notis animæ: nec flumine tanto
Incoctum maduit lassa fornace metallum.
Atria vestit ebur: trabibus solidatur ahenis
Culmen, et in celsas surgunt electra columnas.
Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu
Irrita texebat rediture munera matri.
Hic elementorum seriem sedesque paternas
Insignibat acu: veterem qua lege tumultum

tanto labore; nec folles unquam emiserunt tales flatus; nec metalli tanta abundantia fluxit liquefacta ex fornace gemente. Ebur circumcingit primam *aulam; tectum firmatum trabibus æreis, et columnæ altæ ex electro attolluntur. Ipsa Proserpina recreans domum suavi cantilena, parabat dona inutilia matri reversuræ.* In *hac* veste *Proserpina pingebat acu ordinem elementorum, et domicilium patris*

ejusd. Put. Tholos. Voss. pr. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm.—240 *Spumavere* Tholos. *nothis* Petav. sec. *notis* vel *nothis* Reg. *flamine tanto* Vat. pr. et quint. Exc. Petav. quart. *fulmine* Pal. duo Med. Bonon. *flumine* Vat. tert. Put. duo Petav. Jun. pr. Oxon. sec. chartac. Heins. Exc. Schott. in quibus Gronovius ascripserat seqq. '*flumine tanto*] Virgil. lib. VIII. Æn. 445. de Laud. Stilic. II. 177. Manil. lib. IV. vide tamen, an referendum ad temperationem æris. Fab. p. 64. p. 88. Lucan. lib. VI. vs. 405. Ovid. XII. Met. Fab. v. p. 615. Bersm.' *flumine* vel *flamine* Reg. Oxon. pr. Voss. sec. duo Vatt.—241 *maduit* vel *madidum* Reg. *lapsa cervice* Vat. d. Petav. pr. *laxa* Ambr. tert. *cervice* quatuor Vatt. Pal. duo Voss. duo Jun. cod. Bartholin. duo Oxon. chartac. Heins. ed. Parrhas. quem vide p. 79.—242 *cingit* tres Vatt. et d. Pal. cod. Bartholin. *tingit* Vat. tert. Exc. Petav. quart. *cingit* vel *vestit* Moret. pr. infra lib. III. 338. 'totumque nemus victoria *vestit*.'—244 *mulcens tenero* Vat. quart. chart. Heins. cod. Bartholin. Ald. ed. Parm. et Vicet.—245 *Terræ* pro *matri* Voss. pr.—246 *series* Vat. pr. et quint. item d. Voss. pr. chartac. Heins. Moret. pr. Ambr. tert. cod. Bartholin. Ald. et ed. Vicet.—247 *veterem de lege*

NOTÆ

240 *Notis animæ*] Animæ sunt folles anima seu vento pleni; anima quippe ponitur pro vento et flatu, ut apud Horatium: 'Impellunt animæ lintea Thraciæ:' id est, venti Thraciæ. Et apud Virgil. 'Quantum ignes animæque valent;' id est, folles vento inflati. Itaque *Spiravere Notis animæ*, id est, folles emisere Notos, seu ventos, seu flatus.

Flumine] Flumen et fluere optime dicuntur de metallo liquefacto, apud Virgilium: 'Fluit æs rivis.'

241 *Lassa fornace*] Adeo ut ipsa fornax gemat et fatigetur flaminibus, et copia metalli fluentis. Statius: 'Siculis quæ conformata caminis Effigies, lassum Steropem Brontemque reliquit.'

242 *Atria*] Atrium erat prima pars ædium.

243 *Electra*] Electrum significat aliquando succinum; sed et significat metalli genus, quo quinta argenti portio in auro mixta coalescit.

245 *Irrita texebat*] Proserpina vestem texebat quam matri reduci dono daret; sed frustra, nam nec telam absolvit, nec matri dare potuit.

247 *Tumultum*] Erat nempe chaos 'rudis, indigestaque moles, Non bene junctarum discordia semina rerum. Frigida pugnabant calidis,' &c. Ovidius.

Discrevit Natura parens, et semina justis
Discessere locis: quicquid leve, fertur in altum:
In medium graviora cadunt: incanduit æther:
Egit flamma polum: fluxit mare: terra pependit.
Nec color unus inest: stellas accendit in auro,
Ostro fundit aquas, attollit littora gemmis,
Filaque mentitos jam jam cœlantia fluctus
Arte tument: credas illidi cautibus algam,
Et raucum bibulis inserpere murmur arenis.
Addit quinque plagas: mediam subtemine rubro

Jovis, *et quo fœdere mater communis Natura placavit antiquam discordiam; ut semina* rerum *recesserunt* in *loca* sibi *convenientia. Omne quod* est *leve scandit versus cœlum: res ponderosiores cadunt in centrum* mundi. *Æther inflammatus est: ignis movit cœlum: mare fluxit: terra suspensa est. Et non est* solum *unus color; inflammat stellas in auro: spargit aquas* in *purpura: erigit littora* in *gemmis, et fila subter repræsentantia fictas undas, artificio turgescunt. Putares muscum* marinum *applicari saxis, et sonitum raucum volvi contra siccas arenas.* Eadem Proserpina *adjungit quinque Zonas. Designat filo rubente mediam occupatam*

Voss. sec.—248 *Discrerit* conjiciebat Heins. uti et mox *ut semina. jussis* pro *justis* Vat. Livin.—250 *In medio* Vat. quint. *ruunt* vel *cadunt* Exc. Petav. quart. *jam canduit* Jun. sec. *æther* Petav. sec. *aër* Florent. et plurimi Codd. Var. LL. e marg. Parm. *aër* vel *æther* Vat. quart. et d.—251 *Legit* Vat. quint. Petav. sec. *Egit* duo Voss. *Legit* vel *Egit* Moret. pr. *fulsit mare* Petav. sec. —252 *Non color* Ambr. tert. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *unus erat* quatuor Vatt. Pal. *inest* Vat. pr. chartac. Heins. Ambr. tert. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet.—253 *fudit aquas* Vat. quart. *fidit* Vat. tert. *pingit* Jun. sec. *fundit* vel *fingit* inc. Heins.—254 *Jam jam cælantia* viginti quatuor Codd. *subter celantia* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *cælantia* Ald. *curvantia* Isingr. vid. Heins. ad Sil. p. 347. Dausp. p. 24.—255 *Arte* vel *Rite* Vat. quart. *illudi* Tholos. *fluctibus* Jun. pr. *algas* duo Vatt. item d. inc. Heins. Put. Tholos. Voss. sec. duo Oxon. *alga* ed. Vicet. *alnos* marg. Isingr.—256 *Et rauci* Put. *insurgere* Vat. quint. *aënis* pro *arenis* Jun. sec.—257 *medias* Vat. tert. *sub tegmine* Oxon.

NOTÆ

248 *Natura*] Communis rerum omnium parens, vel potius Deus, quem naturam, mentem, fatum, Jovem, appellant Stoici.

250 *Incanduit æther*] Pars superior aëris dicitur æther.

251 *Egit flamma polum*] Aut movit, aut constituit, secundum Platonem; qui cœlum ex igne constare judicabat. Claverius putat legendum esse, *Legit flamma polum:* sic Ovidius de igne: 'Emicuit, summaque locum sibi legit in arce.' *Legit*, id est, *elegit*, ac sortitus est.

253 *Ostro fundit aquas*] Homerus: ἅλα πορφυρέουσαν. 'Mare purpureum' Virgilius appellat.

Attollit littora gemmis] Id est, pingit littora sese attollentia supra aquas, et ad id utitur gemmis.

256 *Inserpere murmur arenis*] Effectus hic ponitur pro causa, nam serpunt contra arenas undæ, quæ murmur excitant.

257 *Addit quinque plagas*] Intelligit quinque zonas; torridam unam, quæ

Obsessam fervore notat: squalebat adustus
Limes, et assiduo sitiebant stamina sole:
Vitales utrimque duas; quas mitis oberrat
Temperies, habitanda viris: tum fine supremo
Torpentes traxit geminas, brumaque perenni
Fœdat, et æterno contristat frigore telas.
Necnon et patrui pingit sacraria Ditis,
Fatalesque sibi Manes. Nec defuit omen:
Præscia nam subitis maduerunt fletibus ora.

caloribus: ejus *termini adusti deformabantur, et fila arescebant continuo* Solis *ardore: ex utroque latere* addit *duas salutares, quas circum errat jucunda temperies, habitabilis hominibus; demum* in *loco ultimo formavit duas frigidas, et perpetuo frigore asperat, perpetuaque glacie tristes reddit telas. Et præterea* eadem Proserpina *pingit templa Plutonis patrui, et Inferos funestos sibi; et præsagium non defuit: nam vultus* velut *præsagiens* luctum, *madefactus est lacrymis*

pr. *nigro* pro *rubro* Vat. pr.—258 *adustus* Vat. pr. ed. Vicet. *inustus* Florent. cum viginti aliis.—259 *satiabat* pro *sitiebant* Exc. Petav. quart. *fervebant* Vat. pr. *stagmina* Voss. sec.—260 *utrique* Pal. *obumbrat* pro *oberrat* Voss. pr.—261 *tum fine* Reg. Var. LL. e marg. Parm. *in fine* Vat. pr. et sec. duo Voss. Vat. Livin. *sub fine* Vat. quart. Oxon. sec. m. sec. *cum* Vat. quint. et d. Pal. Jun. et Oxon. pr. *confine* Vat. tert. Florent. Cod. Bartholin. Ambr. tert. chartac. Heins. Exc. Petav. quart. *tum* vel *in fine* inc. Heins.—262 *texit* Petav. sec. Voss. pr. *gemmas* pro *geminas* Put. Exc. Petav. quart.—263 *Cælat* pro *Fœdat* Moret. pr. *et externo* Put. *constringit* Vat. pr. Voss. pr. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *contrictat* Vat. tert. *circumdat* Vat. quint. *constristat* duo Vat. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. tres Petav. Oxon. pr. duo Jun. *constristat* vel *constringit* Moret. pr. *contristat* vel *constrinxit* Voss. sec. *telam* Voss. pr. Reg. m. sec. Heinsius ascripserat Valer. Flacc. lib. III. 427. 'silvaque super *contristat* opaca.' et lib. VI. 622. 'Jamque pater mœsto *contristat* sidera vultu.'—264 *fingit* Ambr. tert.—265 *non desinit* Vat. quint. *nec deficit* Vat. pr.—266 *Præscia*

NOTÆ

media est; duas temperatas, Septemtrionalem et Australem; et duas frigidas versus utrumque Polum.

259 *Limes*] Obliqua terrarum regio, quæ Zonam torridam includit, et quæ perpetuis aduritur Solis ardoribus.

260 *Vitales*] Antiqui credebant Zonas tantum temperatas ea esse natura, ut sub iis homines vivere possent: Zonam torridam ob nimium æstum non esse habitabilem. Ovidius: 'Quarum quæ media est non est habitabilis æstu.'

264 *Patrui*] Plutonis, qui frater est Jovis, patris Proserpinæ. Ex Justiniani institutis 'Patruus est patris frater, qui Græcis πατράδελφος appellatur.'

Sacraria] Sacraria sunt loca remota, et ceteris sacratiora.

265 *Fatalesque sibi Manes*] Ad quos fato mox traheretur.

267 *Vitreis*] Quia aquæ sunt pellucidæ ut vitrum.

Cœperat et vitreis summo jam margine texti
Oceanum sinuare vadis: sed cardine verso
Sentit adesse Deas, imperfectumque laborem
Deserit, et niveos infecit purpura vultus
Per liquidas succensa genas: castæque pudoris
Illuxere faces. Non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit ostro.
Merserat unda diem: sparso nox humida somno

subitis. Inceperat etiam jam curvare mare, aquis pellucidis, in extrema parte telæ: sed janua aperta, animadvertit Deas venire, et relinquit opus imperfectum, et rubor inflammatus per genas puras, suffudit vultum candidum, et ardor verecundiæ castæ emicuit: non sic nitet ornamentum eboris, quod mulier Lydia tinxerit purpura Sidonia. Mare sepelierat lucem: nox humida diffuso

vel *Rosida* Reg. *jam subitis* Exc. Petav. quart.—267 *vitrei* Exc. Petav. quart. *summa* Oxon. pr. *de margine* Vat. pr. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *suprema margine* Oxon. sec. m. sec. *telæ* pro *texti* Petav. sec.—268 *curvare* Vat. quint.—269 *Sensit* Cod. Bartholin. ed. Vicet. *Sentit* Vat. quint. *Cernit* Florent. cum viginti sex aliis, et Exc. Petav. quart.—270 *Desinit* Jun. pr. Vat. quint. *confecit* Florent.—271 *castique* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. *castæque* Florent. duo Med. Heius. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Voss. sec. Jun. pr. duo Oxon. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *justæque* Exc. Petav. quart.—273 *Sidonico* Med. pr. *tinxerit* Exc. Læti, et Var. LL. e marg. Parm. *tinxerat* duo Vatt. Pal. Reg. Petav. sec. Jun. pr. Voss. sec. *texuit* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *texuit* vel *tinxerat* Moret. pr. Heinsius ascripserat Val. Flacc.

NOTÆ

Texti] Id est, vestis textæ, aut texendæ.

268 *Oceanum*] Sic dicitur quia, *ὠκέως ναίει, celeriter fluit.*

270 *Purpura*] Id est, rubor purpurei coloris, qui velut ignis liquidus errat per genas, easque succendit ac pingit.

271 *Castæque pudoris illuxere faces*] Id est, pudor ruborque in ejus vultu, instar facis, enituit: nisi forte per faces intelligat oculos, in quibus pudor et modestia enituerit.

272 *Decus ardet eburnum*] Non sic ebur radiat, cum infectum seu tinctum est colore purpureo. Ovidius: 'Aut quod ne longis flavescere possit ab annis Mæonis Assyrium fœmina tingit ebur.'

273 *Lydia fœmina*] Lydia est regio minoris Asiæ, in qua mulieres ebur tingere instituerunt.

Sidonio ostro] Purpura Sidonia. Sidon autem est urbs Phœniciæ, opus Assyriorum, quam a piscium copia Sidona appellaverunt; (nam piscem Phœnices, *Sidon*, vocant) in qua purpureus color exquisitissimus.

274 *Merserat*] Ex eorum sententia, qui Solem putant in Iberum mare cum ingenti undarum fragore decidere. Florus de Decimo Bruto, 'formidatumque militibus flumen Oblivionis (Lethes), peragratoque victor Oceani littore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu et hor-

Languida cœruleis invexerat otia bigis.
Jamque viam Pluton superas molitur ad auras
Germani monitu: torvos invisa jugales
Alecto temone ligat, qui pascua mandunt
Cocyti, spatiisque Erebi nigrantibus errant,
Stagnaque tranquillæ potantes marcida Lethes
Ægra soporatis spumant oblivia linguis:
Orphnæus crudele micans, Æthonque sagitta

somno attulerat quietem languentem, vecta equis nigris, et jam Pluton suscipit iter ad terras altas, admonitione fratris. Alecto odiosa alligat currui equos crudeles, qui edunt herbas Cocyti, et vagantur per *spatia nigra Inferorum, et bibentes turbidum fluvium Lethes placidæ, revomunt ore soporifero oblivionem languidam. Orphnæus se agitans crudeliter, Æthon velocior jaculo, et Nycteus honor ingentis*

lib. IV. 368.—274 *humida cœlo* Oxon. sec.—275 *invaserat* Voss. pr. *innexerit* Jun. sec.—276 *Pluto* cod. Bartholin. cum octodecim aliis et ed. Vicet. *Pluto superas* duo Oxon. duo Voss. *superas Pluto* Jun. pr. Exc. Petav. quart. *superas* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Jun. sec. tres Petav. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *superas Pluto m. ad arces* Vat. quint. *Siculas ad arces* cod. Bartholin. *Siculas in arces* Vat. pr. Vat. Livin. *ad auras* Jun. pr. *ad arces* Voss. pr. *auras* Tholos. Jun. sec. *arces* tres Vatt. Pal. *auras* vel *arces* Voss. sec.—277 *nigros* pro *torvos* Moret. pr. *torvosque* Florent.—278 *Athleto* Florent.—279 *pratisque* tres Vatt. et d. Pal. Exc. Læti et Var. LL. e marg. Parm. *patriisque* Heins. H. *spatiisque* Vat. pr. cod. Bartholin. Med. pr. chartac. Heins. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *ripisque* vel *pratisque* Oxon. sec.—280 *portantes* Med. pr. Petav. sec. *maxima* pro *marcida* Put.—281 *soporiferis* Vat. pr. Vat. Livin. *spirant* pro *spumant* Vat. quint.—282 *Orphæus* Voss. sec. Exc. Læti. *Orphnæus* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Ornæus* Vat. quint. *Orgneus* Jun. pr. *Ormenus* Voss. pr. *Orneus* Pal. Florent. Tholos. duo Med. Heins. H. et chart. ejusd. Oxon. pr. tres Petav. ed. Vicet. et Parm. *Orrenus* Exc. Petav. quart. *Orphineus* inc. Heins. *Grinæus* Reg. *Crinæus* Put. Bonon. *crudele minans* inc. Heins. *Æthusque* duo Vatt. et d. Pal. cod. Bartholin. *Æthonusque* Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *Æthoneusque* Voss. pr. *Ethonusque* Tholos. Moret. pr. Voss. sec. chart. Heins. duo Jun. duo Oxon. *Ætho-*

NOTÆ

rore deprehendit.' Hoc certe Poëtam audaciorem puto neminem.

Somno] Somnus e suo cornu spargit soporem, et Deus ille habitus etiam est.

275 *Bigis*] Etiam nocti currus et equi dantur.

278 *Alecto*] Sic dicitur ab *a*, *sine*, et λήγειν, *cessare*, *desinere*, quod non desinat persequi improbos.

280 *Tranquillæ*] Quæ tollit memoriam rerum molestarum, et tumultum vitæ præteritæ.

Lethes] Λήθη est *oblivio*, quasi sit fluvius oblivionis: cujus fluvii aquam qui bibebant, ii omnia oblivisci credebantur.

281 *Soporatis*] Tinctis vi quadam soporifera.

282 *Orphnæus*] Ὄρφνη, *tenebræ*; ὀρφναῖος, *equus tenebrosus*. Est et Orphne Nympha Inferorum. Ovidius: 'Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne, Inter Averna-

Ocyor, et Stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota signatus Alastor,
Stabant ante fores juncti, sævumque fremebant
Crastina venturæ spectantes gaudia prædæ.

armenti Inferorum, et Alastor inustus cauterio Plutonis, juncti erant ante januam, et furebant immaniter, expectantes lætitiam crastinam raptus futuri.

nisque ed. Parm. et Vicet.—283 *Nitheus* inc. Heins. *Meteus* Vat. quart. *Moteus* Med. pr. *Mitheus* tres Vatt. Pal. *Motheus* Florent. Med. quart. Heins. H. Petav. sec. Voss. pr. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. *Retheus* Jun. sec. *et Reckus* m. sec. *Richeus* chart. Heins. *Riechus* Jun. pr. *Nycteus* vel *Motheus* Tholos. Ambr. tert.—284 *Ditisque notis* Vat. quint. *dignatus* Oxon. sec. *Olester* Bonon. *Olaster* Exc. Petav. quart. *Alester* Jun. pr. m. sec. *Alecter* Jun. sec. et pr. m. pr. *Alater* Vat. sec. *Adaster* chart. Heins. *Alaster* duo Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Put. Reg. duo Voss. duo Oxon. tres Petav. ed. Parm. et Vicet.—285 *vincti* Cod. Bartholin. *cuncti* Petav. sec.—286 *sperantes* Vat. quint. Bonon. *exspectantes* Petav. sec. *spectantes venturæ* Voss. pr. *spectantes* vel *sperantes* chartac. Heins. qui ascripserat: sic Tacitus sæpe. vide Rhodium ad Compos. xx. Scribonii Largi. *præmia* pro *gaudia* Moret. pr.

NOTÆ

les haud ignotissima Nymphas, Ex Acheronte suo furvis peperisse sub undis.'

Micans] Equus dicitur micare, cum motu celeri jubas et totum corpus excutit.

Æthon] Αἴθω, *ardeo*, quod sit equus ardens, urens.

283 *Nycteus*] Νύκτιος, *equus nocturnus.*

284 *Alastor*] 'Αλλάστωρ, *ultor*, qui punit nefaria, et ἄλαστα, *non obliviscenda*, quæ non debent latere; λανθάνειν, *latere:* vel Alastor dicitur ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, *errare.* Apollodorus deducit ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, quod est, 'ea peccare, quæ nec aquæ aspersione, neque dierum numero tolli queunt: ut Alastor intelligatur, cujus animi labes nec diuturnitate vanescere, nec expiationibus ullis elui potest.' Parrhasius.

Nota signatus] Pecori notas inurere veteres solebant: Alastor autem notatus erat litera Π, quæ Plutonem significat.

286 *Spectantes*] Id est, expectantes: simplex pro composito usurpatur, idque factitant auctores boni.

XXXIV.

CL. CLAUDIANI

DE

RAPTU PROSERPINÆ

LIBER II.

PRÆFATIO,

AD FLORENTINUM.

ARGUMENTUM.

Ut Orpheus canit laudes Herculis, cujus Thraciam pacantis ope interruptam Musicam repetebat, sic et Claudianus laudat Florentinum, cujus hortatu cantus intermissos repetit.

Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus,
  Neglectumque diu seposuisset ebur;

Cum Orpheus indulgeret quieti, omissa musica, et reliquisset opus neglectum diu;

Exodium pro *Præfatio* Cod. Bartholin. Heinsius hanc Præfationem hic alieno loco insertam putat, quod glossæ Reg. et Oxon. probare videntur. ascripsit vero seqq. 'Florentini Præfecti Prætorio sub Constantio meminit Ammian. Lib. xvi. Florentii Magistri Officiorum l. xx. p. 168. 171. 184. 200. 370. duo Florentii p. 222.'
1 *dum* pro *cum* Petav. pr. Voss. pr.—2 *deposuisset* quatuor Vatt. et d. Pal.

NOTÆ

Ad Florentinum] Florentinus erat præfectus urbis, belli pacisque artibus nobilis, cujus hortatu Claudianus opus intermissum persecutus est.

1 *Otia ageret*] Id est, cessaret, requiesceret, omisso canendi studio.

Lugebant erepta sibi solatia Nymphæ,
Quærebant dulces flumina mœsta modos.
Sæva feris natura redit, metuensque leonum
Implorat citharæ vacca tacentis opem.
Illius et duri flevere silentia montes,
Sylvaque Bistoniam sæpe secuta chelyn.
Sed postquam Inachiis Alcides missus ab Argis
Thracia pacifero contigit arva pede,

Nymphæ flebant consolationem raptam sibi; fluvii tristes flebant, et desiderabant *suaves cantilenas: natura crudelis resumitur* a *feris; et boves timentes leonem, petunt auxilium lyræ tacentis. Et montes barbari fleverunt silentium* illius lyræ, *et sylvæ comitatæ sunt sæpe lyram Thraciam. Sed postquam Hercules missus ab Argis Inachiis, attigit agros Thraciæ placido gressu, et evertit stabulum cru-*

duo Voss. Cod. Bartholin. *disposuisset* Jun. pr. *ebur* Florent. m. pr. Voss. pr. *opus* quatuor Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin.—4 *Lugebant dulces* ed. Vicet. *Quærebant* omnes Vatt. Pal. Florent. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Med. tres Petav. Reg. duo Voss. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Lugebant* vel *Quærebant* chartac. Heins. *stamina* pro *flumina* Petav. sec.—5 *leonem* Cod. Bartholin. cum viginti quinque aliis, Ald. ed. Parm. et Vicet.—6 *jacentis* pro *tacentis* Petav. sec. *tonantis* Put.—7 *Istius* inc. Heins. *et divi* Voss. pr. *et duri* omnes Vatt. Pal. Voss. sec. Cod. Bartholin.—8 *chelym* Vat. Livin. *chelin* omnes Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. tres Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *lyram* chartac. Heins. Cod. Bartholin. Ambr. tert. Ald. ed. Parm. et Vicet.—9 *Argis* Vat. tert. Pal. *agris* Vat. quint. et d. *arvis* Tholos. inc. Heins. Exc. Petav. quart. *oris* Vat. pr. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *oris* vel *Argis* Vat. sec. Voss. sec. *Argis* vel *arvis* Moret. pr.—10 *pacifico* Voss. pr. *Pacifico* vel *pacifero* Voss. sec.—

NOTÆ

Virgil. 'Secura sub alta Otia agunt terra.'

Orpheus] Apollinis et musæ Calliopes filius, in Thracia natus, cantu musico excellentissimus.

4 *Quærebant flumina*] Alii legunt *Lugebant*, id est, luctus communis erat toti regioni.

5 *Sæva feris*] Id est, feræ resumunt naturam sævam, seu pristinam feritatem.

Natura redit] Tacente Orpheo; qui Orpheus, quod gentes barbaras emolliisset, et ad cultum civiliorem traduxisset, inde feras et saxa blando citharæ sono trahere dictus est.

8 *Bistoniam chelyn*] Id est, chelyn, seu lyram Orphei Bistonii seu Thracis; nam Thraciæ gens Bistones, dicti a Bistone Martis filio.

9 *Inachiis Argis*] Argos nomen est undecim urbium; sed Argos Inachium, ab Inacho primo Argivorum Rege, est urbs Peloponnesi, in qua regnabat Eurystheus, qui fatis iniquis imperitabat Herculi.

Alcides] Hercules sic dicitur ab avo paterno Alceo; vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, quæ *virtus* est, seu *robur*, quo valebat præ ceteris Hercules.

10 *Pacifero*] Nam Hercules, orbe monstris purgato, pacem ubique statuebat.

Diraque sanguinei vertit præsepia Regis,
  Et Diomedeos gramine pavit equos;
Tum patriæ festo lætatus tempore vates
  Desuetæ repetit fila canora lyræ,
Et resides levi modulatus pectine nervos
  Pollice festino mobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti frænantur et undæ:
  Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis:
Porrexit Rhodope sitientes carmina rupes,
  Excussit gelidas pronior Ossa nives:

dele Regis sanguinarii, atque nutrivit herba equos Diomedis; tum poëta gavisus lætitia solenni patriæ Thraciæ, retractat chordas resonantes citharæ intermissæ, et tangens nervos quiescentes plectro delicato, pulsavit lyram eburneam mobilem digito celeri. Orpheus *vix auditus erat, cum venti et aquæ placantur; Hebrus lentior constitit, aquis ligatis; Rhodope admovit montes cupientes carmina; Ossa de-*

11 *Duraque* Petav. pr. Moret. et Jun. pr.—12 *sanguine* Vat. pr. *gramine* tres Vat. et d. Pal. Put. Reg. tres Petav. Cod. Bartholin. Jun. sec. Oxon. sec. chart. Heins. Exc. Petav. quart.—13 *Tunc* tres Vatt. et d. Petav. pr. Tholos. Moret. pr. duo Jun. *Tum primum* vel *patriæ* chartac. Heins. *primæ festo lætati* ed. Vicet.—14 *Dissueta* Jun. sec. *Dissuetæ* Voss. pr. Petav. sec. *reperit* Vat. quint. *sonora* Put. Jun. pr.—15 *residens* Moret. pr. *leni* tres Vatt. *levi* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. pr. Jun. sec. Bonon. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *leni* vel *læto resides* Vat. sec. Voss. sec. *moderatus* Vat. sec. *modulatos* Petav. tert. *modulatus* vel *moderatus* Vat. d. *nervo* ed. Vicet.—16 *festivo* quatuor Vatt. et d. Pal. Petav. tert. Cod. Bartholin. ed. Parm. *festino* Voss. pr. Jun. sec. Put. Bonon. Tholos. *festino* vel *festivo* Ambr. tert. *mobile* Vat. pr. Florent. Voss. pr. Bonon. Oxon. pr. *nobile* tres Vatt. et d. Pal. Bartholin. Put. Reg. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *opus* Vat. quint. *ebur* vel *opus* Reg. Oxon. pr.—17 *frenantur* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Voss. pr. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *sternuntur* Vat. pr. Cod. Bartholin. chartac. Heins. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. et Parrhas. *frenantur* vel *sternuntur* Voss. sec.—18 *Pigrior* Jun. sec. *attritis* Vat. pr. *astructus* Voss. pr. *ebur* pro *Hebrus* Petav. sec.—19 *montes* Vat. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. *rupes* Florent. cum sedecim scriptis et Var. LL. e marg. Parm. *montes* vel *rupes* chartac. Heins.—20 *pigrior* Jun. sec.—23 *Cirrheasque* Jun.

NOTÆ

11 *Sanguinei Regis*] Diomedis crudelissimi, cujus equi humana carne pascebantur. Sed hos abegit Hercules.

13 *Tum*] Cum Hercules lustraret Thraciam.

18 *Pigrior torpuit Hebrus*] Hebrus est fluvius Thraciæ, qui cursum compressit, quasi stupore defixus, ut audiret vocem Orphei.

19 *Rhodope*] Rhodope est mons Thraciæ.

Sitientes] Id est, rupes avidissimas audiendi cantus; seu montem arrexit, admovit.

20 *Ossa*] Ossa mons est Thessaliæ.

Ardua nudato descendit populus Hæmo,
  Et comitem quercum pinus amica trahit:
Cirrhæasque Dei quamvis despexerit artes,
  Orpheis laurus vocibus acta venit.
Securum blandi leporem fovere Molossi,
  Vicinumque lupo præbuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum tigride damæ,
  Massylam cervi non timuere jubam.
Ille novercales stimulos, actusque canebat
  Herculis, et forti monstra subacta manu;

missior succussit nives frigidas: Populus arbor *alta descendit Hæmo detecto, et pinus amica attrahit quercum sociam, et laurus impulsa cantibus Orphei venit, licet spreverit artes Cirrhæas Dei* Apollinis. *Molossi canes blandientes complexi sunt leporem intrepidum, et ovis dedit lupo latus propinquum: damæ ludunt concorditer cum tigride maculosa, cervi non metuunt jubam leonis Massyli: ille* Orpheus *canebat iram novercæ, et facta Herculis, et monstra victa manu generosa* ejus,

sec. duo Oxon. chart. Heins. *Cyrrhæique* Vat. sec. Voss. sec. *Cirrheasque* vel *Cyrrhæique* Jun. pr. *despexerit* Exc. Læti. *despexerat* duo Vatt. Cod. Bartholin. Reg. Petav. tert. Voss. pr. duo Oxon. *arces* pro *artes* duo Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Bonon. Tholos. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet.—24 *Orphêis* Petav. pr. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Orphei* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. duo Heins. et inc. ejusd. Put. Reg. Petav. tert. Bonon. Tholos. Jun. et Voss. pr. duo Oxon. ed. Parm. et Vicet. *voce coacta* pro *vocibus acta* Vat. d. *vocibus apta* chartac. Heins. *acta* Put. Reg. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—25 *Molosi* Put. Reg. Petav. tert. Exc. Petav. quart.—26 *latus præbuit agna lupis* Jun. pr. *latus præbuit agna lupo* duo Vatt. Reg. Oxon. pr. —27 *varie* Vat. quint.—28 *Massylam* inc. Heins. *Massyliam* Florent. duo Med. Heins. H. Put. Jun. sec. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *Massaliam* Petav. sec. *Massiliam* Jun. pr. Voss. pr. *cervæ* Vat. quart.—29 *stimulosque* char-

NOTÆ

21 *Hæmo*] Hæmus mons Thraciæ, de quo supra.

22 *Pinus amica*] Pinus et quercus ambæ sunt in tutela Cybeles: sed et quercus sacra etiam est Jovi.

23 *Cirrhæas*] Cirrha est urbs Phocidis, sacra Apollini. *Cirrhæas*, id est, Apollineas.

24 *Laurus*] Fuit olim Daphne, quæ contemsit artes et cantus Apollinis.

25 *Molossi*] Canes Epiri Græciæ regionis, iique validi.

26 *Lupo*] Ovidius de re non possibili: 'Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit, Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.'

Agna] Quæ et ætate et sexu formidolosior.

27 *Damæ*] Sunt sylvestres capreæ.

28 *Massylam*] Massylia est Africæ regio, in qua sunt leones insigni magnitudine et ferocitate.

29 *Novercales stimulos*] Stimulos iræ, odii, quibus Juno noverca excitabatur in Herculem mariti Jovis filium naturalem.

30 *Monstra*] Intelligit monstra et tyrannos immanes devictos ab Her-

Qui timidæ matri pressos ostenderit angues,
  Intrepidusque fero riserit ore puer.
Te neque Dictæas quatiens mugitibus urbes
  Taurus, nec Stygii terruit ira canis:
Non leo sidereos cœli rediturus ad axes,
  Non Erymanthei gloria montis aper.

qui puer monstraverit serpentes elisos matri timidæ, et impavidus arriserit vultu feroci. Taurus terrens mugitibus urbes Cretæas, te non terruit, o Hercules, *nec rabies canis Inferni* Cerberi: *non leo reversurus ad Polum stellatum cœli;*

tac. Heins. Ambr. tert. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet. *stimulos* Exc Læti. *astusque canebat; Herculis et* Exç. Schott. atque ita conjecerat Heinsius, qui tamen notaverat *Herculeos actus* Nostrum dixisse lib. I. in Rufin. vs. 284.—31 *Qui* Petav. sec. *Ut* cod. Bartholin. Ald. *Quo* Vat. pr. et sec. Ambr. tert. *Q* Tholos. *Quod* duo Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Moret. pr. Oxon. pr. duo Jun. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Quod* vel *Ut* Oxon. sec. *trepidæ* Jun. sec. *strictos* Petav. pr. *pressosque* Exc. Petav. quart. *ostenderat* duo Vatt. Bonon. *ostenderis* chartac. Heins. *ostenderet* Reg. m. pr. Oxon. sec. Petav. sec.—32 *ferox* Tholos. *puer riserit ore fero* Jun. pr. Voss. pr. Vat. quart.—33 *non Dictæas* inc. Heins. *auras* pro *urbes* Reg. m. pr.—34 *non Stygii* duo Vatt. Pal. *nec* Put. Reg. Moret. pr. Jun. sec. Voss. pr. Oxon. sec. Ambr. tert.—35 *Nec leo* Vat. quint. *sidereus...arces* Voss. pr. Jun. sec. Tholos.—36 *Erymanthei* in Oxon. pr. erat Glossa. in IIII. Theb. Stat. 297. 'Herculeo miscatos [*vulgatos*] nomine [*robore*] montes Monstriferum Erymanthon et ærisonam

NOTÆ

cule, quibus tyrannis nihil est monstrosius.

31 *Matri*] Herculis mater erat Alcmena uxor Amphitryonis.

Angues] Quos Juno noverca immiserat, ut Herculem puerum devorarent; sed ille hos elisit unguibus, et extinxit in cunis.

33 *Dictæas*] Dicte est promontorium Cretæ; hinc *Dictæus*, id est, Cretensis.

34 *Taurus*] Taurus immissus a Neptuno, quod Minos eum non honore præcipuo coluisset. Cretensem agrum vastabat, sed ab Hercule subactus est.

35 *Leo*] Vastus hic et immanis leo descendit a globo lunæ; in qua agros, sylvas, et majora animalia reponunt Pythagorici.

Rediturus] Hic leo rediturus erat ad cœlum, quia ex cœlo venerat, scilicet globo lunæ; et revera ex Poëtis relatus est inter astra hic leo, vel a Junone zelotypa, vel a Jove in gratiam Herculis, quod unum fuit inter ejus certamina.

36 *Erymanthei*] Erymanthus est oppidum, mons, et fluvius Arcadiæ, ubi ferocissimus aper natus ex sue seu scrofa Phæa, quæ et Calydonium aprum tulit, a Meleagro occisum.

Aper] Erymantheus, quem nivibus implicatum cepit Hercules ejus vim et robur timens; hinc eum impositum Mycenas detulit, cum omnium terrore. De hoc Polyænus: ὁ δὲ λίθους πολλοὺς ἄνωθεν ἐνέβαλεν· ὃς τε ἀγριανθεὶς ὁ σῦς ἐξάλλεται, καὶ θυμῷ

Solvis Amazonios cinctus, Stymphalidas arcu
  Appetis; occiduo ducis ab orbe greges:
Tergeminique ducis numerosos dejicis artus,
  Et toties uno victor ab hoste redis.
Non cadere Antæo, non crescere profuit hydræ:
  Non cervam volucres eripuere pedes.

non aper, honos montis Erymanthi: tu detrahis balteum Amazonum, tu *percutis jaculo* aves *Stymphalidas: tu adducis boves ex terra Occidentis; et deturbas corpus multiplex Regis tricorporis, et victor reverteris toties ab uno hoste. Nil profuit Antæo volvi* in terram, *nil* profuit *hydræ crescere; non pedes celeres ademere* Her-

Stymphalon.'—37 *Solvis* Reg. Petav. pr. m. sec. Tholos. m. pr. Cod. Bartholin. *Solus* tres Vatt. et d. Pal. Jun. pr. duo Voss. Oxon. pr. chartac. Heins. *Amazonias* Bonon. *Amazonios* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Tholos. Moret. pr. duo Petav. et Exc. Petav. quart. *Amazonio* duo Vatt. duo Voss. chartac. Heins. ed. Vicet. *Stymphalides* Vat. quart. Moret. pr. duo Jun. *Stimphalides* Reg. Oxon. pr. *Stiphaleidas* Petav. pr.—39 *numerosi* Vat. quint. *immensos* Petav. sec. *disjicis* conjecerat Heinsius, sed postea delevit. *arcus* Petav. sec. *nervosos...arcus* Voss. pr.—40 *quoties* Pal. duo Med. Petav. tert. Exc. Petav. quart. *victo* pro *uno* Vat. quint. Voss. pr. *ab orbe redis* Moret. pr.—41 *eadem* pro *cadere* Pal. *nec crescere* Voss. pr. Jun. sec. Vat. quint.—42 *Non cervam* Voss. pr. *Nec* Vat. pr. *cervum* Reg. Petav. sec. Tholos. Oxon. sec. *Nessum* Bonon. Voss. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg.

NOTÆ

φερόμενος, τῇ χίονι ἐμπεσὼν, καταδυόμενός τε καὶ περιπαίων ἁλίσκεται: Ille Hercules *multos lapides desuper injiciebat; itaque sus irritatus exsiliit, et furore præceps, in nivem incidit, ac submersus impingensque capitur.*

37 *Solvis Amazonios cinctus*] Vincis Amazonas, et earum Reginæ Hippolytæ detrahis balteum.

Stymphalidas] Stymphalus est oppidum, fons, et palus Arcadiæ, in qua aves erant dictæ Stymphalides, alis solem obscurantes, et carne humana vescentes: has extinxit Hercules, aut fugavit crotalo seu tabula ænea, quam a Vulcano factam ipsi Minerva dederat.

38 *Appetis*] Vulneras, percutis: 'ferro cœlestia corpora demens Appetii,' id est, vulneravi. Virgilius de Diomede.

Greges] Armenta Geryonis tricorporis, id quod refertur ad concordiam trium fratrum qui uno animo regi videbantur; vel ad tres insulas Hispaniæ, quibus Geryo præerat, et in quibus innumeros boves alebat, quæ tum solæ opes habebantur.

41 *Non cadere Antæo*] Antæus gigas Neptuni et Terræ filius, sexaginta cubitis in Libya adolevit, cum Hercule pugnabat, et exhaustis viribus, in Terram matrem cadebat, statimque vires reparabat: id animadvertit Hercules, gigantemque in aërem sublatum, et suo pectori astrictum oppressit atque suffocavit.

Non crescere profuit hydræ] Hydra monstrum erat Lernæ paludis, in agro Argivo; huic nonaginta aut quinquaginta erant capita; et cum unum amputatum foret, duo pullulabant; at Hercules caput recisum statim exurebat, sicque bellum confecit.

42 *Cervam*] Æripedem, et (licet

Caci flamma perit: rubuit Busiride Nilus:
Prostratis rubuit nubigenis Pholoë.
Te Libyci stupuere sinus: te maximus Atlas
Horruit, imposito cum premerere polo.

culi *cervam: ignis Caci extinguitur. Nilus tinctus est* sanguine *Busiridis; Pholoë maduit* sanguine *Centaurorum occisorum. Te littora Libyæ timuerunt; Atlas altissimus te obstupuit, cum ferres cœlum superpositum; suspensum est firmius hu-*

Parm. *celeres* pro *volucres* duo Petav. Var. LL. e marg. Parm.—43 *rubuitque* Florent. Reg. inc. Heins. duo Petav. *tribuitque Busirida* Put. duo Med. Heins. H. *tribuitque Busirida Nilo* Petav. sec.—44 *Vastatis* Oxon. sec. m. sec. *rubuit* Jun. pr. chartac. Heins. Vat. pr. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *maduit* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Voss. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm.—45 *Et Libyci* Vat. pr. *stupuere* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Voss. duo Petav. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. *stipuere* Reg. m. pr. Petav. pr. *timuere* Vat. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *maximus Atlas* Cod. Bartholin. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *maxime* Vat. pr. unde *maxime et* legebat Heinsius. *maxime Tethis* Voss. pr. m. sec. Vat. sec. *maxima Tethis* tres Vatt. Pal. *magima Tethys* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Jun. duo Oxon. Voss. pr. m. pr. tres Petav. Vat. Livin. Heinsius annotaverat seqq. '*Tethys solem excipit* Ovid. lib. II. Met. Val. Flac. lib. II. vs. 34. et seqq. vide locum a me emendatum lib. II. p. 26. a.'—46 *dum premerere*

NOTÆ

repugnent Physici) cornibus aureis Dianæ dedicatam ex Pindaro, Hercules domuit, aut retibus, aut cursu, aut somno jacentem: hæc incredibili pedum celeritate valebat.

43 *Caci*] Cacus Abigeus semifer, Vulcani filius, flammas vomebat in Campania Italiæ regione; sed ab Hercule extinctus est.

Busiride] Busiris, Neptuni et Libyæ Epaphi filiæ filius, hospites in Ægypto immolabat, sed ab Hercule immolatus est.

44 *Nubigenis*] Nubigenæ sunt Centauri, nati ex Ixione et nube supposita a Junone, quam Ixion de stupro solicitare ausus fuerat. Centauri autem sunt partim homines, partim equi, sicque mixta natura monstrosi: hos domuit Hercules, prope Pholoën montem Arcadiæ aut Thessaliæ. Nolebat iis bellum inferre injustum Hercules, sed curavit se hospitio suscipi a Pholo; quo, cum generosissimi vini cadus promeretur, Centauri odore vini allecti confluxerunt, idque rapuerunt. Hercules nactus hinc occasionem eos omnes interemit, quia ἄδικα δρῶντας, *injusta facientes.* Polyænus.

45 *Libyci sinus*] Id est, horti Hesperidum, ex quibus Hercules abstulit poma aurea servata a dracone: *sinus* alludit ad flexus Draconis et littoris.

Atlas] Atlas Rex olim Mauritaniæ; sed Persei capite Medusæo versus est in montem, qui mons est altissimus in Mauritania Africæ regione, qui cum cœlum sustineret, et jam onere defessus foret, Cœlum Herculi proceriori atque valentiori dedit sustinendum: hoc refertur ad Astrologiam, quam Atlas Herculem docebat.

46 *Horruit*] Id est, perculsus obstupuit.

Firmior Herculea mundus cervice pependit.
Lustrarunt humeros Phœbus et astra tuos.
Thracius hæc vates: sed tu Tyrinthius alter,
Florentine, mihi: tu mea plectra moves:
Antraque Musarum longo torpentia somno
Excutis, et placidos ducis in orbe choros.

meris Herculis. Sol et sidera illuminarunt humeros tuos. Poëta Thraciæ Orpheus cecinit *has* res: *at tu,* o *Florentine, es mihi Hercules alter; tu excitas lyram meam; tu excitas cavernam Musarum* nostrarum *cessantem longa requie, et trahis ab ore* meo *cantus suaves.*

Exc. Petav. quart.—47 *Fortior* Vat. pr. Florent. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *Firmior* vel *Purior* Voss. sec.—48 *Lustrarant* Bonon. *Lustraruntque* Vat. sec. Voss. sec.—49 *hoc vates* Vat. quint. *sed nunc* Jun. sec.—50 *nam mea* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *tu mea* Florent. duo Med. Put. Reg. Heins. H. Oxon. pr. duo Jun. duo Voss. tres Petav. Bonon. Tholos. Exc. Petav. quart. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm.—51 *largo* Voss. pr.—52 *Excutis* Voss. pr. *Excutis* vel *Excipis* Vat. sec. Voss. sec. *placidos* Jun. pr. Voss. pr. chartac. Heins. Tholos. Vat. quint. Exc. Petav. quart. *placidus* marg. Isingr. *placido* tres Vatt. Pal. duo Med. Florent. m. sec. Heins. H. et inc. ejusd. Voss. et Jun. sec. duo Oxon. *placito ducis ab ore sonos* Clav. Raphel. Gesn. ed. Bipont. *placido in orbe choros* Bonon. *ducis ab ore sonos* Vat. pr. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *ducis in orbe choros* Florent. cum viginti duobus aliis. *ab orbe* Jun. sec. *choros* duo Jun. duo Oxon. totidem Voss.

NOTÆ

49 *Tyrinthius*] Tyrins, Tyrinthos, olim Haliea dicta a piscatoribus, est urbs agri Argivi, Hercule cive nobilis; et inde Hercules dicitur *Tyrinthius.*

50 *Florentine*] Hic bonos doctosque sua liberalitate sustentabat.

52 *Placidos*] Id est, ducis choros, seu cœtus Musarum.

XXXV.

CL. CLAUDIANI RAPTUS PROSERPINÆ.
LIB. II.

ARGUMENTUM.

MANE Proserpina petit infeliciter sylvas, et cum hac Venus, Diana, Pallas: Proserpina magnifice vestita. Hunc comitantur Naides, et in his major Cyane. Credas esse Amazonas, aliasque Nymphas. Ab Henna rogatus Zephyrus fœcundat et distinguit ejus agros floribus et arboribus in gratiam

Dearum. Prope est lacus pellucidus. Huc volant Deæ ad flores colligendos. Mox urbes montesque quatiuntur. Pluto erumpit ab Inferis. Sicilia dehiscit, Cœlum tremit, omnia afflantur ab equis Plutonis. Proserpina rapitur: Pallas et Diana tremunt. De Plutone queruntur; arma pararent, sed retinentur a Jove. Proserpina flet. Hanc solatur Pluto spe magni Imperii. Proserpinæ omnia gratulantur, sed eam excipiunt Heroinæ Elysiorum. Supplicia damnatorum cessant; mors nulla est; renovatur sæculum aureum.

IMPULIT Ionios præmisso lumine fluctus
Nondum pura dies: tremulis vibravit in undis
Ardor, et errantes ludunt per cœrula flammæ.
Jamque audax animi, fidæque oblita parentis,
Fraude Dionæa riguos Proserpina saltus
(Sic Parcæ voluere) petit. Ter cardine verso
Præsagum cecinere fores: ter conscia fati

Lux clara nondum illustravit radiis sparsis mare Ionium: fulgor Solis *volitavit in aquis tremulis, et radii vagi agitantur per aquas; et jam Proserpina audenti animo, et immemor matris fidelis, currit* in *sylvas irriguas dolo Veneris (sic Parcæ jusserunt): janua sonuit ter præsagium, cardine inverso: Ætna conscia raptus gemuit*

1 *Apulit* Oxon. sec.—2 *vibratur* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Moret. pr. duo Jun. duo Voss. chartac. Heins. duo Oxon. Ald.—4 *animo* vel *animi* Oxon. sec. *fidæque* Vat. Livin. *fideique* Vat. d. chartac. Heins. edd. Ald. Vicet. Parm. et Colin.—6 *Ut Parcæ jussere* Voss. pr. Jun. sec. *voluere* Reg. duo Vatt. *jussere* tres Vatt. Pal. duo Jun. duo Voss. chartac. Heins. Cod. Bartholin. *ter cardine* Vat. sec. et d. *cum* Petav. sec. *tum* Cod. Bartholin. *tunc* duo Vatt. inc. Heins. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm.—7 *Præsagum* Vat. d. Put. inc. Heins. *Præsagæ* tres Vatt. Cod. Bartholin. Florent. Vicet. Exc. Læti. *Præsagium* duo Vatt. Pal. duo Med. Heins. H. Reg. m. pr. Bonon. Voss. pr. Jun. sec. duo Oxon. duo Petav. Exc. Petav. quart. *Præsaguum* deleto tamen postea *u* Tholos. *Præsagum* vel *Præsagæ* Petav. sec. *ter conscia* Vat. quart. et d. *tunc* Vat. tert. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Barthol. *concita* Oxon. sec. *facti* Cod. Bartholin. Ambr.

NOTÆ

1 *Ionios*] Lib. I. supra vs. 147.

2 *Nondum pura dies*] Id est, crepusculum, seu dubia lux inter noctem diemque.

4 *Audax animi*] Putant subintelligi *virtute*, quasi sit audax virtute animi.

Fidæ parentis] Fidelis matris, et cui fideliter obediendum fuisset non exeundo.

5 *Fraude Dionæa*] Id est, fraude Veneris, quam Jupiter ex Dione suscepit; unde Venus, mater Dionæa dicitur.

Riguos saltus] Sylvas aquis perennibus irriguas seu aspersas.

7 *Præsagum cecinere*] Id est, januæ ter sonitu infelici indicaverunt

Flebile terrificis gemuit mugitibus Henna.
Nullis illa tamen monstris, nulloque tenetur
Prodigio. Comites gressum junxere sorores.
Prima dolo gaudens, et tanti callida voti
It Venus, et raptus metitur corde futuros,
Jam durum flexura Chaos: jam, Dite subacto,
Ingenti famulos Manes ductura triumpho.
Illi multifidos crinis sinuatur in orbes
Idalia divisus acu: sudata marito
Fibula purpureos gemma suspendit amictus.

ter flebiliter, sonis terribilibus. Tamen illa Proserpina *nullis retinetur portentis, et nullo prodigio. Sorores* Venus, Pallas, et Diana, *sociæ conjunxerunt viam* suam. *Prima Venus gaudens fraude, et dissimulans tantum desiderium it, et præsumit* in *animo* suo *raptum futurum, jam superatura inferos indomitos, jam tractura in triumphum solennem Manes,* ut *servos* suos, *Plutone victo. Crines illius* Veneris *separati acu Idalia torquentur in multos circulos: fibula gemmea fabri-*

tert. ed. Parm. et Vicet.—8 *Henna* Reg. m. pr. Oxon. pr.—9 *tenetur* Florent. cum viginti scriptis Codd. Ald. ed. Parm. et Vicet. *movetur* Exc. Læti.—10 *gressus* duo Vatt. Pal. Med. pr. Reg. Oxon. pr.—11 *dolis* Oxon. sec. m. sec. *tanto concita voto* Jun. pr. Oxon. sec. *tanto conscia voto* tres Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Oxon. pr. duo Voss. Exc. Petav. quart. *tanto conscia fato* Jun. sec. *conscia voti* Vat. quint. et d. *conscia furti* Vat. pr. Ambr. tert. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *cato c. voto* Var. LL. e marg. Parm. unde *cauto* legebat Heinsius. *tanto conscia voto* vel *furto* Moret. pr. Tholos. *voto* vel *furto* vel *fato* Voss. sec.—12 *meditatur* Vat. pr. Petav. sec.—13 *dirum* Reg. Bonon. Oxon. pr. Voss. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *divum* duo Vatt. Cod. Bartholin. *demum* Vat. pr. *dudum* duo Petav. Exc. Petav. quart. *dirum* vel *durum* Jun. pr.—14 *Manes famulos* Pal. duo Med. *dictura* Put.—15 *multifidos* duo Vatt. *multimodos* Voss. pr. *multiplices* tres Vatt. Florent. Put. chartac. Heins. Voss. sec. Ambr. tert. duo Jun. Cod. Barth. Ald. ed. Parm. et Vicet. *sinuatur* Voss. sec. Exc. Læti. *variatur* Vat. pr. Cod. Barth. Vat. Livin. Ambr. tert. duo Voss. chartac. Heins. Exc. Petav.

NOTÆ

malum præsagium: januæ quippe vel stridore vel pedis offensu futura prænuntiare credebantur.

Ter] Numerus ille maxime spectatus in auguriis seu præsagiis.

8 *Henna*] Alii legunt *Ætna*, quæ mons est Siciliæ, et velut gemendo impulit mugitum, seu fragorem horrendum: id quod inter prodigia numeratur; nam hoc insueto fragore bella cladesque portendi creduntur.

11 *Dolo gaudens*] Venus est alacrior, gaudens dolum sibi ex animo succedere.

Callida voti] Id est, dissimulans votum, vel sciens sua desideria: apud Tacitum legitur, 'callidus rei militaris.'

12 *Metitur*] Æstimat, expendit, præsumit. Martialis: 'Qui sua metitur pondera, ferre potest.'

13 *Flexura Chaos*] Flexura et impulsura ad amandum Deos inferos.

14 *Ductura triumpho*] Hoc ex Romanorum more.

16 *Idalia*] Idalium est oppidum Cypri; in quo habitabant Charites, seu Gratiæ, famulæ Veneris. *Idalia*

Candida Parrhasii post hanc regina Lycæi,
Et Pandionias quæ cuspide protegit arces,
Utraque virgo, ruunt: hæc tristibus aspera bellis;
Hæc metuenda feris: Tritonia casside fulva
Cœlatum Typhona gerit, qui, summa peremtus,
Ima parte viget, moriens et parte superstes;
Hastaque terribili surgens per nubila gyro

cata a *conjuge* Vulcano *suspendit vestem purpuream. Post hanc* Venerem eunt *pulchra Diana Regina Lycæi Arcadici, et Pallas, quæ defendit sceptro urbem Atheniensem. Ambæ virgines celerant: hæc* Pallas *furiosa bellis crudelibus; hæc* Diana *timenda feris: Pallas fert Typhonem sculptum* in *galea aurata; qui* Typhon *occisus* quoad *superiora* membra, *vivit* in *parte inferiore; moriens* partim *et partim vivens; et hasta* ejus Palladis, *exsurgens per aërem ambitu horrendo habet*

quart. ed. Parm. et Vicet. vid. Claver. Coronide cap. 19.—18 *post hæc* Petav. pr.—20 *ruit* Vat. d. Petav. pr.—21 *casside flava* Petav. sec.—22 *Typhona* Vat. tert. Var. LL. e marg. Parm. *Pythona* chartac. Heins. *Tritona* Moret. pr. *Pithona* tres Vatt. et d. Cod. Bartholin. *Fitona* Bonon. Ambr. tert. *Phitona* Florent. Reg. m. pr. duo Petav. totidem Jun. et Voss. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *Typhona* vel *Phitona* Oxon. pr. inc. Heins. *qui summa* Exc. Læti. *qui parte* Vat. quint. *summaque peremtus* Vat. d. Petav. sec.—23 *in parte* Voss. pr. Bonon. Oxon. pr. Vat. quint.—24 *in nubila* Voss. pr. *gyro* ed. Parm. et Vicet. *ferro* Cod. Bartholini. et alii magno numero. *gyro* vel *ferro*

NOTÆ

acu itaque est acu Gratiarum Idaliarum.

Sudata] Id est, magno sudore, labore, arte fabricata.

18 *Parrhasii*] Id est, Arcadici: nam Arcadia Græciæ regio appellata est Parrhasia a Parrhasio, vel Martis vel Lycaonis filio.

Lycæi] Mons est Arcadiæ, aptus venationi, Dianæ sacer, et cujus ideo dicitur Regina.

19 *Pandionias*] Id est, Athenienses: a Rege Pandione.

Cuspide] Sceptro; nam hastæ olim pro sceptris erant, ut supra vidimus.

21 *Tritonia*] Pallas, quæ dicitur Tritonia a Tritone, vel fluvio vel palude, seu Libyæ, seu Thessaliæ, seu Bœotiæ, ubi Pallas a nonnullis orta dicitur, et patrem habuisse Neptunum; quæ Pallas postea a Jove adoptata est. Alii alia sentiunt, nec mirum est in re fabulosa.

22 *Typhona*] Typhon seu Typhœus, Titani et Terræ filius, gigas quem Pallas interfecit; et ideo fert ejus effigiem depictam, velut in signum victoriæ reportatæ.

Summa peremtus] Typhon, ut ceteri gigantes, habebat crura pedesque anguineos, sed occisus est a Pallade, quod spectat ad superiores corporis humani partes; partes inferiores anguineæ difficilius necatæ sunt, ut accidit de serpentibus. Nam *summa*, id est, quoad summa, vel secundum supremas corporis partes: figura Græcis usitata. Horatius dixit, 'Cetera fulvus.'

24 *Terribili gyro*] Ambitu quatuor cubitorum. Alii legunt *ferro*, nec male.

Instar habet sylvæ: tantum stridentia colla
Gorgonos obtentu pallæ fulgentis inumbrat.
At Triviæ lenis species, et multus in ore
Frater erat; Phœbique genas et lumina Phœbi
Esse putes, solusque dabat discrimina sexus.
Brachia nuda nitent: levibus projecerat auris
Indociles errare comas, arcuque remisso
Otia nervus agit: pendent post terga sagittæ.
Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu

speciem arboris: operit solummodo caput sibilans Medusæ, prætenta veste nitida. Sed aspectus Dianæ erat blandus, et magna similitudo fratris erat in vultu: credas esse genas Apollinis et oculos Apollinis, et sexus solus ponebat differentiam. Brachia nuda candescunt: permiserat ventis levibus spargere crines fluentes; et arcu cessante, funis habet requiem; post dorsum tela suspensa sunt. Vestis Cre-

chart. Heins.—25 *habet* Vat. pr. Exc. Petav. quart. Vicet. *erat* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Voss. pr. duo Oxon. duo Jun. tres Petav. *erat* vel *habet* Voss. sec. *tanto* Jun. sec.—26 *Gorgonos* Vat. d. Petav. pr. *Gorgonis* quatuor Vatt. Cod. Bartholin. *objectu* Petav. sec. *obtectu* Bonon. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *obtentu* vel *obtectu* vel *objectu* Voss. sec. *obumbrat* tres Vatt. Voss. pr. inc. Heins. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *inumbrat* duo Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr.—27 *Divæ* pro *Triviæ* Tholos. *turmæ* Moret. pr. *facies* Petav. pr. *vultus in ore* Put. *ignitus in ore* Voss. pr.—28 *Febus* pro *Frater* Pal. *inest* Med. quart. Heins. H. *inest* vel *erat* Med. pr. *lumina Phœbus* Ambr. tert.—29 *facit discrimina* Jun. sec. sic *facere commercia* dixit Lib. I. Rapt. vs. 91. *dabat* vel *facit* Vat. sec. Voss. sec.—31 *errore* Exc. Petav. quart. *errare* vel *errore* Reg. *revulso* Vat. pr. Jun. sec. *remisso* vel *revulso* Vat. sec.—32 *nexus* pro *nervus* Vat. quart.—33 *vestis gemino* Jun. sec.—

NOTÆ

25 *Instar sylvæ*] Habet speciem arboris magnæ, quæ sylvam quodammodo adæquat: Hyperbolicôs.

Stridentia colla] Id est, colla sculpta sunt velut inflata, et quasi bestia sibilaret.

26 *Gorgonos*] Gorgones tenuerunt Dorcades insulas in mari Æthiopico, et Phorci filiæ fuere, Medusa, Sthenyo, et Euryale. Palladis ope Medusam domuit Perseus, et ejus ferebat caput, quo objecto homines in saxa mutabat: ut accidit Seriphiis universis. Ratio fabulæ est, quod imperiti ad prudentum sermonem defixo vultu inhient et stupeant. Γοργότης, ητος, significat *truculentiam*.

27 *Triviæ*] Dianæ, quæ Trivia appellatur, a triviis et compitis, quibus præesse credebatur.

Lenis species] Alludit ad Lunæ colorem, qui ex Plinio blandus est.

29 *Sexus*] Placuit Poëtis ejusmodi descriptio: Ausoniana de sexu multo jucundissima est, 'Dum dubitat natura marem, faceretne puellam, Factus es, o pulcher, pæne puella, puer.'

33 *Gortynia*] Sic dicitur a Gortyna urbe Arcadiæ, vel potius Cretæ insulæ, patria Britomartis, quam Diana dilexit, sicque vestis Gortynia, id est, efformata ad morem Cretensium,

Poplite fusa tenus, motoque in stamine Delos
Errat, et aurato trahitur circumflua ponto.
Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,
Mox dolor, æquali tendit per gramina passu,
Nec membris nec honore minor; potuitque videri
Pallas, si clypeum, si ferret spicula, Phœbe.
Collectæ tereti nodantur iaspide vestes.
Pectinis ingenio nunquam felicior arti
Contigit eventus: nullæ sic consona telæ
Fila, nec in tantum veri duxere figuram.
Hic Hyperionio Solem de semine nasci

tenuis constringitur vinculo duplici, demissa usque ad genu; et Delos picta in veste mota vagatur, et cincta aquis aureis agitatur ventis. Inter Palladem et Dianam est Proserpina pulcherrima, cum veste magnifica, *inter quas* Deas, *filia Cereris quæ nunc est honor matris, mox dolor* erit, *it per prata passu simili, nec inferior corpore, nec pulchritudine; et potuit credi Pallas si ferret scutum, et Diana si* ferret *sagittas. Vestes succinctæ colligantur jaspide oblonga. Successus nunquam accidit arti felicior* ipsa *peritia texendi: nulla fila adeo respondentia telæ, nec adeo habuere imaginem veri.* In *hac* veste Proserpina *pinxerat Solem*

34 *fluxa* pro *fusa* Jun. pr.—35 *aurato trahitur* sic Lib. I. R. P. vs. 262. *Torpentes traxit geminas.*—36 *Inter quas* Vat. quint. *tunc gloria* Florent.—37 *tendens* Exc. Petav. quart. *tendent* Vat. pr. *gressu* Vat. sec. Voss. sec.—38 *Non membris* Bonon. *in honore* Voss. pr.—39 *ferret si* Vatt. quatuor, Pal. Cod. Bartholin. *si ferret* Vat. quart. Reg. Oxon. pr.—40 Deerat hic versus in Exc. Petav. quart.—41 *Pectinis ingenio.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Florent. Reg. Moret. pr. *arte* Petav. sec. *artis* Vat. pr. Petav. pr. Exc. Schott.—42 *nullæ* Vat. tert. Cod. Bartholin. duo Med. Heins. H. Put. Bonon. duo Petav. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *nulli* quatuor Vatt. *nulli* vel *nullæ* Oxon. sec. vid. Schol. Stat. p. 118.—43 *veras* Vat. quart. *figuram* ed. Vicet. *figuras* Florent. et viginti duo alii, Var. LL. e marg. Parm. *Hac* Voss. pr.—44 *de sanguine*

NOTÆ

34 *Delos errat*] Delos est insula maris Ægæi; olim in mari fluitans; sed Apollo ibi natus, 'Errantem Gyaro celsa Myconeque revinxit, Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.'

38 *Membris*] Corporis proceritate, quæ semper tribuitur numinibus.

Honore] Intellige, oris forma et dignitate.

39 *Clypeum*] Scutum fert Pallas, ad indicandum orbem terrarum regi a sapientibus.

40 *Iaspide*] Idest, cingulo aut fibula, cui inserebatur Jaspis gemma.

43 *Veri*] Id est, fila nihil discrepantia, in iis quæ repræsentabant, habuere imaginem formæ naturalis; id quod in pictura laudatur, cum ea res depictas ad verum exprimit. In hac veste pingitur Sol et Luna, et utriusque nutrix Tethys.

44 *Hyperionio*] Hyperion erat Cœli et Terræ filius, pater Solis et Auroræ et Lunæ.

Fecerat, et pariter, forma sed dispare, Lunam,
Auroræ noctisque duces: cunabula Tethys
Præbet, et infantes gremio solatur anhelos,
Cœruleusque sinus roseis radiatur alumnis.
Invalidum dextro portat Titana lacerto,
Nondum luce gravem, nec pubescentibus alte
Cristatum radiis: primo clementior ævo
Fingitur, et tenerum vagitu despuit ignem.
Læva parte soror vitrei libamina potat
Uberis, et parvo signatur tempora cornu.

nascentem ex semine Hyperionis, et Lunam similiter, sed figura dissimili; astra *ducentia diem et noctem: mare dat cunas et recreat in gremio* eos, Solem et Lunam, *pueros vix respirantes: ac sinus ejus cæruleus illustratur alumnis pulchris.* Tethys *fert Solem brachio dextro nondum valentem, nondum incommodum calore, nec comatum radiis fulgentibus longe.* Ille Sol *depingitur lenior prima ætate, et despuit vagitu parvas flammas: soror* ejus Solis *in brachio sinistro* Tethyos *sugit humorem mammæ vitreæ, et tempora designantur cornu parvo.* Proserpina *ornatur apparatu*

Jun. pr.—45 *et pariter* Oxon. pr. *atque parem* Pal. duo Med. *forma sed* Vat. tert. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. tres Petav. Exc. Petav. quart. *sed forma* sex alii. *Lunam sed dispare forma* tres Vatt. Cod. Bartholin. *forma sed dispare* vel *sed forma dispare* Oxon. pr.—46 *vices* pro *duces* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. chartac. Heins. vid. Ouzel. in Minuc. p. 71. Auson. Idyll. v. Scholiast. Stat. p. 521.—47 *alumnos* pro *anhelos* Petav. sec. *anili* chartac. Heins.—48 *Cæruleisque* Reg.—50 *Necdum* Florent. *non pubescentibus* Oxon. pr. *ære* pro *alte* Vat. quint. *annis* Jun. sec.—51 *Cristarum* Petav. sec. *imo clementior* Vat. pr.—52 *Pingitur* Voss. pr. Jun. sec. *Fingitur* vel *Pingitur* Oxon. sec. *tenero* duo Vatt. *de pectore* pro *vagitu* Petav. sec. *dispuit* Oxon. sec. m. pr. Exc. Petav. quart. *destruit* Pal. duo Med. Heins. H.—53 *portat* Vat. quint. Pal. duo Med. Petav. sec.—54 *signatur* Vat. tert. Florent. Petav. pr. Oxon. sec. *signantur* quatuor Vatt.

NOTÆ

46 *Duces*] In Genesi, 'Luminaria magna: majus, quod præesset diei; minus, quod præesset nocti.'

Tethys] Est Oceani conjux, soror Hyperionis, matertera Solis et Lunæ: alit Solem et Lunam, ut nutrix optima: Tethys sumitur pro mari.

48 *Radiatur alumnis*] Fulget vivo lumine alumnorum Solis et Lunæ, quos educavit.

49 *Titana*] Solem filium Hyperionis, qui fuit unus ex Titanibus.

51 *Cristatum*] Id est, emittentem radios, cristis similes. Sol depingebatur cum radiis duodecim, pro pari numero mensium.

52 *Vagitu*] Pingitur Sol ut infans, qui vagiendo emittit flammas.

53 *Soror*] Luna ex Homero soror est Solis, sed Æschylus Lunam facit Solis filiam, quod ab eo lumen mutuata quodammodo gignatur.

Vitrei] Numina æquorea appellantur vitrea, ab aquæ colore vitri æmulo. Sol porro et Luna nutriri dicuntur a mari, quod Poëtæ aut censuerint aut finxerint astra ali emissis ex mari vaporibus; et ex eodem mari post vires reparatas exsurgere.

54 *Cornu*] Luna cornuta pingitur;

Tali luxuriat cultu: comitantur euntem
Naides, et socia stipant utrimque corona,
Quæ fontes, Crinise, tuos, et saxa rotantem
Pantagiam, nomenque Gelan qui præbuit urbi,
Concelebrant: quas pigra vado Camerina palustri,
Quas Arethusæi latices, quas advena nutrit

tali: Naides comitantur eam *incedentem, et cingunt utrimque cœtu socio:* Naides *quæ frequentant fontes tuos,* o *Crinise, et Pantagiam volventem saxa, et Gelan, qui dedit nomen urbi:* Naides, *quas Camerina lenta aquis palustribus, quas fons*

Pal. Cod. Bartholin. Vat. d. m. sec.—55 *euntes* Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet.—56 *Naides* Bonon. *Naiades* tres Vatt. et d. Pal. Bartholin. *stipantur* Vat. quint. Oxon. pr. chartac. Heins. *utramque* Voss. pr. *corona* duo Vatt. inc. Heins. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *caterva* duo Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Petav. duo Voss. totidem Jun. et Voss. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm.—57 Deerat hic versus Vat. sec. et Exc. Petav. quart. *Crinise* Jun. pr. Voss. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Tholos. Var. LL. e marg. Parm. *Crinisse* Florent. Voss. pr. *Crisine* Vat. pr. Reg. duo Petav. duo Oxon. *Crimise* chartac. Heins. *Crimisce* Vat. tert. et d. *Crimise* Exc. Læti. *Ocrisse* Vat. quint. *Armisce* Pal. *Armise* duo Med. Heins. H. *Erisine* Cod. Bartholin. Ambr. tert. *Erasine* ed. Vicet. et Parm. *quæ saxa* Vat. pr.—58 *Pantaguam* Vat. pr. *Pantagian* Florent. Petav. pr. inc. Heins. *Gelan* Florent. Petav. pr. *Gelam* tres Vatt. Med. pr. Put. Reg. Moret. pr. duo Petav. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. in Oxon. pr. seq. Glossa erat: *Gela pronomen fluvii, a quo urbs in Italia dicta est. unde Virgilius in fine* III. *Æneid.* 'Apparet Camerina procul campique Geloi, Immanisque Gela fluvium cognoscere dicta.' *quæ præbuit* Pal. Med. pr.—59 *prima* pro *pigra* Vat. pr. *nigra* Tholos. *Carmena* Florent. *Camarina* Exc. Læti. *Camerina* omnes Vatt. Pal. Put. Reg. duo Petav. Oxon. pr. duo Jun. duo Voss. chart. Heins. Cod. Bartholin. Vat. Livin. Exc. Petav. quart.—60 *fontes* pro *latices* Vat. quint.—61 *Alveus. At Cyane* Jun. sec. *Cyaneque*

NOTÆ

et revera suo cornu distinguit partes mensium.

55 *Luxuriat*] Id est, ornatur cum luxu et pompa.

56 *Naides*] Nais, Naidos, et Naias, Naiados, est Nympha aquarum, ἀπὸ τοῦ ναίειν, quod est *fluere*.

57 *Crinise.... Pantagiam*] Crinisus vel Crimnisus fluvius est Siciliæ pater Acestis Siculi, sicut et Pantagias fluvius, qui dicitur ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν, *omnia agere, rapere,* quod omnia rapiat.

58 *Gelan*] Gelas fluvius etiam est Siciliæ; unde urbs Gela dicta est.

59 *Camerina*] Vel *Camarina*, est palus Siciliæ, quam contra oraculum Siculi moverunt atque exhauserunt, et ingressis hac hostibus, pœnas dederunt. Virgilius: 'Fato nunquam concessa moveri, Apparet Camerina procul.' Camerina etiam odoris est teterrimi, quæ mota aut concussa nauseam parit. Et inde forte etiam natum proverbium: *Ne moveas Camarinam: κινεῖν Καμαρίνην, movere Camarinam:* Erasmus, in eos, qui malum sibi accersunt, quia Camerina palus 'siccata pestilentiam creavit.'

60 *Arethusæi*] Arethusa fons est nobilissimus Syracusarum in Sicilia; hujus aquas qui potant commendan-

Alpheus. Cyane totum supereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exultat aduncis
Pulchra cohors, quoties Arcton populata virago
Hippolyte niveas ducit post prælia turmas;
Seu flavos stravere Getas, seu forte rigentem
Thermodontiaca Tanain fregere securi.

Arethusa, quas Alpheus externus alit: Cyane superior est *omni cœtu* nympharum. *Quemadmodum fortis turba Amazonum gaudet scutis curvis, quotiescumque Hippolyte Heroina* postquam *vastavit Septemtrionem, reducit formosum exercitum post pugnam; seu vicerunt Getas flavos, seu forsan ruperunt Tanain glaciatum*

****

tum Tholos. *superaverat agmen* Voss. pr.—62 *aduncis* Vat. quart. Florent. m. pr. Put. Bonon. Jun. pr. *ademptis* tres Vatt. et d. Pal. Reg. tres Petav. chartac. Heins. Jun. sec. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. *adeptis* Oxon. pr. *aduncis* vel *ademptis* Tholos. inc. Heins. *adultis* vel *aduncis* Vat. sec. *adultis* vel *aduncis* vel *ademptis* Voss. sec.—64 *ducit niveas* Moret. pr.—65 *Getes* Petav. tert.—66 *Thermodontiaca* Vat. pr. et tert. Med. quart. Put. Reg. duo Petav. Bonon. chartac. Heins. Jun. sec. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. Sil. Ital. II. 80. 'Thermodontiaca munita in prælia pelta.' *Tanain* Exc. Petav. quart. *Tanaim* Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Reg. tres Petav. ed. Vicet. *stravere* pro *fregere* Exc. Petav. quart.—69 *madi-*

NOTÆ

tur a virtute bellica. Fuit autem Arethusa, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cujus vim cum effugere non posset, in fontem, Dianæ commiseratione, mutata est.

Advena...Alpheus] Alpheus fluvius est Elidis in Peloponneso Græciæ regione: ille fluvius per subterraneos sub mari meatus pervenit ad fontem Arethusam; et inde nata fabula et fluvii et fontis amorum.

61 *Cyane*] Fons est Siciliæ prope Syracusas; qui non virili specie ut Anapus, sed muliebri ore colebatur.

62 *Qualis*] Talis est Proserpina, qualis Hippolyte Amazonum regina.

Amazonidum] Amazones et Amazonides fuere mulieres bellicosæ, Thermodontis Cappadociæ fluvii accolæ: sic dictæ sunt, vel ab Amazone puella, Samornæ, Sacerdotis Dianæ et Ephesi reginæ, filia, vel quia infantum dextras mamillas inurebant, ne sagittarum jactus impediretur: et ita Amazones dictæ ab *a sine*, et *μαζὸς mamma*, quasi mulieres sine mamma.

Peltis] Pelta est scutum brevissimum, et lunatum seu curvum.

63 *Arcton*] Gentes Arcticas, seu Septemtrionales.

Virago] Est mulier bellicosa, et heroicæ indolis.

64 *Hippolyte*] Regina Amazonum ante bellum Trojanum Theseo nupsit, ita volente Hercule.

Niveas] Candidas, pulchras; vel forte alludit ad nives Septemtrionis.

Post prælia] Parta victoria.

65 *Getas*] Getæ populi sunt vel Scythiæ vel Thraciæ. *Geta* servile nomen apud Comicos, nam inde venales servi mittebantur.

66 *Thermodontiaca*] Thermodon, fluvius, non Thermodoon, quem et Araxen dixerunt, Cappadociam alluit. *Thermodontiaca securi*, id est, patria, seu quali Amazones utuntur ad fluvium Thermodontem.

Aut quales referunt Baccho solennia Nymphæ
Mæoniæ, quas Hermus alit, ripasque paternas
Percurrunt auro madidæ; lætatur in antro
Amnis, et undantem declinat prodigus urnam.
Viderat herboso sacrum de vertice vulgus
Henna parens florum, curvaque in valle sedentem
Compellat Zephyrum: Pater o gratissime veris,

securi patria. *Aut quemadmodum Nymphæ Lydiæ renovant festa Baccho;* Nymphæ, *quas Hermus nutrit; et quæ aspersæ* aquis *aureis currunt per littora patria: fluvius gaudet in caverna, et liberalis effundit plenam urnam. Henna mater florum aspexerat ex monte viridi turbam sacratam, et* sic *alloquitur Zephyrum sedentem in valle curvata: O pater jucundissime veris, qui imperas assi-*

dæ Put. Reg. Petav. pr. chartac. Heins. Jun. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart. *madidas* inc. Heins. *madidæ* vel *gravidæ* Vat. d. Jun. pr. *in auro* pro *in antro* Vat. pr. Cod. Bartholin. *in Austro* Exc. Petav. quart.—71 *umbroso* Jun. pr. *cespite* Vat. pr.—72 *Henna* Oxon. pr. *Ætna* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin.—

NOTÆ

Tanain] Tanais est Scythiæ fluvius, qui Europam separat ab Asia: hodie dicitur *Don.*

Securi] Secures erant arma Amazonum: unde Ovidius, 'Prima securigeras inter virtute puellas.'

67 *Solennia*] Festa terno quoque anno celebrari solita; mox et Trieterica dicta sunt: τρεῖς *tres*, ἔτος, *eos*, *annus*.

68 *Mæoniæ*] Lydæ, a Rege Mæone, qui et Lydis imperavit. Lydia porro singulari cultu Bacchum prosequebatur.

Hermus] Fluvius aurifer, Ioniam alluens, vel Jovis, vel Tethyos et Oceani filius.

69 *Percurrunt*] Nam Bacchæ, Nymphæ Bacchi comites, currunt et vagantur per ripas patrias.

Auro madidæ] Aquis aureis fluvii Hermi.

70 *Amnis*] Sic fluvius dicitur ab ambiendo.

Declinat] Inclinat, invertit, effunditque urnam præ gaudio.

Urnam] Veteres fluviis tradebant in manu urnas, ex quibus aquas effundebant. Virgilius: 'Cœlataque amnem fundens pater Inachus urna.'

71 *Sacrum vulgus*] Vulgus est incondita multitudo, atque in contemtum sæpius trahitur. Hic tamen significat Dearum cœtum, cum suis ducibus; sed forte cœtus sic appellatur, quia ut turba aut vulgus sine ordine incedebat.

72 *Henna*] Henna campum habet, qui in floribus semper est, et nullo non die vernus est; cujus perpetuos copiososque flores inter naturæ miracula reponit Aristoteles.

In valle sedentem] Flores et herbæ ut uberius in vallibus nascuntur, ita et ibi Zephyrus florum herbarumque pater sedere fingitur.

73 *Zephyrum*] Zephyrus dicitur quasi ζωηφόρος, *vitam ferens*, est enim vitæ amicus: vel dicitur ζηφυρος, quia τὸ ζῆν πᾶσι φέρει καὶ παρέχει, *vitam fert et præbet omnibus.* Vel forte dicitur quasi ζάφυρος, qui explicatur ab Hesychio πολυφόρος, *multa ferens*, quia πνέων πολλὰ φέρειν ποιεῖ τὴν γῆν,

Qui mea lascivo regnas per prata meatu
Semper, et assiduis irroras flatibus annum,
Respice Nympharum cœtus, et celsa Tonantis
Germina, per nostros dignantia ludere campos.
Nunc adsis faveasque, precor: nunc omnia fœtu
Pubescant virgulta velis, ut fertilis Hybla
Invideat, vincique suos non abnuat hortos.
Quicquid thuriferis spirat Panchaia sylvis,
Quicquid odoratus longe blanditur Hydaspes,

duo per prata mea, cursu ludente, et aspergis annum fluminibus continuis, vide turbam Nympharum, et filias maximas Jovis, dignantes ludere per agros nostros. Precor, nunc venias, et sis propitius: concedas, ut *nunc omnia arbusta pullulent novo fructu, adeo ut Hybla fœcunda æmuletur, et non recuset sua viridaria superari. Id omne, quod Panchaia exhalat in sylvis thureis; id omne, quod odorifer Hydaspes procul suaviter afflat;*

73 *Compellit* Petav. sec.—74 *Quid mea* Put. *meatu* Vat. pr. chart. Heins. Ambr. tert. Cod. Bartholin. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *volatu* tres Vatt. et d. Pal. Var. LL. e marg. Parm.—75 *assiduum* pro *assiduis* Put. *arvum* vel *annum* Vat. quint. Heinsius ascripserat locum Rufi F. Avieni in descript. Orbis vs. 1141. 'Inde Favoni Qua plaga, fœcundos alit almis flatibus agros. Barbara montivagos tellus extendit Erembas.' sic ibi legendum ex v. e. vulgo *almos fluctibus agros.*—77 *Gramina* Jun. pr. Oxon. sec. Leid. a m. pr.—78 *Huc adsis* Theios. *faveasque* vel *foveasque* inc. Heins.—79 *novo* pro *velis* Vat. quint. *velit* Vat. pr. *vel his* conjiciebat Heins. *nunc fertilis* Vat. quint.—80 *Ut videat* pro *Invideat* Petav. pr. *abnuat* Put. Reg. duo Petav. Exc. Petav. quart. *abneget* Florent. Oxon. pr. Voss. pr. duo Jun. *deneget* Vat. quint. *ortus* Oxon. pr.—81 *odoriferis* Pal. Petav. pr. *roriferis* vel *floriferis* vel *turiferis* Voss. sec. *spargit* pro *spirat* Cod. Bartholin. *Panchaica* Vat. pr. et sec. in Vat. tert. hic versus sequenti postponitur.—82 *adoratis* Petav. sec. *large*

NOTÆ

spirans multa ferre facit terram. Est autem ventus mitissimus veris, florumque parens.

74 *Lascivo*] Quo zephyro spirante ipsa videtur natura ludere atque lascivire; unde, ex Alcmæone, Cupido Chloridos et Zephyri filius. Homero Zephyrus et vehemens.

75 *Irroras flatibus*] Zephyrus dicitur roscidus, quia benigno rore, seu humore, terram spargit atque fœcundat.

76 *Tonantis germina*] Nam Pallas, Diana, Venus, et ipsa Proserpina, filiæ erant Jovis maximæ.

79 *Pubescant*] Pullulent, et velut graventur fœtu.

Hybla] Locus amœnissimus Siciliæ, floribus et melle notissimus.

81 *Thuriferis*] Thus dicitur, ἀπὸ τοῦ θύειν, *sacrificare*, quia sacrificiis utile est: sed et scribitur *tus*, et dicitur a tundendo.

Panchaia] Hæc est thurifera regio Sabæorum Soli consecrata, quo redivivus Phœnix nidum defert, Ovidio teste.

82 *Longe blanditur*] Id est, afflat procul odorem, qui delectat sensus, iisque blanditur suaviter.

Hydaspes] Indiæ fluvius aromatis nobilitatus: sese exonerat in Indum flumen.

Quicquid ab extremis ales longæva Sabæis
Colligit, optato repetens exordia busto,
In venas disperge meas, et flamine largo
Rura fove: merear divino pollice carpi,
Et nostris cupiant ornari numina sertis.
Dixerat. Ille novo madidantes nectare pennas
Concutit, et glebas fœcundo rore maritat:

id omne, quod avis annosa carpit a Sabæis remotis, rediens ad vitæ *primordia, rogo grato; sparge in venas meas, et spiritu copioso recrea agros*, ut *merear colligi digitis divinis, et Deæ desiderent decorari floribus nostris.* Henna sic *locuta erat: at ille* Zephyrus *agitat alas sparsas nectare, et replet humum humore fœcundo: et,*

Vat. quint.—83 *ab extremis* Oxon. sec. duo Jun. duo Voss. Var. LL. e marg. Parm. *æternis* Ambr. tert. *hesternis* chartac. Heins. *externis* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. Gryph. Colin. *colonis* pro *Sabæis* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin.—84 *Colligat* Vat. tert. *optato repetens primordia sæclo* Jun. sec. *optati referens ex. sæcli* Vat. pr. Bartholin. *optato repetens ex. sæclo* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Tholos. Jun. pr. Voss. pr. duo Oxon. Exc. Petav. quart. *optati* ed. Vicet. *optato sæclo* duo Vatt. Pal. Bonon. *fato* Vat. sec. *partu* Vat. d. Florent. m. pr. Petav. pr. *seclo* vel *fato* Voss. sec. *optati sæcli* vel *exacto seclo* vel *cælo* Reg.—85 *experge* Petav. pr. *effunde* Vat. quint. Jun. pr. *flumine* Vat. d. Pal. Med. pr. Put. tres Petav. Reg. m. sec. Bonon. Tholos. Moret. pr. m. pr. Jun. pr. *nectare sacro* Voss. sec. *flamine* vel *flumine* Vat. quart. *nectare* vel *flumine* Oxon. sec. *sacro* Vat. sec.—86 *et merear* Vat. pr. *ut merear* duo Vatt. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *merear*, sine conjunctione, Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Voss. pr. duo Jun. duo Oxon. tres Petav.—87 *foveant* pro *cupiant* Petav. pr.—88 *madefactas* duo Vatt. Reg. Oxon. pr. *pectore* pro

NOTÆ

83 *Ales longæva*] Phœnix, qui vivere dicitur sexcentos et sexaginta annos: nascitur apud Arabes, aquilæ magnitudine, pulchro capite, plumis in conum extantibus, cristatis faucibus, collo aureo, cetera purpureus, absque cauda. Roseis pennis cœruleus inscribitur nitor. Ceterum vide Idyllia de Phœnice.

Sabæis] Populi sunt Arabiæ, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, *venerari*, quia thura suppeditant, quibus Deum veneramur.

84 *Colligit*] Cinnama, costum, et alia odoramenta, quæ concussu alarum incendit, bustumque suum sic excitat, ex cujus cineribus nascitur vermiculus, mox Phœnix futurus.

85 *Venas*] Ut in nostris corporibus venæ sunt et arteriæ; quarum hæ sunt spiritus, et purioris sanguinis, illæ crassioris receptacula; ita et in terra sunt quidam meatus, per quos aut aqua, aut spiritus rebus gignendis aptus currit.

Flamine largo] Flatu fœcundo et vitali.

88 *Madidantes pennas*] Ventis tribuuntur alæ; sed Zephyro dantur alæ nectare madentes; unde intelligitur arcana vis ubertatis, seu genitalis humor, quem satis et arboribus infundit.

89 *Maritat*] Glebas maritat fœcundo rore, id est, humore fœcundo re-

Quaque volat, vernus sequitur rubor. Omnis in herbas
Turget humus, medioque patent convexa sereno:
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Induit, et dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis
Regales vinctura sinus? Quæ vellera tantum
Ditibus Assyrii spumis fucantur aheni?
Non tales volucer pandit Junonius alas:

quacumque spirat, rubor veris succedit: terra omnis turgescit ad herbas producendas, et cœlum apertum est in media serenitate: vestit rosas fulgore rubro, vaccinia nigro, et depingit violas leni purpura. Quæ zonæ Babylonicæ, ligaturæ vestes regias, distinguuntur tot gemmis? Quæ lana adeo rubescit pretioso cruore muricis ebulliente *in aheno Tyrio? Avis Junonis non ostendit pennas tales:*

nectare Vat. pr.—90 *sequitur vernus* Voss. pr. *veris* Jun. sec. *vernus* vel *varius* Reg. duo Oxon. *rubor* quatuor Vatt. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Bonon. Tholos. Oxon. pr. duo Voss. duo Jun. tres Petav. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. *color* Vat. pr. Cod. Bartholin. Exc. Schotti, in quibus ascriptum, an *calor?* *rubor* vel *color* Reg. Oxon. sec.—91 *madidoque* pro *medioque* Put. *connexa* pro *convexa* Vat. quint. Pal. NB. hic multa desunt in Vat. tert. usque ad vs. 148.—92 *Sanguineo splendore rosas* vid. Auson. Cupid. Cruci fixo. *Sanguineas* inc. Heins.—93 *Induit* duo Vatt. Cod. Bartholin. Ambr. tert. Ald. ed. Parm. et Vicet. *Imbuit* tres Vatt. et d. Pal. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Var. LL. e marg. Parm. *phialas* Jun. sec. *tingit* Jun. pr.—94 *Partica nec* Jun. sec. *non tantis* Vat. quint. chartac. Heins. Voss. pr. qui et *venerantur* pro *variantur* exhibet.—95 *victura* Vat. quart. *junctura* Vat. quint. *vinctura* Florent. Put. Reg. Voss. pr. Tholos. Moret. pr. Var. LL. e marg. Parm.—96 *fulcantur* Ambr. tert. *fuscantur* tres Vatt. et d. Pal. Voss. pr. Cod. Bartholin. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. et aliæ. in Voss. ascriptum, malim *fucantur*. *colorantur* vid. Gloss. *variantur* Exc. Petav. quart. *Assyriis aënis* Vat. quint. Petav. tert.—97 *Non tales alas pandit Junonius ales*

NOTÆ

plet, easque aptas facit ad procreandum, quasi maritum nactæ essent.

91 *Medioque patent convexa sereno*] Cum proximæ regiones nubibus prægraventur, sola Henna fruitur cœlo sereno: seu, cum undique circum loca nubila sint, medium cœli spatium, quod campis Hennensibus imminet, solum serenum est.

92 *Sanguineo*] Alludit ad cruorem Veneris, quo tincta est rosa.

93 *Induit*] Nonnulli legunt, *imbuit*, id est, inficit et notat.

Dulci] Sic Virgilius: 'Suave rubens Hyacinthus.'

Ferrugine] Id est, purpura nigriore, seu colore cœruleo.

94 *Parthica cingula*] Zonæ Babylonicæ, seu Regum Parthorum, gemmis illustratæ, non sic radiant, ut terra floribus distincta.

96 *Assyrii aheni*] Id est, aheni Tyrii in Phœnicia, quæ vicina est Assyriæ; Tyros autem et Sidon urbes purpura celebratissimæ: vel intellige simpliciter Assyriam Asiæ regionem.

Spumis] Cruore muricis ebulliente et fumante.

Fucantur] Tinguntur atque rubescunt.

97 *Volucer Junonius*] Est pavo, cujus cauda oculata, gemmis stellanti-

Nec sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems, cum tramite flexo
Semita discretis interviret humida nimbis.
Forma loci superat flores: curvata tumore
Parvo planities, et mollibus edita clivis
Creverat in collem: vivo de pumice fontes
Roscida mobilibus lambebant gramina rivis.
Sylvaque torrentes ramorum frigore soles
Temperat, et medio brumam sibi vindicat æstu.
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus,

neque hyems imminens ita cingitur arcu, mutante colores infinitos, cum linea curva, via inter alios colores *viret, nubibus sectis. Situs campi præstantior est floribus: planities cubans tumore exiguo, et educta clivis lenibus assurrexerat in collem: fontes ex rupe naturali manantes spargebant herbas humidas aquis fluentibus, et sylva umbra frondium mitigat calores ardentes, et tribuit sibi hyemis algorem, et frigus in media æstate. Abies commoda mari, cornus utilis bello, quer-*

Vat. sec. Voss. sec. *pandit volucer* Voss. pr. qui et *ales* pro *alas* habet. *volucrum* Petav. sec. *volucris* Florent. Jun. pr. *volucer* Med. pr. Bonon. Tholos. Moret. pr. *volucris Junonia pennas* Vat. pr. Cod. Bartholin. *volucer Junonius alas* Put. Reg. Florent. duo Med. tres Petav. Heins. H. et inc. ejusd. Bonon. Exc. Petav. quart.—98 *Non sic* Vat. d. Pal. duo Med. Put. Reg. duo Petav. duo Heins. Tholos. Oxon. pr. duo Voss. duo Jun. Exc. Petav. quart. *variante* Voss. sec. *monstrante* Exc. Petav. quart. *mutante* vel *variante* Vat. sec.—99 *tramite facto* Vat. sec. *facto* vel *flexo* Vat. sec.—100 *disjunctis* Jun. sec. *diversis* Voss. pr. *intermicat* Voss. pr. *internitet* inc. Heins. ed. Parm.—101 *Flores forma loci superat* Jun. sec. *tumore* Vat. pr. *timore* Vat. sec.—102 *Prono* pro *Parvo* Jun. sec. *Plano* Ambr. tert. *in mollibus edita rivis* Jun. pr. Vat. quint. *addita clivis* Ambr. tert.—103 *in colles* Voss. pr. *vivo de pumice* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Ambr. tert. duo Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *visus* ed. Parm. *niveo* chartac. Heins. Ald. et ed. Vicet.—104 *laniabant* pro *lambebant* Jun. pr.—105 *ramorum torrentes* Jun. sec. *tollentes* Put. *torpentes* duo Vatt. Voss. sec.—106 *Vendicat et medio br. sibi temperat æstu* inc. H. *modico* Vat. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. chart. Heins. Cod. Bartholin. Ald. ed. Parm. et Vicet. *medio* Put. Reg. Petav. pr. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *in medio* Petav. pr. *vendicat* Moret. pr.—107 *Apta* vel *Acta* Voss.

NOTÆ

bus coruscans. Ovidius dixit, 'Volucris Junonia.'

100 *Interviret*] Atqui in arcu cœlesti apparet color, et flammeus, et luteus, et cœruleus, et mille alii, sed viridis magis eminet.

101 *Forma loci*] Etsi flores sunt amœni atque jucundi, situs tamen ipsius campi Hennensis quiddam habet amœnius atque jucundius.

103 *Vivo*] Id est, naturali. Virgilius: 'Vivoque sedilia saxo.'

107 *Apta fretis*] Abies utilis est ad malos navium: cornus ad jacula et arcus.

Quercus amica Jovi, tumulos tectura cupressus,
Ilex plena favis, venturi præscia laurus:
Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus,
Hic hederæ serpunt, hic pampinus induit ulmos.
Haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
Panditur, et nemorum frondoso margine cinctus
Vicinis pallescit aquis: admittit in altum
Cernentes oculos, et late pervius humor
Ducit inoffensos liquido sub gurgite visus,

cus grata Jovi, cupressus umbratura sepulcra, ilex repleta melle, laurus præsagiens futura: buxus hic agitatur densata spisso vertice: hic hederæ errant: hic vitis vestit ulmos. Non longe ab hoc loco lacus (Siculi vocant Pergum) porrigitur, et circumdatus ambitu viridantium sylvarum, pallet ob aquas propinquas: recipit oculos videntum usque ad fundum, et aqua undique penetrabilis admittit oculos fa-

sec. *abies* Oxon. pr. cum Glossa. sic Virg. II. Georgicon 68. 'casus abies visura marinos.' *pinus* pro *cornus* Moret. pr.—108 *amata Jovi* Oxon. sec.—109 *plana* Jun. pr. *venturi præscia laurus.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Moret. pr. Ald.—110 *Æstuat* Reg. *Fluctuat:* Cod. Bartholin. *Æstuat* vel *Fluctuat* Oxon. pr. *hinc* chartae. Heins. *hic* Florent. Petav. pr. Ambr. tert. *in denso* duo Vatt. Pal. duo Med. Reg. Put. duo Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. Exe. Petav. quart. *curvata* pro *crispata* Vat. sec. *cacumina* Oxon. pr.—111 *ulmus* pro *ulmos* Moret. pr.—112 *Pargum* Voss. pr. *Persum* Petav. sec. *Pergam* Jun. sec. *coloni* Pal. duo Med. Heins. H. *priores* vel *Sicani* Moret. pr. In Schedis Heinsii seqq. notata erant: 'Jul. Firmicus Maternus de errore Profan. Religionum, *Percum* hunc lacum vocat, nisi corruptus ille, et *Pergus* ibi legendus. p. 25. Ed. Wouwer. qui ibidem lacum hunc elegantissime describit.' NB. Hic multa desunt in Petav. sec. usque ad vs. 185.—114 *clarescit* pro *pallescit* Vat. quint.—115 *pervius humos* inc. Heins.—116 *gurgite* ed. Vi-

NOTÆ

108 *Quercus amica Jovi*] Nam parienti Jovem Rhea latebras dedit in Arcadia, inde in tutela Jovis ac Junonis.

Tumulos tectura cupressus] Tectura tumulos nobilium. Diti sacra est, quia semel excisa non repullulat: in foribus posita indicat funus. Lucanus: 'Et non plebeios luctus testata cupressus.'

109 *Ilex plena favis*] Quod argumentum est soli optimi. Virgilius de seculo aureo: 'Et duræ quercus sudabunt roscida mella.'

Venturi præscia laurus] Coronat vaticinantes, eosque in prædicendo ita juvat, ut futura præscire ac præmonere videatur.

110 *Crispata*] Spirante vento vibrata atque impulsa.

111 *Pampinus*] Vitis, pars pro toto: vitis vestit ac cingit pampinis ulmos, quibus adjungi gaudet.

112 *Pergum*] Ovidius vocat, *Pergusam*.

113 *Frondoso margine*] Id est, circumdatus atque prætextus ripis, in quibus surgunt arbores frondentes.

114 *Pallescit*] Lacus habet aquas pallentes propter aquas vicinæ paludis.

116 *Inoffensos visus*] Id est, oculos

Imaque perspicui prodit secreta profundi.
Huc elapsa cohors gaudent per florea rura.
Hortatur Cytherea, legant: Nunc ite, sorores,
Dum matutinis præsudat solibus aër,
Dum meus humectat flaventes Lucifer agros,
Roranti prævectus equo. Sic fata, doloris

ciles sub sinu puro, et aperit arcana intima claræ altitudinis. Cœtus virginum *elapsus* in *hunc* locum *lætatur per agros florentes. Venus* sic *exhortatur* eas, *ut decerpant* flores: *Nunc, o sorores, ite, dum aër irroratur, oriente Sole, dum Lucifer meus vectus equo rorem ferente madefacit campos flaventes. Ita locuta colligit*

cet. *flumine* duo Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Petav. pr. Bonon. Tholos. Moret. pr. Jun. pr. duo Oxon. duo Voss. Exc. Petav. quart. *fulmine* Petav. tert.—117 *Imaque* Exc. Læti. *Jam quoque* Florent. chartac. Heins. ed. Vicet. *prospicui* Vat. quint. *pspicui* chart. Heins. *pandit* Vat. pr. Jun. pr. *perdit* Ambr. tert.—118 *delapsa* Vat. sec. Voss. sec. *gaudet* Vat. sec. inc. Heins. Cod. Bartholin. Var. LL. e marg. Parm. *gaudent* Heins. H. sic infra vs. 124. *invasere cohors. florida* pro *florea* Jun. sec. deerat porro hic versus in Vat. pr. quint. et d. item Pal. Florent. duob. Med. Heins. membr. Put. Bonon. Tholos. Jun. pr. Moret. et Oxon. pr. ut et Exc. Petav. quart.—119 *Hortantur* Ambr. tert.—120 *matutinus* Petav. pr. *persudat* Vat. quint. Pal. Voss. pr. Tholos. *desudat* Petav. tert. *æther* Voss. pr.—121 *florentes* Moret. pr. Jun. sec. *lucentes* Vat. quint.—122 *provectus* Vat. pr. et d. *præventus* Put. *prævectus* Cod. Bartholin. cum viginti Codd. et Var. LL. e marg. Parm. *facta* pro *fata* Put. *doloris* Florent. inc. Heins. Ambr. tert. Tholos. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *cruoris* Vat. d. Med. pr. Oxon. pr. *coloris* Reg. m. sec. Oxon. sec. *doloris* vel *cruoris* Vat. quint.—

NOTÆ

faciles, quos nihil offendit aut remoratur.

118 *Elapsa*] Cohors in hunc elapsa locum, velut aves ex custodia, gaudet gestitque flores carpere.

119 *Cytherea*] Alibi de hac voce sæpius.

120 *Præsudat*] Dum ex aëre, oriente sole, ros veluti sudor fluit, et solem orientem præcedit.

121 *Meus Lucifer*] Lucifer enim stella matutina est stella Veneris. Virgilius: 'Quam Venus ante alios astrorum diligit ignes.'

Flaventes] Tum hyems erat; sed in campo Ennensi, qui nescit hyemem, flaventes erant agri propter flores.

122 *Roranti equo*] Fabula Soli quadrigas; Lunæ bigas; Auroræ, Luciferoque singulos tribuit equos. Equo autem roranti, id est, rore madenti, quia ejus exortu ros cadit.

Doloris signa] Florem Adonin: nam Adonin, vel Adonidem ab apro, vel a Marte rivali, sub apri specie, extinctum Venus deflevit, et in sui nominis florem purpureum mutavit. Vel intelligendæ sunt rosæ, quæ cum antea essent albæ, sanguine Veneris tinctæ sunt, cum illa ad opem Adonidi ferendam sine sandaliis accurreret, et rosæ vepribus pedem offendisset. Angelus Politianus apud Aphthonium id eleganter expressit. Ex aliorum opinione, in convivio Deorum, dum saltaret Cupido, ex incursu poculum nectaris evertit, eoque sparso in terram, rosam purpuream produxit. Ro-

Carpit signa sui. Varios tum cetera saltus
Invasere cohors. Credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum, cum cerea reges
Castra movent, fagique cava demissus ab alvo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.
Pratorum spoliatur honos. Hæc lilia fuscis
Intexit violis: hanc mollis amaracus ornat.
Hæc graditur stellata rosis; hæc alba ligustris.
Te quoque flebilibus mœrens, Hyacinthe, figuris

rosas, quæ sunt *indicia doloris sui: tum turba reliqua occupavit sylvas diversas; putes agmina* apum *dispergi collectura thymum Hyblæ, cum reges educunt cohortes* opifices *ceræ, et turba mellifera egressa ex ventre cavo fagi, bombilat* circum *flores electos.* Flores *ornamentum pratorum diripiuntur: una consuit lilia* cum *violis subnigris; amaracus lenis coronat alteram: alia incedit fulgens rosis, alia candida ligustris. Te etiam,* o *Hyacinthe dolens figuris tristibus, et Narcissum colligunt: nunc flo-*

123 *vanos* pro *varios* Exc. Petav. quart. *tunc cætera* Florent. et quindecim alii, Ald. et ed. Vicet.—124 *predas* pro *credas* Put.—125 *ruptura* Voss. pr. *et cetera* Exc. Petav. quart. *cui cerea* Pal. *cetera* Put.—126 *cavo* edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrh. Colin. *juba* pro *cava* Put. *dimissus* Vat. d. Pal. duo Med. Reg. Put. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. duo Oxon. Exc. Petav. quart.—127 *e lectis* Jun. pr. *ereptis* Exc. Petav. quart. *erectis... alis* Var. LL. e marg. Parm. *astrepit* Reg. Tholos. Oxon. pr. *alis* inc. Heins.—128 *talia* pro *lilia* inc. Heins. *fusis* Ambr. tert. *fulvis* Petav. tert.—129 *flos* pro *mollis* Vat. quint. *aramacus* Oxon. pr. *ornet* Reg.—130 *Huc grad. st. r. huc*

NOTÆ

sam ex Mahometis sudore natam Turcæ credunt.

124 *Invasere cohors*] Cohors gaudent, invadunt: familiare est Poëtis ita loqui, cum nomen in singulari numero multa significat.

125 *Cerea castra*] Alludit ad apum naturam, quæ cum ad opus exeunt, exercitum repræsentare videntur.

Reges] Rex apum, magnitudine ac nitore major, medio ac tuto loco sedet, coliturque immunis ab onere, exactor alienorum onerum, sed solus absque aculeo: hoc amisso dilabitur examen.

127 *Electis herbis*] Floribus, ut rosis, violis, liliis, thymo, et aliis.

128 *Pratorum honos*] Flores, qui conferunt ad ornamentum seu honorem pratorum.

130 *Stellata rosis*] Ornata rosis velut totidem stellis: rosæ quippe et flores dicuntur hortorum sidera, seu terrestria sidera.

Ligustris] Ligustrum est arbor, oleæ folio, flore candido et odorato.

131 *Hyacinthe*] Hyacinthus Amyclæ filius, amatus ab Apolline, et ab eo per errorem disci jactu occisus, et in florem sui nominis mutatus.

Flebilibus figuris] Nam notas habet in foliis *ai ai*, quæ sunt dolentis. Ovidius: 'Ipse suos gemitus foliis inscribit, et *ai ai* Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.'

Narcissumque metunt, nunc inclyta germina veris,
Præstantes olim pueros: tu natus Amyclis;
Hunc Helicon genuit: te disci perculit error;
Hunc fontis decepit amor: te fronte retusa
Delius, hunc fracta Cephisus arundine luget.
Æstuat ante alias avido fervore legendi
Frugiferæ spes una Deæ: nunc vimine texto

res claros veris, quondam pueros excellentes: tu, o Hyacinthe, *ortus es Amyclis; Helicon produxit hunc* Narcissum: *te discus errans occidit: amor fontis fefellit hunc: te Apollo vultu tristi, Cephisus deflet hunc ruptis arundinibus.* Proserpina, *spes unica Divæ frugiferæ, ardet præter reliquas magno desiderio colligendi flores;*

Pal. *vellata* Ambr. tert. *vallata* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ald.—132 *metunt* Vat. sec. *legunt* Vat. pr. et quint. Voss. pr. Jun. sec. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *tunc* Exc. Læti, Ald. *nunc* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Petav. pr. Tholos. Voss. sec. Ambr. tert. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *germina* Put. Moret. pr. Bonon. *gramina* tres Vatt. et d. Pal. duo Jun. chartac. Heins. duo Oxon. duo Voss.—134 *disci te* Vat. quint. et d. duo Med. duo Heins. Reg. Tholos. Jun. et Oxon. pr. duo Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pertulit* Vat. pr. *perdidit* Ambr. tert. *perculit* vel *perdidit* Vat. sec. Pal. Voss. sec. *horror* Vat. pr. *error* vel *horror* Vat. d.—135 *de fronte* Pal. *fronde* Put. *retusa* Vat. sec. Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Vicet. *recusa* Put. *recisa* Vat. d. Reg. m. sec. Bonon. Jun. sec. *recussa* Vat. pr. et quint. Pal. Florent. duo Med. duo Heins. Jun. pr. Petav. tert. duo Oxon. Var. LL. e marg. Parm. *reclusa* Petav. pr. m. pr. *remissa* Tholos. *retusa* vel *repulsa* Moret. pr. *retusa* vel *recussa* Voss. sec. vid. Lib. II. in Eutrop. vs. 47.—136 *Cephisos* Cod. Bartholin. *Cephisus* Jun. sec. chartac. Heins. *Cephesus* Jun. pr. Vat. sec. *Cepheus* Voss. pr.—137 *avido* Med. quart. *studio* vel *acido* Med. pr.—138 *textos* tres Vatt. Voss. pr. Cod. Bartholin. *texto* Vat. quart. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. Petav. tert. Exc. Petav. quart. Var. LL. e

NOTÆ

132 *Narcissum*] Hic fuit filius Cephisi fluvii et Lyriopes nymphæ, puer pulcherrimus.

133 *Amyclis*] Amyclæ urbs in Laconia Græciæ regione.

134 *Helicon*] Mons altissimus Bœotiæ, sacer Musis.

135 *Fontis amor*] Narcissus cum venatione et æstu languidus ad fontem proximum decubuisset, imaginem suam conspicatus, in proprios amores exarsit, nimioque sui desiderio contabuit; at Deorum commiseratione in florem sui nominis mutatus est: idque accidisse dixerunt, quod nympham Echo contemsisset.

136 *Delius*] Sic Apollo dictus est a Delo insula maris Ægæi; vel a Delo monte Bœotiæ, qui natales Apollinis et Dianæ sibi vendicat.

Cephisus] Est fluvius Bœotiæ, pater Narcissi, Delphos præterlabens.

Arundine] Hac coronantur fluvii.

138 *Frugiferæ Deæ*] Cereris, quæ ex Ovidio 'Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris.'

Vimine] Quicumque vitilis frutex appellatur vimen, a vinciendo.

Ridentes calathos spoliis agrestibus implet:
Nunc sociat flores, seseque ignara coronat,
Augurium fatale tori. Quin ipsa tubarum
Armorumque potens, dextram, qua fortia turbat
Agmina, qua stabiles portas et mœnia vellit,
Jam levibus laxat studiis, hastamque reponit,
Insolitisque docet galeam mitescere sertis.
Ferratus lascivit apex, horrorque recessit
Martius, et cristæ pacato fulgure vernant.
Nec, quæ Parthenium canibus scrutatur odorem,

nunc replet blandos calathos factos ex *vimine intexto, exuviis campestribus; nunc connectit flores, et coronat sese inscia* futuri, *signum fatale nuptiarum. Quin etiam* Pallas *ipsa præsidens tubis et armis, jam relaxat curis lenibus manum, qua terret fortes exercitus, qua avellit portas firmas et muros; et ipsa deponit cuspidem, ac docet galeam molliri floribus insuetis. Vertex ferreus* capitis *luxuriat, et ira bellica recedit, ac jubæ ardore remisso florent. Et* Diana, *quæ indagat canibus*

marg. Parm. *texto* vel *textos* Voss. sec.—139 *foliis* Vat. pr. Cod. Bartholin. *spoliis* Florent. et novemdecim scripti, Var. LL. et marg. Parm.—140 *coronans* Bonon.—141 *quippe ipsa* Vat. pr. Cod. Bartholin. *quin ipsa* Florent. et plurimi alii, Ald. Var. LL. e marg. Parm. *jubarum* Florent.—142 *quæ fortia* Pal. uti et vs. seq.—143 *stabiles...qua mœnia* Petav. tert. *tollit* Vat. sec. *tollit* vel *vellit* Voss. sec.—144 *lassat* Vat. sec. Tholos. Moret. pr. inc. Heins. Jun. pr. Voss. sec. *laxat* vel *lassat* Vat. quart. Stat. I. Achilleid. 327. 'Submittitque graves humeros et fortia *laxat* Brachia.' *Aptat jam levibus studiis* Jun. sec. —145 *Et docet insolitis* Vat. d. Cod. Bartholin. *Insolitis galeamque docet* Vat. quart. *Insuetisque docet* tres Vatt. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart.—147 *pacato* Florent. et septemdecim alii, Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *placato* Vat. pr. Cod. Bartholin. *paratæ* Voss. pr.—148 *Nec quæ*

NOTÆ

139 *Ridentes*] Blandos et aspectu jucundos; nam quæ delectant, ridere dicuntur. Horatius: 'Mihi præter omnes....Angulus ridet.' Id est, ille angulus gratus et jucundus est.

Spoliis agrestibus] Flores sunt spolia agrestia, dum his spoliatur ager.

141 *Augurium fatale*] Proserpina se coronat, ignara coronam illam esse velut præsagium, se mox in matrimonium rapiendam esse: mos erat novas nuptas floribus coronari.

Quin ipsa] Pallas scilicet, severa alioqui Dea, animum relaxat in floribus colligendis.

145 *Galeam mitescere*] Galea ornata est floribus tam suavibus, ut ipsa edocta videatur esse mitior.

146 *Ferratus lascivit apex*] Flores in vertica galeæ, vento agitatæ blandius moventur, sicque ludere atque lascivire videntur.

Horror Martius] Formidolosus aspectus Palladis recessit.

147 *Vernant*] Cristæ seu jubæ ornantur vernis floribus, nec emittunt micantia fulmina, ut solebant. In bello nempe cristæ Herois furentis ardescere videntur, in pace mitescere.

Aspernata choros, libertatemque comarum
Injecta tantum voluit frænare corona.
Talia virgineo passim dum more geruntur,
Ecce repens mugire fragor, confligere turres,
Pronaque vibratis radicibus oppida verti.
Causa latet. Dubios agnovit sola tumultus
Diva Paphi, mixtoque metu perterrita gaudet.
Jamque per anfractus animarum rector opacos

odorem Parthenii montis, *non contemnit cœtus virginum, et voluit solum cohibere imposito serto crines libere fluentes. Dum hæc fiunt studio puellari, en murmur subitum* cœpit *resonare, turres concurrere, et urbes vacillantes everti fundamentis concussis. Ratio* turbamenti *incognita* est: *una Paphi Dea* Venus *cognovit motus* terræ *ignotos* aliis, *et percussa formidine mixta lætatur. Et jam Pluto*

Vat. sec. m. sec. Exc. Læti. *Hæc quod* Put. *Hæc quoque* ed. Vicet. *Hæc quæ* Vat. pr. et quint. Florent. duo Med. totidem Heins. et Petav. Moret. pr. Voss. sec. Exc. Petav. quart. ed. Parm. *Hæc* vel *Nec* duo Vatt. *circumdat* pro *scrutatur* Tholos. *odoris* Vat. pr. Cod. Bartholin. Petav. tert. *odores* Vat. quint. *odorem* Florent. cum quindecim scriptis et Exc. Petav. quart. *Parthenium odorem* vel *Parthenios odores* Reg. *Parthenios honores* m. pr. et *odores* m. sec. Vat. quint.—149 *thoros* Florent. Moret. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. et Vicet. *cohors* Jun. pr. *toros* duo Vatt. *choros* vel *thorum* Vat. sec. Cod. Bartholin. *choros* vel *thoros* chartac. Heins. Petav. pr. Voss. sec.—150 *Innexa* Tholos. *Inserta* Vat. quint. *Illecta* Vat. tert. Pal. duo Med. Heins. H. Oxon. sec. Petav. tert. *Illecta* vel *Injecta* Petav. pr. *voluit tantum* tres Vatt. et d. item Pal. *voluit tandem* Vat. pr. Cod. Bartholin. *tm* inc. Heins. duo Jun. Petav. tert. *tantum voluit* Florent. duo Med. Heins. H. Reg. Petav. pr. Moret. pr. Bonon. Tholos. duo Oxon. Exc. Petav. quart. *frenare* vel *curvare* Voss. sec.—152 *repens* Put. et Exc. Læti. *recens* chartac. Heins. Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *configere* chartac. Heins. *confringere* Florent. *considere* vel *confligere* Voss. sec.—153 *Pronaque* vel *Ipsaque* Oxon. sec. *verticibus vibratis* Florent. *velli* pro *verti* Vat. d.—154 *dubiosque* Tholos. *agnoscit* Var. d. Exc. Petav. quart.—156 *animorum rec-*

NOTÆ

148 *Parthenium*] Parthenius est mons Arcadiæ, gratus Dianæ venatrici.

Odorem] Id est, montem indagat odoratum, seu Parthenium odorem; id est, indagat canibus odorem ferarum Parthenii montis. Alii legunt, *canibus odoris*, hoc est, sagacibus; ut apud Virgilium: 'Et odora canum vis.'

152 *Fragor*] Est subitus et vehemens sonus.

154 *Agnovit sola*] Nam a Jove didicerat.

155 *Diva Paphi*] Paphos est urbs Cypri gratissima Veneri.

Mixtoque metu] Venus metu simul et gaudio affecta est: gaudet suum propagari imperium rapta Proserpina; et Plutonis adventum non potest sine metu expectare.

156 *Anfractus*] Flexus atque recessus obscuros cavernarum curvis meatibus in sese recurrentes.

Sub terris quærebat iter, gravibusque gementem
Enceladum calcabat equis: immania findunt
Membra rotæ, pressaque gigas cervice laborat
Sicaniam cum Dite ferens, tentatque moveri
Debilis, et fessis serpentibus impedit axem:
Fumida sulfureo prælabitur orbita dorso.
Ac velut occultus securum prodit in hostem
Miles, et effossi subter fundamina campi
Transilit elusos arcano limite muros,
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,

Princeps umbrarum quærebat viam sub terris per flexus obscuros, et equis magnis proterebat Enceladum laborantem: rotæ scindunt enormes artus, et gigas gemit oppresso collo, portans Siciliam cum Plutone, atque imbecillus conatur se *movere, et anguibus debilitatis impedit currum:* vestigium *rotæ fumantis imprimitur tergo sulfureo. Et quemadmodum miles abditus irruit in hostem incautum, et subter fundamenta agri cavati irrumpit mœnia decepta cuniculo secreto, et exercitus*

tor Put.—157 *sub terras* Exc. Petav. quart. *trementem* Jun. sec. Petav. pr.—158 *calcavit* Vat. pr. *findunt* Petav. tert. Exc. Petav. quart. *fundunt* Vat. d. Pal. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. pr. Bonon. m. pr. Tholos. Voss. pr. Oxon. sec. *fundunt* vel *figunt* Vat. pr. Voss. sec.—159 *pressaque gravi* Vat. pr. chartac. Heins. ed. Vicet. *gigas* Vat. tert. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—161 *axes* Pal. duo Med. Heins. H.—162 *Humida* Vat. tert. *furfureo* Med. quart. *perlabitur* Moret. pr. *prælabitur* duo Med. Reg. Jun. et Oxon. pr. duo Heins. duo Petav. Tholos. Exc. Schott. *delabitur* Vat. sec. Pal. Florent. Put. Bonon. Jun. sec. Oxon. sec. m. sec. *prolabitur* Vat. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *delabitur* vel *prælabitur* Voss. sec.—163 *At* Vat. sec. *Et* Vat. tert. *At* vel *Et* Voss. sec. *occultum securus pergit* Pal. duo Med. Heins. H. Petav. pr. *sævum dum pergit* Vat. quint. *securus* Vat. d. *se curru spargit* Voss. pr. unde *occulto cursu* conjiciebat Heins. *prodit* Vat. pr. Cod. Bartholin. *pergit* Florent. et octodecim Codd. Exc. Petav. quart.—164 *offensi* pro *effossi* Petav. tert. *subeunt* pro *subter* inc. Heins.—165 *inscisos* Jun. pr. *inclusos* omnes Vatt. Pal. Jun. sec. Voss. sec. duo Oxon. chartac. Heins. Cod. Bartholin. *illusos* legebat Heinsius. *limite* duo Vatt. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. Petav. tert. Bonon. Tholos. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *milite* Vat. pr. et sec. Petav. pr.

NOTÆ

157 *Gravibus equis*] Ingentibus, atque pondere magno prementibus.

158 *Enceladum*] Qui sub Ætna urgetur, ut diximus supra.

161 *Debilis*] Impar tanto labori ferendo.

Fessis serpentibus] Exhaustis viribus serpentum, quos pro pedibus habere finguntur gigantes.

165 *Arcano limite*] Id est, secreta via per cuniculum, quam expugnandæ urbis viam ab animali cuniculo didicere milites. Martialis: 'Gaudet in effossis habitare cuniculus antris: Monstravit tacitas hostibus ille vias.'

Terrigenas imitata viros: sic tertius hæres
Saturni latebrosa vagis rimatur habenis
Devia, fraternum cupiens exire sub orbem.
Janua nulla patet: prohibebant undique rupes
Oppositæ, duraque Deum compage tenebant.
Non tulit ille moras, indignatusque trabali
Saxa ferit sceptro. Siculæ tonuere cavernæ:
Turbatur Lipare: stupuit fornace relicta

triumphator imitans homines gigantes, assilit in turres delusas; ita Pluto *filius tertius Saturni scrutatur antra tenebrosa habenis errantibus, optans egredi in regnum fratris. Aditus nullus datur: saxa objecta impediebant undequaque, et retinebant Deum obstaculo acerbo. Ille* Pluto *non passus est obstacula, iratusque rumpit rupes sceptro ingenti: antra Siciliæ sonuere: Lipare terretur: Vulcanus*

Jun. sec. Ambr. tert. *milite* vel *limite* Oxon. sec.—167 *Terrigenos* Oxon. pr. *Turrigenas* Voss. pr.—168 *tenebrosa* Med. quart. m. pr. Exc. Petav. quart. *latebrosa* Florent. Med. pr. et quart. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Vat. Livin. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Var. LL. e marg. Parm. Sil. Ital. Lib. I. 366. simili comparatione: 'Subducto Pœni vallo, cæcaque latebra, Pandunt prolapsam suffossis mœnibus urbem.' *scrutatur* pro *rimatur* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. Vat. Livin.—169 *per orbem* duo Vatt. Florent. Tholos. duo Voss. *per* vel *sub orbem* Oxon. sec.—171 *duraque* Cod. Bartholin. *sideraque* Bonon. *Siculaque* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Tholos. duo Oxon. totidem Jun. et Voss. Exc. Petav. quart. *solitaque* Isingr. *solidaque* leg. Heins.—172 *minas* Vat. sec. *minas* vel *moras* Voss. sec. *teneri* Vat. quint. *teneri* vel *trabali* Voss. sec.—173 *cæstu* Petav. tert. *sceptro* vel *virga* Voss. sec. *tonuere* Vat. sec. Put. Petav. tert. et pr. m. sec. Voss. et Oxon. sec. Var. LL. e marg. Parm. *sonuere* Vat. pr. et quint. et d. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *tremuere* Vat. tert. Pal. Florent. duo Med. Bonon. Jun. pr. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. *sonuere* vel *tonuere* inc. Heins.—174 *Lipare* Vat. sec. Florent. inc. Heins. Put. Petav. pr. m. sec. Ambr. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Liparis* duo Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. duo Oxon. Jun. sec. *Lypare* vel

NOTÆ

167 *Terrigenas*] Hos ex draconis a Cadmo occisi dentibus natos dixerunt. Ceterum hi arma tumultuaria in Cadmum tanta velocitate sumserunt, ut ex terra subito orti esse viderentur; inde Terrigenæ dicti. Huc accedit quod illi in expugnandis urbibus primi cuniculis usi sunt, et ideo ex terra armati nati esse dicuntur, quod hoc habitu ex sinu terræ novo et inaudito strategemate prodiissent.

Hæres] Pluto, tertius Saturni filius atque hæres, Tartarum sortitus est.

168 *Vagis habenis*] Equis huc illuc errantibus.

Latebrosa...devia] Antra obscura et variis flexibus plena explorat, ut inveniat aditum.

169 *Fraternum orbem*] Sub auras, ubi Jupiter Plutonis frater habet imperium.

172 *Non tulit moras*] Non tulit obstacula cursum suum remorantia.

Trabali sceptro] Vasto et ingenti, instar trabis.

174 *Lipare*] Insularum Æoliarum

Mulciber, et trepidus dejecit fulmina Cyclops.
Audiit, et si quem glacies Alpina coërcet,
Et qui te, Latiis nondum præcincte tropæis
Tybri, natet, missamque Pado qui remigat alnum.
Sic, cum Thessaliam scopulis inclusa teneret
Peneo stagnante palus, et mersa negarent
Arva coli, trifida Neptunus cuspide montes
Impulit adversos: tum forti saucius ictu

obstupefactus est, camino deserto; et Cyclops timidus reliquit fulmina. *Audiit et* ille, *si quem gelu Alpium retinet inclusum, et qui te permeat,* o *Tiberis, nondum ornate triumphis Italis, et qui remis agit cymbam immissam* in *Eridanum. Ita, cum aqua cincta saxis, Peneo exundante, tegeret Thessaliam, et agri immersi non possent arari, Neptunus percutit hasta tricuspide rupes oppositas: tum cacu-*

Lyparis Voss. sec.—175 *Mulcifer* Vat. quint. Reg. Oxon. pr. *lumina* Vat. pr. Ambr. tert. *flumina* Florent. chartac. Heins.—176 *si quam* Ambr. tert. *glandes Alpina* Vat. quint.—177 *Latiis* Jun. sec. Cod. Bartholin. Tholos. et Voss. pr. ex conjectura. *Laciis* Jun. pr. *latis* omnes Vatt. Pal. *mundi pr. tropæis* Jun. sec.—178 *nata* Moret. pr. *natant* Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. Heinsius ascripserat Stat. x. Theb. 492. 'rigidique natator Œbalus Eurotæ.' et Achill. III. 282. 'quærisne meos Spherchie natatus.' ubi in Mss. est *meatus. missaque Pado q. rem. alno* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *navigat* pro *remigat* Exc. Petav. quart.—179 *scopulosam inclusa* Vat. sec. qui et *tenetur* pro *teneret.*—180 *negaret* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *vetaret* Petav. pr. *negarent* inc. Heins. Moret. pr. Oxon. pr. Reg. m. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—182 *ter forti* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *cum* Vat. sec. *tunc* Florent. cum quatuordecim aliis. *cum* vel

NOTÆ

maxima: Æolia autem est e regione Siciliæ.

176 *Coërcet*] Populi Inalpini per hyemem non vagantur, sed intra speluncas se tenent contra acerbitatem frigoris.

177 *Nondum præcincte*] Quia nondum stabat Roma, futura rerum domina, et triumphis clarissimis ditanda.

178 *Alnum*] Id est, parvulam navim factam ex alno, quæ ad Padi ripas crescit uberius: sorores quippe Phaëthontis post ejus fatum dolore contabuerunt, et in populos seu alnos ibi mutatæ esse dicuntur.

179 *Thessaliam*] Thessalia Græciæ regio dicta est Æmonia ab Æmone Rege, et ab ejusdem filio Thessalo, Thessalia.

180 *Peneo stagnante palus*] Stagnasse olim dicitur Thessalia, ob montes simul cohærentes, sed post terræ motum, montes vel a Neptuno vel ab Hercule abrupti sunt, et inde datus aquis liber exitus. Peneus autem est fluvius Thessaliæ, pater Daphnes: alluit loca amœnissima Tempe.

181 *Trifida cuspide*] Tridente seu fuscina: tridens seu triplex data potestas, ob naturam fontium dulcem, æquoris salsam, stagnorum mediam, nec amaram nec gustu gratam.

Montes] Saxa et rupes. Claudianus: 'Illius et duri flevere silentia montes:' id est, saxa et rupes.

Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo.
Carceribus laxantur aquæ, fractoque meatu
Redduntur fluviusque mari tellusque colonis.
Postquam victa manu duros Trinacria nexus
Solvit, et immenso late discessit hiatu;
Apparet subitus cœlo timor: astra viarum
Mutavere fidem: vetito se proluit Arctos

men Ossæ percussum ictu ingenti avulsum est ab *Olympo frigido: aquæ emittuntur receptaculis, et obicibus ruptis, et flumen mari, et terra agricolis restituuntur, Posteaquam Sicilia abscissa vi* Plutonis *laxavit catenas rigidas, et late patefacta est hiatu ingenti, metus repentinus invadit Cœlum: sidera reliquerunt cursus so-*

tum Voss. sec.—183 *Dissiliit* Vat. quart. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *Dissolvit* inc. Heins. Bonon. *Se solvit* Vat. tert. et d. Pal. duo Med. Heins. H. Put. Petav. tert. Tholos. Jun. pr. *Se solvit* vel *Dissiluit* Reg. duo Oxon. *vortex* duo Med. Tholos. *obsessus* pro *Ossæus* Exc. Petav. quart.—184 *fractoque* Vat. tert. Tholos. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *factoque* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. chartac. Heins. duo Jun. totidem Voss. et Oxon.—185 *fluviique* Vat. pr. et tert. Florent. Exc. Petav. quart. Cod. Bartholin. *fluviusque* alii magno numero, Ald. et Var. LL. e marg. Parm.—186 *vincta* Oxon. sec. *juncta mari* Voss. pr. *vincta vadis* Petav. tert. *victa palus* Moret. pr. *divos* pro *duros* Vat. pr. *tellus* pro *duros* Bartholin.—187 *immerso* Oxon. pr. m. pr. *discedit* Oxon. sec. *dissolvit* Exc. Petav. quart.—188 *cœlo subitus* Vat. pr. et quart. Voss. pr. Vat. Livin. *cœli* Moret. pr. inc. Heins. *subitus* vel *subito* Jun. pr. *tumor* Exc. Petav. quart.—189 *Monstravere* Vat. pr.

NOTÆ

183 *Ossæus*] Ab Ossa Thessaliæ monte.

Gelido Olympo] Olympus multorum montium nomen est, in Elide, Arcadia, Cilicia, Macedonia, Thessalia: gelidus autem dicitur Olympus, quia alti montes sæpius ‘alta stant nive candidi.’

184 *Carceribus*] Rupium undique præcludentium claustris abruptis, in quibus aquæ velut in carcere detinebantur.

187 *Immenso discessit hiatu*] Prope Ennam Siciliæ civitatem, spelunca quædam est conversa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exisse, abreptamque ab eo loco Proserpinam secum asportasse, et subito non longe ab urbe Syracusis penetrasse sub terras; lacumque in eo loco statim extitisse, ubi Syracusani festos dies agebant. Alii dicunt rem gestam in Attica, qua Cephisus amnis Eleusin præterit: alii tradunt ab Acherusio specu Ponti emersisse Plutonem.

189 *Mutavere fidem*] Astra, quia constanter suos cursus tenent, videntur fidem dedisse seu promisisse se ita cursus semper esse servatura; sed tamen tunc, turbata equis Plutonis, mutavere et fidem et cursum.

Vetito æquore] Tethys Oceani conjux in gratiam Junonis, Ursam pellicem odio habentis, in mare eam non recepit; quod fictum est, quia semper nobis apparet Ursa in sublimiore Cœli vertice.

Arctos] Ursa major, ut supra.

Æquore: præcipitat pigrum formido Booten:
Horruit Orion: audito palluit Atlas
Hinnitu: rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor; et longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos. Pressis hæsere lupatis
Attoniti meliore polo; rursusque verendum
In Chaos obliquo pugnant temone reverti.
Mox, ubi pulsato senserunt verbera tergo,
Et solem didicere pati, torrentius amne
Hyberno, tortaque ruunt pernicius hasta.
Quantum non jaculum Parthi, non impetus Austri,

litos: Ursa lavat se in *mari prohibito: terror rapit* ad occasum *Booten lentum: Orion pertimuit: Atlas territus est audito hinnitu: afflatus niger* equorum, *infuscat Cœlum nitidum, et Sol territavit equos consuetos dudum nutriri tenebris.* Illi *constitere habenis compressis, consternati aëre clariore, atque iterum redire conantur converso curru in Tartarum horrendum. Deinde postquam passi sunt flagella tergo verberato, et cœperunt tolerare lucem: currunt velocius flumine hyemis, et celerius jaculo contorto. Non sic sagitta Parthi, non sic flamen venti,*

palluit Jun. sec. *polluit* Vat. pr. *perluit* Voss. pr.—190 *sollicitat* pro *præcipitat* Pal. *nigrum* Tholos. *Bootem* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. Moret. pr. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. et ed. Vicet.—191 *Corruit* pro *Horruit* Exc. Petav. quart.—193 *Decolor* legendum esse verbum *obscurat* satis docet. vid. ad B. Gildon. 192. *solitos longa* Moret. pr. Exc. Petav. quart. *longo* Put. *ferrugine* Exc. Petav. quart.—194 *pressisque* Florent.—195 *Attonitu* Vat. sec.—196 *certant* duo Vatt. Pal. *pugnant* Jun. sec. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *tentant* Vatt. duo et d. Petav. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Cod. Bartholin.—197 *ut pulsato* inc. Heins. *dorso* Reg. Oxon. pr.—199 *Hiberna* inc. Heins. *totaque* Pal. Petav. sec. ed. Parm.—200 *Quam nunc* pro *Quantum* Cod.

NOTÆ

190 *Booten*] Seu Bubulcum, quia in modum bubulci plaustrum sequitur. Dicitur et Arctophylax, id est, custos Ursæ: alii dicunt eum fuisse Icarum, alii Arcadem Jovis et Callistus filium. Piger dicitur, quia nunquam totus occidit, sed opinione spectantium in iisdem prope vestigiis stare videtur.

191 *Horruit Orion*] Hic natus est ex trium Deorum urina: certavit cum scorpione, et inter sidera relatus est: alii dicunt occisum a Diana imprudenter; alii consulto, quod ejus pudicitiam tentaret: horruit autem, quia Orion ponitur inter horrida sidera.

Atlas] Atlas, quem Perseus hospitium sibi negantem prolato Gorgonis capite in montem convertit, qui Cœlum nunc sustinet.

193 *Caligine pasci*] Equis Plutonis atra nebula pabulum est.

194 *Orbis*] Scilicet a rotunda specie.

197 *Verbera*] Plagas, scuticam, flagella.

198 *Solem didicere pati*] Ad Solis lumen desierunt caligare.

200 *Jaculum Parthi*] Quod Parthus excussit; Parthos quippe jaculandi studio claros esse constat.

Non leve solicitæ mentis discurrit acumen.
Sanguine fræna calent: corrumpit spiritus auras
Letifer: infectæ spumis vitiantur arenæ.
Diffugiunt Nymphæ: rapitur Proserpina curru,
Imploratque Deas. Jam Gorgonos ora revelat
Pállas, et intento festinat Delia cornu:
Nec patruo cedunt. Stimulat communis in arma
Virginitas, crimenque feri raptoris acerbat.
Ille velut stabuli decus armentique juvencam

non acies promta animi anxii sic *currit. Fræna perfunduntur cruore: halitus pestilens inficit aërem: pulvis corruptus inquinatur spumis. Nymphæ fugiunt: Proserpina rapitur curru, petitque* auxilium *Dearum. Jam Pallas detegit caput Medusæ, et Diana properat arcu intento, neque cedunt* Plutoni *patruo. Virginitas æquales excitat ad auxilium, et flagitium raptoris ferocis asperat* ipsas. *Ipse* Pluto est *ut leo, cum invasit vitulam eximiam in stabulo et armento, atque laceravit*

Bartholin.—201 *Non leve* Exc. Schott. ascripto loco Homer. Iliad. O. p. 537. *Nec leve* Vat. sec. *Num* Vat. tert. *discurrit mentis* Vat. sec. *discernit* Pal. duo Med. Heins. H.—202 *squalent* Jun. pr.—203 *Lucifer* Bonon. *infestæ* Petav. tert. *habenæ* Petav. sec. *aristæ* Vat. quart.—204 *Difficiunt* Ambr. tert. *capitur* Petav. tert. *cursu* Vat. quint.—205 *Gorgonos* Vat. d. Reg. duo Petav. et Oxon. *Gorgonis* omnes Vatt. Cod. Bartholin. *Gorgones* duo Med. Put. Heins. H. *recludit* pro *revelat* Jun. pr. Vat. quint. *revellat* Leid. unus Med.—206 *intenso* Vat. pr. *cornu* Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *telo* Florent. cum novemdecim scriptis, Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *telo* vel *cornu* Oxon. pr.—207 *Nunc patruo* Vat. d. *stimulant* Pal. *utramque* pro *in arma* Bonon. *in armis* duo Vatt.—208 *acerbant* Vat. quint. inc. Heins.—209 *Juvencum* Vat. pr. Exc. Petav.

NOTÆ

201 *Solicitæ mentis acumen*] Hyperbolicôs: ecquid enim celerius animo curis æstuante? Mens et jaculum habent similitudinem aliquam; per hastam Palladis repræsentatur acumen mentis.

202 *Sanguine fræna calent*] Spuma sanguinea tepescunt atque perfunduntur.

204 *Rapitur*] Proserpinæ raptum multi pinxerunt. Plinius: 'Praxiteles quoque marmore felicior: ideo et clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proserpinæ raptum,' &c. Idem alio in loco: 'Nicomachus Aristodemi filius ac discipulus, pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Minervæ delubro supra ædiculam juventutis.'

Curru] Nova nupta in domum viri vehebatur plaustro, quod junctæ mulæ vel boves trahebant.

205 *Gorgonos ora revelat*] Pallas, ut opem ferat Proserpinæ, detegit Ægidem seu clypeum, in quo erat caput Medusæ, quæ una erat inter Gorgones.

207 *Nec patruo cedunt*] Nec rationem habent, quod Pluto sit frater patris sui Jovis, sicque patruus.

Communis virginitas] Accendit Deas virginitas communis, quam nolunt sic expositam esse raptoribus.

208 *Acerbat*] Vel asperat: vel crimen videtur acerbius, quo pluris illæ pudicitiam faciebant.

209 *Ille velut...leo*] Pluto non ma-

Cum leo possedit, nudataque viscera fodit
Unguibus, et rabiem totos exegit in armos,
Stat crassa turpis sanie, nodosque jubarum
Excutit, et viles pastorum despicit iras.
Ignavi domitor vulgi, teterrime fratrum,
Pallas ait, quæ te stimulis facibusque profanis
Eumenides movere? tua cur sede relicta
Audes Tartareis cœlum incestare quadrigis?
Sunt tibi deformes Diræ: sunt altera Lethes

unguibus viscera aperta, explevitque famem toto pectore vorato, *manet fædatus cruore multo, et excutit jubas nodosas, negligitque minas pastorum vilium. Pallas dicit,* O Pluto, *rector umbrarum inertium, sævissime* trium *fratrum, quæ furiæ excitaverunt te calcaribus et tædis abominandis? Quare, deserto tuo palatio, audes inficere aërem equis Stygiis? Diræ turpes sunt tibi: aliæ sunt Deæ Infero-*

quart.—210 *nudataque pectora* ed. Vicet. *viscera* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. Tholos. Voss. pr. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. Ald. *poscit* pro *fodit* Put.—211 *exegit* Vat. Livin. *erexit* Ald. ed. Parm.—212 *crassa sanie turpis* Petav. sec. Exc. Petav. quart. *facie* pro *sanie* Vat. sec.—213 *Excitat* pro *Excutit* Vat. d. Bonon. *despuit iras* Put. —214 *domitor* vel *ductor* Vat. sec. *vulgi* Put. Reg. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. tres Petav. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mundi* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. inc. Heins. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *teterrime* Ambr. tert. *deterrime* Florent. et viginti Codd. item Var. LL. e marg. Parm. —215 *quo te* conjiciebat Heins.—216 *rapuere, tua* Vat. d. *tuæ* ceteri fere omnes, ed. Parm. et Vicet. Voss. pr. cum Gloss. '*acute. tuæ. te dignæ.* sic infra *Nocte tua.*'—217 *Audet* Put. *cœlum* Jun. pr. duo Voss. duo Oxon. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mundum* Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *incestare* Tholos. *infestare* Vat. pr. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Jun. sec. Vat. Livin. vet. Gyr. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *fedare querelis* Voss. pr.—218 *Sunt ibi* Vat. sec. *deformes Nymphæ* Jun. sec. *deformes animæ* Vat.

NOTÆ

gis movetur Dearum raptam Proserpinam repetentium vocibus, quam leo movetur minis pastorum juvencam raptam repetere tentantium.

Stabuli decus armentique] Quæ forma præstat omnibus generis sui juvencis.

213 *Excutit*] Inter devorandam prædam.

216 *Eumenides*] Εὐμενίδες, id est, *benevolæ;* sed sic Furiæ dicuntur a contrario, quia sunt minus benevolæ. Julius Cæsar Scaliger, 'Antiphrasin autem veram esse fateri cogimur ex cognomento Furiarum, quas Græci Erinnyas cum appellassent primum, postea bene ominata voce, εὐμενίδας nominare maluerunt.'

217 *Incestare*] Id est, violare, polluere: 'totamque incestat funere classem.' Virgilius.

218 *Diræ*] Dicuntur quasi Deorum iræ.

Lethes] Lethe est fluvius Hispaniæ: hic est fluvius Inferorum, et ponitur pro ipsis Inferis.

Numina: sunt tristes Furiæ, te conjuge dignæ.
Fratris linque domos: alienam desere sortem:
Nocte tua contentus abi. Quid viva sepultis
Admisces? nostrum quid proteris advena mundum?
Talia vociferans avidos transire minaci
Cornipedes umbone ferit, clypeique retardat
Objice, Gorgoneisque premens assibilat hydris,
Prætentaque operit crista. Libratur in ictum
Fraxinus, et nigros illuminat obvia currus.
Missaque pæne foret, ni Jupiter æthere vulso

rum: Furiæ crudeles sunt dignæ te marito: relinque regna Jovis *fratris: relinque hæreditatem alterius: recede, contentus tenebris tuis: cur confundis viventia cum mortuis? Cur peregrinus proculcas nostras sedes?* Pallas *clamans hæc* verba, *percutit clypeo infesto equos cupientes transire, et remoratur* hos *obstaculo scuti, instansque absterret serpentibus Medusæ sibilantibus, atque tegit opposita juba: sagitta paratur ad vulnus, et opposita illustrat currus obscuros; et fere fuisset contorta, nisi*

quint. *deformes Furiæ* Voss. pr. *Lethæ* per dativum legebat Heins.—219 *Numina* tres Vatt. Florent. duo Med. duo Heins. Reg. Put. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Vat. Livin. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Nomina* ex conjectura ed. Parm. *Flumina* Vat. d. Leid. pro varia lectione, et ita olim editi.—220 *Fratris* vel *Nostras* Oxon. sec.—221 *contemptus abi* Put. Reg.—222 *cur proterit* Exc. Petav. quart. *proteris* vel *protrahis* Vat. sec.—223 *avido transire* Pal.—226 *Prætentas operit crista* Jun. sec. *Prætentasque aperit cristas* Florent. Exc. Læti. *Prætentaque operit crista* duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Jun. pr. Voss. pr. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *Prætentaque operit palla* inc. Heins. *Prætentaque operit hasta vel palla* Var. LL. e marg. Parm. *operit* omnes Vatt. et Cod. Bartholin. *vibratur* pro *libratur* Vat. quint.—228 *pena foret* Petav. sec. *æthere summo* Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. *æquore summo* Voss. pr. *vulso* Moret. pr. *celso* Petav. pr. *lapsus* Tholos. *missas* Vat. tert. *missus* Vat. quart. Reg. Oxon. pr. *jusso* inc. Heins. *misso* Vat. d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Bonon. Jun. pr. duo Petav. Exc. Petav. quart. *summo* vel *misso* Vat. quint. *vulso* legit Heinsius, qui scripsit: 'sic *vellere mœnia* supra vs. 143.'—229

NOTÆ

220 *Alienam sortem*] Hæreditatem et imperium Jovis, quod ipsi sorte contigit.

225 *Gorgoneisque premens assibilat hydris*] Pallas in Ægide, seu scuto et pectore, dicitur gestare serpentes Medusæ, quæ est una Gorgonum; qui serpentes ad motum Palladis ita sibilant, ut ipsa eos animare, et cum ipsis assibilare videatur.

226 *Prætentaque*] Id est, Pallas umbra coni seu clypei oppositum tegit Plutonem.

Libratur] Componitur atque paratur ad ictum seu vulnus inferendum.

227 *Fraxinus*] Hasta seu sagitta facta ex fraxino arbore.

Illuminat] Hasta currus nigros illustrat suo splendore, quia cœlestis est.

Pacificas rubri torsisset fulminis alas,
Confessus socerum. Nimbis Hymenæus hiulcis
Intonat, et testes firmant connubia flammæ.
Invitæ cessere Deæ. Compescuit arcum
Cum gemitu, talesque dedit Latonia voces:
Sis memor, o, longumque vale. Reverentia patris
Obstitit auxilio: nec nos defendere contra
Possumus. Imperio vinci majore fatemur.
In te conjurat genitor, populoque silenti
Traderis, heu cupidas non aspectura sorores,

Jupiter nubibus commotis jaculatus fuisset pennas placidas fulminis rubicundi, confessus se esse *socerum. Hymenæus designat tonitru, nubibus dehiscentibus, et ignes conscii confirmant matrimonium. Deæ reluctantes recesserunt. Diana retinuit jaculum cum fletu, et dixit talia verba:* O Proserpina, *memento* nostri, *et vale æternum: pietas* in *patrem* Jovem *impedivit opem* nostram, *et nos non valemus tueri* te *contra* illum: *confitemur* nos *superari potestate superiore. Pater conspirat contra te, et traderis, heu! umbris tacitis, non visura sorores amantissimas, et.*

Paciferas Vat. quint. *rubei* Vat. pr. *misisset* Pal. Med. pr. *fulminis* Bonon. Tholos. vet. Gyr. Raphel. *luminis* omnes Vatt. Pal. Put. chartac. Heins. Jun. sec. Oxon. sec. m. pr. tres. Petav. Cod. Bartholin. *luminis* vel *fulminis* Reg. Oxon. pr.—230 *Confessis* Vat. sec. *Confessum* Petav. sec. sic Laud. Seren. 81. *Confessæ plausu dominam.* *socerum* Voss. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. Raphel. *generum* Cod. Bartholin. chartac. Heins. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet.—231 *tristes* pro *testes* Oxon. pr.—232 *Attonitæ cessere Deæ* Jun. sec. *compescuit iras* Put.—234 *Sisque memor longumque* Jun. pr.—235 *vos* Vat. tert.—

NOTÆ

229 *Pacificas*] Primus fulminis jactus, qui pacatus est, et monet.

Rubri] Fulmen rubrum consecratum paci.

Fulminis alas] Alæ fulmini tributæ sunt ob celeritatem. Ceterum *fulmine* Jupiter *fœdera sancit* seu confirmat, et matrimonia. Virgilius: 'Fulsere ignes et conscius æther Connubii,' &c.

230 *Hymenæus*] Vel Hymen Apollinis et Calliopes, seu Uraniæ, filius; vel, secundum alios, Bacchi et Veneris. Deus præsesque nuptiarum habitus est. Alii dicunt Hymenæum Atticum juvenem fuisse, qui raptas a latronibus Virgines, parentibus intactas restituit, et ideo in nuptiis invocatus est, tanquam defensor virginitatis. Heinsius mavult *Hymeneon intonat*, id est, designat nuptias per tonitru. Hymenæus ponitur etiam pro nuptiis, ut Bacchus pro vino. Nova nupta ignem et aquam jubebatur attingere. Unde Ovid. 'Quos faciunt justos ignis et unda viros.' Unde etiam apud Jurisconsultos 'excipere conjugem aqua et igne,' id est, ducere.

232 *Deæ*] Pallas et Diana, Latonæ filia, ideoque dicta Latonia.

234 *Longumque vale*] Vox est valedicentium; absentiam miserabilem insinuans. Quin et mortuos hac salutatione, tanquam non amplius eos visuri, dimittebant.

235 *Nec possumus*] Etiamsi vellemus te defendere, non possumus.

236 *Imperio majore*] Hic est, Θεοῦ βία, *Dei vis*, cui resistere nemo queat. Virgilius: 'Major agit Deus.'

Æqualemque chorum. Quæ te Fortuna supernis
Abstulit, et tanto damnavit sidera luctu?
Jam neque Partheniis innectere retia lustris,
Nec pharetram gestare libet. Securus ubique
Spumet aper, sævumque fremant impune leones.
Te juga Taygeti, posito te Mænala flebunt
Venatu, mœstoque diu lugebere Cyntho.
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.
  Interea volucri fertur Proserpina curru,
Cæsariem diffusa Noto, planctuque lacertos

cœtum Virginum *æqualium. Quod factum eripuit te cœlestibus, et condemnavit astra* ad *talem fletum? Nunc non juvat cingere sylvas Parthenias indagine; nec ferre pharetram: aper spumet tutus undique, et leones ferociter rugiant sine metu: culmina Taygeti lugebunt te, Mænala te lugebunt omisso* studio *venandi, et defleberis longum* in *Cyntho tristi: præterea templa Delphica fratris* Apollinis *silebunt. Dum* Diana queritur, *Proserpina rapitur curru celeri, crinibus sparsis*

239 *Æqualesque choros* Bartholin. *æqualemque thorum* duo Med. Heins. H. Moret. pr. Jun. sec. Voss. pr. *æqualemque chorum* duo Vatt. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Tholos. Jun. pr. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *torum* tres Vatt. Pal. *qui te* Florent.—240 *damnarunt* chartac. Heins. vid. Passerat. ad Propert. p. 175.—241 *silvis* pro *lustris* Vat. sec. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—242 *Et* Jun. pr. *faretras* Voss. pr. *pharetras* Moret. pr. cum viginti scriptis et Var. LL. e marg. Parm. *licet* Cod. Bartholin.—243 *sævique* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *sævumque* Moret. pr.—245 *fletu* pro *Cyntho* Petav. sec.—246 *silebunt* Vat. pr. Vat. Livin. *movebunt* Petav. sec.—247 *cursu* Petav. sec. Oxon. sec.—249 *per nubila fundit* Vat. pr. *profert ad nubila* Vat. sec. *rupit* Pal. *fundit* Vat. quint. et d. Petav. pr. *tendit* Jun. pr. *tollit* Exc. Petav. quart. *rumpit* Vat. tert. et quart. duo Med. Put. Reg. Bonon. Tholos. Jun. sec. Moret. pr. Voss. pr. duo Petav. duo Oxon. *tendit* vel *rumpit* Heins. H. Ambr. tert. *et planctus profert ad nubila inanes* vel

NOTÆ

239 *Supernis*] Vel terris, vel cœlestibus.

240 *Damnavit sidera luctu*] Quod fatum damnavit astra, voluitque, ut magno cum luctu privarentur pulchra Proserpina.

241 *Partheniis*] Parthenius mons est Arcadiæ, in quo Diana venari solita cum Virginibus: unde dictus, ἀπὸ παρθένων, a *Virginibus*.

244 *Taygeti*] Hic est mons Laconiæ, qui Spartæ et Amyclis imminet, Lacænarum venationibus insignis, dictus a Taygete Nympha, *Eurotæ matre*.

Mænala] Mænalus, et in plurali Mænala, mons Arcadiæ, a Mænalo Lycaonis filio.

245 *Cyntho*] Qui mons est insulæ Deli, Apollini et Dianæ sacer.

246 *Delphica delubra*] Templa seu Oracula omnium præstantissima in urbe Delphis, in Bœotia, juxta Parnassum. Delphis autem nomen dedit Delphus, quem Neptunus in Delphina mutatus ex Melantho Deucalionis filia suscepit.

248 *Planctuque*] Peculiaris est species doloris, verberare lacertos. Virgilius: 'Palmis percussa lacertos.'

Verberat, et questus ad nubila rumpit inanes:
Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela, pater? sic me crudelibus umbris
Tradere, sic toto placuit depellere mundo?
Nullane te flectit pietas? nihilumne paternæ
Mentis inest? tantas quo crimine movimus iras?
Non ego, cum rapido sæviret Phlegra tumultu,
Signa Deis adversa tuli: non robore nostro
Ossa pruinosum vexit glacialis Olympum.

vento, et percutit brachia manibus, atque emittit querelas vanas in aërem, sic dicens: O *pater* Jupiter, *quare non jaculatus es contra nos tela facta arte Cyclopum? Itane voluisti prodere me filiam* tuam *manibus sævis, itane expellere* me ex *mundo omni? Nullius pietatis* sensus *te movet? Nihilne habes amoris patrii? Quo scelere excitavimus tantum furorem? Non ego, cum Phlegra fureret bello rabido, gessi vexilla infesta* contra *Deos: non Ossa nivalis tulit Olympum gelidum vi nostra.*

questus ad nubila fundit inanes Voss. sec.—251 *In me* Cod. Bartholin. *nos* vel *me* Voss. sec. *Tela pater? sic me placuit* Voss. pr. *sic nos* tres Vatt. Florent. Reg. Oxon. pr. *crudeliter* Jun. sec.—252 *Credere* pro *Tradere* Put. *Tradere* vel *Condere* Oxon. sec. *defendere mundo* Petav. sec.—253 *flexa* pro *flectit* Put. *pietas flectit* Jun. sec. *nullumne* quatuor Vatt. Pal. Oxon. sec. Voss. sec. chartac. Heins. duo Jun. *nullumque* duo Med. Voss. pr. Heins. H. *nullumve* Reg. Oxon. pr. *nihilque* Tholos. *nihil anne* Cod. Bartholin. *nilumque* Moret. pr. *nichilumne* Florent. Petav. sec. *nullumne* vel *nihilumne* Vat. quint. Heinsius ascripserat locum Vopisci initio Aureliani: '*quod ipse* nonnihilum *ex ejus origine sanguinem duceret.*' ubi *sanguinis* rectius legas, ut paulo post apud eundem, 'habuisse quin etiam nonnihilum divinationis.' *novimus* duo Vatt. Florent. Med. pr. Heins. H. Reg. Voss. sec. Petav. tert. *cernimus* Pal.—255 *cum rapido* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. *te contra quateret cum Phlegra tumultum* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet.—256 *nec robore* Florent. et viginti duo Codd. Var. LL. e marg. Parm.—257 *glacialis*

NOTÆ

250 *Manibus fabricata Cyclopum*] Sunt fulmina, quæ a Cyclopibus Jovi ministrantur. Ex Ovidio arreptum est: 'Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.'

255 *Non ego*] Imitatio Virgiliana: 'Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem Aulide juravi,' &c. aiebat Dido.

Sæviret] Id est, sævi belli theatrum esset.

Phlegra] Civitas vel Campaniæ in Italia, vel Thraciæ in Græcia; ad quam civitatem gigantes bella moventes fulmine dejecti sunt: hi cum contra Herculem bellum gererent, fulminibus e cœlo cadentibus victi sunt: inde opinio manavit in vulgus, eos pugnare contra Deos.

257 *Ossa*] Thessaliæ mons, cui Pelion imponebant gigantes, ut bella Diis inferrent, et in Cœlum iter affectarent.

Olympum] Macedoniæ vel Thessaliæ montem, eodem gigantum bello notum.

Quod conata nefas, aut cujus conscia noxæ
Exul ad immanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas, alii quascumque tulerunt
Raptores! saltem communi Sole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter cœlumque negatur:
Eripitur cum luce pudor: terrisque relictis
Servitum Stygio ducor captiva tyranno.
O male dilecti flores, despectaque matris
Consilia, o Veneris deprensæ serius artes!
Mater io, seu te Phrygiis in vallibus Idæ
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu,

Quod tentavi crimen, aut cujus socia culpæ ejicior exul ad cavernas horridas Tartari? O felices puellas, *quas alii prædones abduxerunt: saltem potiuntur luce communi. At pudicitia mihi aufertur, et simul lumen: pudor adimitur mihi cum Sole, et rapior desertis terris, ut famula serviam Regi Inferno. O flores amati infeliciter, et contemti monitus matris! o doli Veneris detecti tardius! Ah! mater, sive tibia horribilis sonat circum aures* tuas *cantu Lydio* in *vallibus Idæ Trojanæ, sive*

vexit Vat. quart. Reg. Oxon. pr. *versat* vel *vexit* Vat. quint.—258 *noxia culpæ* Exc. Petav. quart. *noxæ* Vat. tert. Jun. sec. Petav. tert. Vat. Livin. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *culpæ* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *culpæ* vel *noxæ* Vat. sec. Oxon. sec. *conscia culpæ* vel *noxia noxæ* Voss. sec.—260 *alias* Leid. Oxon. sec. *quicumque* Vat. tert. *quoscumque* Leid.—261 *sole* Vat. Livin. *luce* Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. Jun. sec. chartac. Heins. Ald. ed. Parm. et Vicet. *luce* vel *sole* Voss. sec.—262 *cœlum pariterque* Vat. quart. *pariter cum luce* Vat. sec. duo Med. Heins. H. et chartac. ejusd. Oxon. pr. Voss. sec. Jun. sec. ed. Vicet. *cum luce* vel *cœlumque* Voss. sec.—263 *Eripitur cum sole* inc. Heins. Petav. sec. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *cum luce* Reg. Put. Tholos. Moret. pr. Voss. sec. duo Petav. Ald. ed. Parm. —264 *Infelix Stygio* Vat. pr. Cod. Bartholin. *Servitum Stygio* Vat. quart. Jun. pr. Voss. pr. Pal. Florent. Med. pr. Reg. Bonon. Tholos. inc. Heins. duo Petav. Var. LL. e marg. Parm. *Servitium* Med. quart. Heins. H. Jun. sec. duo Oxon. *Servicium* tres Vatt. et d. Moret. pr. Put. Petav. sec. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *Servitium* vel *Servitum* Voss. sec. vid. Cons. Olybr. 138. et Var. LL. ad Lib. II. de pr. Cons. Stilich. vs. 325. *stupri* pro *Stygio* Exc. Petav. quart. *ducor Stygio* Florent. Voss. pr.—266 *Concilia* Reg. *tardius* Exc. Petav. quart. *urbes* vel *artes* Put.—267 *io te seu* Petav. sec. *Phrygiæ convallibus* legebat Heins.—268 *Mygdoniæ* Moret. pr. *circumsonat undique*

NOTÆ

264 *Captiva tyranno*] Non dixit *uxor*, sed *captiva*, ad augendam commiserationem: non dixit *Regi*, sed *tyranno*, ob eandem rationem.

265 *Male dilecti flores*] Mea cum pernicie, fuistis enim causa cur raperer.

Despectaque matris consilia] Nam Ceres discedens præceperat filiæ ne efferret pedem extra limen. Sic Dina, filia Jacob, in sacra Scriptura, cum exiisset ad externos, rapta est, et causa fuit multarum calamitatum.

267 *Io*] Hic est dolendi particula; alias lætitiæ inservit.

268 *Mygdonio cantu*] Id est, Lydio;

Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis, et strictos Curetum respicis enses,
Exitio succurre meo: compesce furentem:
Comprime ferales torvi prædonis habenas.
 Talibus ille ferox dictis fletuque decoro
Vincitur, et primi suspiria sentit amoris.
Tunc ferrugineo lacrymas detergit amictu,
Et placida mœstum solatur voce dolorem:
 Desine funestis animum, Proserpina, curis,

tu habitas Dindyma resonantia *ululatu Gallorum sanguinolentorum, et vides gladios nudos Curetum, veni* ad *auxilium meum; retine furiosum* Plutonem; *retine fræna funesta raptoris crudelis.* Pluto *sævus ille mollitur his verbis, et fletu decenti; et testatur primo gemitu se* succubuisse *amori: tunc siccavit lacrymas veste nigra, ac consolatur tristem* ejus *mærorem sermone blando:* O *Proserpina,*

Med. quart. Heins. H. *undique* vel *horrida* Med. pr.—269 *Seu te* Vat. tert. Exc. Petav. quart.—270 *strictis Curetum* Exc. Petav. quart. *despicis* Vat. pr. Jun. sec. *respicis* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. Bonon. Tholos. duo Voss. tres Petav. Exe. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *deseris* chart. Heins. Cod. Bartholin. ed. Parm. et Vicet. *despicis* vel *respicis* Ambr. tert.—271 *Exilio* Jun. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. deerat vero hic versus Vat. quart. *furentes* Vat. pr.—272 *futales* Vat. quint. *torvi raptoris* Petav. pr. Jun. sec.—273 *planctuque* Vat. sec. Voss. sec.—274 *primum* Petav. sec. *novit* Florent. *sentit* Petav. sec. *sensit* Pal. et viginti Codd. Exc. Petav. quart.—275 *deterget* inc. Heins. *detergit* Vat. tert. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Jun. pr. Voss. pr. Vat. pr. Vat. Livin. duo Oxon. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *detersit* Vat. pr. et sec. et d. Cod. Bartholin. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. *deterxit* Med. quart. *detexit* Ald.—276 *Sed placida* Pal. *timorem* Moret. pr. *pudorem* Vat. pr.—278 *vario*

NOTÆ

nam Lydia Mygdonia dicta est, a Mygdone.

Buxus] Id est, tibia facta ex buxo.

269 *Dindyma*] Mons est sacer matri Deum, in Phrygia.

Sanguineis ululantia Gallis] Galli erant Cybeles Deorum matris Sacerdotes, qui magno cum ululatu ejus sacra peragebant; quippe qui aqua amnis Berecyntiæ epota furerent, et sua membra dissecarent, unde dicuntur *sanguinei.*

270 *Curetum*] Sunt hi vel Cretæ, vel Samothraciæ, vel Eubœæ, vel Phrygiæ populi; Jovem infantem aluisse dicuntur, et ne vagitu puer sese proderet, clypeis æneis et æris tinnitu Saturnum liberos masculos devorantem elusisse.

273 *Ferox*] Etsi durus ac flecti indocilis.

Decoro] Pulchro: quanquam enim vultus lugentium flendo depravatur, nonnullæ tamen in luctu non parum formosæ videntur.

275 *Ferrugineo*] Color ille Inferorum videtur esse proprius. Charon Virgilianus: ‘Et ferruginea subjectat corpora cymba.’

277 *Funestis*] Aut perniciosis, quæ corpus extenuant, aut funestis ob metum mortis: nam extremam perniciem timebat Proserpina.

Et vano vexare metu. Majora dabuntur
Sceptra, nec indigni tædas patiere mariti.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Servit, et immensum tendit per inane potestas.
Amissum ne crede diem. Sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii: lumenque videbis
Purius, Elysiumque magis mirabere solem,
Cultoresque pios. Illic pretiosior ætas,
Aurea progenies habitant: semperque tenemus,

noli affligere mentem tuam *curis perniciosis et timore inutili. Sceptra pulchriora dabuntur* tibi, *neque feres consortium conjugis inglorii: ego ille filius Saturni, cui elementa mundi obediunt, et* cujus *imperium porrigitur per vacuum infinitum. Ne putes* te *perdidisse lucem. Astra alia sunt nobis, alia sunt* terræ *spatia; et aspicies diem nitidiorem, et admiraberis magis* Solem *Elysium, et incolas sanctos.* In *his locis genus præstantius* hominum, *proles aurei* sæculi *manet; et habemus semper* id

pro *vano* Vat. d. Petav. pr. Jun. sec. *vacuo* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—279 *patiere* Put. Reg. Petav. m. pr. Exc. Petav. quart. ed. Parm. *patiare* Voss. et al. *tyranni* pro *mariti* Vat. quint.—280 *Nota ego* Jun. sec. *Illa ego* chartac. Heins. ed. Vicet. *Ille* vel *Nempe* duo Oxon. *machina mundi* Vat. pr. Reg. Petav. et Oxon. pr.—281 *surgit per inane* Ambr. tert.—282 *nec crede* Vat.—283 *Sæcula* vel *Sidera* Med. pr. vid. infra vs. 311. *orbes* vel *ignes* Reg. duo Oxon.—284 *Clarius* Tholos. Jun. sec. *Purius* vel *Clarius* Voss. sec. Heinsius ascripserat, *Purius* recte. vid. Virg. Lib. VI. 640. *Elysiumque...lumen* Bonon. *Elysiumque...campum* Vat. sec. *Elysiumque...solem* duo Vatt. et. d. Pal. duo Med. Florent. duo Heins. Put. Reg. Tholos. Ambr. tert. tres Petav. Exc. Petav. quart. Voss. pr. Jun. sec. Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *Elysiosque...campos* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. ed. Vicet. *campum* vel *solem* Voss. sec.—285 *præstantior ætas* Petav. sec.—286 *habitat* tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. *habitant* Vat. pr. Vat. Livin. *tenetur* inc. Heins. Var.

NOTÆ

278 *Vano*] Nam nihil est quod timeas.

279 *Tædas*] Tædæ auspicatissimæ ex alba spina fiebant: hæ in nuptiis adhibitæ, et pro nuptiis usurpantur.

280 *Machina rerum*] Elementa mundi; nam quicquid oritur, in terram recidit.

281 *Immensum per inane*] Per Inferos, qui vacui sunt. Supra lib. I. vs. 20.

182 *Sunt altera sidera*] Aut alia, aut puriora. Virgilius: 'Largior hic campos æther, et lumine vestit Purpureo, solemque suum sua sidera norunt.' Et hoc ex eorum sententia, qui Elysios reponebant in Luna, quam qui habitabant, astra habebant puriora.

284 *Elysium*] Campos Elysios, vel in Bœotia, vel in agro Thebano, vel in Insulis Fortunatis, vel in Arcadia, vel in Hispania, vel in Ægypto, vel in Lunæ globo, vel sub terris reposuerunt.

285 *Pios*] Nam pii tantum tenent 'amœna vireta Fortunatorum nemorum sedesque beatas.'

Quod superi meruere semel. Nec mollia desunt
Prata tibi. Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.
Est etiam lucis arbor prædives opacis,
Fulgentes viridi ramos curvata metallo.
Hæc tibi sacra datur: fortunatumque tenebis
Autumnum, et fulvis semper ditabere pomis.
Parva loquor: quicquid liquidus complectitur aër,
Quicquid alit tellus, quicquid salis æquora verrunt,
Quod fluvii volvunt, quod nutrivere paludes,

quod homines merentur habere *semel. Neque* vero *prata florida deerunt tibi:* in *illis locis flores æterni, quales Henna tua non produxit, spirant zephyris blandioribus. Præterea arbor est opulenta* in *sylvis florentibus* habens *ramos aureos curvatos metallo fulvo: hæc* arbor *consecratur tibi; et possidebis autumnum felicem, et locupletaberis perpetuo pomis aureis. Dico pauca: quicquid aër tenuis continet, quicquid terra nutrit, quicquid campi maris volvunt, quod flumina trahunt, quod paludes*

LL. e marg. Parm.—287 *Quæ Superi* Vat. quint. *tenuere* pro *meruere* duo Vatt. Cod. Bartholin. Voss. pr. Ambr. tert. duo Jun. Petav. quart. *non mollia* Ambr. tert.—288 *melioribus afflant* Moret. pr.—289 *quos non* inc. Heins. Jun. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pertulit* Petav. sec. *Henna* Bonon. *Ætna* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *Ethnna* Oxon. pr. *Ætne* Vat. tert. et d. Put. duo Petav. *Ethne* Tholos. m. pr. Oxon. sec. m. pr.—290 *Hæc etiam* Jun. sec. *opacis* Florent. cum duodecim scriptis, Var. LL. e marg. Parm. *opacis* vel *amœnis* Vat. sec. Voss. sec. *amœnis* Isingr.—291 *ramos viridi* Vat. quart. Tholos. *gravido* pro *viridi* Vat. pr.—292 *sacra dabit* Voss. pr. *tenebis* Petav. sec. Exc. Petav. quart. ed. Parm. *tenebris* Put. *videbis* duo Petav. Jun. sec. *tenemus* vel *tenebis* Reg. Oxon. pr. —293 *Autumnum, fulvis* Jun. sec. *semper fulvis* inc. Heins. *dotabere* conj. Heins. In Oxon. pr. sequens glossa erat, *Hæc est arbor, de qua Virgil. in* VI. *Æn.* 136. ‘ latet arbore opaca Aureus et foliis et lento vimine ramus, Junoni infernæ dictus sacer.’—295 *maris æquora* tres Vatt. et d. Cod. Bartholin. duo Voss. *maris æquora lati* Vat. pr. *verrit* Voss. pr. *vertunt* Vat. d. Pal. duo Med. Heins. H. Reg. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Oxon. duo Petav. *verrunt* vel *vertunt* Voss. sec. Heinsius ascripsit locum Propert. Lib. II. Eleg. XV. ‘ *Nostra nec Actiacum* verreret *ossa mare.*’ ut recte Scaliger, quod perperam reprehendit Passeratius.—296 *Et fluvii* Exc. Petav. quart. *Quid fluvii..., quid* duo Med. Heins. H. *involvunt* Ambr. tert. *vertunt* pro *volvunt* Petav. pr.

NOTÆ

287 *Quod superi meruere semel*] Nos Inferi habemus semper animas, et homines singuli seu superi merentur tantum sortiri eas semel, id ex opinione Pythagoræ: vel habemus semper sæculum aureum.

289 *Perpetui*] Per totum annum.

Henna] Supra sæpius.

292 *Hæc tibi sacra datur*] Ramus aureus sacer est Proserpinæ, quod aurum lateat in imis terræ visceribus.

Fortunatum autumnum] Qui pretiosos aureosque ferat fructus.

293 *Ditabere*] Nonnulli legunt *dotabere*, id est, in compensationem dotis tuæ accipies fœtus auricomos.

Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis,
Lunari subjecta globo; qui septimus auras
Ambit, et æternis mortalia separat astris.
Sub tua purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti.
Omnia mors æquat. Tu damnatura nocentes:
Tu requiem latura piis: te judice sontes
Improba cogentur vitæ commissa fateri.
Accipè Lethæo famulas cum gurgite Parcas.
Sit fatum, quodcumque voles. Hæc fatus ovantes

alunt; omnia æqualiter subjicientur imperio tuo animalia existentia sub Lunæ orbe, qui septimus circuit Cœlum, et sejungit res *caducas* a *sideribus æternum* mansuris. *Reges* cum veste *purpurea procident ad pedes tuos, relicto fastu, commixti cum cœtu pauperum: mors* facit *omnia æqualia. Tu es condemnatura reos, tu es datura quietem probis: nocentes cogentur confiteri vitia malæ vitæ, te arbitra: recipe Parcas ancillas cum flumine Lethæo: hoc statum* est, id *omne quod jusseris. His dictis increpat equos*

—297 *regnis animalia cedent* Jun. pr. *animantia* Jun. sec. *cedunt* duo Vatt. Petav. sec. Tholos. Moret. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *regnis* vel *votis* Vat. d.—298 *Ignari* pro *Lunari* Exc. Petav. quart. *subjecta polo* Voss. sec.—300 *Ad tua* Var. LL. e marg. Parm. *purpureo* Petav. sec. *metuent* pro *venient* Vat. pr.—301 *turba non paupere* Petav. pr. *mixtim* Reg. Oxon. pr.—302 *Omnia mors damnat* Exc. Petav. quart. *et damnatura* Vat. pr.—305 *sub gurgite* Vat. pr. *judice* vel *gurgite* Oxon. sec.—306 *Sit fatum* Pal. Vat. Livin. et Voss. sec. in quo ascriptum, *optima lectio, nisi quod eodem versu* FATUS *sequitur. Sitque ratum* Med. quart. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *factum* Vat. pr. et quint. Petav. sec. Tholos. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *quocumque* Put. *velis* Vat. pr. inc. Heins. Cod. Bartholin. *voles* Florent. duo Med. Heins. H.

NOTÆ

398 *Lunari subjecta globo*] Pythagoras credit a lacteo circulo incipere Plutonis imperium, quia animæ inde lapsæ a superis recedunt: alii a Lunæ globo, qui septimus est in ordine Planetarum, qui sunt Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Mercurius, Venus, et Luna.

300 *Purpurei*] Purpureus color Regum est ac Principum, quos sic alloquitur sacra Scriptura: 'Ego dixi Dii estis, sed moriemini sicut filii hominum:' *καὶ σὺ τέθνηκας, ὥσπερ ἡμεῖς ἅπαντες, Et tu mortuus es, sicut nos omnes.* Sic apud Lucianum Diogenes illudit Alexandro.

301 *Deposito*] Vel fastu, vel ambitioso cultu, vel regiis insignibus; *ἀφῃρημένοι πολλῶν γε καὶ μεγάλων κτημάτων, spoliati multis et magnis possessionibus*, aiebat Crœsus apud Lucianum.

302 *Omnia mors æquat*] Propertius: 'Nil distat Crœsus ab Iro: Consule cum, Mario, capte Jugurtha, sedes.' Sapienter ille qui filiolæ tumulum sic inscripsit, 'Decipimur, votis et tempore fallimur, et mors Deridet curas, anxia vita nihil.'

305 *Famulas Parcas*] Quæ tua exequentur imperia, ut ancillæ.

306 *Sit fatum*] Compones fortunas

Exhortatur equos, et Tænara mitior intrat.
Conveniunt animæ, quantas truculentior Auster
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.
Cunctaque præcipiti stipantur sæcula cursu
Insignem visura nurum. Mox ipse serenus
Ingreditur, facili passus mollescere risu,
Dissimilisque sui. Dominis intrantibus ingens
Assurgit Phlegethon. Flagrantibus hispida rivis
Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.

triumphantes, et lenior ingreditur Tartarum. Umbræ congregantur tot, *quot Notus violentior dejicit folia* ex *arboribus, vel congregat pluvias, vel rumpit undas, vel volvit arenas; et sæcula omnia densantur festinatione celeri, aspectura nurum illustrem. Statim ipse* Pluton *intrat lætus, ferens* se *mitigari gaudio leni, et diversus a seipso. Phlegethon magnus assurgit* blandiens *dominis* Plutoni *et* Proserpinæ *ingredientibus: mentum* ejus Phlegethontis *hirsutum madefactum est rivis ardentibus, et ignes stillant* ex *omni facie. Servi electi ex multitudine veniunt*

Put. Reg. Tholos. Bonon. duo Petav. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Hæc fatus* duo Vatt. *Sic fatus* Pat. pr. quint. et d. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss.—307 *Tænara* Vat. tert. et quart. Pal. duo Med. Heins. H. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *Tartara* Vat. pr. sec. et quint. Cod. Bartholin. Voss. pr. Oxon. sec. duo Jun. chartac. Heins. *Tartara* vel *Tænara* Oxon. pr. *mitius* Jun. sec.—308 *quantas* vel *quamvis* Voss. sec. *violentius* Vat. quint. *truculentior* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *violentior* Florent. cum viginti tribus aliis, Ald. Var. Lectt. e marg. Parm.—309 *Dejicit* Vat. pr. *Discutit* duo Vatt. Moret. pr. Jun. sec. Voss. sec. *Arboribus frondes deicit cum nub.* Ambr. tert. *ac nubibus* Vat. pr. *cum nubibus* Vat. pr. *imbribus* Ambr. tert.—310 *frangit fructus* Petav. pr. *et frangit* Ambr. tert. *aut torquet fl. aut frangit arenas* Vat. pr. Vat. Livin. *volvit* pro *torquet* Vat. sec. Voss. sec. *arenas* Med. quart. *habenas* vel *arenas* Med. pr.—311 *secula* Florent. duo Med. Put. duo Heins. *Tartara* Vat. quint. Petav. pr. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *secula* vel *Tartara* Reg. Oxon. pr. Voss. sec. Ambr. tert. Heinsius ascripserat locum Senec. Hippol. vs. 479. et Stat. XI. Theb. 592. 'totisque expectant *secula* ripis.' ubi *tostis* vel simile quid reponendum conjiciebat, quemadmodum 'ambustas Acherontis ripas' Noster dixit lib. I. in Rufin. vs. 120.—312 *ille serenus* Jun. sec.—313 *passus facili* Petav. tert. *cursu* pro *risu* Petav. sec. m. pr.—314 *nitentibus* pro *intrantibus* Exc. Petav. quart.—315 *ripis* Bonon.—316 *tantoque* Jun. pr. Heinsius nota-

NOTÆ

hominum pro nutu, quid majus?

307 *Tænara*] Tænarus fuit Jovis filius: alter Tænarus fuit Icari filius: ab alterutro dictum est Promontorium Tænarium in Laconia, quod creditum est ostium Inferorum. Vid. lib. I. de Rapt. vs. 2.

308 *Conveniunt*] Adventante Proserpina.

Auster] Ventus, qui flat a meridie, noxius arboribus et floribus.

311 *Sæcula*] Id est, animæ omnium sæculorum congregantur densanturque.

314 *Dissimilisque sui*] Nam ante ipsi rigebat 'duræ inclementia formæ.'

315 *Assurgit*] Assurgere est assurgendo honorare. Virgilius: 'Utque

Occurrunt properi lecta de plebe ministri :
Pars altos revocant currus, frænisque solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota jugales.
Pars aulæa tenent: alii prætexere ramis
Limina, et in thalamum cultas extollere vestes.
Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysiæ, teneroque levant sermone timores,

celeriter obviam: pars eorum *restituit* suo loco *currum ingentem, et habenis detractis ducit equos* officio *functos ad prata solita. Pars tendunt tapetes: alii* cœperunt *ornare januam frondibus, et ferunt in cubiculum nuptiale ornamenta magnifica. Heroinæ camporum Elysiorum circumdederunt Reginam* Proserpinam *cœtu pudico,*

verat, Bartholinum ipsum monuisse, in veteri Codice legi *tetroque*, qui proin diversus ab illo Bartholini Codice, quem versavit Heinsius, quippe in quo illud non comparet. *tosto* legebat Heinsius. Ovid. II. Metam. vs. 283. ' tostos en aspice vultus.'—317 *Concurrunt* Jun. sec. *Succurrunt* inc. Heins. *propere lecti* Vat. pr. et quint. Voss. pr. Cod. Bartholin. *propere lecta* Vat. sec. Pal. *properi lecta* Vat. tert. et d. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Bonon. Moret. pr. Jun. sec. Oxon. sec. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *læta* Jun. sec. *lecta* vel *lecti* Voss. sec. *sede* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—318 *altos* Jun. sec. *alios* Pal. Heins. H. duo Med. *alia* Put. *alio* Vat. tert. *revocat* tres Vatt. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. sec. Voss. sec. Cod. Bartholin. *revocant* Vat. tert. Jun. sec. *cursus* Pal. Tholos.—319 *pabula* Ambr. tert.—321 *Lumina* Vat. tert. Petav. sec. *in thalamos* Vat. sec. Voss. sec. *thalamum* duo Vatt. et d. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Voss. pr. duo Jun. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *thalamis* al. *cunctas* pro *cultas* Vat. pr. Pal. Bonon. *cunctis* Put. *certas* Exc. Petav. quart. *extendere* Voss. pr. Ms. Pulm.—322 *castæ* Vat. pr. *duxerunt* Cod. Bartholin. *circumdant* Jun. sec. *undique* pro *agmine* Jun. pr.—323 *tenerosque* Petav. pr. ed. Vicet. *teneroque* Vat. Livin. cum novemdecim aliis, Var. LL. e marg. Parm. Exc. Petav. quart. *timores* duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Ald. Var. LL. e marg.

NOTÆ

viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.' Et Statius: ' Assurgit Musæ nostra Camœna tuæ.'

317 *Occurrunt lecta de plebe*] Id est, electi ex plebe veniunt obviam celeriter.

319 *Emeritos*] Emeritus est miles, qui completis stipendiis militiæ sacramento solutus est: inde emeritus dicitur, de iis qui suo labore officioque perfuncti sunt; ut emeriti equi, qui labore diurno functi sunt.

320 *Aulæa*] Ornamenta ad ornandam regiam nuptialem, et parietes vestiendos. Aulæa dicta, quia in Aula Attali Regis, cum populum Rom. scripsit hæredem, primum inventa sunt.

Ramis] Ex more Romanorum, qui diebus festis januas, arborum, et præsertim lauri, ramis ornabant.

321 *Thalamum*] Thalamus est cubiculum utriusque conjugis, seu lectus nuptialis.

322 *Matres Elysiæ*] Sunt heroinæ illæ, quæ secundum Homerum campos Elysios habitant.

323 *Timores*] Puellares, quales sunt timores virginum, quæ ducuntur.

Et sparsos religant crines, et vultibus addunt
Flammea, solicitum prævelatura pudorem.
Pallida lætatur regio, gentesque sepultæ
Luxuriant, epulisque vacant genialibus umbræ.
Grata coronati peragunt convivia manes.
Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus.
Sedantur gemitus: Erebi se sponte relaxat
Squalor, et æternam patitur rarescere noctem:
Urna nec incertas versat Minoia sortes:

et solantur metum ejus verbis lenibus, ac coërcent comas diffusas, et apponunt faciei vela tectura verecundiam trementem. Imperium nigrum gaudet, et populi mortui lætantur, et umbræ indulgent dapibus festis. Dii Inferni coronati celebrant convivia jucunda. Cantilenæ insuetæ pellunt silentia obscura: fletus desinunt: tristitia inferorum se remittit ultro, et sinit tenebras perpetuas diminui. Neque urna Mi-

Parm. *doloris* vet. Cod. *dolores* vat. pr. ed. Parm.—324 *religant* vel *relegunt* Oxon. sec. *frontibus addunt* Ambr. tert.—325 *prævallatura* Florent. *prævelatura* ed. Vicet. *pudorem* vel *timorem* Vat. sec. multa vero hic desunt in Petav. tert. usque ad versum 124. lib. III.—326 *sectatur* Vat. pr. *sepulto* Bonon. qui et in vs. seq. *vacent* pro *vacant* habet. *gentilibus* Ambr. tert.—328 Sequens versus huic præponitur in Voss. pr.—330 *Sed dantur* pro *Sedantur* Voss. pr. *Solantur* Med. quart. *gemitus.* cum τελείᾳ στιγμῇ, duo Med. Reg. Petav. sec. Vat. Livin. sed Cod. Bartholin. post τὸ *Erebi* interpungit. *gemitus* vel *planctus* Oxon. sec.—331 *æternam* Vat. pr. *infernam* Vat. sec. in-

NOTÆ

324 *Religant*] Nam ante Proserpina 'Cæsariem diffusa Noto.'

325 *Flammea*] Sunt vela, seu lutei coloris tegmina, quibus puellæ nubentes tegebantur, vel ne a quoquam prius conspiceretur nupta, quam a marito; vel boni ominis causa, quod Flaminis uxor, cui nefas a matrimonio divertere, hoc velamine semper tegeretur. Dionysius Halicarnass. dicit infulas et sacerdotum pileos dici *flammea*, unde dicti *flamines*.

Solicitum] De quo solicita erat et timebat Proserpina: nam Statio nubentes puellas 'subit ille supremus Virginitatis amor, tacitæque modestia culpæ.'

326 *Pallida regio*] Ubi sunt 'simulacra modis pallentia miris.' Virg.

327 *Luxuriant*] Ludunt, lasciviunt, gestiunt præ gaudio.

Epulis genialibus] Genius Deorum filius, parensque hominum, pertinet ad conjugium, gignendorum liberorum causa: ideoque geniales epulæ sunt nuptiales.

328 *Coronati*] More veteri, quo convivæ sertis capita tegebant, ad retundendos vini vapores. Juvenalis: 'Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant.' Adde quod, hilaritatis gratia, in principum nuptiis coronas sumebat populus.

331 *Rarescere*] Propter splendorem tædarum nuptialium et genialium conviviorum, rarescunt diminuunturque tenebræ.

332 *Minoia*] A Minoë Cretensium Rege justissimo, qui statutus est judex quæsitorque apud inferos: et

Verbera nulla sonant, nulloque frementia luctu
Impia dilatis respirant Tartara pœnis.
Non rota suspensum præceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantaleis subducitur invida labris.
(Solvitur Ixion: invenit Tantalus undas.)
Et Tityos tandem spatiosos erigit artus:
Squalentisque novem detexit jugera campi:
Tantus erat. Laterisque piger sulcator opaci
Invitus trahitur lasso de pectore vultur,

nois agitat sortes ambiguas: flagella nulla resonant, et Tartarea ergastula *nullo resonantia gemitu quiescunt suppliciis remotis. Rota volubilis non volvit Ixiona pendentem: non aqua zelotypa eripitur ori Tantali: Ixion requiescit, Tantalus reperit aquas. Tityus denique attollit membra vastissima, ac relinquit detecta jugera novem agri mærentis: tantus erat! et vulturius helluo assiduus jecoris lividi, reluctans avellitur ex præcordiis fatigatis; et mæret jecur sibi ereptum reparari*

fernam vel *æternam* Voss. sec. *clarescere* Vat. quint. Petav. sec.—333 *trementia* Jun. sec. *frequentia* Moret. pr.—334 *delatis* Petav. pr. *respondent* Put.—335 *Nec rota* Vat. pr. et sec. Voss. sec. Cod. Bartholin.—336 *Tantaliis* Exc. Petav. quart. *Tantalicis* Vat. pr. et sec. Voss. sec. Cod. Bartholin. *Tantaleis* Florent. cum viginti aliis. *humida* et *uvida* ex emendatione Voss. pr. sequens versus deerat Jun. sec.—338 *Tityos* inc. Heins. *Tityus* omnes Vatt. Pal. Petav. sec. Cod. Bartholin. *Tityon* Vat. d. Florent. *Tition* Put. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *spatiosus* Voss. sec. *exigit* Oxon. pr. Exc. Petav. quart.—340 *lacerique* Voss. pr. *Averni* Tholos.—341 *laxo* Petav. sec. chartac. Heins. *lato* Pal.

NOTÆ

ideo urnam tenet, ex qua varia hominum trahens sorte nomina, eorum, dum viverent, 'vitas et crimina discit.'

333 *Verbera*] Flagella furiarum, quibus sontes plectuntur. Virgilius: 'Continuo sontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans.'

334 *Impia Tartara*] Locus Inferorum profundissimus, in quo scelerati et impii cruciantur.

Respirant] Quiescunt, quasi onere pœnarum non amplius oppressi sontes forent, sicque respirarent.

335 *Ixiona torquet*] Non rota cruciat assiduo circumactu Ixiona, qui amotus a Jove, cum vim Junoni inferre voluisset, damnatus est, et apud inferos assidua rotæ vertigine rapitur. Ovidius: 'Volvitur Ixion et se sequiturque fugitque.'

337 *Tantalus*] 'Quærit aquas in aquis et poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.' Id patitur, vel quod Pelopem filium Diis epulandum apposuerit; vel quod canem aureum spirantem, Templi Jovis in Creta custodem, repetenti Mercurio abjuraverit; vel quod Deorum secreta mortalibus revelaverit.

338 *Tityos*] Jovis et Telluris, vel potius Elaræ, Junonis metu in terræ antro parientis, filius: hic vel Latonæ vel Dianæ vim inferre tentavit, et ideo detrusus ad Inferos novem jugera vasta corporis mole premens, jecur immortale a vulture tundi sentit atque lancinari. His fabulis plena Poëtarum volumina.

Abreptasque dolet jam non sibi crescere fibras.
Oblitæ scelerum, formidatique furoris,
Eumenides cratera parant, et vina feroci
Crine bibunt: flexisque minis jam lene canentes
Extendunt socios ad pocula plena cerastas,
Ac festas alio succendunt lumine tædas.
Tunc et pestiferi pacatum flumen Averni

jam non pro *se. Furiæ immemores criminum et rabiei timendæ præparant pateram ac potant vinum horrentes capillis anguineis, et furore remisso jam cantantes leniter porrigunt serpentes socios ad vasa plena, et inflammant faces nuptiales alio igne. Tunc etiam, o volucres illæsæ, supervolastis ostium placidum Averni pestilentis, et*

lapso Voss. sec. Ambr. tert. *corpore* Vat. sec. Jun. item Voss. sec.—342 *Ereptasque* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Arreptasque* Cod. Bartholin. et septemdecim scripti, Exc. Petav. quart. *Arreptasque* vel *Direptasque* Vat. sec. *Arreptasque* vel *Directasque* Voss. sec. *non jam* Vat. sec. Voss. sec. *venas* pro *fibras* Petav. sec.—343 *sceleris* Vat. quart. *formidatæque* Jun. sec. *formidandique* Vat. pr. et sec. inc. Heins. Cod. Bartholin. Var. LL. e marg. Parm. *formidantique* et ex emendatione *formidandique* Ambr. tert. *timoris* Vat. pr. Florent. Voss. pr. Ambr. tert. *furoris* vel *doloris* Vat. sec. Voss. sec. *tumoris* conjiciebat Heins.—344 *craterasque* Petav. sec.—345 *Carne* pro *Crine* Florent. Voss. pr. *ferunt* pro *bibunt* idem Florent. *læta canentes* Petav. sec. *leve canentes* Tholos.—346 *socias* Vat. sec. et d. Jun. et Voss. sec. *Cerastes* duo Vatt. Cod. Bartholin. inc. Heins. Bonon. Tholos. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *Cerastes* vel *Cerastas* Reg. Oxon. sec.—347 *Et festas* tres Vatt. et d. Pal. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. Voss. sec. duo Jun. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *At* Vat. pr. Florent. Oxon. sec. duo Voss. Cod. Bartholin. *faustas* pro *festas* conjicit Heinsius. *alii* Pal. *alio* ed. Parm. *aliæ* maxima Codd. pars, Exc. Petav. quart. *succidunt* Vat. tert. *limine* Vat. pr. inc. Heins. *flammas* pro *tædas* Voss. sec. deerat autem hic versus Vat. sec.—348 *Nunc* Tholos. *placatur* Vat. quint. *placatum* Vat. pr. Petav. sec. Tholos. Ambr. tert. *lumen* Put. *numen* Pal. *flumen* Florent. duo Med. duo Heins. Reg. duo Petav. Voss. pr. Oxon. sec. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. Exc. Petav. quart. Ald. et ed. Parm. *fulmen* duo Vatt. Oxon. pr. Voss. sec. *limen Averni* Vat. pr. Cod. Bartholin.

NOTÆ

344 *Eumenides*] Furiæ sunt immemores criminum, ad quæ impellunt homines, ipsæque immemores furoris hominibus timendi, parant cratera seu vas ingens vinarium, quod in medio statuebatur, unde haurirent poculis minoribus. De Eumenidibus supra vs. 16.

346 *Cerastas*] Κέρας, ατος, est *cornu*, et inde dicuntur, Cerastæ, serpentes quæ præferunt cornicula quadrigemina, quibus exertis, ipsæ, latentes in arena, aves velut ad escam advolantes decipiunt. 'Homines præterea Cerastas cornibus insignes olim tenuisse Cyprum scribit Androclides; unde insula Cerastia dicta est.' Parrhasius.

347 *Alio lumine*] Non funesto et rogali, ut solebant, sed alio igne puriori.

348 *Averni*] Supra.

Innocuæ transistis aves, flatumque repressit
Amsanctus: fixo tacuit torrente vorago.
Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte novo tumuisse ferunt, hederisque virentem
Cocyton dulci perhibent undasse Lyæo.
Stamina nec rumpit Lachesis, nec turbida sacris
Obstrepitant lamenta choris. Mors nulla vagatur
In terris, nullæque rogum planxere parentes.

Amsanctus retinuit spiritum mortiferum: *gurges siluit torrente stabili. Dicunt fluvium Acherontem, aquis immutatis, tunc intumuisse lacte novo, et dicunt Cocytum virescentem hederis exundasse leni vino. Neque Parca abrumpit fila* vitæ, *neque fletus confusi obstant cœtibus sacratis. Mors nulla errat per terras, et nullæ*

Oxon. pr. cum glossa seq. *Avernus fluvius est infernalis, spiritum pestiferum emittens, adeo quod aves supervolantes interimit. unde Virgilius in* vi. Æn. vs. 239. ‘Quem super haud ulli poterant impune volantes Tendere iter pennis; talis sese halitus effert: Unde locum Græci dixerunt nomine Avernum.’—349 *transitis* duo Vatt. Voss. sec. *flatusque* Vat. d. *fluctumque* Tholos. m. sec. *fletumque* Voss. pr. atque ita conjecerat Heinsius, qui ascripserat, sic alibi, ‘et *fletu* concita plangit.’—350 *Ansanctus* Put. *Arsantus* Cod. Bartholin. *Acantus* Vat. pr. *Anscantus* Exc. Læti. *Anxantus* Vat. tert. inc. Heins. Petav. pr. Ald. Jun. *Anfractus* Vat. quint. Med. quart. Exc. Petav. quart. Parm. Gryph. et al. *Axantus* Voss. sec. *Annises* Pal. duo Med. *Anfriseus* Petav. sec. *Xanthus et fixo* Voss. pr. *An Xanthus* Colin. *fixo tacuit* tres Vatt. Pal. Reg. Petav. sec. Tholos. Jun. pr. duo Oxon. Var. LL. e marg. Parm. *tacuit fixo* al.—351 *mutato nomine* Put.—352 *tumuisse* Jun. sec. *tremuisse* Petav. sec. *herbis virentem* Bonon.—353 *Cocytum* Moret. pr. *prohibent* Pal. *undasse* Florent. duo Med. duo Heins. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. Jun. pr. duo Voss. duo Oxon. Put. Reg. duo Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *stagnasse* vulg.—354 *non rumpit* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. *nec* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Voss. pr. Moret. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *rupit* Vat. quint. m. sec. Med. quart. Bonon. Voss. pr. Ambr. tert. *rumpit* tres Vatt. Pal. Jun. sec. duo Oxon. Ald. *non turbida* Ambr. tert.—355 *Obstreperent* Moret. pr. inc. Heins. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Obstipant* Tholos.—356 *nullique* tres Vatt. et d. Pal. Moret. pr. Jun. sec. chartac. Heins. duo Oxon. et Ald.

NOTÆ

349 *Flatum*] Spiritum pestiferum, quem exhalat.

350 *Amsanctus*] Campaniæ lacus, cujus halitus aves necat.

351 *Mutato gurgite*] Nam Acheron prius fluebat lacrymis. Acheron in Thesprotide, et Cocytus, habent aquas insuavissimas, et ideo Homerus eas apud Inferos fluere finxit. De Acheronte et Cocyto supra lib. i.

353 *Lyæo*] Vino; nam Bacchus dicitur Lyæus, *ἀπὸ τοῦ λύειν, solvere*, quod solvat animum curis.

354 *Lachesis*] Parca: nam Atropos rumpit, et hic ponitur soror pro sorore, ut apud Virgilium Pollux ponitur pro Castore.

356 *Rogum*] Nullæ matres fleverunt liberorum mortem, quæ designatur per rogum: id est, nulla mors accidit, ne turbet festa Inferorum gaudia.

Navita non moritur fluctu, non cuspide miles,
Oppida funerei pollent immunia leti:
Impexamque senex velavit arundine frontem
Portitor, et vacuos egit cum carmine remos.
Jam suus inferno processerat Hesperus orbi.
Ducitur in thalamum virgo. Stat pronuba juxta
Stellantes Nox picta sinus, tangensque cubile
Omina perpetuo genitalia fœdere sancit.

matres deflevere pyram. Nauta non perit aquis, miles non ense; urbes florent expertes mortis funestæ, et Charon *senex vector* umbrarum *cinxit canna caput hirsutum, atque habuit otiosos remos cum cantu. Jam vesper suus apparebat mundo Inferorum: puella* Proserpina *conducitur in cubiculum nuptiale. Nox pronuba astat prope,* habens *vestes ornatas stellis, ac contingens lectum confirmat præsagia*

nullumque Vat. sec. *nullisque* Exc. Petav. quart. *parentes* vel *sorores* Reg. Oxon. pr.—357 *nec moritur* Ambr. tert. *nec cuspide* Tholos. Ambr. tert.—358 *pallent* Jun. pr. *gaudent* Vat. quint. *inmania* Vat. pr. Cod. Bartholin.—359 *Impexamque ...frontem* Vat. sec. et d. Florent. duo Med. duo Heins. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. duo Jun. Oxon. sec. duo Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Implexamque ...frontem* Reg. Petav. pr. Oxon. sec. *Implexamque ... crinem* Put. *Implexosque ... crines* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. *Implexamque* Vat. tert. Ald.—360 *vacuos vexit* Voss. pr.—361 *præcesserat* Jun. duo.—362 *Stellatos* Jun. pr. *pecta* Voss. pr.—364 *Omnia* Jun. sec. *Omina* Var. LL. e marg. Parm. *genialia* Reg. Bonon. *genitalia* Voss. sec. *sancit* Vat. tert. et quint. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. *sanxit* tres Vatt. Cod. Bartholin. *Omine p. genialia fœdera s.* Exc.

NOTÆ

357 *Fluctu*] Maris adversa tempestate nemo nauta perit.

Cuspide] Ense, hasta, aut quovis telo nemo homo occiditur.

359 *Impexam*] Virgilius: 'Cui plurima mento Canities inculta jacet.'

360 *Portitor*] Ille est, qui in portu vectigal seu portorium recipit, et ideo portitor dicitur Charon, quia ab umbris transituris obolum, seu naulum, quasi portorium exigit. Propertius: 'Vota movent superos ubi portitor æra recepit.'

361 *Hesperus*] Nam inferi habent sua sidera. Hesperus in vertice Atlantis Patris sidera observans obiit, et a suis ob pietatem in cœlum relatus, sideri nomen dedit, seu stellæ vespertinæ, quæ matutinis horis dicitur Phosphorus seu Lucifer.

362 *Pronuba*] Ea est, quæ ex parte uxoris nuptiis celebrandis præest, ut auspex ex parte viri.

363 *Tangens*] More precantium, qui tenebant aras.

364 *Omina sancit*] Confirmat matrimonium, vel optat numerosam felicemque sobolem, et iis bene ominatur. *Perpetuo fœdere*, id est, nodo conjugii indissolubilis. Ex Justiniani institutis, 'Nuptiæ sive matrimonium est viri et mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem continens.'

Exultant cum voce pii, Ditisque sub aula
Talia pervigili sumunt exordia plausu:
Nostra parens Juno, tuque, o germane Tonantis
Et gener, unanimis consortia discite somni,
Mutuaque alternis innectite colla lacertis.
Jam felix oritur proles: jam læta futuros
Expectat Natura Deos. Nova numina rebus
Addite, et optatos Cereri proferte nepotes.

conjugalia connubio indissolubili. Pii lætantur, plaudunt cum cantu, et in regia Plutonis incipiunt dicere hæc verba lætitia insomni: O Proserpina mater nostra, et tu, o Pluto, *frater Jovis et gener, discite societatem somni concordis, et circumdate invicem colla mutua brachiis: jam soboles fortunata nascitur: jam natura gaudens expectat numina nascitura: addite mundo Deos novos, et date Cereri nepotes jucundos.*

Schott.—365 *cum* vel *tum* Oxon. sec. *jam* al. *proferre* pro *cum voce* Voss.—366 *per vulgi* pro *pervigili* Med. pr. *sumunt exordia* Florent. duo Med. duo Heins. et chartac. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. et Vicet. Heinsius ascripserat locum Lucretii Lib. I. vs. 150. 'Principium hinc cujus nobis exordia sumet.' *ducunt* vulgo. *dicunt* edd. Parrh. Isingr. et Gryph.—367 *parens* Vat. pr. Reg. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *potens* Florent. cum octodecim aliis, Ald. ed. Parm. Exc. Petav. quart. *Nostripotens* una voce legebat Heinsius, qui ascripserat: sic supra, *Umbrarumque potens* Lib. I.—368 *genus* pro *gener* Petav. sec. *unanimis* quatuor Vatt. Pal. Cod. Bartholin. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Isingr. et al. *unanimes* Leid. *unanimi* Vat. tert. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. Bonon. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *ignavi* Ambr. tert. *ducite* tres Vatt. Cod. Bartholin. *dicite* Bonon. *discite* Vat. tert. et d. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Voss. pr. Oxon. sec. *lecti* pro *somni* Jun. pr.—369 *colla* Vat. pr. Bonon. Tholos. ed. Vicet. *vota* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Put. Reg. Petav. sec. Voss. sec. duo Oxon. Var. LL. e marg. Parm.—371 *Exspectet* Florent. *nomine* Moret. pr.—372 *perferte* pro *proferte* vet. Gyr. *labores* pro *nepotes* Florent.

NOTÆ

365 *Pii*] Cultores camporum Elysiorum.

366 *Pervigili*] Nam totam noctem ducunt in cantu et conviviis.

367 *Juno*] Inferna scilicet, quæ est Proserpina, ut supra lib. I.

368 *Gener*] Nam Pluto duxit Proserpinam Jovis et Cereris filiam, et ideo est Jovis et Cereris gener.

370 *Oritur proles*] Optat eis prolem, et revera Furias ex Dite susceptas aiunt.

XXXVI.

CL. CLAUDIANI
DE
RAPTU PROSERPINÆ
LIBER III.

ARGUMENTUM.

Dii Jovis jussu ab Iride convocati sedent. Tum Jupiter ait se sæculi aurei pigritia offensum, fruges inaratas et mella ademisse, ad excitandam hominum industriam: hinc homines glande vesci; hinc naturam queri; ideoque Proserpinam dat rapiendam, eam ut quærens Ceres det fruges; vetat ne quis raptorem prodat. Interim Ceres in Ida terretur prodigiis, somniis, specie ipsius Proserpinæ flentis; mox volat in Siciliam: hic omnia confusa: petit ab Electra nutrice unde calamitas. Tandem Electra rem prodit, et Venerem, Dianam, Palladem accusat: explicat dolos Veneris allicientis Proserpinam in sylvas, ubi orta nocte subita rapta fuerat, ancillis fugientibus. Ceres invehitur in tres Deas. Petit ut saltem liceat nosse suam calamitatem. Orat Latonam ut sibi indicet raptorem, sed frustra. Ergo statuit quærere filiam per omnes mundi partes. Sylva ad fluvium Acin describitur, ab armis præliisque Jovis, a spoliis gigantum, loci religione, quæ non impedit quominus Ceres evertat cupressus et cedros ad tædas faciendas: has accendit in Ætna: hinc progreditur flens, conquerens se sontem, se punitam dicens, desperans, &c. Nam deest finis.

Jupiter interea cinctam Thaumantida nimbis

Interim Jupiter imperat Iridem circumdatam nubibus descendere, et evocare

In Vat. pr. sec. et quint. Jun. pr. et sec. duobus Voss. Oxon. pr. Cod.

NOTÆ

1 *Interea*] Dum hæc aguntur convivia, dum cantus resonant, &c.

Thaumantida] Irin, quæ Thaumantis et Electræ filia, ἀπὸ τοῦ θαύματος

Ire jubet, totoque Deos arcessere mundo.
Illa colorato Zephyros illapsa volatu
Numina conclamat pelagi, Nymphasque morantes
Increpat, et fluvios humentibus evocat antris.
Ancipites trepidique ruunt, quæ causa quietos
Excierit, tanto quæ res agitanda tumultu.
Ut patuit stellata domus, considere jussi.
Nec confusus honos. Cœlestibus ordine sedes
Prima datur: tractum proceres tenuere secundum

Deos ex *omni mundo. Illa* Iris *superans ventos alis pictis, vocat Deos maris, et arguit Nereides cunctabundas, atque excit fluvios* ex *cavernis humidis. Veniunt pavidi dubitantesque, quæ causa* se *placidos evocaverit, quod negotium tractandum tanta trepidatione. Postquam regia cœlestis aperta est,* Dii *jussi* sunt *sedere: neque honor est promiscuus: primus ordo sedendi defertur* Diis *superis: Principes maris occupant*

Bartholin. et ed. Vicet. additur Præfatio, quæ ante VI. Cons. Honorii legitur. in Vat. tert. quart. et Pal. deerat.

1 *Thaumantea* Voss. sec.—2 *totosque* Vat. quart. Exc. Petav. quart. *omnes* pro *Deos* Jun. pr. *arcessere* Vat. sec. quint. et d. Florent. Put. Petav. pr. Ambr. tert. duo Voss. Var. LL. e marg. Parm. *accersere* tres Vatt. Pal. Reg. Moret. pr. Oxon. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. *accrescere* Petav. sec. *accedere* Exc. Petav. quart.—3 *coloratos* Pal. Heins. H. *Zephyris illapsa* Vat. tert. Bonon. Tholos. *Zephyros* Oxon. sec. *Zephyros elapsa* Moret. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *Zephyrum prægressa* Var. LL. e marg. Parm. *Zephyros transgressa* chartac. Heins. *perlapsa* Vat. quint. *prælapsa* Petav. sec. *transgressa* Vat. pr. Voss. pr. Cod. Bartholin. *prægressa* inc. Heins. Exc. Petav. quart. *illata* Jun. pr. *illapsa* Vat. sec. et d. Florent. duo Med. Oxon. pr. Heins. H. Put. Reg. Petav. pr. *volato* pro *volatu* Oxon. pr.—4 *conclamant* Vat. tert. *lymphasque* Vat. sec.—6 *Ancipitesque ruunt trepidi* Oxon. sec. *quos caussa* ed. Vicet. *vocatos* Ambr. tert. *morantes* Exc. Petav. quart. male. nam modo præcessit vs. 4.—7 *eruerit* pro *excierit* Vat. pr. *tanto et quæ res* Voss. pr.—8 *Et patuit* Voss. pr.—9 *Non confusus* Vat. pr. chartac. Heins. Oxon. pr. Cod. Bartholin. ed. Parm. *Nec confusus* Var. LL. e marg. Parm. *confessus* Voss. pr. *honor* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *honos* Voss. sec. Ambr. tert.—10 *proceres tractum* Jun. pr. *stratum*

NOTÆ

dictam: est enim filia *admirationis:* unde et Thaumantias dicitur, eaque Deorum nuntia.

6 *Quietos*] Deos omnes in concilium cogere, non nisi in summa rerum difficultate moris erat.

8 *Stellata domus*] Est regia cœli, stellis distincta.

Considere jussi] Nam Jovis injussu non audent. Statius: ‘Nec protinus ausi Cœlicolæ, veniam donec pater ipse sedendi Tranquilla jubet esse manu.’

9 *Nec confusus honos*] Non confuse et promiscue sedent, sed quisque pro sua dignitate sedet.

Cœlestibus] Diis superis, seu Diis majorum gentium: qui sunt duodecim selecti, ex Ennio: ‘Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi’, Neptunus, Vulcanus, Apollo.’ At hinc aberat Ceres, ut ostendit Poëta.

10 *Proceres*] De Consul. Prob. vs. 18.

Æquorei, placidus Nereus, et cœrula Phorci
Canities. Glaucum series extrema biformem
Accipit, et certo mansurum Protea vultu.
Necnon et senibus fluviis concessa sedendi
Gloria. Plebeio stat cetera more juventus,
Mille amnes. Liquidis incumbunt patribus udæ
Naides, et taciti mirantur numina Fauni.

locum alterum, Neptunus lenis, et proles *cana Phorci cœrulei: sedes ultima recipit Glaucum biformem, et Proteum remansurum figura stabili: quin et honor considendi datus* est *fluminibus antiquis: fluvii alii mille stant* ut *juvenes* ex *consuetudine populi. Naides humidæ innituntur patribus humentibus, atque Fauni*

proceres Petav. sec. *sedem tenuere secundam* Voss. pr.—11 *et lucida Phorci* Vat. tert. et d. Pal. *lurida* Petav. pr. *lubrica* Exc. Petav. quart. *pallida* Ambr. tert. *candida* inc. Heins. Petav. sec. *reverendaque* Vat. sec. Florent. Voss. pr. Oxon. pr. m. sec. Exc. Læti. *et lucida* vel *reverendaque* Tholos. *reverendaque* vel *et livida* Voss. sec.—12 *sedes* pro *series* Oxon. pr. m. sec. *externa* Jun. pr. *biformes* Petav. sec.—13 *certum* Voss. pr.—14 *fluviis senibus* Vat. quint. Reg. Oxon. pr. *superis fluviis* Voss. pr.—16 *partibus* al. *udæ* duo Med. Heins. et inc. ejusd. Reg. m. sec. Tholos. m. pr. duo Voss. Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *undæ* duo Vatt. et d. Tholos. m. sec. Jun. pr. chartac. Heins. *ude* Ambr. tert. *inde* Moret. pr. *undæ.* cum *στιγμῇ*, Put. —17 *Naides* Petav. pr. *Naiades* tres Vatt. et Pal. *taciti* Vat. sec. et d. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *placidi* Vat. pr. chartac. Heins. Cod. Bartholin. ed. Parm. *numina* Vat. pr. Bonon. chartac. Heins. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *sidera* Vat. sec. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusdem, Put.

NOTÆ

11 *Nereus*] Omnium Ponti liberorum natu maximus, ex Doride Oceani filia Nymphas genuit Nereidas: non raro sumitur pro Neptuno.

Phorci] Is etiam Ponti filius, Græas seu Spumas ab ipso partu canas peperit ex Ceto sorore: sicque *cœrula Phorci canities*, est proles cana Phorci cœrulei.

12 *Glaucum*] Is erat Eubœæ piscator, urinandi peritissimus, qui cum ad insulam quandam cultoribus vacuam penetraret, rudi sæculo persuasit se ad Deos maris penetrasse, sicque opinionem divinitatis sibi peperit. Fabula ait eum in balænam conversum, tractata herba, cujus attactu pisces, quos captos extraxerat, redivivos in æquor resiliise conspexerat.

13 *Protea*] Hic Neptuni filius, in varias se figuras mutare Diis præsentibus non audebat; alioqui mutari solitus, *εἰς παντοδαπὰ ζῶα καὶ δένδρα*, *in omne genus animalia et arbores.* Polyænus: qui id putat fictum esse, quod dolis superare posset quemcumque vellet.

16 *Incumbunt*] Innituntur fluviis, quorum sunt filiæ. Callimachus: *Νύμφαι Θεσσαλίδες ποταμοῦ γένος*, *Nymphæ Thessalides amnis genus*: ex Parrhasio.

17 *Naides*] Fontium Deæ, ut supra.

Fauni] Faunos, Sylvanos, et Satyros inter Deos agrestes coluit antiquitas: superne hominibus cornutis, inferne capris similes.

Tum gravis ex alto genitor sic orsus Olympo:
Abduxere meas iterum mortalia curas,
Jam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam
Otia et ignavi senium cognovimus ævi,
Sopitosque diu populos torpore paterno
Solicitæ placuit stimulis impellere vitæ,
Incultis ne sponte seges grandesceret arvis,
Undaret neu sylva favis, neu vina tumerent
Fontibus, et totæ fremerent in pocula ripæ.

silentes admirantur Astra. Tunc pater verendus ita locutus est *ex cœlo celso:* Res *humanæ contemtæ* a *me dudum applicuerunt rursus animum meum, posteaquam vidimus ignaviam* sæculi *Saturni, et tarditatem ætatis inertis: et visum est stimulare curis vitæ anxiæ gentes dudum torpescentes ignavia paterna;* cavi *ne fruges injussæ crescerent* in *agris inaratis, neve arbores complerentur melle; neve vinum exundaret fontibus, et ripæ omnes* cum sono *fluerent ad vasa* implenda.

Reg. Tholos. duo Voss. duo Petav. Exc. Petav. quart. et Ald.—18 *Olympo est* vulg. *Olympo* sine *est* Voss. pr. chartac. Heins. Moret. pr. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. duo Oxon. Ald. et ed. Vicet. *est solio genitor sic orsus ab alto* Exc. Petav. quart.—19 *Obduxere* Vat. tert. *Adduxere* tres Vatt. Florent. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Voss. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *Abduxere* Vat. sec. et d. chartac. Heins. Ald. *Adduxere* vel *Abduxere* Reg. Oxon. pr. Voss. sec. Heinsius ascripserat sequentia : '*Abduxere*] hæc vera lectio. i. e. *avocarunt*. sic *abducere* occurrit Hist. Aug. p. 24. de *avocandi* verbo vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 42. et 59. et Gronov. ad Livium.'—20 *Nam pridem* Put. *dudum* Tholos. Exc. Petav. quart.—21 *cognoscimus* Vat. quart. Pal.—22 *languore paterno* Petav. pr. Ambr. tert. *sopore* edd. Vicet. Parm. Colin.—23 *Sollicitos* Ambr. tert. *stimulos* Vat. quint. Florent. inc. Heins. ed. Vicet. *stimulis* duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. pr. Tholos. Moret. pr. Vat. Livin. duo Voss. Exc. Petav. quart. *impendere* Jun. sec.—24 *neu sponte* Bonon. *concresceret* Voss. pr. *gravesceret* Ambr. tert. *grandesceret* Put. Petav. pr. *gradesceret* Reg. *candesceret* Exc. Petav. quart. *canesceret* vel *gravesceret* vel *grandesceret* Vat. sec. Voss. sec.—25 *non silva* Voss. pr. *ne silva favis, ne* quatuor Vatt. Moret. pr. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Bartholin. duo Jun. Exc. Petav. quart. *ne vina* Florent. inc. Heins. —26 *aut totæ* Vat. sec. Voss. sec. *fluerent* Jun. sec. *ruerent* vel *fremerent*

NOTÆ

18 *Genitor*] Jupiter 'Divum pater atque hominum rex.' Virgilius.

Alto Olympo] Ex altiore cœli parte: Dii alii inferiorem locum tenent.

20 *Saturnia otia*] Pigritia scilicet, qualis erat regnante Saturno.

21 *Senium*] Pigritiam et tarditatem, qualis est in senibus.

22 *Torpore paterno*] Torpore et inertia, quam patiebatur pater meus Saturnus. Locus hic desumtus ex Virgilio: 'Nec torpere gravi passus sua regna veterno,' &c. Nam Jupiter, perosus vitam illam quietam et placidam sæculi Saturnii, voluit homines non amplius ducere vitam expertem curarum et mœroris, sed parando victui multo cum labore invigilare.

26 *Fremerent*] Ripæ paterentur aquas frementes, seu cum sonitu fluentes ad vasa accolarum implenda.

Haud equidem invideo; (nec enim livescere fas est
Vel nocuisse Deos) sed quid dissuasor honesti
Luxus, et humanas oblimat copia mentes?
Provocet ut segnes animos, rerumque remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret egestas?
Utque artes pariat solertia, nutriat usus?
Nunc mihi cum magnis instat Natura querelis
Humanum relevare genus, durumque tyrannum
Immitemque vocat, regnataque sæcula patri

Non invideo certe (nam neque licet Deos invidere vel obesse); at quare luxuria inimica honestatis, et abundantia hebetat animos hominum? Faciam nempe, *ut paupertas ingeniosa excitet mentes ignavas, et quærat paulatim modos occultos rerum, et ut industria excogitet artes*, et *exercitatio alat* illas. *Natura nunc urget me cum questibus ingentibus solari genus hominum, et appellat* me *tyrannum crudelem et implacabilem, atque exprobrat ætatem gubernatam* a *patre* Saturno, *ac*

Florent.—27 *invideo* Vat. quint. inc. Heins. *invidia* tres Vatt. Florent. Put. Bonon. Tholos. Voss. sec. *invidia est* Vat. quart. Pal. duo Med. Heins. H. Jun. sec. Oxon. sec. duo Petav. Exc. Petav. quart. *neque enim* duo Vatt. Put. Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. pr. Oxon. pr.—28 *Vos nocuisse* Vat. pr. *quid dissuasor* Vat. d. Petav. sec. *quod* quatuor Vatt. Pal.—29 *obliquat* Bonon. Oxon. sec. m. sec. *oblimat* vel *obliquat* Reg. Oxon. pr. *oblimat* vel *offuscat* Vat. sec. Voss. sec. Heinsius asteriscum huic versui apposuerat, ascripto simul loco Horat. Lib. I. Sat. II. 'Rem patris oblimare.'—30 *Provocat et* Ambr. tert. *Provocet aud* chartac. Heins. *iterumque remotas* inc. Heins. *moratas* Reg. *moratas* vel *remotas* Oxon. pr.—31 *explorat* Vat. d. Petav. sec. Bonon. Exc. Petav. quart. ed. Parrhas. *exploret* Moret. pr. Ald.—32 *Atque artes* Bonon. Jun. sec. *Ut patrias artes* Vat. pr.—33 *Nam mihi* Pal. Med. pr. Heins. H. *Non* Put. *dirumque tyrannum* Vat. pr. Cod. Bartholin. *durumque* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusdem, Put. Reg. Bonon. duo Voss. duo Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *divumque* Ambr. tert.—35 *fœdera* pro *sæcula* Ambr. tert. *patris* Vat. quart. Reg. Oxon. pr. Ambr.

NOTÆ

27 *Livescere*] Sol non invidet Lunæ, neque Dii hominibus.

28 *Nocuisse*] Dii non nocent; etenim 'Dii sunt benefici, generique hominum amici.' Cicero.

29 *Oblimat*] Pinguefacit atque obtundit.

30 *Ut segnes, &c.*] Jussi ut paupertas excitet homines. Heinsius putat legendum, *haud segnes, &c.* quasi diceretur, scilicet paupertas provocet animos impigros. Deinde legit, *atque artes.*

31 *Egestas*] Gaditani Egestatem et Artem adorabant; hanc, ut egestatis remedium; illam, ne placata noceret. Lucanus: 'Fœcunda virorum Paupertas.'

33 *Nunc*] Sublata prioris vitæ felicitate, natura vehementer queritur, urgetque me ut relevem solerque genus hominum.

34 *Tyrannum*] Quod injuste regnando premam homines.

Commemorat, parcumque Jovem se divite clamat.
Cur campos horrere situ, dumisque repleri
Rura velim, et nullis exornem fructibus annum?
Se jam, quæ genitrix mortalibus ante fuisset,
In diræ subito mores transisse novercæ.
Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput, pecudum si more pererrant
Avia, si frangunt, communia pabula, glandes?

conqueritur me *Jovem* esse *avarum se locuplete.* Petit *quare jubeam agros squalere illuvie, et arva compleri spinis, et* quare *nullis decorem fœtibus annum.* Dicit *se jam, quæ prius fuerat mater hominibus, degenerasse cito in animum novercæ crudelis. Quid juvit* homines *duxisse animum* ex *Cœlo? quid* juvit *sustulisse os sublime, si instar bestiarum peragrant deserta, si rumpunt*

tert.—36 *parvumque Jovem* Moret. pr. *damnat* Var. LL. e marg. Parm.—37 *Qui campos* Florent. Bonon. Moret. pr. Jun. et Oxon. pr. *Quod* Vat. sec. et quint. *Quid* Voss. pr. Exc. Petav. quart. *Cur* vel *Qui* Voss. sec. *Quo* vel *Quid* conjecerat Heins.—38 *Arva* pro *Rura* Jun. pr. Vat. tert. *velim, nullis* tres Vatt. et d. Pal. Put. Reg. Bonon. Tholos. chartac. Heins. Jun. sec. duo Petav. duo Oxon. Exc. Petav. quart. edd. Ald. Parm. Vicet. Junt. Colin. Parrhas. *nullisque* Vat. quint. Petav. pr. Ambr. tert. Moret. pr. Jun. pr. Cod. Bartholin. Exc. Læti. *exornans* Put. *fluctibus* pro *fructibus* Pal. Exc. Petav. quart.—39 *Se jam* Exc. Læti. *Semina* ed. Vicet. *victrix* Petav. sec. *genitrix* Vat. Livin. *cultrix* Ambr. tert. *nutrix* Vat. quint. Put. Tholos. Voss. pr. Ald. ed. Vicet. *rectrix* Vat. tert. et d. Pal. Florent. Oxon. pr. Put. Reg. Petav. pr. Bonon. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. duo Jun. *genitrix* vel *nutrix* Vat. sec. *rectrix* vel *nutrix* inc. Heins. *rectrix* vel *nutrix* vel *genitrix* Voss. sec.—40 *morem* Florent. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *nomen* Vat. sec. *transire* tres Vatt. Put. Reg. Voss. pr. Jun. pr. duo Oxon. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *mentem transisse polo* Pal. Petav. sec.—43 *franguntur* pro *si frangunt* Bonon. *frangit* Florent. *frangant* Vat. sec. Reg. Jun. sec. Oxon. pr. *publica* pro *pabula* Florent. m. pr.—44 *vita*

NOTÆ

36 *Parcumque Jovem*] Natura clamat Jovem esse parcum atque avarum in tantis suis divitiis, quibus privat homines.

37 *Horrere situ*] Situs est illuvies quædam, quæ fœdat agros cessantes.

38 *Fructibus*] Pomis et frugibus.

40 *Novercæ*] Natura, quæ materno affectu homines ante fovebat, queritur quod, me jubente, facta sit noverca, eosque alat glandibus, quos melle et lacte aluerat.

41 *Mentem traxisse polo*] Hoc ex Platonicorum sententia.

42 *Erexisse caput*] Quod soli homini contigit, quodque ejus arguit nobilitatem. Hoc depromtum ex Ovidio, qui hæc canit: 'Os homini sublime dedit,' &c.

43 *Avia*] Vagantur per saltus, nemora deserta, in quibus via nulla est, et quæ ideo dicuntur avia, quasi sine via.

Communia pabula] Glandes quæ sunt alimenta communia bestiis et hominibus.

44 *Lustris*] Lustrum est spatium quinque annorum, sed significat e-

Hæccine vita juvat sylvestribus abdita lustris,
Indiscreta feris? Tales cum sæpe parentis
Pertulerim questus, tandem clementior orbi
Chaonio statui gentes avertere victu.
Atque adeo Cererem, quæ nunc ignarà malorum
Verberat Idæos torva cum matre leones,
Per mare, per terras avido discurrere luctu
Decretum, natæ donec lætata repertæ
Indicio tribuat fruges, currusque feratur
Nubibus, ignotas populis sparsurus aristas,
Et juga cœrulei subeant Actæa dracones.

glandes, alimenta communia? An vita illa placet occultata cavernis agrestibus, non differens a *belluis? Cum* ego Jupiter *passus sim sæpe querelas tales matris* Naturæ, *tandem* factus *mitior mundo, decrevi avocare populos* ab *Chaonio alimento. Et ideo statutum* est a me ut *Ceres, quæ nunc ignorans* suam *jacturam fatigat leones Idæ, cum parente terribili* Cybele; statutum, ut Ceres *vagetur per mare et terras fletu magno, donec gaudens signis filiæ inventæ, det fruges, et currus* ejus *vehatur* per *aërem, distributurus spicas incognitas hominibus; et ser-*

vetat Put. *addita* pro *abdita* Cod. Bartholin. cum viginti sex aiiis. *silvis* pro *lustris* Ambr. tert.—45 *quales* Tholos. *parenti* Exc. Petav. quart. Heins. ascripserat Ovid. in Fastis, loco non indicato.—46 *Pertuleris* Vat. sec.—47 *Chaonia . . . glande* pro *Chaonio . . . victu* Voss. pr. *Dodonio . . . victu* Jun. sec. *advertere* Put.—48 *Atque adeo* Vat. pr. et tert. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Moret. pr. Tholos. Ald. ed. Parm. et Vicet. *ideo* duo Vatt. vet. Gyr. Cod. Bartholin. *adeo* vel *ideo* Reg. chartac. Heins.—50 *decurrere luctu* Moret. pr. *disquirere* conjiciebat Heins.—51 *Decretum est* duo Vatt. inc. Heins. Reg. Petav. sec. Ambr. tert. Moret. pr. Voss. pr. Oxon. pr. Jun. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Decrete* Put. *Decrevit* Pal. Florent. Med. quart. unde *Decrevi* legebat Heins. *donec natæ* Vat. quart. *natæ donec* duo Med. Put. Reg. Heins. H. et inc. ejusd. Bonon. Tholos. duo Petav. duo Voss. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—52 *Judicio* Vat. pr. et tert. Petav. sec. *cursusque* Vat. d. Pal. Florent.—53 *Avius* Vat. tert. et duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. sec. Oxon. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. vid. supra vs. 43. *Illius* Exc. Petav. quart. *Nubibus* quatuor Vatt. Cod. Bartholin. *Nubibus* vel *Avius* Florent. Reg. *ignotis* vel *ignotas* Voss. sec. *populo* Jun. sec. *terris* pro *populis* Exc. Petav. quart.—54 *Ut juga* Vat. tert. *subeunt* Petav. sec. *jugales* Voss. sec.

NOTÆ

tiam sylvas densissimas, et cubilia ferarum, ut hoc in loco.

47 *Chaonio victu*] Id est, glandibus Chaoniis, quæ victum suppeditant. Chaonia pars est Epiri in Græcia, quæ abundat quercubus, et ideo glandibus.

48 *Ignara malorum*] Nescit nempe filiam a Plutone esse raptam.

49 *Idæos leones*] Stabulantes in Ida monte Phrygiæ; qui leones trahunt currum Cybeles matris Deorum. Supra de leonibus Cybeles.

50 *Avido luctu*] Magno Ceres mœsta desiderio filiæ, eam quæret per totum orbem terrarum.

54 *Dracones*] De draconibus Cereris supra.

Quod si quis Cereri raptorem prodere Divum
Audeat; imperii molem, pacemque profundam
Obtestor rerum, natus licet ille, sororve
Vel conjux fuerit, natarumve agminis una,
Se licet ille meo conceptum vertice jactet,
Sentiet iratum, procul ægide, sentiet ictum
Fulminis, et genitum divina sorte pigebit,

pentes nigri submittant se jugo Attico. Quod si quis Deorum audeat indicare raptorem Plutonem; *juro per magnitudinem regni mei, et amicitiam secretam mundi; quamvis ille sit filius, aut soror, aut uxor, aut una cœtus filiarum; quamvis ille gloriaretur se* esse *natum* ex *capite meo, patietur longe clypeum horrendum, patietur impetum fulminis, atque dolebit* se esse *natum*

m. pr.—55 *dirum* Oxon. sec. *durum* Vat. quint.—56 *pacem molemque profundam* Petav. pr.—57 *natus sive ille* Cod. Bartholin. *ipse* Reg. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *sororque* Florent. inc. Heins.—58 *natarumque* Cod. Bartholin. cum octodecim aliis et Exc. Petav. quart. *natarumve* vel *nostrarumque* duo Vatt. *natarumque* vel *multarumque* Voss. sec.—59 *Sed licet* Ambr. tert. *Scilicet* Med. quart. *Se licet* Florent. Med. pr. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Petav. sec. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *illa meo* tres Vatt. et d. *ipsa* Pal. Med. pr. Cod. Bartholin. *ore* Vat. tert. *ille meo conceptum* Tholos. *ipse meo conceptum* Reg. m. sec. *conceptam* tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. *conceptum* duo Vatt. *jactat* Moret. pr. Jun. pr. *jactet de vertice natam* Jun. sec. *vertice* vel *sanguine* Voss. sec. in Oxon. pr. erat Glossa sequens. *Quidam dicunt,* SE LICET IPSA MEO CONCEPTAM ETC. *quia pro Pallade dictum est: sed hoc non permittit litera sequens, quia pro eodem sequitur* GENITUS *et* SAUCIUS ICTU. *idcirco melius dicitur* IPSE *et* CONCEPTUM, *quamvis pro Pallade dicatur. Masculinum enim genus protulit Auctor, quia prædixerat* SI QUIS AUDEAT.—60 *Sentiet* Petav. pr. *Sentiat* Put. Petav. sec. Jun. sec. *Sentit iratam procul ægida* vulg. et ita Gesn. et ed. Bipont. *iratum* Vat. tert. et d. Pal. duo Med. Heins. H. Incert. et chartac. ejusd. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. duo Oxon. ed. Parm. et Vicet. *iratum procul ægide* tres Vatt. Cod. Bartholin. Florent. Reg. Petav. pr. Ambr. tert. vet. Gyr. Vat. Livin. duo Jun. duo Voss. Exc. Petav. quart. *ægida* duo Med. Heins. H. Ald. et ed. Vicet. *sentiat* Petav. sec. *ictus* Florent. Reg. m. sec. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert.—61 *genitam* Vat. quint. inc. Heins. Petav. pr. Jun. sec. Ald. *gentem* Put. *genitum* vel *genitam* Vat. sec. Voss. sec. *stirpe* Florent. inc.

NOTÆ

55 *Prodere*] Indicare. Virgilius: 'Prodere voce sua quemquam aut opponere morti.' Horatius: 'Risus proditor.'

56 *Pacem profundam*] Id est, æternam illam arcanamque amicitiam, quæ res omnes inter se fovet.

59 *Conceptum vertice*] Licet foret ipsa Pallas, quæ armata prodiit ex meo capite. Palladem indicat, ne quis index veniam speret.

60 *Ægide*] Ægis est clypeus Jovis, factus ex pelle *capræ*, *αἰγὸς*, Amaltheæ nutricis; quo clypeo, oraculi monitu, se muniit contra Titanas, eosque vicit. Alii legunt *Sentiet iratam procul Ægida;* id est, Sentiet arma Jovis irati, et *Ægidem concutientis, habentis: Διὸς αἰγιόχοιο*, Homerus.

61 *Genitum divina sorte pigebit*] In magnis angustiis Dii dolebant se esse immortales. Ovidius de Inacho: 'Nec

Optabitque mori: tunc vulnere languidus ipsi
Tradetur genero, passurus prodita regna,
Et sciet an propriæ conspirent Tartara causæ.
Hoc sanctum: mansura fluant hoc ordine fata.
Dixit, et horrendo concussit sidera motu.
At procul armisoni Cererem sub rupibus antri
Securam placidamque diu jam certa peracti
Terrebant simulacra mali, noctesque timorem
Ingeminant, omnique perit Proserpina somno.

ex *semine divino, et cupiet mori. Tunc debilis plaga dedetur ipsi genero* meo Plutoni, *toleraturus* pœnas *imperii proditi, discetque utrum Inferi faveant causæ suæ. Id statutum* est: *fata stabilia currant hac serie.* Jupiter sic *locutus est, et tremefecit cœlum nutu terribili. Sed longe* a Sicilia *jam imagines quædam cladis acceptæ turbabant Cererem jamdudum tranquillam et quietam sub saxis cavernæ armis resonantis: et* visa *noctis augent metum, et Proserpina*

Heins. Voss. pr. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *sorte* vel *stirpe* Vat. sec. Voss. sec.—62 *tunc* Vat. Livin. *dum* Voss. sec. *tum* Pal. Florent. duo Med. Heins. H. duo Petav. Tholos. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *cum* Vat. quint. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Exc. Petav. quart. Voss. pr. Ald. *diro saucius ictu* Reg. Oxon. sec. *languidus* Vat. Livin. inc. Heins. *saucius* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Petav. sec. Tholos. Moret. pr. duo Voss. duo Jun. Exc. Petav. quart. Ald. *saucius* vel *languidus* Oxon. pr. *diro saucius ictu* vel *vulnere languidus ipsi* Vat. quart. *ipse* Vat. sec. Voss. pr. Jun. sec. *ipse* vel *ipsa* Voss. sec.—64 *primæ* pro *propriæ* Ambr. tert. *conspirant* Jun. pr.—65 *Hæc secum* Pal. *Hæc sancit* Exc. Petav. quart. *Hoc factum* Moret. pr. *Hoc sanctum est* Vat. quint. Petav. sec. Ambr. tert. *pactum est* Vat. sec. *pactum* vel *sanctum* Voss. sec. *fluunt* Voss. sec. *fluent* Jun. pr. *ordine* Reg. Exc. Petav. quart. *cardine* Vat. tert. et d. Put. Petav. pr. et sec. m. sec. *ex ordine* Jun. pr. *cardine* vel *ordine* Oxon. sec. *facta* pro *fata* Vat. pr. et d.—66 *nutu* pro *motu* Vat. quint. Bonon. Petav. pr. *nuptu* Ambr. tert.—67 *Hoc procul* Vat. sec. *At* vel *Hoc* Voss. sec. *armisonis* Voss. pr. *terroribus* pro *sub rupibus* Vat. tert. Pal. duo Med. Heins. H. Petav. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart.—68 *cuncta peracti* Florent. m. pr. *pericli* Exc. Petav. quart.—69 *Terrebant* pro *Terrebant* Ambr. tert. *timorce*

NOTÆ

finire licet tantos mihi morte dolores, Sed nocet esse Deum.'

63 *Passurus prodita regna*] Daturus pœnas propter proditum regnum Plutonis, qui eo magis torquebit indicem.

64 *Conspirent*] Scient suo malo, an non Inferi conspirent ad vindicandam causam Plutonis.

66 *Concussit sidera*] Poëtæ loquentem Jovem inducunt cum motu totius cœli mundique: exempla passim.

67 *Armisoni antri*] Sub saxis cavernæ Idææ, quæ resonabat clypeolis æneis, quibus Corybantes plaudebant, et strictis ensibus, quos rotabant, vel in Creta, vel in Phrygia, ubi est mons Ida.

70 *Omnique perit Proserpina somno*] Semper inter dormiendum sibi videtur amittere Proserpinam, interdumque ut mortuam lugere.

Namque modo adversis invadi viscera telis,
Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes,
Nunc steriles mediis frondere penatibus ornos.
Stabat præterea luco dilectior omni
Laurus, virgineos quondam quæ fronde pudica
Umbrabat thalamos. Hanc ima stirpe recisam
Vidit, et incomtos fœdari pulvere ramos.
Quærentique nefas, Dryades dixere gementes,

videtur *amitti* per *totum somnum. Etenim nunc metuit impeti* sibi *uterum armis inimicis, nunc* metuit *vestimenta sibi mutata nigra fieri, tunc ornos infæcundas virescere in ipsis domibus. Insuper laurus carior tota sylva surgebat, quæ olim tegebat foliis castis cubiculum puellæ* Proserpinæ: *aspexit hanc abscissam* ab *ipsa radice, et frondes inornatas inquinari pulvere; et Dryades flentes dixerunt*

Vat. quart. Reg. Jun. et Oxon. pr.—71 *sub adversis* Vat. quint. *inmensis* Vat. pr. Cod. Bartholin. *adversis* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *inmissis* ed. Vicet. *invadit* Petav. sec.—72 *Nec sibi mutatas* Petav. sec. *jam sibi* Moret. pr.—73 *Non steriles* Vat. tert. *florere* Ambr. tert.—74 *delectior* Put. Jun. pr. Voss. pr. Exc. Petav. quart. *dilatior* Vat. quart. Voss. sec.—75 *quondam* Florent. cum quatuordecim aliis, Exc. Petav. quart. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *quæ quondam* Reg. Oxon. pr. Jun. sec. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *olim quæ* ed. Barth. *quondam quæ* quatuor Vat. et d. *quod fronte* Put.—76 *Vibrabat* Med. pr. *Umbrarat* Vat. quart. *hanc primo stipite cæsam* Voss. pr. *cespite cæsam* Reg. Oxon. pr. Ambr. tert. *uno cespite cæsam* Vat. pr. Cod. Bartholin. *imo stipite cæsam* Florent. cum octodecim aliis, Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *incisos* Vat. sec. Voss. sec.—77 *stipite* pro *pulvere* Pal. *crines* Vat. quart. *ramos* tres Vatt. et d. —78 *Quæ sunt quæque* pro *Quærentique* Exc. Petav. quart. *Quæsivitque* Cod. Bartholin. et maxima Codd. pars, edd. Parm. Vicet. Junt. Ald. Parrhas. et

NOTÆ

71 *Invadi viscera*] Percuti uterum, qui fuerat sedes Poserpinæ, ideoque id ipsi cladem portendebat. Viscera in somno res bene vel male præsagiunt. Mater Augusti ad cœlum sua viscera ferri crediderat, unde Augusto felicitas portendi visa est.

72 *Mutatas vestes*] Alba vestis in Cerealibus sumebatur. Ovidius: 'Festa piæ Cereris celebrabant annua matres Illa, quibus nivea velatæ corpora veste, Primitias frugum, dant spicea serta comarum.' Atra vestis in luctu publico sumebatur.

73 *Ornos*] Et forte ex ulmo mala portendebantur, quia est apud Inferos. Virgilius: 'Ulmus opaca ingens, quam sedem somnia vulgo Vana tenere ferunt.' Et Cereris somnium non vanum fuit aut fallax: ideoque *somnia vana* intellige, quæ aliquando vana sunt et fallacia, non semper.

74 *Luco dilectior omni*] Quæ magis placebat, quam sylva tota, unde translata fuerat.

75 *Fronde pudica*] Alludit ad Daphnen, quæ mutari in laurum maluit, quam virginitatem prodere.

Virgineos umbrabat thalamos] Cubiculum tegebat Proserpinæ nondum nuptæ.

78 *Dryades*] Ἀπὸ δρυὸς, *a quercu.* Nymphæ sunt sylvarum, quæ cum arboribus et vivunt et extinguuntur.

Tartarea Furias debellavisse bipenni.
 Sed tunc ipsa sui, jam non ambagibus ullis,
Nuntia materno facies ingesta sopori.
Namque videbatur tenebroso obtecta recessu
Carceris, et sævis Proserpina vincta catenis,
Non qualem Siculis olim mandaverat arvis,
Nec qualem roseis nuper convallibus Hennæ
Suspexere Deæ. Squalebat pulchrior auro
Cæsaries, et nox oculorum infecerat ignes:
Exhaustusque gelu pallet rubor. Ille superbi
Flammeus oris honos, et non cessura pruinis

Cereri *petenti* auctorem *sceleris, Furias abscidisse* laurum *securi inferna. At tunc imago* Proserpinæ, *jam non ullis involucris, ipsa sui nuntia objecta* est *somno matris* Cereris. *Etenim Proserpina præclusa obscuris latebris carceris, et constricta vinculis duris cernebatur, non qualem commiserat agris Siciliæ quondam, nec qualem Deæ admiratæ sunt modo in vallibus floridis Ætnæ: crines nitidiores auro sordebant, et caligo* inferna *obscuraverat ignes oculorum: et color roseus absumtus frigore pallescit: illa pulchritudo ignea vultus formosi,*

multæ al.—79 *bipenni* Med. quart. *securi* Vat. quart. Med. pr. Reg. Jun. et Oxon. pr. *securi* vel *bipenni* Oxon. sec.—80 *Sed nunc ipsa* Ambr. tert. *Sed tamen* Put. unde *tandem* conjiciebat Heins. *ipsa tui* Voss. sec. *ista* Bonon. *sibi* inc. Heins. *jam nunc* Petav. pr. *sed non* Cod. Bartholin.—81 *series* pro *facies* Petav. pr. *ingesta* Vat. quart. Florent. Jun. pr. Ald. *incesta* Vat. d. Put. Bonon. *inserta* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *incerta* Petav. pr. Exc. Petav. quart. *infecta* Voss. pr. *gestata* Ambr. tert. *oblata* Vat. sec. Voss. sec. *inserta* vel *ingesta* Reg.—82 *tenebrosi* legebat Heins. *tecta* pro *obtecta* Florent. Jun. sec. *obtenta* Put. *objecta* Moret. pr. Voss. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart.—83 *duris* pro *sævis* Florent. *stricta* pro *vincta* Petav. pr. *catervis* Jun. pr.—84 *Nec qualem Siculis* Petav. sec. deerat vero Vat. tert. *Non qualem roseis* tres Vatt. Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Oxon. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *Sed qualem* Med. pr. Heins. H. *roseis olim* Petav. pr. Exc. Petav. quart.—85 *sub vallibus* Vat. pr. Vat. Livin. *Idæ* pro *Hennæ* inc. Heins. *Ætnæ* al.—86 *Prospexere* Reg. Oxon. pr. *Aspexere* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Conspexere* Vat. quint. Jun. sec. *Suspexere* vel *Suscepere* Ambr. tert. *purior aura* Jun. sec.—87 *orbes* pro *ignes* inc. Heins. Moret. pr. Var. LL. e marg. *ignem* Voss. pr.—88 *Exustusque* conj. Heins. *Exhaustusque* Petav. sec *oris* pro *gelu* Bonon. *rubor* Vat. sec. *pudor* Florent. et viginti duo Codd.

NOTÆ

79 *Furias debellavisse*] Id quod erat pessimum omen.

80 *Ambagibus*] Involucris somnii.

86 *Deæ*] Pallas, Diana, Venus.

Squalebat pulchrior auro] Crines flavi et auro nitidiores tecti erant illuvie.

88 *Gelu*] Loquitur ex sententia Cratetis Philosophi, qui Tartarum sub utroque mundi cardine statuit, ipsumque ideo frigoribus et perpetua bruma damnatum.

Rubor] Color ille oris roseus ac purpureus.

89 *Non cessura pruinis membra*] Id est, nive candidiora.

Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoscere visu
Evaluit: Cujus tot pœnæ criminis? inquit.
Unde hæc informis macies? cui tanta facultas
In me sævitiæ? rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacerti?
Tu, mea tu proles? an vana fallimur umbra?
  Illa refert: Heu dura parens, natæque peremtæ
Immemor, heu fulvas animo transgressa leænas!
Tantane te nostri tenuere oblivia? tantum
Unica despicior? Certe Proserpina nomen
Dulce tibi, tali quæ nunc, ut cernis, hiatu

et membra non inferiora nivibus, nigrescunt tenebris imperii obscuri. Igitur statim atque potuit ægre tandem cognoscere illam Proserpinam *oculis dubitantibus, ait: Ex qua culpa tantum supplicium* provenit? *unde macies hæc fœda? cui potestas tanta crudelitatis* fuit *contra me? quare brachia tenera meruerunt catenas ferri duri, vix accommodandas bestiis? Tu, mea, tu filia* es? *Utrum decipimur somnio inani? Illa* Proserpina *respondet: Ah! mater crudelis et oblita filiæ pereuntis! ah!* mater *superans animi* feritate *leænas sævas! an tanta oblivio nostri possedit te?* an ego filia *unica ita contemnor? Proserpina* est *nomen profecto gratum tibi, quæ nunc, sicut vides, clausa tali caverna trahor* ad *pœnam: tu crude-*

Var. LL. e marg. Parm. *ipse* Vat. quint. *superbus* Petav. sec.—91 *Ergoque ubi hanc dubio* Voss. pr. *hanc* vel *haud* Voss. sec. *noscere* pro *agnoscere* Voss. pr. *vultu* Cod. Bartholin. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Florent. m. sec. *visu* Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Oxon. sec. duo Jun. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vultu* vel *visu* Voss. sec.—92 *Evoluit* Voss. pr. *pœnæ cujus tot* Jun. sec. *penæ* Petav. sec.—93 *facies* Vat. sec. Cod. Bartholin. Voss. pr. Jun. pr. m. sec. et sec. Exc. Petav. quart. *macies* vel *facies* Voss. sec. Ambr. tert. *ubi tanta* Exc. Petav. quart. *cur tanta* Ambr. tert. *potestas* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin.—94 *sævitiæ est* Gesn. et ed. Bipont. *sævitiæ* sine *est* Vat. Livin. et plurimi Codd.—95 *optanda* pro *aptanda* Pal. *tractanda* Cod. Bartholin.—96 *An mea* Vat. quint. Ambr. tert. *aut* vel *an vana* Voss. sec.—97 *dura parens* tres Vatt. inc. Heins. Bonon. Oxon. pr. Voss. sec. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *torva* Jun. pr. *dira* vel *dura* Ambr. tert.—98 *sævas leænas* Reg. Oxon. pr. *fulvos leones* Vat. sec. Florent. inc. Heins. Jun. pr. duo Voss. Ambr. tert. *complexa* pro *transgressa* Ambr. tert.—99 Alcimus Avitus de laud. Virg. vs. 324. totum hunc versum habet.—100 *non est Proserpina* Voss. pr.—101 *hic cernor* Florent. *ut cernor* tres Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Oxon. pr. Voss. sec. Exc. Petav. quart.—102 *ferar* Vat. pr. et d. Petav. pr. Vat. Livin. *teror* duo Med. Heins. H. et inc. Put. Reg. Petav. sec. Tholos. duo Jun. duo Oxon. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL.

NOTÆ

94 *In me*] Quæ Jovis sum soror, et ex eo mater Proserpinæ.

Vincula vix aptanda feris] Quæ tam dura, tam horrida sunt, ut etiam nollemus iis bestias constringi.

96 *Fulvas leænas*] Fulvus leo, fulva leæna; epithetum perpetuum: vel forte fulvus denotat majorem feritatem. Virgilius: 'Et fulvos descendere monte leones.'

Suppliciis inclusa teror. Tu sæva choreis
Indulges, Phrygiasque etiamnum interstrepis urbes?
Quod si non omnem pepulisti pectore matrem,
Si tu nota Ceres, et non me Caspia tigris
Edidit; his, oro, miseram defende cavernis,
Inque superna refer. Prohibent si fata reverti;
Vel saltem visura veni. Sic fata trementes
Tendere conatur palmas. Vis improba ferri

lis, vacas saltationibus, et nunc adhuc strepis per oppida Phrygiæ. Quod si non expulisti ex *corde* tuo *omnes* sensus *matris, si tu* illa *Ceres cognita* peperisti me, *et non tigris Hyrcana produxit me; rogo, libera* me *afflictam* ab *his antris, et reduc in* terram *superiorem: si fata vetant redire, descende* huc *saltem invisura* me. Proserpina *ita locuta tentat tollere manus tremulas: grave pondus ferri pre-*

e marg. Parm. *feror* vel *teror* Vat. sec. et quint. Voss. sec. chartac. Heins. *sæva* vel *festa* Voss. sec. Vat. sec.—103 *Phrygiasque etiamnum* Florent. ed. Vicet. *vel nunc Phrygias* Vat. quint. *Phrygias et nunc* Vat. tert. et d. inc. Heins. Reg. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *Phrygias vel nunc* Jun. sec. duo Oxon. duo Voss. *vel nunc* duo Vatt. Pal. Med. pr. Petav. sec. Tholos. *nunc nunc* Vat. pr. et alter Vat. Livin. *seu nunc* Put. *jam nunc* Ambr. tert. Cod. Bartholin. *etiam nunc instrepis* Jun. pr. Petav. sec. Bonon. Exc. Petav. quart.—104 *repulisti* duo Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Moret. pr. Voss. sec. duo Jun. duo Oxon. *pepulisti e pectore* Vat. pr. *a pectore* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *pepulisti* vel *repulisti* Reg. *mentem* pro *matrem* Vat. quint.—105 *Si tua nata* Ambr. tert. *nostra* Jun. pr. *nata* Exc. Petav. quart. *nota Ceres* Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. sec. Bonon. Tholos. Jun. sec. duo Oxon. *sancta Ceres* Vat. pr. et quint. inc. Heins. Petav. pr. Voss. pr. *nota Ceres* vel *sancta parens* Vat. sec. *nota* vel *sancta* Voss. sec. *te nata* vel *nostra* conjiciebat Heins. *te non* Vat. pr. Cod. Bartholin. vet. Gyr. Vat. Livin. *me non* Vat. quint. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *non me* Florent. duo Med. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. Exc. Petav. quart. *non modo* Ambr. tert.—106 *miseris* Cod. Bartholin. *catenis* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *cavernis* tres Vatt. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Tholos. Voss. pr. duo Jun. duo Oxon. *cavernis* vel *catenis* Voss. sec. —108 *Vel saltem* Vat. pr. *Vel tum me* Tholos. *Me tantum* Jun. sec. *visura veni tantum* Petav. sec. Var. LL. e marg. Parm. *tantum* Florent. cum viginti aliis et Ald. *tantum* vel *saltem* Reg. Oxon. pr.—109 *Tradere conatur*

NOTÆ

102 *Teror*] Atteror suppliciis, seu catenis ferreis. Statius: 'Latus omne sub armis Ferrea scuta terunt.'

103 *Interstrepis*] Plausu cymbalorum, quæ agitabant Galli Sacerdotes Cybeles in urbibus Phrygiæ.

105 *Caspia tigris*] Id est, Hyrcana, ab Hyrcania, in qua tigres ferocissimæ nascuntur; quæ cum Caspiæ dicuntur, id fit, quia Caspia regio est proxima Hyrcaniæ; vel quia Caspia cum Hyrcania confunditur. Virg. 'Hyrcanæque admorunt ubera tigres.'

109 *Vis improba*] Gravis, mala, nimia, acerba.

Impedit, et motæ somnum excussere catenæ.
Obriguit visis. Gaudet non vera fuisse:
Complexu caruisse dolet. Penetralibus amens
Prosilit, et tali compellat voce Cybeben:
  Jam non ulterius Phrygia tellure morabor,
Sancta parens: revocat tandem custodia cari
Pignoris, et cunctis objecti fraudibus anni.
Non mihi, Cyclopum quamvis exstructa caminis,
Culmina fida satis. Timeo, ne Fama latebras
Prodiderit, leviusque meum Trinacria celet
Depositum. Terret nimium vulgata locorum

hibet, et vincula commota excitavere dormientem. Ceres *stupefacta est in somniis: optat* ea *non esse vera: dolet se privatam esse amplexu* filiæ: *consternata exilit* ex *domo, et alloquitur Cybelen his verbis.* O *mater sancta, jam non manebo diutius* in *Phrygia. Cura dulcis filiæ revocat* me *tandem, et ætas exposita dolis omnibus. Turres licet fabricatæ fornacibus Cyclopum, non sunt satis tutæ mihi. Metuo ne fama detegat secessus* nostros, *et* ne *Sicilia non fideliter occultet* Proserpinam *meam creditam* ipsi. *Claritas regionis nimis celebrata turbat* me: *domi-*

Bonon.—110 *somnum excussere* inc. Heins. *solvere* quatuor Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Tholos. duo Petav. Ambr. tert. Voss. sec. Vat. Livin. duo Jun. duo Oxon. *movere* Voss. pr. Exc. Petav. quart.—111 *Abriguit* Vat. d. *Diriguit* vel *Obriguit* Vat. sec. *visu* Exc. Petav. quart. *visus* Ambr. tert.—112 *Amplexu* Florent. Ambr. tert. *penetralibus imis* id. Florent. et Ambr. tert. *antris* pro *amens* Exc. Petav. quart. —113 *Exilit* Vat. quint. *compellit* Petav. sec. Tholos. *Cybellem* Moret. pr. —115 *matrem revocat* Vat. quint.—116 *certis* pro *cunctis* Bonon. Tholos. *cautis* Exc. Petav. quart. *oblecti* Reg. *arvi* pro *anni* Petav. sec.—117 *Non mihi* Vat. pr. Exc. Petav. quart. *Nec* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. duo Petav. Tholos. Oxon. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *instructa* Petav. sec. *fundata* Exc. Petav. quart. *exstructa* vel *hic structa* Voss. sec. *cavernis* pro *caminis* Voss. pr.—118 *magna satis* Vat. sec. *fida* vel *fama* Moret. pr.—119 *Prodierit* Petav. pr. *leviterque* Vat. sec. *leviterque* vel *leviusque* Voss. sec. *servet* Petav. pr.—120 *locorum* Med. quart. *colorum* inc.

NOTÆ

110 *Somnum excussere*] Cum somnus ex abrupto fugatur, aliquid triste denuntiat.

111 *Obriguit*] Ceres ita obstupuit in somnis, ut concretus sanguis obriguerit.

115 *Tandem*] Post tantum temporis spatium, quo commorata sum in his regionibus.

116 *Pignoris*] Filiæ; nam liberi sunt pignora et vincula amicitiæ conjugalis.

Objecti fraudibus anni] Ætas nempe tenerior puellarum, quæ variis insidiis obnoxia est.

117 *Cyclopum caminis*] Tecta munita ferro Cyclopum fornacibus conflato.

119 *Trinacria*] Sicilia, ἀπὸ τῶν τριῶν ἀκρῶν, *a tribus promontoriis*, Pachino, Passaro, et Lilybæo, de quibus supra.

Nobilitas: aliis sedes obscurior oris
Exquirenda mihi. Gemitu flammisque propinquis
Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.
Somnia quin etiam variis infausta figuris
Sæpe monent, nullusque dies non triste minatur
Augurium. Quoties flaventia serta comarum
Sponte cadunt! quoties exundat ab ubere sanguis!
Larga vel invito prorumpunt flumina vultu,
Injussæque manus mirantia pectora tundunt!

cilum ignobilius investigandum est mihi in aliis regionibus: latebræ nostræ non possunt sileri, propter *suspiria Enceladi et incendia proxima* Ætnæ. *Præterea somnia tristia formis diversis admonent* me *frequenter, et omnis dies intentat præsagium infelix: quoties coronæ* spiceæ *flavæ verticis decidunt, ultro quoties cruor effluit ex mammis, fluvii* lacrymarum *erumpunt vel oculis reluctantibus, et*

Heins. *deorum* vel *locorum* Med. pr. Heins. H.—122 *Est quærenda* Florent. *propinqui* Moret. pr.—123 *umbracula vestra* Vat. pr.—124 *quin nostri* Florent. *vanis* Vat. sec. *infecta* Vat. quart. Pal. Reg. Tholos. Jun. pr. Oxon. pr. Petav. sec. *infesta* Voss. pr. Med. quart. chartac. Heins. m. sec. *intexta* Exc. Petav. quart. *infesta* vel *infecta* Oxon. sec. *infesta* vel *infausta* Med. pr. *infesta* vel *infasta* vel *infausta* Voss. sec.—125 *monent* inc. Heins. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *movent* quatuor Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. Voss. sec. Ambr. tert. tres Petav. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *quin triste* Voss. pr.—127 *exundat* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *exudat* Petav. sec. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *exsudat* Exc. Petav. quart. cum multis aliis, et edd. Vicet. Parm. Gesn. et Bipont. Heinsius ascripserat sequentia: *Sudare sanguine.* Ennius Hectoris Lytris: 'Aër sonit, franguntur hastæ, terra sudat sanguine.' Virgil. Æn. II. vs. 582. 'Dardanium toties sudarit sanguine littus.'—128 *invito* vel *exacto* Vat. sec.—129 *Injustæque* Florent. et Put. *Invitæque* Jun. sec. *Invisæque* quatuor Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Voss. pr. Jun. pr. Oxon. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Immissæque* Cod. Bartholin. Ambr. tert. ed. Parm. et Vicet. *Invisæque* vel *Invitæque* Voss. sec. *mirantia* Florent. Put. Reg. Petav. tert. Exc. Petav. quart. *mærentia* Jun. sec. Ambr. tert. Gyr. *mirantia* vel *mærentia* Vat. sec. Voss. sec. *tempora* pro *pectora* Vat. pr. *tendunt* Moret. pr. *tundent* Exc. Petav. quart. *tundet* Pal.

NOTÆ

123 *Enceladi*] Hic gigas fuit, qui Ætna oppressus gemit, supra Carm. XXXIII.

126 *Flaventia serta comarum*] Sunt coronæ spiceæ, quas Ceres in vertice gestat. Tibullus: 'Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona Spicea.'

127 *Sponte cadunt*] A nullo tacta.

Exundat] Quasi torrens sanguinis pro lacte effluat ex mammis.

129 *Injussæ manus*] Motæ sine jussu voluntatis; sed suapte natura.

Mirantia pectora] Alii legunt, *mærentia;* sed mirantia sic explices: animus nempe miratur, qui fiat ut manus, se inconsulto, pectus concu-

Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt:
Tympana si quatiam, planctus mihi tympana reddunt.
Ah vereor, ne quid portendant omina veri!
Heu longæ nocuere moræ! Procul irrita venti
Dicta ferant, subicit Cybele: non tanta Tonanti
Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat.
I tamen, et nullo turbata revertere casu.
  Hæc ubi, digreditur templis: sed nulla ruenti

manus meæ *sponte verberant sinum attonitum! Si cupiam inspirare tibias, resonant funeste: si feriam tympana, tympana remittunt mihi gemitum. Ah! timeo ne* hæc *præsagia prædicant aliquid veritatis. Heu! expectatio longa damnosa est* mihi. *Cybele respondet: Venti auferant longe verba* tua *vana*, o Ceres: *socordia tanta non est Jovi, ut non torqueat tonitrua pro filia* Proserpina; *tamen, ito, et redi nulla perterrita calamitate. Postquam* Ceres dixit *hæc* verba, *exit* ex *delubris: at nulla celeritas* sufficit *festinanti: conqueritur* Dracones *jugales*

lædunt Ambr. tert. vet.—130 *buxus* tres Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. Ambr. tert. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart.—131 *planctum* Vat. quint. edd. Parm. Junt. Parrh. Isingr. Gryph. Colin. Raphel. *planctus* Florent. cum viginti aliis, Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *tibi* Put. duo Petav. Var. LL. e margine Parm. *reddent* Pal.—132 *Hæc vereor* Vat. pr. *Ha* Vat. sec. et d. Cod. Bartholin. Florent. inc. Heins. Bonon. duo Jun. duo Oxon. *At* Petav. pr. *portentent* Oxon. sec. *prætendant* Exc. Petav. quart. *protendat* Vat. pr. *omnia* duo Petav. Ald. *omina* vel *somnia* vet. Gyr. *nostra* pro *veri* Med. sec.—133 *Heu longæ* Florent. Med. quart. Exc. Læti. *Ha* Vat. sec. et d. Cod. Bartholin. *Hæc* Petav. sec. *Hæ* Put. duo Petav. Moret. pr. Jun. et Voss. pr. Exc. Petav. quart. *Ne* Vat. tert. Pal. Med. pr. inc. Heins. ed. Parm. et Vicet. *Ha* vel *Hæ* Voss. sec. *Næ* vel *Heu* Oxon. pr. *Et longas nocuisse moras* Reg.—134 *subëit* Oxon. pr. *subiit* duo Vatt. et d. Bonon. Tholos. Jun. pr. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. *subeat* Pal. Med. pr. Petav. sec. *nec tanta* tres Vatt. et d. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Bonon. Ambr. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *num tanta* Jun. sec. *ne* Med. pr. Heins. H. Tholos. tres Petav. —135 *q̆* pro *ut* Florent.—136 *tardata* pro *turbata* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert.—137 *Hæc ita* Voss. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *Hæc ita* vel *Limina* Reg. *Hæc ita* vel *Hæc ubi* vel *Limina* Voss. pr. Oxon. pr. *reverti* Ambr. tert. *videtur* duo Vatt. *ruenti* vel *reventi* Reg. *ruenti* vel *videtur*

NOTÆ

tiat. Id quod est signum alicujus calamitatis.

130 *Buxos*] Tibias factas ex buxo.

Ferale] Id est, ferali et funesto modo.

133 *Venti dicta ferant*] Vana, quæ carent effectu, ea venti dicuntur ferre, discerpere, lacerare.

135 *Pignore*] Pro filia, quæ est Proserpina.

136 *I tamen*] Formula optantium felix iter.

137 *Sed nulla ruenti mobilitas, &c.*] Ita nulla tanta est celeritas, quæ satis sufficiat festinare cupienti.

Mobilitas: tardos queritur non ire jugales.
Immeritasque movens alterno verbere pennas
Sicaniam quærit, cum necdum absconderit Iden.
Cuncta pavet, speratque nihil. Sic æstuat ales,
Quæ teneros humili fœtus commiserit orno,
Allatura cibos, et plurima cogitat absens;
Ne fragilem ventus decusserit arbore nidum;
Neu furtum pateant homini, neu præda colubris.

lentos, non currere: et feriens flagello alterne alas innocentes eorum, *investigat Siciliam, cum nondum occultaverit Iden. Timet omnia, et nihil sperat: ita avis inquietatur*, avis *quæ pullos implumes crediderit ulmo non altæ, reportatura escam, et multa putat absens, ne ventus dejiciat volucres teneras* ex *arbore, neve exposita sint insidiis hominum, et prædæ serpentum. Statim atque domus neglecta custo-*

Voss. sec. *ruenti* vel *ruendi* vel *reverti* Oxon. pr.—138 *Nobilitas* Vat. sec. *queritur tardos* Vat. sec. Voss. sec. Petav. sec. *leones* Vat. tert. Exc. Petav. quart. *dracones* duo Vatt. et d. inc. Heins. Jun. pr. Voss. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *jugales* Vat. pr. Med. pr. et sec. Heins. H. Reg. duo Petav. Tholos. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet.—139 *Immissasque* Vat. quint. *movet* Jun. sec. *vulnere* Put. *pectore* Petav. sec. *pœnas* duo Med. Heins. H. Jun. pr. Oxon. pr. Ambr. tert. chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *penas* Pal. inc. Heins. Florent. Bonon. *pinas* Cod. Bartholin. *pennas* Put. Reg. Voss. pr. Jun. sec. Oxon. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—140 *nondum* Vat. pr. Oxon. pr. Jun. sec. Voss. pr. Exc. Petav. quart. *accesserat* Bonon. *ascenderat* tres Vatt. Cod. Bartholin. Tholos. Ambr. tert. *adscenderit* duo Vatt. Pal. Reg. Voss. pr. Petav. sec. *absconderat* Jun. sec. *absconderit* Vat. tert. Florent. inc. Heins. Put. Petav. pr. Jun. pr. chartac. Heins. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Ætnam* Vat. pr. Cod. Bartholin. *Idam* tres Vatt. *idem* Florent. duo Med. Heins. H. Put. Petav. sec. Oxon. sec. *Iden* legit Heinsius. vid. Lib. I. vs. 199. et 204.—141 *speratque simul* Bonon.—142 *Qui teneros* Florent. *Cum* Jun. sec. *fetus humili* Vat. quint. *commiserat* Vat. pr. Florent. Reg. Tholos. Ambr. tert. Oxon. pr. Jun. sec. Vat. Livin. duo Voss. Exc. Petav. quart.—143 *Ablatura* Vat. tert. et quint. *Illatura* Vat. quart.—144 *Et nidum gracili discusserit a. ventus* Petav. sec. *Ne gracili nidum d. a. ventus* Oxon. pr. *Ne* Reg. qui et *fragilem* habet. *gracilem* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *gracili* Oxon. pr. m. sec. Petav. tert. *gracilem* vel *fragilem* Oxon. sec. *excusserit* Vat. sec. *decusserit* Var. LL. e marg. Parm. *discusserit* Gesn. et ed. Bipont. *pinum* pro *nidum* Bonon.—145 *jaceant homini furtum* Voss. pr. *pateant* duo Vatt. Var. LL. e marg. Parm. *fiant* Vat. sec. Pal. Med. quart. Heins. H. Reg. Bonon. Oxon. pr. Ambr. tert. *jaceant* Vat. tert. et d. Flo-

NOTÆ

138 *Jugales*] Dracones scilicet jugo admotos, qui trahunt currum Cereris.

140 *Absconderit*] Quærit nempe oculis Siciliam, cum nondum absconderit Idam, id est, Idæ montis prospectum ex oculis amiserit, quod provenit ex nimio desiderio. Virgilius: 'Phæacum abscondimus arces.'

142 *Orno*] Cuilibet arbori.

143 *Allatura cibos*] Quia volavit ad pabulum referendum.

Ut domus excubiis incustodita remotis,
Et resupinato neglecti cardine postes,
Flebilis et tacitæ species apparuit aulæ,
Non expectatæ respectu cladis amictus
Conscidit, et fractas cum crine avellit aristas.
Hæserunt lacrymæ: non vox, non spiritus oris
Redditur, atque imis vibrat tremor ossa medullis.
Succidui titubant gressus, foribusque reclusis
Dum vacuas sedes et desolata pererrat
Atria, semirutas confuso stamine telas,
Atque interceptas agnoscit pectinis artes.

dibus sublatis, ac januæ subversæ cardine contemto, atque imago miserabilis visa est regeiæ silentis, non expectans signum aliud *calamitatis* suæ, *lacerat vestes, et scindit spicas ruptas cum coma: fletus retenti sunt: non verba, non habitus oris redit, et timor quatit ossa* usque ad *medullas intimas: pedes deficientes vacillant, et, janua aperta, dum percurrit domicilium vacuum, et aulam destitutam, invenit telas semilaceras turbatis filis, et opus pectinis interturbatum. Opus illud divinum*

rent. Cod. Bartholin. Put. Tholos. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart. ed. Vicet. *pateant* vel *jaceant* Med. pr. *fiant homini* vel *jaceant pulli* Voss. sec. *jaceant* vel *fiant* Oxon. sec. *nec* Petav. pr. *ne* Florent. et viginti alii. *furta* pro *præda* Vat. sec.—146 *At domus* Ambr. tert.—147 *resupinati neglecto* Voss. Leid. edd. Vicet. Parm. Ald. Parrh. Gesn. Bipont. *limine* pro *cardine* Florent. —148 *hastæ* pro *aulæ* Vat. sec.—150 *Concidit* pro *Conscidit* Exc. Petav. quart. *fructus* pro *fractas* Ambr. tert. *revellit* Vat. pr. et tert. Florent. Voss. pr. Jun. sec. Vat. Livin. *advellit* Jun. pr. *avellit* Vat. sec. *evellit* Vat. quart. et quint. Bonon. Ambr. tert. *evellit* vel *repellit* Oxon. sec.—151 *non vox non spiritus* Florent. *nec vox aut* tres Vatt. *nec vox nec* Vat. quint. et d. Pal. duo Med. Heins. H. *nunc mox* Petav. sec. *nec spiritus* Bonon. Jun. sec. Ambr. tert. *ori* Vat. quint. Reg. m. sec.—152 *ac imis* Petav. pr. inc. Heins. *ac totis* Ambr. tert. *timor* Pal. Florent. m. pr. Petav. pr. Voss. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart.—153 *gressus titubant* Voss. pr. *trepidant* Voss. sec.—154 *Cum vacuas* Florent.—155 *et amissas* pro *semirutas* Vat. quint. Voss. pr.—156 *interruptas*

NOTÆ

146 *Excubiis*] Sine janitoribus, qui catenati pro foribus excubabant.

149 *Non expectatæ respectu cladis*] Non expectans amplius, donec certius videret ac pernosceret cladem suam.

150 *Aristas*] Quas in corona gestat Ceres.

151 *Hæserunt lacrymæ*] Immota et defixa diu hæsit sine lacrymis, sine voce, sine spiritu; nam dolores, ex Seneca, 'leves loquuntur, ingentes stupent.'

153 *Succidui*] Pedes jamjam in casum proni: id quod accidit in magnis timoribus, calore nativo ad cor recedente, et sic destitutis partibus exterioribus.

154 *Desolata*] Afflicta et destituta iis qui ea habitabant: in atriis autem textrinam olim mulieres exercebant.

156 *Interceptas*] Turbatas, non absolutas.

Divinus perit ille labor, spatiumque relictum
Audax sacrilego supplebat aranea textu.
Nec deflet, plangitve malum: tamen oscula telæ
Figit, et abrumpit mutas in fila querelas.
Attritosque manu radios, projectaque pensa,
Cunctaque virgineo sparsa oblectamina ludo,
Ceu natam, pressat gremio: castumque cubile

subruitur, et aranea temeraria consummabat tela impia intervallum vacuum. Et Ceres *non lacrymatur, aut queritur* ob *calamitatem* illam: *imprimit tamen oscula telæ, et fundit questus tacitos contra fila, atque radios tenuatos usu, et opus dejectum, et omnia laxamenta dispersa ludo puellari, complectitur* in *sinu velut filiam*

duo Jun. *interceptas* vel *intermissas* Voss. sec. *cognoscit* Vat. sec. Jun. pr. Voss. sec. *agnovit* Florent. Bonon. Ambr. tert. Voss. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *cognovit protinus* Vat. quint. *protinus* Ambr. tert.—157 *Ultimus ille labor periit* Petav. sec.—159 *Hæc deflet* Voss. pr. *Non* Bonon. *Nec* Put. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *debet* pro *deflet* Moret. pr. *plangitve* Reg. m. sec. *plangitque* omnes Vatt. Cod. Bartholin. *plangitve manu* Jun. sec. *manum* Voss. pr. Cod. Bartholin. Exc. Petav. quart. *manum* vel *malum* Leid. *tamen* Vat. quint. Pal. Cod. Bartholin. *tn̄* Ambr. tert. Voss. sec. *tantum* Vat. tert. et d. Petav. pr. Isingr. *tm̄* Jun. pr. *tunc* Petav. sec. Exc. Petav. quart.—160 *obrupit* Jun. sec. *arrupit* Vat. quint. *arrumpit* Vat. quart. Reg. Petav. sec. Voss. sec. Exc. Petav. quart. *mæstas* Vat. quint. Voss. pr. *mixtas* Florent. *multas* Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. inc. Heins. duo Petav. Moret. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *mutas* vel *multas* Voss. sec. Oxon. sec. *in verba* pro *in fila* Vat. quint.—161 *Attritosque* Vat. pr. *Attractosque* Jun. sec. *Adstrictosque* tres Vatt. et d. Pal. Reg. Tholos. duo Petav. Exc. Petav. quart. *Astrictosque* duo Med. Moret. pr. Jun. pr. duo Voss. duo Oxon.—162 *Cumptaque* Reg. m. pr.—163 *prensat* Tholos. *præstat* Petav. tert. *pressit* tres Vatt. Cod. Bartholin. Reg. m. sec. Voss. pr. Oxon. sec. *gremio pressat* Vat. quint. *gremio pressit* Jun. sec. *pressat* vel *pressit* Voss. sec. *castumque* Vat. pr. inc.

NOTÆ

157 *Divinus labor*] Opus Proserpinæ admirabile et dignum Dea.

Spatium relictum] Spatium illud quod videbatur, qua parte tela non erat absoluta.

158 *Aranea*] Alludit ad fabulam, qua Arachne dicitur in araneam commutata a Pallade zelotypa. Ceterum araneæ textus indicat longam Cereris absentiam.

159 *Nec deflet*] Nam magnis doloribus verba lacrymæque desunt.

160 *Abrumpit mutas in fila querelas*] Telam osculando, vel tacita satis indicat se conqueri de fatis iniquis.

161 *Radios*] Radius in hoc loco instrumentum est, quo textor stamini subtemen immittit, seu fila filis interserit. Virgilius: ‘Excussi manibus radii revolutaque pensa.’

Pensa] Pensum est id quod puella suo sibi labore proponit exequendum, aut quod ipsi laborandum imponitur.

162 *Cuncta oblectamina*] Id omne quod aptum erat ad puellam recreandam.

163 *Castumque cubile*] Virginis innuptæ lectum.

Desertosque toros, et, sicubi sederat olim,
Perlegit. Attonitus stabulo ceu pastor inani,
Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina leonum,
Aut populatrices infestavere catervæ:
Serus at ille redit, vastataque pascua lustrans
Non responsuros ciet imploratque juvencos.
Atque ibi secreta tectorum in parte jacentem
Aspicit Electram, natæ quæ sedula nutrix,
Oceani priscas inter notissima Nymphas.

suam; *et lectum pudicum, thalamumque derelictum, et si quo in loco quondam sessitaverit, considerat. Qualis est bubulcus obstupefactus, præsepio vacuo, cui furor improvisus leonum Libycorum, vel turbæ prædatrices devoraverunt armentum: sed ille revertitur sero, et pererrans prata desolata, vocat et inclamat boves non responsuros. Et hic videt Electram cubantem in recessu abdito domus, quæ altrix diligens filiæ,* erat *celebratissima inter Nymphas seniores maris. Amor* erat illi *similis*

Heins. *carumque* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Heins. H. Reg. Petav. tert. Tholos. Jun. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart.—164 *Desertumque thorum* Jun. sec. *sederat* omnes Vatt. Pal. *sederit* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *sederat* Leid. edd. Vicet. Parm. Junt. Ald. Parrh. et al. *sederit illa* Moret. pr. *ante* Ambr. tert. *illa* Put. Jun. sec.—165 *Perlegit* vel *Perspicit* Jun. pr. *attonita* Jun. sec. *sic pastor* Moret. pr.—166 *Cui lupus* inc. Heins. *Quem lupus* Vat. pr. Cod. Bartholin. ed. Vicet. *Cum pecus* Vat. sec. *Cui pecus* Vat. tert. et d. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Bonon. Tholos. Voss. pr. Oxon. pr. duo Jun. tres Petav. Exc. Schott. et Petav. quart. *Cum pecus* vel *Cui pecus* Voss. sec. *et rabies* Vat. pr. *oblita* Moret. pr. *luporum* Oxon. pr.—167 *cavernæ* pro *catervæ* Petav. sec.—168 *Serus at ille* Florent. *Serius ille* Var. LL. e marg. Parm. *Serius illa* inc. Heins. *et ille* Vat. pr. *ad illa* Vat. duo et d. Pal. duo Med. Heins. H. Put. Bonon. Tholos. Jun. pr. Oxon. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. *at ille* vel *ad illa* Vat. sec. Reg. Oxon. pr. *et ille* vel *ad illa* Voss. sec. *pascua* vel *pabula* Vat. quart. Voss. sec. *lustrat* Florent.—169 *Nec responsuros* Tholos. *vocat* pro *ciet* Ambr. tert.—170 *Utque ibi* id. Ambr. tert. *Atque in* Oxon. pr. *Atque ubi* Vat. quint. inc. Heins. Put. Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *hæc* Florent. *tectorum secreta* Ambr. tert. *tectorum parte* Reg.—171 *Conspicit* Vat. tert. et d. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. duo Petav. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. duo Oxon. Exc. Petav. quart. *quæ natæ* Vat. quint. Ambr. tert.—172

NOTÆ

165 *Stabulo*] Id est, bobus: continens pro contento: metonymicôs.

166 *Pœnorum*] Pœni sunt Carthaginienses, ut supra diximus; sed hic Pœni leones, sunt leones Libyci: pars pro toto: Synecdochicôs.

169 *Implorat*] Clamat gemens boves, nec illi respondebant gemitibus, quia perierunt, et ideo non audiunt vocem, ad quam interdum remugiunt. Ut ex historia Caci discimus apud Livium et alios.

171 *Electram*] Hæc fuit Oceani et Tethyos filia: alia fuit Electra Atlantis et Pleiones filia, quæ ex Jove suscepit Dardanum, unde Trojani Dardanidæ dicti sunt.

Par Cereri pietas. Hæc post cunabula dulci
Ferre sinu, summoque Jovi deducere parvam
Sueverat, et genibus ludentem aptare paternis.
Hæc comes, hæc custos, hæc proxima mater haberi.
Tum laceras effusa comas, et pulvere canos
Sordida, sidereæ raptus lugebat alumnæ.
Hanc aggressa Ceres, postquam suspiria tandem
Laxavit frænosque dolor, Quod cernimus, inquit,
Excidium? cui præda feror? regnatne maritus?

amori *Cereris.* *Hæc* Electra *post cunas solebat portare* in *gremio grato, et ducere tenellam* filiolam *Jovi supremo, et collocare* eam *ludibundam* in *genibus patris. Hæc comes* Proserpinæ, *hæc conservatrix, hæc mater altera existimari* solebat. *Tum* habens *crines dispersos, et* habens capillos *albos deturpatos terra, flebat raptum alumnæ cœlestis. Ceres, cum mœror permisit habenas et gemitus, allocuta hanc* Electram, *ait: Quam videmus calamitatem? Cui destinor diripienda?*

lymphas pro *Nymphas* Put.—173 *hanc post* Jun. sec. *hoc post* Pal.—174 *diducere* Exc. Petav. quart. *palmam* pro *parvam* Vat. pr.—175 *in genibus* inc. Heins. Voss. sec. *parentis* Vat. pr.—176 *semper* pro *mater* Vat. tert. *habetur* Voss. pr. Bonon.—177 *Tunc laceras* tres Vatt. Florent. duo Med. Heins. H. Put. tres Petav. Jun. pr. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. *Nunc* Oxon. sec. *lacrimas* pro *laceras* Vat. sec. *Sidereas* pro *Tunc laceras* inc. Heins. *effusa genas* Voss. sec. *effusa comas laceras* Put. *genas* Florent. cum sedecim aliis, et Exc. Petav. quart. *comas* Vat. pr. *offusa genas lacrimis* legebat Heinsius, qui tamen et conjiciebat *laceras perfusa genas* scilicet *pulvere*, et ascripserat locum Statii Lib. v. Theb. vs. 95. 'erecta genas aciemque trementi Sanguine.' ubi *exesta* vel *offusa* ipsi videbatur legendum. *cano* Vat. quart. Florent. duo Med. Heins. H. ed. Vicet. *canos* Put. Voss. sec. chart. Heins. Oxon. sec. duo Jun. tres Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—178 *Sordida sic demptæ* Jun. sec. *raptum* Vat. quint.—179 *affata* Vat. quint. *egressa* inc. Heins. *suspiria tendit* Petav. pr.—180 *Laxabat* Jun. sec. *Lassavit* Ambr. tert. *stetusque* pro *frænosque* Vat. quint. *frena* Petav. sec. *quid criminis* Oxon. pr.—181 *Exitium* Voss. pr. *quo præda* Voss. pr. *vivitne maritus* Moret. pr. inc.

NOTÆ

173 *Par Cereri pietas*] Illa Proserpinam æque amabat ac mater Ceres.

Post cunabula] Egressam e cunis.

176 *Comes*] Is est qui Principes comitatur perpetuo.

177 *Effusa comas*] In dolore veteres lacerabant crines, et pulvere deturpabant. Augustus ipse apud Suetonium ita consternatus est clade Variana, ut 'per continuos menses, barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret.'

178 *Sidereæ alumnæ*] Cœlestis, quia Jovem habebat patrem.

179 *Suspiria tandem laxavit frænosque dolor*] Postquam dolor remissus permisit habenas suspiriis; quia nimius dolor impedit ac velut ligat suspiria. Et stupor in quintum diem aliquando producitur; ut Socrates accidisse sibi testatur apud Platonem.

181 *Excidium*] Quia excubiæ remotæ erant, et postes resupinati.

An cœlum Titanes habent? Quæ talia vivo
Ausa Tonante manus? rupitne Typhoia cervix
Inarimen? fractane jugi compage Vesevi
Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit?
An vicina mihi quassatis faucibus Ætna

An conjux meus *dominatur? An gigantes occupaverunt polum? Quæ potestas ausa* est facere *tale* crimen, *Jove vivente? Caput Typhœi an fregit Inarimen? An Alcyoneus pedes vagatur per mare Thuscum, ruptis fundamentis Vesuvii? An*

Heins. Var. LL. e marg. Parm.—182 *An* Exc. Læti. *Jam cœlum* chartac. Heins. ed. Vicet. *Juno* pro *vivo* Exc. Petav. quart. quæ in vs. seq. *manu* pro *manus* exhibent. *rupitque* Voss. pr. *Tiphœïa* ed. Vicet. Ald. *Typheïa* ed. Parm. et Parrhas. et aliæ. *Tyfeia* Voss. *Tiphœa* Jun. *Typhœa* ed. Barth. *Typhea* Med. *conjux* pro *cervix* Vat. sec. Pal.—184 *Inarimem* inc. Heins. Exc. Petav. quart. *Inarimes* Moret. pr. *Inacrinum* Oxon. pr. cum glossa seqq. in VIII. Æn. IX. vs. 716. 'Inarime Jovis imperiis imposta Typhœo.' *fractave* Put. Voss. pr. Oxon. sec. *fractaque* Vat. pr. et tert. Jun. pr. *Vesei* Reg. Oxon. pr. *Venesi* inc. Heins. *Vegei*, vel *Vesevi* vel *Miseni* Voss. sec.—185 *Alcyones* Vat. pr. Florent. Voss. pr. *Alcyonus* inc. Heins. *Alchineus* Jun. sec. *Alcionus* Oxon. pr. *Alchiones* Jun. pr. *Alchyoneus*, vel *Alchimenus* vel *Alceonus* Voss. sec. *Tyrrhena pedes per stagna* quatuor Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Jun. pr. duo Oxon. Vat. Livin. *velox* pro *pedes* inc. Heins. qui inde *ferox* legebat. *recurrit* vel *cucurrit* Ambr. tert.—186 *Aut vicina* duo Petav. *cassatis* Voss. pr. Exc. Petav. quart. *flatibus* pro *faucibus* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—

NOTÆ

Regnatne maritus] Jupiter, quo sospite omnia tuta fore sibi fingebat. Jovis autem uxores Juno, Themis, et Ceres, ut supra ostendimus.

182 *Titanes*] Hi erant Titani filii, qui in Saturnum ejusque filium arma gerentes, a Jove victi sunt. Supra de his.

183 *Tonante*] Non tantum vivo Jove, sed Jove fulminante.

Manus] Quæ copia, quis exercitus, quod robur in manu positum?

Typhoia cervix] Cervix Typhœi gigantis, quem ex Titano Terra Jovi irata procreavit, contraque Jovem immisit, sed fulmine percussus et oppressus est Inarime insula Campaniæ in Italia: alii suppositum Ætnæ dicunt.

184 *Jugi Vesevi*] Montis Vesuvii, qui in Campania Italica flammas evomit; cujus rei causas indagaturus Plinius cum propius accessisset, flammæ turbine absumtus est.

Compage] Compages est junctura rerum omnium; hic accipitur pro fundamentis quibus adhæret terra.

185 *Alcyoneus*] Gigas, Terræ itidem filius, et Deorum hostis, qui cum aliis Minervæ consilio altiora petens, et a terræ se invictum reddentis contactu remotus, domitus est, et sagittis Herculis confossus, et Vesuvio monte oppressus: filias habuit septem, quæ doloris impatientia, se in mare præcipites egerunt, sed Amphitrites commiseratione, in aves Alcyones mutatæ sunt, quarum nidis mare hybernum per septem, aut undecim, aut novem dies sternitur. Alii aliter hæc narrant.

Tyrrhena] Thuscia aliter dicta est Tyrrhenia.

Protulit Enceladum? nostros an forte penates
Appetiit centum Briareia turba lacertis?
Heu, ubi nunc, ubi, nata, mihi? quo mille ministræ,
Quo Cyane? volucres quæ vis Sirenas abegit?
Hæccine vestra fides? sic fas aliena tueri
Pignora? Contremuit nutrix, mœrorque pudori

Ætna finitima mihi emisit Enceladum, fornacibus eversis? An forsitan caterva Briarei invasit palatium nostrum brachiis centenis? Heu! Ubi nunc, ubi filia mea erepta *mihi? Quo famulæ innumeræ* fugerunt? *Quo Cyane? Quæ violentia fugavit Sirenes alatas? An talis* est *fides vestra? An ita decet custodire liberos alienos? Altrix* Electra *tremuit* ad hæc verba, *et tristitia locum fecit verecundiæ*

187 *Pertulit* Jun. pr. Petav. sec. *Perculit* Vat. tert. et quint. Tholos. *placidos* pro *nostros* Ambr. tert. *vestros* Bonon. *an forte* Vat. pr. *a fronte* Petav. sec.—188 *Appetiit* vel *Arripuit* Vat. sec. Voss. sec. *cœlum* pro *centum* Exc. Petav. quart. *lacerti* Voss. pr. ex conjectura, ascripto, 'multo festivius sic lego.'—189 *Heu* Exc. Læti. *Heus* Vat. pr. sec. et d. Pal. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. tres Petav. Tholos. Moret. pr. chart. Heins. duo Jun. duo Oxon. Exc. Petav. quart. Heinsius ascripserat Ovid. Epist. Phædræ; 'Heu ubi nunc fastus altaque verba? jacent.' Ut ipsi eo in loco distinguendum videtur. *ubi nata* Florent. *nata* vel *capta* Vat. sec. *nata* vel *rapta* Voss. sec. *nunc nata mihi es* Reg. Oxon. pr. Exc. Petav. quart. *mihi est* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin.—190 *quamvis volucres* Moret. pr. *Sirenes* tres Vatt. Cod. Bartholin. Florent. inc. Heins. Ambr. tert. duo Jun. duo Petav.—191 *Hoccine* Vat. pr. *nostra* Vat. tert. Florent. inc. Heins.—192 *Contumuit* Put. *memor usque* pro *mœrorque* Vat. tert. *labor ille* Bonon. *pudorque* Vat. pr. et quint. *furori* inc. Heins. *timori* vet. Gyr. Petav. tert. *pudori* Florent. duo Med. Put. Reg. tres Petav. Oxon. sec. Ambr. tert. duo Jun. duo Voss. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pudori* vel *timori* Reg. Oxon. pr.

NOTÆ

187 *Enceladum*] Hic gigas gemit oppressus Ætna.

188 *Briareia*] Briareus, seu Ægæon, gigas, Cœli Terræque filius, dictus centumgeminus, nam centum brachia habere dicebatur.

189 *Mille*] Id est, innumeræ. Virgil. 'Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.' Mille et centum sunt numerus certus pro incerto.

190 *Cyane*] Nympha fontis Cyanes, de qua supra.

Volucres Sirenas] In India aiunt Sirenas esse volucres, easque homines cantu delinitos, et somno sopitos lacerare: alii puellas fuisse fabulantur, Acheloi filias, avium pedibus plumisque insignes, quæ a Musis ad certamen provocatæ victæque pennis exutæ sunt. Porro alas aut a partu sortitæ sunt, aut rapta jam Proserpina, eam ut alis adjutæ per mare perquirerent, quam toto orbe non invenerant: alii denique dicunt Sirenas castissimas fuisse, et ideo offensam Veneris incurrisse; quam cum fugerent alis sublatæ, ad Anthemusam Tyrrheni maris insulam confugisse.

191 *Hæccine vestra fides*] Hanccine fidem et sedulitatem custodiendis alumnis adhibetis?

192 *Pignora*] Liberos, qui vobis ut deposita committuntur ad educationem.

Mœror pudori cessit] Mœrore abeunte, nutrix cœpit erubescere et op-

Cessit, et aspectus miseræ non ferre parentis
Emtum morte velit: longumque immota moratur
Auctorem dubium, certumque expromere funus.
Vix tamen hæc: Acies utinam vesana Gigantum
Hanc dederit cladem! levius communia tangunt.
Sed Divæ, multoque minus quod rere, sorores
In nostras nimium conjuravere ruinas.
Insidias Superum, cognatæ vulnera cernis
Invidiæ: Phlegra nobis infensior æther.
Florebat tranquilla domus: nec limina virgo

atque optaret id *emisse funere* suo, *ut non toleraret faciem* Cereris *matris afflictæ; ac immobilis cunctatur diu indicare auctorem incertum* cladis, *et mortem certam. Tamen* Electra nutrix *vix* dixit *hæc* verba: *Utinam exercitus furens gigantum attulisset hanc calamitatem!* mala *communia minus movent. At Deæ, et quod multo minus credes, sorores* ejus *conspiraverunt nimis in exitium nostrum. Vides dolos Dearum, plagas zelotypiæ sororum: Cælum nobis* est *infestius Phlegra. Domus pacata felix*

—193 *Cedit* duo Vatt. et d. Pal. Florent. duo Med. Put. Reg. tres Petav. Tholos. Moret. pr. duo Jun. et Oxon. Exc. Petav. quart. *Credit* Ambr. tert. *aspectum* Ambr. tert.—195 *Actorem* Pal. duo Med. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *Raptorem* Vat. quart. Tholos. Petav. tert. *exponere* Vat. pr. *expromere* vel *exponere* Ambr. tert.—196 *tandem* Exc. Petav. quart.—197 *cladem dederit* Petav. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *dederint* Jun. sec. Exc. Petav. quart. *tangut* Pal. *tangunt* vel *lædunt* Reg. duo Oxon.—198 *minus* vel *magis* Vat. quint. *quæ rere* Petav. sec. *quam rere* Jun. sec.—199 *In vestras* Ambr. tert. *conspiravere* Jun. sec.—200 *fratrum* pro *Superum* Florent. m. pr. *cognatæ* Vat. tert. et d. Florent. Put. Jun. pr. *cognata* Petav. sec. *cognataque* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *cognataque* vel *collataque* Vat. sec. Voss. sec.—201 *Invidiæ.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Put. *nobis Phlegraque* Vat. pr. *impensior* Jun. pr. *infestior* Ambr. tert. *incensior* Vat. tert. et d. Pal. Med. pr. Put. Bonon. *offensior* Vat. quint. *infensior* Florent. inc. Heins. Petav. pr. Tholos. Voss. pr. Jun. sec. chart. Heins. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *incensior* vel *infestior* Voss. sec. *incensior* vel *infensior* vel *infestior* Reg.—202 *limina* Reg. Tholos. Petav. tert. duo Voss. Exc. Petav.

NOTÆ

tare mortem, ut ne Cererem videret iratam et afflictam.

194 *Immota*] Stupore simul et pudore defixa.

195 *Auctorem dubium*] Quia non noverat eum qui Proserpinam rapuerat, aut eum quo volente id factum erat.

Certum funus] Quia Proserpina poterat videri mortua.

197 *Levius communia tangunt*] Si gigantes nobis hoc malum intulissent, pateremur quidpiam cum Diis, ac proinde nos minus moveret. 'Nihil' enim 'est præcipue dolendum in eo, quod accidit universis.' Cicero.

198 *Divæ*] Venus, Pallas, Diana, filiæ Jovis, ac proinde sorores Proserpinæ.

200 *Cognatæ invidiæ*] Quæ profecta est a cognatis, scilicet sororibus.

201 *Phlegra*] Locus est in Thessalia, vel in Campania Italica, ubi gigantes cum Diis conflixerunt.

Phlegra nobis infensior æther] Hoc est, Dii ætheris seu cœli nobis sunt

Linquere, nec virides audebat visere saltus,
Præceptis obstricta tuis. Telæ labor illi,
Sirenes requies; sermonum gratia mecum,
Mecum somnus erat, cautique per atria ludi.
Cum subito (quonam, dubium, monstrante latebras
Rescierit) Cytherea venit, suspectaque nobis
Ne foret, hinc Phœben comites, hinc Pallada junxit.

erat, et filia tua Proserpina *adhærens imperiis tuis, non audebat exire domo, nec invisere sylvam viridantem: illi opus* erant *telæ: Sirenes* erant *laxamentum* animi; *mecum voluptas colloquii, mecum dormiebat, et ludebat tuta per aulam. Cum statim* (*incertum* est *quo indicante cognoverit recessus* nostros) *Venus adest, et ne esset suspecta nobis, duxit* secum *socias, hinc Dianam, inde Minervam. Mox* cœpit *simu-*

quart. Var. LL. e marg. Parm. *lumina* Put. Petav. sec. ed. Gryph.—203 *nunc virides* Petav. sec. *linquere saltus* Vat. tert.—204 *astricta* Voss. sec. *adstricta* Vat. pr. et sec. Vat. Livin. *obstructa* Voss. pr. Oxon. pr. Tholos. Petav. sec. Exc. Petav. quart. *instructa* Ambr. tert. Heinsius huic voci asteriscum apposuerat. *meis* Jun. pr. *suis* Petav. sec. *telo* pro *telæ* Vat. pr. —205 *Sirene* Exc. Petav. quart.—206 *cunctique* Florent. *tantique* Vat. sec. duo Med. Heins. H. *camptique* Jun. pr. *cautique* tres Vatt. et d. Pal. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Vat. Livin. duo Voss. duo Oxon. Exc. Petav. quart. et Ald. *castique* Cod. Bartholin. *gratique* Jun. sec. *casti simul* ed. Vicet. *ludique per atria cuncti* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm.—207 *quanam* Ambr. tert. *quonam dubium* quatuor Vatt. et d. Pal. Ald. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *est dubium* Vat. quint. Petav. tert. *dubium est* Bonon. Jun. pr. *dubium est quinam* Voss. pr. *latebras* Florent. cum sedecim aliis, Exc. Schott. et Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—208 *Præscierit* Cod. Bartholin. Tholos. *Perscierit* Voss. pr. *Nescierit* Petav. tert. *Rescierit* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Jun. pr. Oxon. pr. Voss. sec. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *Rescierit* vel *Ascierit* Oxon. sec.—209 *Non fuit* pro *Ne foret* Voss. pr. *Phœbem* Florent. tres Petav. Exc. Petav. quart. *socias*

NOTÆ

inimiciores, et magis timendi, quam gigantes Phlegræ.

205 *Sirenes*] Cantu suo animum Proserpinæ recreabant. Præter ea quæ de Sirenibus diximus, hoc addi posse videtur: Siren dicitur ἀπὸ τοῦ σειρεύειν, *vincire, ligare*, quod suo cantu veluti catena suavissima vincirent audientium animos. Ovidius: 'Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora, Quaslibet admissas detinuere rates.' Hæ parte corporis superiore virgines, inferiore pisces referebant. Alexander ab Alexandro tradit Theodorum Gazam et Georgium Trapezuntium ejusmodi monstra vidisse. M. Ant. Muretus dicit, Sirenas fuisse voluptates, Eusebius meretrices, quæ cantu et blanditiis navigantes deciperent.

208 *Cytherea*] Venus, quæ sic dicta ab insula Cytheris, ubi educata esse dicitur.

209 *Phœben*] Hæc est Diana, soror Phœbi.

Protinus effuso lætam se fingere risu,
Nec semel amplecti, nomenque iterare sororis,
Et dura de matre queri, quæ tale recessu
Maluerit damnare decus, vetitoque Dearum
Colloquio, patriis procul amandaverit astris.
Nostra rudis, gaudere malis, et nectare largo
Instaurare dapes. Nunc arma habitumque Dianæ
Induitur, digitisque attentat mollibus arcum.

lare se hilarem, ore sereno, et osculari Proserpinam, non semel, et repetere nomen sororis, et conqueri de matre difficili, quæ maluerit occultare talem pulchritudinem in *latebris, et prohibito alloquio cœlestium, ablegaverit longe a cœlo paterno. Nostra* Proserpina *simplex* cœpit *lætari infortunio* suo, *atque apparare epulas* cum *multo nectare. Illa sumit modo sagittas, et vestem Dianæ, et contendit arcum*

Vat. pr. Vat. Livin. *sumpsit* Exc. Petav. quart. *duxit* Vat. quart. Pal. duo Med. Heins. H. Voss. pr.—210 *se lætam* Bonon. *visu* pro *risu* Exc. Petav. quart.—211 *Non semel* Voss. pr.—213 *Maluerat* Exc. Petav. quart. *vetitamque* omnes Vatt. Pal. *vetitoque* Exc. Petav. quart. Isingr. *vetitamque* vel *raptamque* Reg. *vetitamque* vel *notamque* Oxon. sec. *deorum* Vat. sec. et d. *dearum* vel *deorum* Voss. sec.—214 *Eloquio* Voss. pr. *patris* Petav. sec. *patriis procul amandaverit* Vat. tert. et quint. *patriis procul absentaverit* Vat. pr. et quart. ed. Vicet. *patriisque procul mandaverat* Tholos. Jun. sec. *patriisque procul mandaverit* Gesn. et ed. Bipont. *patriisque procul mandaverit oris* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *patriisque* Vat. quint. m. sec. Florent. inc. Heins. duo Petav. *mandaverit* Heins. H. duo Petav. *amandaverit* Vat. Livin. Jun. pr. Oxon. sec. *mandaverat* Voss. pr. *absentaverat* Ambr. tert. chartac. Heins. *abmandaverat* Med. pr. *amandaverat* Pal. Florent. Med. quart. Reg. duo Petav. Oxon. pr. Exc. Petav. quart. *et mandaverit* vel *mandaverat* Voss. sec. *patriis procul hanc mandaverat* vel *abmandaverit* Vat. d. *astris* vel *oris* Voss. sec.—215 *Nostra* vel *Illa* Reg. duo Oxon. *longe* duo Vatt. Pal. duo Med. Reg. Petav. tert. Tholos. Oxon. pr.—217 *digitis* Vat. pr. Jun. sec. ed. Vicet. et Parm. *obtentat* duo Petav. Tholos. Ambr. tert. *aptabat* Pal. Med. quart. Heins. H. *aptarat* Med. pr. *aptavit* Vat. sec. Jun. sec. *attentat*, vel *aptavit* vel *attendit* Voss. sec. *aptatur* conjiciebat Heins. *molliter* Exc. Petav. quart.—

NOTÆ

213 *Damnare*] Hanc, ut ita dicam, ita condemnare pulchritudinem, ut perpetuo occultetur in latebris Siculis.

Decus] Pulchritudinis.

214 *Amandaverit*] Alii *mandaverit*, ut apud Ciceronem pro Sylla, 'Dimittere abs se et mandare in ultimas terras,' id est, amandare, ablegare. Nonnulli legunt, *procul absentaverit astris*, id est, ablegarit: minus placet.

Patriis procul astris] Procul a cœlo, ubi est Jupiter, pater Proserpinæ.

215 *Rudis*] More puellarum, quæ sibi fucum fieri non sentiunt.

Gaudere malis] Gaudere verbis Veneris, quæ erant mala et perniciosa.

Nectare] Divina potione: nectar autem dictum volunt, ἀπὸ τοῦ νὴ κτείνειν, *non occidere;* est enim potus immortalium, qui occidi non possunt.

217 *Attentat*] Tentat flectere.

Nunc crinita jubis galeam, laudante Minerva,
Implet, et ingentem clypeum gestare laborat.
Prima Venus campos Hennæaque rura maligno
Ingerit afflatu. Vicinos callida flores
Ingeminat, meritumque loci, velut inscia, quærit.
Nec credit, quod bruma rosas innoxia servet,
Quod gelidi rubeant alieno germine menses,
Verna nec iratum timeant virgulta Booten.
Dum loca miratur, studio dum flagrat eundi,
Persuadet. Teneris, heu, lubrica moribus ætas!
Quos ego nequicquam planctus, quas irrita fudi

digitis teneris: modo replet cassidem hirsutam cristis, Pallade probante, ut tentat ferre scutum magnum. Venus prior proponit malo consilio agros, et valles Hennæas: illa astuta repetit flores finitimos, et quasi ignara rogitat eas super *amœnitate loci, et* simulat *se non credere, quod hyems innocua foveat rosas, quod menses frigidi rubescant* floribus *temporis alterius, nec arbusta verna formident Arcturum vehementem. Dum admiratur loca, dum ardet desiderio exeundi, suadet* ceteris. *Heu! adolescentia* facile *labens* ob *indolem mollem! quos non ego sparsi fletus frus-*

218 *Nec* Pal. *crinata* Vat. d. Put. Voss. sec.—220 *Ætnæaque* pro *Hennæaque* quatuor Vatt. et d. *regna* Florent.—221 *affatu* tres Vatt. Gesn. et ed. Bipont, *afflatu* duo Vatt. Pal. duo Med. duo Heins. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Moret. pr. Ambr. tert. duo Jun. duo Oxon.—223 *Non credit* Vat. quint. Voss. pr. *servat* pro *servet* Vat. pr. Oxon. pr. Petav. tert. *quærit* Petav. tert.—224 *gelidæ messes* Jun. sec. *germine menses* duo Med. Heins. H. Bonon. Tholos. Moret. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. duo Voss. duo Oxon. Exc. Læti. *gramine menses* Vat. tert. Petav. sec. Exc. Petav. quart.—225 *timeant* vel *teneant* Ambr. tert. *Boöten* Vat. quart. inc. Heins. *Boötem* tres Vatt. Pal. Moret. pr. Ald.—226 *mirantur* Petav. sec. Ambr. tert. Tholos. *fragrat* pro *flagrat* Petav. pr.—227 *Persuasit* Vat. sec.—228 *fletus* Var. LL. e marg. Parm. *planctus* vel *fletus* inc. Heins. *planctus* vel *gemitus* Oxon. sec.—229 *abit*

NOTÆ

218 *Crinita jubis*] Seta equina hirsutas galeas gestabant.

219 *Implet*] Inde caput Proserpinæ æquale erat capiti Palladis.

220 *Venus*] Ut hæc Jovi obtemperaret, et Proserpinam in campum eliceret, invitat comites ad deambulandum: proponit campos Hennæ floribus insignes; idque sæpius ingeminat, repetit, meritum gratiamque et amœnitatem loci commendans.

224 *Alieno germine*] Floribus, qui sunt alterius tempestatis.

225 *Booten*] Sive Arcturum, sidus frigidum et vehemens, de quo nos supra.

227 *Persuadet*] Venus nihil non persuadet: hinc Pitho, seu Suadela, Veneris filia vocatur a Sappho; quod homines, ut amore, sic etiam ex Pindaro, ducuntur μάστιγι πειθοῦς, *flagello persuasionis*.

228 *Irrita*] Varia et ridicula repulsa sum.

Ore preces? Ruit illa tamen confisa sororum
Præsidio: famulæ longo post ordine Nymphæ.
Itur in æterno vestitos gramine campos,
Et prima sub luce legunt, cum rore serenus
Albet ager, sparsosque bibunt violaria succos.
Sed postquam medio sol institit altior axi,
Ecce polum nox fœda rapit, tremefactaque nutat
Insula cornipedum pulsu, strepituque rotarum.
Nosse nec aurigam licuit; seu mortifer æstus,
Seu Mors ipsa fuit. Luror permanat in herbas:

tra? quas non effudi preces vanas? Tamen illa Proserpina *freta auxilio sororum evolat. Nymphæ ancillæ post* sequuntur *longa serie: agri petuntur ornati herbis perpetuis, et die sublucente colligunt* flores, *cum campus placidus albicat pruinis, et prata hauriunt rores effusos. At postquam Sol apparuit excelsior* in *medio cursu, en nox atra aufert Cœlum; et insula* Sicilia *commota quatitur sonitu equorum, et impulsu currus. Nec potui cognoscere aurigam: sive spiritus letalis fuit, sive mors*

pro *ruit* Exc. Petav. quart.—230 *Præsidio* vel *Consilio* Ambr. tert.—231 *Intrat* pro *Itur* Exc. Petav. quart. *campos* Vat. pr. Cod. Bartholin. duo Petav. *montes* Med. quart. Heins. H. Ambr. tert. *colles* tres Vatt. et d. Pal. inc. Heins. Florent. Put. Reg. Petav. sec. Tholos. Moret. pr. Oxon. pr. duo Voss. Exc. Petav. quart. *colles* vel *montes* Med. pr.—232 *cum luce* Ambr. tert. *sole* pro *rore* Tholos. m. pr. *serenus* vel *sereno* Vat. sec. Voss. sec.—233 *Albet* vet. Gyr. *Alget* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. duo Voss.—234 *astitit altior axi* Bonon. *altior exstitit axe* vet. Gyr. *altius exstitit axe* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. *acrior* Exc. Petav. quart. *altior institit* Vat. sec. et d. Pal. *astitit orbe* Voss. pr. *exstitit orbi* Exc. Petav. quart. *exstitit axe* Vat. quint. Reg. Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. *axe* Vat. quart. *exstitit axi* Oxon. pr. *institit axi* Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. tres Petav. Jun. pr. Oxon. sec. Var. LL. e marg. Parm. *institit* vel *exstitit axi* Voss. sec.—235 *nox atra* Vat. pr. Cod. Bartholin. Tholos. Vat. Livin. *fœda* Florent. cum viginti duobus aliis, Ald. et Var. LL. e marg. Parm. *rapit* vel *tegit* Ambr. tert.—236 *pulsu strepituque* Bonon. *strepitu pulsuque* Vat. sec. Put. Reg. tres Petav. Exc. Petav. quart. Gesn. et ed. Bipont. *cursu strepituque* Vat. pr. inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *plausuque* Vat. tert. *cursuque* Cod. Bartholin. ed. Vicet. *pulsuque* duo Jun. duo Oxon. Ald.—237 *augurium* pro *aurigam* Pal. Med. pr. Ambr. tert. *licuit mihi, mortifer ille* Jun. sec. *sed mortifer* Florent. *ille* pro *æstus* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Oxon. pr. chartac. Heins. duo Jun. duo Voss.—238 *mors illa* Petav. sec. *livor* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. vet. Gyr. duo Jun. totidem Voss. et Oxon. Exc. Schott. *lutor permansit in herbis* edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. et al. *permanat in herbas* Put. Reg.

NOTÆ

232 *Rore albet*] Id est, pruinis, seu albo gelu.

235 *Polum rapit*] Eripit ex oculis cœlum et diem. Virgilius: 'Eripiunt subito nubes cœlumque diemque Teucrorum ex oculis,' &c.

238 *Luror permanat*] Color luridus atque niger penetrat herbas, et ideo mortem esse credebat Electra, quia quacumque incederet, omnia moriebantur.

Deficiunt rivi: squalent rubigine prata:
Et nihil afflatum vivit. Pallere ligustra,
Exspirare rosas, decrescere lilia vidi.
Ut rauco reduces tractu detorsit habenas,
Nox sua prosequitur currum; lux redditur orbi.
Persephone nusquam. Voto rediere peracto,
Nec mansere Deæ. Mediis invenimus arvis
Exanimem Cyanen. Cervix redimita jacebat,
Et caligantes marcebant fronte coronæ.

ipsa; nigror serpit ad gramina, fluvii siccescunt, pascua fœdantur ferrugine, et nihil vivit tactum *anhelitu: aspexi ligustra pallescere, rosas marcescere, lilia diminui. Cum* auriga *deflexit fræna redeuntia concussu sonanti, sua caligo comitatur currum; dies restituitur mundo: Proserpina nullibi* apparet: *Divæ* Venus, Pallas, et Diana *reversæ sunt, desiderio impleto, neque remanserunt. Reperimus in mediis campis Cyanen* fere *mortuam. Collum ornatum languebat, et coronæ obscuratæ sordebant*

duo Jun. duo Voss. tres Petav. Exc. Læti et Petav. quart. Ald. *permanat in herbis* Voss. pr. *permansit in herbas* Vat. tert. et d. *permansit in herbis* vet. Gyr. Bonon. Var. LL. e marg. Parm. *permanat in herbas* vel *permansit in herbis* Voss. sec.—240 *Et nil* tres Vatt. et d. Florent. inc. Heins. Put. Reg. Moret. pr. Voss. pr. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Et nil afflatum* Voss. sec. *affectum* Petav. tert. *afflatu* Bonon. *viruit* pro *vivit* Vat. quint.—241 *decrescere* Var. LL. e marg. Parm. *livescere* pro *decrescere* Reg. m. sec.—242 *Et* Petav. sec. *Ut tanto* Voss. pr. *reduces rauco* Vat. pr. Cod. Bartholin. chartac. Heins. edd. Ald. Vicet. Parrh. et al. *detorquet* Vat. sec. *detraxit* ed. Vicet. et Parm. *demisit* Petav. tert.—243 *persequitur* Reg. Oxon. pr. *currus* duo Vatt. Voss. sec. *cursu* Jun. sec.—244 *Persephone est nusquam* Jun. sec. *nusquam est* Vat. pr. Cod. Bartholin. *nulla est* ed. Vicet. *Persephone nusquam* sine *est* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Jun. pr. Vat. Livin. duo Oxon. duo Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *numquam* Petav. sec.—245 *invenimus undis* Voss. pr. *armis* Ambr. tert.—246 *Cyanem* Vat. pr. Florent. duo Med. tres Petav. *convix* pro *cervix* Med. quart.—247 *fronde* pro *fronte* Vat. quint. Reg. *forte* Petav. sec.—248 *subito*

NOTÆ

240 *Afflatum*] Tactúm maligno anhelitu equorum Plutonis.

Pallere] Ex albo colore in pallidum degenerare.

241 *Exspirare*] Marcescere, et odorem fragrantem amittere.

Lilia] Hercules, ut fieret immortalis, a Jove Junonis sopitæ papillis admotus, lac avidius haustum ore continere non potuit, sed effusum est: pars circulum lacteum signavit, pars in terram decidens lilia formavit.

242 *Reduces detorsit habenas*] Convertit equos redituros, qua ipse venerat.

243 *Nox sua*] Nox, quam currus invexerat, abit cum curru.

244 *Persephone*] Quæ eadem est ac Proserpina. *Persephone nusquam:* alii legunt, *Persephone nulla est*, more Comicorum: Terentius, *nullus sum*, id est perii.

246 *Cyanen*] Nympham, quæ fonti Cyanæ præsidet, prope Syracusas.

Cervix redimita] Attonita Cyane caput sertis ornatum deposuerat.

247 *Caligantes*] Atra nebula afflatæ.

Aggredimur subitæ, et casus scitamur heriles,
(Nam propior cladi steterat) quis vultus equorum?
Quis regat? Illa nihil: tacito sed læsa veneno
Solvitur in laticem. Surrepit crinibus humor.
Liquitur, in roremque pedes et brachia manant,
Nostraque mox lambit vestigia perspicuus fons.
Discedunt aliæ. Rapidis Acheloides alis
Sublatæ Siculi latus obsedere Pelori;

in *capite. Statim compellamus* eam, *et petimus calamitatem dominæ* Proserpinæ, *etenim* Cyane *proxima fuerat* huic *calamitati.* Petimus *quæ figura equorum? quis duceret? Illa nihil* respondet. *At corrupta tabe intestina dissolvitur in aquas, guttæ fluunt* ex *capillis; liquefit, et pedes et manus stillant in liquorem, atque statim rivus limpidus abluit pedes nostros. Reliquæ* Nymphæ *abeunt: Sirenes elatæ pennis velocibus occupaverunt oram Pelori Siculi, et indignantes*

Vat. pr. Cod. Bartholin. *propius* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *taciti* Vat. tert. et d. Oxon. sec. *tacitæ* tres Vatt. Pal. Florent. duo Med. Heins. H. Reg. duo Petav. Tholos. Voss. pr. Oxon. pr. Jun. sec. Exc. Petav. quart. *tacitæ* vel *subitæ* Voss. sec. *casusque citamur* Jun. pr. *casusque scitamur* Voss. pr. *casusque citamus* tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. duo Med. Heins. H. Put. Reg. Petav. tert. duo Oxon. *casus citamus* Jun. sec. *casus* Florent. Petav. sec. Bonon. ed. Parm. et Vicet. *casum herilem* Petav. sec. *scitamur* Petav. pr. *citamus* Petav. sec. Bonon. *sociamus* Vat. pr. *citamur* Moret. pr. *casusque citamus* vel *scitamur* Voss. sec. *heriles* vel *ab illa* Voss. sec.—249 *Namque prior* pro *Nam propior* Voss. sec. *qui vultus* Vat. tert. et d. Pal. Petav. sec. Oxon. pr.—250 *Quis regat* Moret. pr. Ald. *Qui* Vat. tert. et d. Pal. Oxon. pr. duo Petav. *Quis* vel *Quos* Voss. sec. *Ista nihil tacite* Voss. pr. *læsa* duo Jun. duo Oxon. Ald. ed. Parm. *lassa* Vat. pr. Put. *lapsa* Cod. Bartholin. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *dolore* pro *veneno* Bonon.—251 *Solvimur* Ambr. tert. *latices* Oxon. sec. *subrepit* Vat. tert. et d. Florent. duo Petav. Bonon. Tholos. Exc. Læti et Petav. quart. Ald. *surrepit* vel *subrepit* duo Jun. *subrepsit* Vat. quart. Pal. Cod. Bartholin. edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. et al. *subrexit* Put. *surrexit* tres Vatt. *surrexit* vel *subrepsit* Voss. sec.—252 *Linquitur* Vat. tert. Jun. sec. Petav. tert.—253 *ambit* pro *lambit* Jun. sec. *prospicuus* Florent. *perpetuus* Jun. pr. *Perspicuus mox fons vestigia lambit* Exc. Petav. quart.—254 *Acheloes in alis* Reg. m. pr. Oxon. pr. *undis* pro *alis* Vat. pr.—255 *Sublatus* Moret. pr.

NOTÆ

248 *Casus heriles*] Casus heræ, seu dominæ Proserpinæ, quærimus.

250 *Tacito veneno*] Tabe vel aqua intestina, quam intra medullas hauserat. Sicque venenum hoc in loco noxium non est, nisi id omne noxium dicas, quod figuram humanam corrumpit.

254 *Acheloides*] Sirenes filiæ Acheloi, qui fluvius est Acarnaniæ in Græcia.

255 *Pelori*] Promontorii Siciliæ, ad cujus oras sunt Sirenes: alii alibi reponunt. Strabo enim has constituit ad oras Campaniæ, in insulis desertis et saxosis, quas *καλοῦσιν Σειρηνούσας*, vocant *Sirenusas.*

Accensæque malo jam non impune canoras
In pestem vertere lyras. Vox blanda carinas
Alligat. Audito frænantur carmine remi.
Sola domi luctu senium tractura relinquor.
Hæret adhuc suspensa Ceres, et singula demens
Ceu nondum transacta, timet: mox lumina torquens
Ultro in cœlicolas furiato pectore ferri.
Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates,

hanc *injuriam, nunc non innocuæ converterunt in perniciem blandas citharas. Vox delicata remoratur naves: remi torpent auditis cantibus,* ego *sola passura senectutem* in *fletu, deseror domi. Ceres dubia hæsitat adhuc, atque amens metuit omnia, quasi nondum præterita: statim vertens oculos, sponte* cœpit *rapi corde irato in Deos. Niphates altus ita tremit* a *matre Hyrcana, cujus catulos abstulit eques ti-*

et Siculi Cod. Bartholin.—256 Deerat hic versus Moret. pr. *invasere* pro *Accensæque* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *insedere* legebat Heins. *nunc impune* Vat. pr. *canoram...lyram* Jun. sec.—258 *Obligat* Exc. Petav. quart.—259 *domo* Florent. m. pr. *luctu* Exc. Læti. *luctus* Vat. tert. et d. Moret. pr. Voss. pr. Petav. sec. *senium luctus* Florent.—260 *Haret* Exc. Læti, Var. LL. e marg. Parm. *Mæret* chartac. Heins. *Hæret* vel *Mæret* Put. *suspecta* Bonon. *cernens* pro *demens* Vat. tert.—261 *translata* pro *transacta* Vat. pr. *torquet* Bonon.—262 *Ultro ad cœlicolas* Vat. quint. Bonon. Cod. Bartholin. *Vultu ad cœlicolas* tres Vatt. Put. Reg. Voss. sec. tres Petav. Exc. Petav. quart. *Voltu ad* Vat. d. *Multum ad* Var. LL. e marg. Parm. *Vultum* Voss. pr. *Vultum* vel *Multum* inc. Heins. *furibundo* Voss. pr. *furiato* vel *furiali* Voss. sec. *fatur* Reg. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *fertur* quatuor Vatt. et d. Cod. Bartholin. ed. Bipont. *fertur* vel *ferri* inc. Heins.—263 *Arduus arcana* Jun. Oxon. pr. *queritur cum* pro *quatitur sic* Exc. Petav. quart. *Typhates* vel *Nyphates* Oxon.

NOTÆ

257 *In pestem vertere*] Nam allectos cantu devorant. Sirenes autem scorta fuerunt, quæ allectos juvenes usque eo detinebant, donec eorum substantiam degluberent, ut diximus. Tres numeratæ sunt, de quarum nominibus dissentiunt Poëtæ: una voce, altera tibiis, tertia vel lyra vel cithara canere solebat.

258 *Frænantur remi*] Torpent manus eorum qui remos agitant. Quod ne paterentur Argonautæ, ' Unum in Orpheo perfugium habuisse' dicuntur: ' qui cum assedisset in puppi, simulque fides blandis impellere digitis, simul vocem illam, qua rupes nemoraque traxerat, explicare cœpisset, tanta simul aures animosque audientium voluptate complevit, ut jam Sirenum vocibus nemo navigantium moveretur.' Hæc M. Ant. Muretus, quavis Sirene dulcior.

259 *Senium tractura*] Id est, senectutem gravem toleratura, et tractura velut onus grave.

260 *Suspensa*] Stupore defixa, attonita.

263 *Hyrcana matre*] Id est, tigri fœta, quæ catulos peperit. *Hyrcana* autem, quia Hyrcania tigribus notissima.

Niphates] Armeniæ mons, nivibus, scopulis, et tigribus infamatus.

Cujus, Achæmenio regi ludibria, natos
Avexit tremebundus eques. Fremit illa marito
Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram
Dispergit maculis, jamjamque haustura profundo
Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.
Haud aliter toto genitrix bacchatur Olympo;

midus, editos ad ludibrium Regis Persarum. Illa tigris *sævit velocior Favonio conjuge, et diffundit omnem iracundiam notis viridantibus, atque identidem sorptura equitem ore hiante, retinetur specie figuræ crystallinæ. Sic mater* Ceres *furit* in

sec.—264 *Achimenio* Put. Reg. tres Petav. Exc. Petav. quart.—265 *Advexit* Vatic. tert. *Avertit* Cod. Bartholin. *Adduxit* Vat. quint. Jun. sec. *Advexit* Florent. et viginti alii, item Exc. Petav. quart. *fremebundus* Med. quart. *furit* pro *fremit* Moret. pr. *premit* pro *fremit* legebat Heinsius, i. e. *persequitur*. *ista* Vat. pr. *marino* pro *marito* vet. Gyr. male. Sympos. Ænigm. 38. vs. 3.—266 *Mobilior* vel *Nobilior* Oxon. sec. *Zephyro* vel *velo* Reg. Oxon. pr. *notamque* Vat. tert. *tantamque* Petav. tert. Bonon. *moventibus* pro *virentibus* Ambr. tert. *liventibus* Vat. quint. *nitentibus* Tholos. *herbam* pro *iram* Med. pr. m. pr. *inde* pro *iram* Moret. pr.—267 *Dispergit* Florent. Med. quart. Heins. H. Reg. Petav. pr. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *Dispersit* quatuor Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. Jun. pr. chartac. Heins. duo Oxon. *Aspersit* Moret. pr. *lacrimis* pro *maculis* Bonon. *nimium* pro *jam jamque* Tholos. *nimiumque* tres Vatt. et d. Pal. Cod. Bartholin. Put. Moret. pr. *Divumque* Vat. sec. *inimicum* Exc. Schott. *timidumque* conjecerat Hensius. *haustura* Vat. pr. et tert. *hausura* Florent. inc. Heins. Bonon. Exc. Petav. quart. *exhausta* Vat. quart. Pal. Heins. H. duo Med. *nimiumque exhausta* Jun. pr. *nimiumque haustura* duo Oxon. chart. Heins. *nimiumque hausura* Voss. pr. Jun. sec. *vivum hausura* vel *haustura* Voss. sec.—268 *reddatur* pro *tardatur* Petav. tert.—269 *genitrix toto* Vat. pr. chartac. Heins. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. et Vicet.—

NOTÆ

264. *Achæmenio*] Regi Persarum, quem ex Achæmenia tribu eligere solebant: erant autem tres tribus, Patiscores, Achæmenidæ, et Magi.

Ludibria] Nam Reges Persarum intra septa feras alebant, quibus conficiendis exercerentur.

265 *Tremebundus*] Ob tigrem velocius insequentem.

Marito Zephyro] Non tantum Poëtæ, sed et alii scriptores, ut Aristoteles, Columella, Plinius, Solinus, S. Augustinus, tradunt tigres, equas, gallinas, vultures ex vento concipere. Unde Statius de tigride, 'Spirantem fert ore virum:' et apud Lucilium, 'genitabilis aura Favoni;' et apud Oppianum de tigride, Αὐτῷ γάρ τε θέειν ἰκέλη ζεφύρῳ γενετῆρι: *Ipsi enim currere similis* est *Zephyro genitori.* Quam tamen ipse opinionem non probat Oppianus.

266 *Iram dispergit maculis*] Vel ex ipsis maculis horrentibus et flagrantibus iracundia, iram agnoscas.

268 *Vitreæ formæ*] Raptor catulorum tigris, ut eludat matrem imminentem, projicit speculum, illa spectat, hæret, quasi fœtum aspiciens, et sic fugit raptor; ex Pomponio Mela: alii dicunt a raptore unum ex catulis raptis projici, quem cum mater colligit, et reportat in antrum, ipse interim fugit.

269 *Bacchatur*] Instar bacchantis rapitur et furit.

Reddite, vociferans: non me vagus edidit amnis:
Non Dryadum de plebe sumus: turrita Cybebe
Me quoque Saturno genuit. Quo jura Deorum,
Quo leges abiere poli? Quid vivere recte
Proderit? En audet noti Cytherea pudoris
Ostentare suos post Lemnia vincula vultus.
Hos animos bonus ille sopor castumque cubile
Præbuit? Amplexus hoc promeruere pudici?
Nec mirum, si turpe nihil post talia ducit.

omni cœlo, clamans, restituite filiam: *flumen errans non procreavit me: non sumus de populo Dryadum. Cybele turrigera protulit me etiam* ex *Saturno. Quo jura Deorum recesserunt? Quo leges cœli* recesserunt? *Quid proderit bene vivere? Ecce Venus verecundiæ cognitæ audet monstrare faciem suam post catenas Vulcanias. Somnus ille innocens, et lectus pudicus dedit* Veneri *hæc consilia? Oscula casta hoc merita sunt. Neque admirandum* est, *si* ipsa *nihil putat inhonestum post*

271 *Nec Dryadum* Vat. quint. Jun. sec. *Cybele* Vat. pr.—272 *Saturnus* inc. Heins. Put. Jun. sec. Petav. tert. Ambr. tert.—273 *abiere* Vat. pr. Vat. Livin. *cecidere* pro *abiere* tres Vatt. et d. Pal. Put. *rectis* pro *recte* Moret. pr.—274 *Profuit* Vat. quint. *aut audet* Moret. pr.—276 *bonus iste* Vat. pr. *sapor* Jun. sec. *sopor* vel *pudor* Vat. sec. *dedit ille pudor* Voss. sec.—277 *istud meruere* Vat. pr. *hoc præmeruere* Exc. Petav. quart. *hos* Voss. pr. *hæc* vel *non* Voss. sec. Heinsius ascripserat locum Lucani l. x. vs. 68. 'Hoc animi nox illa dedit, quæ prima cubili Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris.'—278 *Non mirum* Voss. pr. *ducat* Bonon.—279 *O vos* Exc. Petav. quart.

NOTÆ

Olympo] Olympus est mons Thessaliæ altissimus, qui ponitur pro cœlo.

270 *Reddite*] Filiam quam surripuistis.

Non me edidit amnis] Non orior a fluviis, ut Nais, aut a Dryadibus, sed a Saturno et Cybele, ac proinde indigne tractata sum, cum mea mihi filia erepta est.

Edidit amnis] Naides erant filiæ fluviorum.

271 *Dryadum*] Hæ Nymphæ sylvarum.

Cybebe] Magna mater Deorum.

272 *Saturno*] Qui et Jovis pater erat.

274 *Noti Cytherea pudoris*] Per ironiam, id est, Venus famæ prostitutæ.

275 *Lemnia vincula*] Post catenas, quibus cum Marte adultero colligata est, et Deorum ludibrio exposita, postquam simul deprehensi sunt a Sole, per negligentiam Alectruonis, qui ideo a Marte in Gallum gallinaceum mutatus est, et jam a media nocte canit Solis adventum. *Lemnia* autem, id est, vincula facta a Vulcano, qui præsidet Lemno insulæ maris Ægæi, in quam, a Cœlo deturbatus a Jove vel Junone, decidit: quod ideo fictum est, quia ibi primum repertus ignis, et arma fabricata sunt.

276 *Bonus ille sopor, &c.*] Dictum per ironiam, quæ pronuntiatione et gestu juvanda est, ut agnoscatur sopor infamis.

278 *Post talia*] Post tale adulte-

Quid vos expertes thalami? Tantumne relictus
Virginitatis honos? Tantum mutata voluntas?
Jam Veneri, et sociis junctæ raptoribus itis?
O templis Scythiæ, atque hominem sitientibus aris
Utraque digna coli! tanti quæ causa furoris?
Quam mea vel dicto tenui Proserpina læsit?
Scilicet aut caris pepulit te, Delia, sylvis,
Aut tibi commissas rapuit, Tritonia, pugnas?
An gravis alloquio? vestros an forte petebat

talem infamiam. *Quid* vultis *vos*, o Minerva et Diana, *nescia nuptiarum? Siccine gloria pudicitiæ* a vobis *neglecta* est? *Siccine consilium* vestrum *mutatum* est? *Jam vaditis conjunctæ Veneri et raptoribus comitibus? O ambæ dignæ adorari* in *delubris Scythiæ, et altaribus cupientibus* sanguinem *hominum! Quæ ratio est tantæ rabiei? Quam* ex vobis *mea offendit* filia *Proserpina, vel levi verbo? Nempe an expulit te*, o *Diana, sylvis jucundis, vel eripuit tibi*, o *Pallas, prælia commissa? An molesta* erat *sermonibus? An forsitan turbabat vestros cœtus in-*

****

nos Vat. quint. Florent. *Vos* Med. pr. Bonon. Tholos. ed. Vicet. *thalamis* Ambr. tert. *Cererine relictus* Petav. tert. *relictis* Exc. Læti. In Vat. pr. et sec. et quart. Cod. Bartholin. Reg. Bonon. Leid. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. inc. Heins. et ed. Vicet. inseritur hic versus, *Omnis honos recti vobis sic rata recessit.* vel *recedit.*—280 *voluptas* pro *voluntas* Exc. Læti. deerat vero hic versus Reg. Voss. pr. Petav. pr. Jun. sec. In Oxon. interseritur alter versus, ut et in Put. scilicet: *Hæc ait, et lectura faces intrat nemus altum.* hic multa desunt in Vat. tert. quart. et d. item Pal. Florent. Med. pr. et quart. Heins. H. Put. Petav. sec. et Exc. Petav. quart. et Oxon. pr. usque ad vs. 361. sed in Petav. tert. margini ascripti erant.—281 *jam Veneri sociis* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. inc. Heins. *Veneri junctæ sociis* Ambr. tert. Voss. pr. Jun. sec. *junctæ sociis* Vat. sec. Reg. Petav. pr. *vinctæ* ed. Vicet. *nuptæ sociis* Var. LL. e marg. Parm.—282 *In templis* Jun. sec. *Quæ templis* Voss. pr. *A templis Scythiæ atque a sitientibus aris* Vat. quint. —283 *quæ tanti* Vat. sec. et quint. *tanti quæ* vel *quæ tanti* Voss. sec.—284 *Quem* Petav. pr. m. pr. *tenui dicto* Vat. sec. et quint. *lædit* Jun. sec. Ambr. tert.—285 *aut* Jun. sec. marg. Isingr. ed. Ald. *hæc caris* Vat. pr. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Vat. Livin. ed. Parm. et Vicet. *aut* vel *an* Vat. quint. Ald. *haud* vel *an* Voss. sec. *repulit* Tholos. *prohibet* pro *pepulit* Vat. quint. *Proserpina* pro *Tritonia* Vat. sec. Voss. sec.—287 *Aut gravis* Vat. pr.

NOTÆ

rium, ludibrium, infamiam.

279 *Expertes thalami*] Virgines innuptæ. Virgilius: 'Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere,' &c.

281 *Raptoribus*] Jam non vos pudet comitari raptores puellarum?

282 *Templis Scythiæ, atque hominem sitientibus aris*] Versus Scythiam, in Taurica Chersoneso, Dianæ immolabantur homines: et Busiris illaudatus in Ægypto hospites mactabat ad aras.

285 *Delia*] Diana, quæ cum Apolline nata est in insula Delo. Præsidet venationi et sylvis.

286 *Tritonia*] Pallas, quæ nata dicitur ex Palude Tritonide, et quæ

Importuna choros? atqui Trinacria longe,
Esset ne vobis oneri, deserta colebat.
Quid latuisse juvat? Rabiem livoris acerbi
Nulla potest placare quies. His increpat omnes
Vocibus: ast illæ (prohibet reverentia patris)
Aut reticent, aut nosse negant: responsaque matri
Dant lacrymas. Quid agat? Rursus se victa remittit,
Inque humiles demissa preces, Ignoscite, si quid
Intumuit pietas: si quid flagrantius actum

tempestivo adventu? *sed, ne foret vobis molesta, habitabat longe solitudines Siculas. Quid prodest delituisse? nulla requies valet mitigare furorem invidiæ amaræ:* Ceres *arguit singulas* Deas *his verbis. Sed illæ (observantia* in *patrem* Jovem *vetat) vel silent, vel negant* se *cognoscere* raptum Proserpinæ: *et fundunt fletus* pro *responso. Quid* Ceres *faciat? Evicta iterum quiescit, et abjecta in preces submissas: Parcite,* ait, *si pietas irata est in aliqua re; si quid factum* est *arden-*

et sec. Reg. Petav. pr. *Aut* vel *An* Voss. sec. *eloquio* Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. inc. Heins. Reg. Tholos. Petav. pr. Voss. sec.—288 *thoros* Vat. sec. *choros* vel *thoros* Voss. sec. *atquin* Vat. pr. inc. Heins. Reg. Petav. pr. *atqui* vel *certe* Voss. pr.—289 *nobis* inc. Heins. ed. Vicet. hic incipit fragmentum chartaceum Vat. n. 2864. quem codicem litera *A* hic notavit Heinsius.—291 *quies* Vat. sec. Reg. Petav. pr. Voss. pr. Ambr. tert. duo Jun. Var. LL. e marg. Parm. *dies* Vat. pr. Cod. Bartholin. *quies* vel *dies* Voss. sec. *his* Tholos. Voss. pr. Ambr. tert. *ambas* pro *omnes* Vat. quint.—292 *ast illam* Voss. pr. *sententia* duo Vatt. Voss. pr. duo Jun. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *sententia* vel *reverentia* Voss. sec.—293 *scire negant* Voss. pr.—294 *lacrimis* Ambr. tert. *rursum* Ambr. tert. duo Jun. *victa revincit* Voss. pr. *experta* pro *se victa* Vat. quint.—295 *delapsa preces* duo Vatt. Petav. pr. Reg. Ambr. tert. *dilapsa* duo Jun. *elapsa* Voss. pr. *delapsa* vel *dimissa* Voss. sec. *pedes* pro *preces* Jun. sec. Heinsius ascripserat locum Bell. Gildon. vs. 45.—296 *Intimuit* duo Voss. *actum est* Vat. sec. et quint. *actum* sine *est* inc. Heins. Reg. Petav. pr.

NOTÆ

præsidet bellis et armis.

288 *Trinacria*] Id est, Sicula, sic Trinacria unda apud Virgilium: de hac voce dictum sæpius.

290 *Livoris*] Pestes, quæ animos hominum infestant, tempore molliuntur, at invidia augetur indies, nullumque remedium, nisi eorum, quibus invidetur, calamitate reperit. Invidia ut musca est Appula, quæ relictis partibus sanis, vel minima rimatur ulcera, quibus ad satietatem adhærescat, suumque pascat animum. Quid vultis? simile simili gaudet, ulcera quærunt homunciones ulcerosi.

Acerbi] Amari, importuni; quia invidus nulla re mitigatur: cumque nullum animal a natura immite adeo sit, ut obsequio non devinciatur, unus invidus redditur importunior atque acerbior.

291 *Nulla quies*] Nulla solitudo, nullæ latebræ, nulla fuga potest a nocendi proposito invidiam avertere: nullus locus est quo non pestis illa grassetur.

Quam decuit miseram: supplex dejectaque vestris
Advolvor genibus. Liceat cognoscere sortem.
Hoc tantum. Liceat certos habuisse dolores.
Scire peto, quæ forma mali: quamcumque dedistis
Fortunam, si nota, feram, fatumque putabo,
Non scelus: aspectum, precor, indulgete parenti:
Non repetam. Quæsita manu securus habeto
Quisquis es. Affirmo prædam: desiste vereri.
Quod si nos aliquo prævenit fœdere raptor;

tius quam fas erat matri *afflictæ*. Ego *humilis et prostrata*, ad *genua vestra accido: detur* mihi *nosse calamitatem; hoc* peto *unum: detur indulgere doloribus cognitis. Cupio noscere quod* sit *genus calamitatis. Quodcumque attuleris* mihi *malum, si cognitum* fuerit, *patiar, et existimabo fatum* esse, *non crimen: concedite matri, rogo, conspectum* filiæ: *non reposcam: quicumque es, tutus fruere* filia *rapta* per *vim: assero* eam esse *prædam: desine timere. Quod si raptor præve-*

Jun. pr. Voss. pr. Vat. Livin.—297 *decuit miseram* Var. LL. e marg. Parm. *miseram decuit* Vat. quint. duo Jun. *miseros decuit* Reg. Petav. pr. *miseras* duo Vatt. Tholos. Voss. sec. Ambr. tert. *miseros* Voss. pr. *miserandaque* pro *dejectaque* tres Vatt. duo Voss. Cod. Bartholin. *miserandaque matris* Leid.—298 *pedibus* Ambr. tert.—299 *Hoc tantum.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Leid. edd. Parm. Junt. Ald. *Hoc tantum liceat.* Colin. Parrhas. et al. *timores* Voss. pr. *furores* inc. Heins. Reg. Petav. pr. chart. Heins. Ambr. tert. vet. Gyr. ed. Parm. et Vicet. *dolores* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *dolores* vel *timores* Vat. sec. *dolores* vel *timores* vel *furores* Voss. sec. deest autem hic versus Vat. pr.—300 *Scire peto* Exc. Læti. *Si reparet quoque* pro *Scire peto quæ* ed. Vicet. *Scire peto* vel *Scire velim* Cod. Bartholin. *formam aliquam* pro *forma mali* Reg. Petav. pr. *quantamque* Vat. quint. *quantumque d. Fortunæ* Jun. sec. Voss. sec. Ambr. tert. *quamcumque tulistis Fortunam* duo Pulmann. Heinsius mallit *quamcumque daturæ Fortunam*, vel *quodcumque dedistis Fortunæ*, sed in ed. Elzevir. 1665. N. Heins. legit *quamcumque dedistis Fortunam.*—301 *Fortunæ* Vat. sec. Reg. Petav. pr. Tholos. *si* Voss. sec. *sic* Tholos. *nota* Ambr. tert. *sit rapta* Vat. pr. Cod. Bartholin. *sit nota* duo Vatt. inc. Heins. Reg. Petav. pr. chart. Heins. Voss. pr. Jun. sec. Var. LL. e marg. Parm.—302 *indulgere* Vat. sec. *indulgete* Vat. pr. et quint.—303 *Non repeto* Reg. Petav. pr.—305 *nos* inc. Heins. *vos* duo

NOTÆ

298 *Genibus*] Quæ supplicantes tangebant.

Sortem] Liceat nosse genus calamitatis, et quomodo filiam perdiderim; nam 'sæpe solatium calamitatis est nosse calamitatem,' ut ait Darius apud Curtium.

299 *Certos dolores*] Certas irascendi dolendique causas.

301 *Fatumque putabo*] Quia quæ fato contingunt, nullam habent culpam, fatum quippe est inevitabile.

304 *Affirmo prædam*] Consentio, eum, qui rapuit filiam meam, eam possidere, instar prædæ: affirmoque ipsum eam tenere suo jure. Affirmator apud Tertullianum, est qui rem ratam habet, vulgo, qui *certificat*, seu qui testimonio suo rem ratam habet.

305 *Prævenit*] Si raptor vos, o Diana et Pallas, ita pignore aut juramento aliquo obligavit, ut fidem

Tu certe, Latona, refer. Confessa Diana
Forte tibi: nosti, quid sit Lucina, quis horror
Pro genitis, et quantus amor: partusque tulisti
Tu geminos: hæc una mihi. Sic crine fruaris
Semper Apollineo: sic me felicior ævum
Mater agas. Largis tunc imbribus ora madescunt.
[Quid tantum est dignum fleri, dignumque taceri?]

nit nos quodam pignore, tu quidem, o Latona, commemora: forsan Diana filia tua *confessa* est *tibi* raptorem: *cognovisti quid sit puerperium; quis timor* sit *pro liberis, et qualis amor. Tu genuisti liberos gemellos: hæc una mihi* est Proserpina. *Sic perpetuo potiaris pulchritudine Apollinis: sic* tu *mater fortunatior traducas vitam. Tunc vultus irrigatur multis lacrymis. Quid magis meretur lu-*

Vatt. et A. Cod. Bartholin. *quos* Vat. pr. *munere* Vat. pr. et sec. Cod. Bartholin. *fœdere* Vat. A. Reg. Petav. pr. Voss. pr. duo Jun. Var. LL. e marg. Parm.—306 *Tu saltem* Jun. sec. *certe* vel *saltem* Vat. sec. Voss. sec.—307 *nostri quid* Voss. pr. *quis horror* inc. Heins. Jun. sec. Voss. sec. *quid horror* Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. pr. Voss. pr. *quid* vel *quis* Var. LL. e marg. Parm. *timorque* vel *quis error* Ambr. tert.—309 *hæc una fuit* Ambr. tert.—310 *tu* pro *me* chart. Heins.—311 *nunc imbribus* Ambr. tert.—312 *tantum dignum fleri* chartac. Heins. et inc. ejusd. Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. sec. Voss. sec. Ambr. tert. Ald. ed. Parm. et Vicet. *fleri dignum* Vat. A. *dignum* pro *fleri* Tholos. *Quid tanto dignum fletu* Voss. pr. Deerat hic versus in Jun.

NOTÆ

dederitis vos eum non esse detecturas.

306 *Latona*] Mater Apollinis et Dianæ, quos ex Jove suscepit.

307 *Quid sit Lucina*] Scis quantus sit dolor in pariendo. Lucina præsidet puerperiis, et invocatur a fœminis parturientibus. Lucinam alii Lunam dixerunt, qua plena facilius a partu liberantur mulieres. Lucina dicitur, quod lucem præbeat. Græci vocant εἰλείθυιαν, ἀπὸ τοῦ ἐλεύθειν, *venire*, nam venit opem latura parturientibus: hanc et Dictamno coronant, herba Cretensi, quæ parientibus prodesse dicitur.

309 *Tu geminos*] In quibus nosti, quantum timeant liberis matres, quantumque eos ament. Latona dicta *gemellipara*, quod ediderit gemellos, vel in Lycia vel in Delo insula. Ovidius: 'Curva gemelliparæ spicula ferre Deæ.'

Hæc una mihi] Filia ex Jove scilicet, major ideo amor. Alios liberos Ceres suscepit, sed non ex Jove.

Crine] Visa pulchritudine, juventute filii Apollinis: quia semper Apollo juvenis, et ideo intonsus pingitur: idque fit ob radios solares semper nitidos.

310 *Sic*] Optantium particula Poëtis familiaris. 'Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem, Sic tibi,' &c. Hoc est, hoc mihi concede, et si concedas, sic tibi omnia faveant, arrideant.

311 *Largis imbribus*] Lacrymarum.

312 *Quid tantum est dignum taceri*] Quid tantum meretur taceri? indicate raptorem.

Hei mihi! discedunt omnes: quid vana moraris
Ulterius? non bella palam cœlestia sentis?
Quin potius natam pelago terrisque requiris?
Accingar lustrare diem: per devia rerum
Indefessa ferar: nulla cessabitur hora.
Non requies, non somnus erit, dum pignus ademtum
Inveniam; gremio quamvis mergatur Hiberæ
Tethyos, et rubro jaceat vallata profundo.
Non Rheni glacies, non me Rhipæa tenebunt
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æstu.
Stat fines penetrare Noti, Boreæque nivalem

geri atque sileri? Hei mihi! Cuncti abeunt: quid, o Ceres decepta, *remanes diutius? Non animadvertis aperte conspirantes Deos? Cur* non *investigas potius filiam* in *terra et mari? Parabo vestigare Solis semitas: ibo infatigabilis per* loca *mundi avia: nullo momento quiescam: non otium erit, non sopor, modo reperiam filiam ereptam: licet sepeliatur sinu maris occidui, et jaceat septa mari rubro. Gelu Rheni non retardabit me, non glacies Riphæi montis: non Syrtis morabitur* me *fluctu ancipiti. Statutum est adire terminos Austri, et scrutari sedem frigidam*

Voss. et uno Heins.—313 *Heu mihi* Vat. sec. Jun. sec. chartac. Heins. *Hei* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm.—314 *num bella* Vat. pr. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *sentit* Vat. sec. *cernis* Jun. sec.—315 *Quin natam potius* Voss. pr. *terra pelagoque* id. Voss. pr. *requiras* Ambr. tert. Voss. pr.—316 *lustrare fretum* Ambr. tert.—317 *Indefensa* Voss. sec. *celabitur* pro *cessabitur* Ambr. tert.—318 *nec somnus erit* id. Ambr. *non pignus* inc. Heins. *tempus* Vat. pr.—319 *Ibero* Voss. pr. *hyberno* Jun. sec. *hiberno* Ambr. tert.—320 *rubeo* inc. Heins. *velata* chartac. Heins. ed. Parm. et Vicet. *vallata* Ald. Var. LL. e marg. Parm.—321 *nec me* Vat. quint. *tenebunt* vel *movebunt* Ambr. tert.—322 *Frigora* vel *Æquora* Vat. quint. *nec dubio* Vat. sec. et A. *contumbitur* pro *cunctabitur* Reg. Petav. pr.—323 *finem* Vat. quint. et A. Cod. Bartholin. Reg.

NOTÆ

315 *Quin potius*] Præstat filiam terra marique perquirere, quam tempus terere rogando.

316 *Devia*] Quia non patet accessus.

318 *Pignus*] Filiam, quæ mihi erat pignus amoris Jovis.

319 *Hiberæ*] Hispanæ, quæ dicitur Hiberia a fluvio Hibero, *Ebro*.

320 *Tethyos*] Tethys est mater Nympharum maris: sumitur pro mari.

Rubro profundo] Mari rubro, quod est et sinus Arabicus, *Mar di Rosso*, *Mar di Meka*.

321 *Rheni*] Rhenus fluvius notissimus, ex Alpibus scaturiens, ex monte S. Gothardi, unde et oriuntur Rhodanus et Ticinus.

Riphæa] Riphæi montes a quibusdam confunduntur cum Alpibus; ab aliis dicuntur esse montes Thraciæ.

322 *Syrtis*] Duæ sunt Syrtes in ora Libyæ, quæ ob maris aut defectus aut incrementa, dubios habent æstus, sicque periculosos.

323 *Stat*] Statutum est adire extremos tractus plagæ Meridianæ.

Vestigare domum. Primo calcabitur Atlas
Occasu, facibusque meis lucebit Hydaspes.
Impius errantem videat per rura, per urbes
Jupiter: extincta satietur pellice Juno.
Insultate mihi: cœlo regnate superbi.
Ducite præclarum Cereris de stirpe triumphum.
Sic fatur, notæque jugis illabitur Ætnæ,
Noctivago tædas inflammatura labori.
  Lucus erat prope flavum Acin, quem candida præfert
Sæpe mari, pulchroque secat Galatea natatu:
Densus, et innexis Ætnæa cacumina ramis,

Aquilonis: prima parte *Occidentis superabo Atlantem, et Hydaspes illustrabitur tædis meis: Jupiter crudelis aspiciat* me *vagantem per agros, per oppida; Juno saturetur mortua amica* Jovis sui. *Illudite mihi: triumphate* in *polo arrogantes: erigite illustre tropæum de filia Cereris. Ita* Ceres *loquitur, et descendit* in *culmina cognita Ætnæ, accensura faces* pro *opere noctis. Sylva erat juxta Acin flaventem, quem Galatea formosa anteponit frequenter mari, et scindit pulchre natando. Spissa* sylva, *et operiens circum undique Ætnæos vertices ramis connexis. Pater*

Petav. pr. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *brumalem* Voss. sec.—326 *castra* pro *rura* Vat. pr. m. pr. *per urbem* Vat. quint.—327 *saturetur* Voss. pr.—328 *Insultare* inc. Heins. Tholos. *Insultante* Reg. *regnante* Voss. pr. ed. Gryph. *regnate* Reg. Petav. pr. *superbi* vel *superbæ* Ambr. tert.—329 *de prole* vel *de stirpe* Ambr. tert.—330 *Hæc fatur* Vat. quint. et A. Petav. pr. Jun. sec. duo Voss. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *votæque* pro *notæque* Voss. pr. *notisque* Ambr. tert. *dilabitur* Ambr. tert.—331 *inflammatura* Vat. pr. Cod. Bartholin. *informatura* Vat. quint. et A. Reg. Petav. pr. duo Jun. Voss. pr. Isingr.—332 *flumen Athis* Voss. pr. *flumen* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. *Acyn* Reg. Petav. pr. *quod* Vat. pr. et quint. Cod. Barthol. *præfert* inc. Heins. *profert* ed. Vicet. —333 *natat* pro *secat* Vat. pr.—334 *invexis* Vat. Livin. *sylvis* pro *ramis* Reg.

NOTÆ

Boreæque] Regiones Septemtrionis, unde flat Boreas nivalis.

324 *Primo occasu*] Qua parte respicit mare, quæ pars inaccessa erat.

Atlas] Mons Mauritaniæ, nubibus altior.

325 *Hydaspes*] Fluvius Indiæ, in Indum se exonerans, ad urbem Bucephalam.

326 *Impius*] In matrem filiamque crudelis.

327 *Pellice*] Pellex est concubina.

331 *Noctivago*] Vel ipsa nocte Ceres raptam Proserpinam quærebat.

332 *Flavum Acin*] Acis Siciliæ fluvius, qui instar teli ex Ætna monte prorumpit; et inde dicitur Acis, nam ἀκὶς, ἴδος, significat *sagittam*. Flavus autem vocatur, ut flavus Tiberis, Alpheus, et alii.

Præfert] Ob memoriam Acis pueri, Fauni et Symethidos Nymphæ filii, quem amabat; et quem zelotypus Polyphemus in ejus gremio confodit, sed a Diis in fluvium cognominem mutatus est.

333 *Galatea*] Doridos et Nerei filia, facie lactis candorem provocante, 'Candidior foliis nivei Galatea ligustri.' Ovidius. Et inde dicta est Ga-

Qua libet usque, tegens. Illic posuisse cruentam
Ægida, captivamque pater post prælia prædam
Advexisse datur. Phlegræis sylva superbit
Exuviis, totumque nemus victoria vestit.
Hic patuli rictus, hic prodigiosa Gigantum
Tergora dependent; et adhuc crudele minantur
Affixæ truncis facies; immaniaque ossa
Serpentum passim cumulis exsanguibus albent:

Jupiter *dicitur deposuisse ibi clypeum sanguinolentum, et attulisse spolia parta post certamina. Nemus gloriatur spoliis* regionis *Phlegrææ, et victoria ornat omnem sylvam. Hic ora hiantia appenduntur; hic pelles monstrosæ gigantum; et vultus adhærescentes arboribus spirant adhuc crudelitatem, et ossa ingentia albescunt undi-*

Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. Vat. sec. duo Voss.—335 *Qua licet* Jun. sec. *Qua libet* Vat. Livin. *Quam* Reg. Tholos. *libet* Voss. pr. ed. Parm. *licet* duo Vatt. *Quam licet* vel *Quam libet* Voss. sec. *illic* vel *illo* Vat. sec.—336 *prædæ* chart. Heins.—337 *Adduxisse* Vat. quint.—338 *Exuviis:* Heinsius hic notat *spolia arboribus suffigi solita fuisse.* vid. Ouzel. in Minuc. p. 143. sic et passim in veteribus nummis.—339 *rictus et prodigiosa* duo Vatt. et A. Reg. Petav. pr. Jun. sec. duo Voss.—341 *truncis facies* Reg. Jun. sec. Ambr. tert. Voss. sec. Var. LL. e marg. Parm. *facies truncis* Vat. pr. *truncis faciesque* Voss. pr.—342 *tumulis* tres Vatt. et A. *ardent* Vat. sec.—343 *sanguine* inc.

NOTÆ

latea, nam, *γάλα, ακτος, lac* significat.

334 *Densus*] Lucus ramis confertus.

Ætnæa cacumina] Quæ Atlantis instar a Pindaro vocantur, *κίων δ' οὐρανία συνέχει νιφόεσσ' Αἴτνα πάνετες χιόνος ὀξείας τιθηνά: columna cælestis sustinet nivosa Ætna per totum annum nivis acutæ nutrix.*

335 *Cruentam*] Sanguine gigantum occisorum.

336 *Ægida*] Pellem capræ nutricis suæ, qua contra gigantes pro thorace usus fuerat: *αἴξ, αἰγὸς, capra.*

Captivam prædam] Parta spolia: Jupiter autem fixit tropæum, vel in Thessalia, vel in Sicilia, vel in Syria, vel in Pithecusis.

Pater] Jupiter quasi 'juvans pater,' ex Cicerone.

337 *Datur*] Dicitur. Virgilius: 'Sed tamen iste Deus quis sit da, Tityre, nobis:' id est, dic. Quam loquendi formam cur minus probet Julius Scaliger, non video.

Phlegræis] Spoliis gigantum in Phlegra monte, vel Campaniæ, vel Macedoniæ, devictorum.

338 *Victoria vestit*] Nulla arbor est quæ non gestet aliquod signum victoriæ Deorum contra gigantes reportatæ.

339 *Patuli rictus*] Immaniter hiantes, quasi rictus belluarum.

340 *Tergora*] Quia nonnullis gigantibus cutis detracta est.

341 *Affixæ truncis*] Arborum. Antiqui fugatis hostibus, stipitem humana specie statuebant in aliquo monte, eundemque spoliis ornatum vocabant *tropæum, ἀπὸ τῆς τροπῆς, a fuga,* quod constitueretur post fugam hostium.

342 *Serpentum*] Gigantum pedes desinebant in dracones, qui cum ipsis

Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles:
Nullaque non magni jactat se nominis arbor.
Hæc centumgemini strictos Ægæonis enses
Curvata vix fronte levat: liventibus illa
Exultat Cœi spoliis: hæc arma Mimantis
Sustinet: hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior at cunctis abies umbrosaque late
Ipsius Enceladi fumantia gestat opima,

que acervis draconum extinctorum; ac coria tosta turgent multo ictu *fulminis maleolentis; et omnis arbor gloriatur titulo ingenti. Hæc* arbor *ægre sustinet ramis curvatis gladios nudos Briarei centumgemini: illa gloriatur exuviis pallidis Cœi: hæc fert tela Mimantis: Ophion spoliatus gravat hos ramos. Sed abies excelsior omnibus, et spargens ramos longe, portat opima* spolia *fumantia Enceladi*

Heins. *flumine* Voss. pr. *flamine* Tholos.—344 *se jactat* Voss. pr. Jun. sec.—346 *fronte* Vat. sec. chartac. Heins. duo Voss. ed. Vicet. *fronde* Vat. pr. quint. et A. inc. Heins. Reg. Ambr. tert. Vat. Livin.—347 *Caci* pro *Cœi* duo Vatt. Cod. Bartholin. inc. Heins. et chartac. ejusd. Reg. Petav. pr. Voss. sec. ed. Vicet. Var. LL. e marg. Parm. *Cachi* Vat. pr. *Chaci* Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. *Æaci* Voss. pr. *Zancli* Exc. Læti, Ald. *Mimantis* Reg. Petav. pr. vet. Gyr. Var. LL. e marg. Parm. *Minamtis* ed. Vicet. *Minantis* tres Vatt. Jun. sec. chartac. Heins. *Minatis* Voss. sec. *Minaci* Vat. A.—348 *ramos onerat* Ambr. tert. *exustus* Vat. sec. Cod. Bartholin. *extinctus* Ambr. tert. *Ophion* Exc. Læti. *Ophias* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Voss. pr. chartac. Heins. Ambr. tert. ed. Vicet. *Osyan* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Osyon* Jun. sec. *Ophion* vel *Ophyas* Voss. sec.—349 *at* Reg. Petav. pr. Tholos. Jun. sec. Voss. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *a* Voss. pr. *his cunctis* Ambr. tert. *lati* Voss. pr.—350 *spumantia* inc.

NOTÆ

occisi sunt.

343 *Suspirant*] Pelles torridæ multo fulmine suspirant: id est, spirant adhuc atrocitatem, vel male olent, vel emittunt vapores fulmen, vel fulminis ustionem, redolentes. Sic apud Lucanum: 'Suspirant nebulas,' id est, emittunt vapores.

344 *Magni nominis*] Omnis arbor gloriatur magnis titulis, puta Enceladi, Ægæonis; nam in tropæis, devictorum ducum nomina scribebantur.

345 *Centumgemini Ægæonis*] Briarei, qui centum habebat brachia, centumque rotabat enses.

346 *Liventibus*] Pallentibus, nigris. Alludit ad atram gigantum indolem.

347 *Cœi*] Gigantis, qui fuit pater Latonæ.

Mimantis] Gigantis etiam, qui Lemnum insulam contra Deos torquere parabat.

348 *Ophion*] Gigas, qui a Saturno exutus est cœli gubernaculis, cum uxore Eurynome.

349 *Umbrosa late*] Ramos, atque ideo umbras spargens latius.

350 *Enceladi*] Qui gigas oppressus Ætna gemit.

Opima] Spolia scilicet, quæ sunt ea quæ Dux Duci detrahit; ut Romulus Acroni, Marcellus Viridoma-

Summi terrigenum Regis, caderetque gravata
Pondere, ni lassam fulciret proxima quercus.
Inde timor numenque loco, nemorisque senectæ
Parcitur, ætheriisque nefas nocuisse tropæis.
Pascere nullus oves, nec robora lædere Cyclops
Audet, et ipse fugit sacra Polyphemus ab umbra.
Non tamen hoc tardata Ceres. Accenditur ultro
Religione loci, vibratque incerta securim,
Ipsum etiam per itura Jovem. Succidere pinus,

ipsius, supremi Principis gigantum, et oppressa onere procumberet, nisi quercus propinqua sustentaret eam *fatigatam. Inde metus, et religio* accessit *loco, et ignoscitur antiquitati sylvæ, ac scelus* est *violare tropæa cœlestia. Nullus Cyclops audet nutrire oves, neque* hic *offendere arbores, et Polyphemus ipse recedit ab umbra sacrata. Ceres tamen non retardata* est *hac* reverentia : *volens stimulatur pietate loci, et conjicit securim, incerta* quo injiceret, *percussura vel ipsum Jovem. Festi-*

Heins. Jun. sec.—351 *caderentque* Vat. pr.—352 *lassam* inc. Heins. Reg. Petav. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *lapsam* duo Vatt. et A. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. *lapsum* Vat. pr. Cod. Bartholin. *maxima* Vat. sec. *maxima* vel *proxima* Voss. sec.—353 *loci* Vat. quint.—354 *æthereis nec fas* Voss. pr. m. sec. *Æthnæisque* Tholos. *triumphis* Ambr. tert.—355 *Nullus pascit oves* Ambr. tert. *nec robor scindere* Voss. sec. *robur* Vat. sec. *lædere robora* Ambr. tert. *scindere* Vat. tert.—357 *Nec tamen* Vat. quint. et A. Jun. sec. *Non tamen est* Voss. sec. *est tardata* duo Vatic. *turbata* Ambr. tert.—358 *incesta* pro *incerta* Reg. Petav. pr. Var. LL. e marg. Parm. *infesta* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Jun. sec. Ambr. tert. duo Voss. Ald.—359 *Ipsum seu* marg.

NOTÆ

ro ; et ex Regibus nostris, Clodovæus Alarico, quem sua manu occidit. Varro vocat opima, etiamsi miles detrahat, modo duci detrahat.

351 *Summi Regis*] Alii Porphyrionem, alii Alcyoneum gigantum Principem faciunt.

Terrigenum] Gigantum, qui terra matre editi sunt. Supra.

353 *Inde timor numenque loco*] Inde timor accessit, et quædam erga hunc locum velut numine plenum reverentia, quæ facit ut parcatur arboribus tanquam Numinibus : quia sacræ putantur.

354 *Ætheriis tropæis*] Quæ erecta sunt a Diis, qui sunt in Æthere seu Cœlo.

355 *Cyclops*] Cyclops et Læstrygon fratres fuerunt ; quorum Læstrygon Antiphatem, Cyclops Polyphemum, genuit, Cyclopum Principem.

356 *Ipse Polyphemus*] Licet 'visus ab hospite nullo Impune, et magni cum Diis contemtor Olympi.'

357 *Non tamen hoc tardata*] Ceres loci religione non impedita est, quominus sibi in ea faces conficeret.

Accenditur ultro religione] Ut se ulciscatur contra Deos, quorum consilio putat filiam esse raptam, sacras iis arbores depopulatur.

358 *Incerta*] Quasi nullo discrimine omnes evertat arbores.

359 *Ipsum etiam per itura Jovem*] Tam irata est, ut ipsum Jovem per

Et magis enodes properat prosternere cedros,
Exploratque habiles truncos, rectique tenorem
Stipitis, et certo percenset brachia nisu.
Sic, qui vecturam longinqua per æquora merces
Molitur tellure ratem, vitamque procellis
Objectare parat, fagos metitur et alnos,

nat amputare pinus, et evertere cedros minus nodosas, ac vestigat stipites idoneos, et proceritatem trunci recti, et explorat ramos firmo concussu. Ita ille *qui construit* in *terra navem portaturam merces per maria remota, et accingit exponere caput tempestatibus, dimetitur fagos et alnos, et aptat usum diversum arboribus nondum*

Isingr. *petit ira* pro *per itura* conjecerat Scalig. *petat ira* conj. Barth. *petitura* Mss. nonnulli, et sic ed. Bipont. *læsura* Ambr. tert. *pressura* tres Vatt. et A. Cod. Bartholin. Exc. Læti. *peritura* Tholos. *feritura* Petav. pr. Jun. sec. *succindere* Vat. sec. et A. *succidere* vel *succendere* Ambr. tert.—360 *Ac magis* Vat. pr. Cod. Bartholin. inc. Heins. Tholos. Ald. *At* ed. Parm. et Vicet. *An* tres Vatt. et A. Voss. pr. *Aut* Reg. Petav. pr. Jun. sec. Var. LL. e marg. Parm. *Haud* Vat. quint. Ambr. tert. *At* vel *Haud* Voss. sec. *dubitat* Voss. pr. Jun. sec. Reg. Petav. pr. Vat. quint. et A. marg. Isingr. *properat* vel *dubitat* Voss. sec. Hic denuo incipit Put. inserto hoc versu, *Hæc ait, et lectura faces intrat nemus altum.*—361 *Explorat* Oxon. pr. *Explorat salices* Reg. m. pr. *habiles* Vat. quart. inc. Heins. Ald. Exc. Schott. *abiens* Vat. pr. et A. Florent. chartac. Heins. *abies* Vat. sec. quint. et d. Cod. Bartholin. duo Med. Voss. pr. Oxon. sec. Petav. sec. ed. Vicet. *abiens* vel *abies* Jun. pr. *abies* vel *habiles* Voss. sec. *salices* vel *habiles* Oxon. pr. *abies truncus* Vat. tert. Pal. duo Med. *abiens truncos* Petav. pr. *obiens truncos* Gesn. ed. Bipont. *acies truncum* Put. *truncas* Vat. quint. *abiens truncas* Petav. tert. Ambr. tert. *rectumque* Vat. d. Put.—362 *et vero* Put. *texto* Voss. pr. *recto* Oxon. pr. Ambr. tert. *certo* vel *arrecto* Oxon. sec. *percenset* duo Vatt. et d. Florent. Med. quart. Put. Reg. Oxon. sec. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *præcenset* Jun. pr. Voss. pr. *procenset* Pal. Med. pr. Heins. H. duo Petav. *prætentet* Oxon. pr. *prætentat* Gesn. et ed. Bipont. *pertentat* Vat. A. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. ed. Parm. *pertentat* vel *percenset* Vat. quint. Heinsius ascripserat seqq. '*percensere* Spartian. p. 53. l. 24. quod male mutat Salmas. p. 123. a. Ovid. II. Met. vs. 335. 'totum percensuit orbem.' hinc et *recensere.* sic *recensere rempubl.* Trebell. Poll. in Valeriano Patre p. 173. l. 44. hinc et *Censura* pro perlustratione. Claudian. alibi, *Percensere manum.* *nisu* Florent. Put. Reg. Tholos. Vat. Livin. duo Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *nixu* chartac. Heins. *visu* duo Med. duo Heins. totidem Petav. Oxon. pr. Bonon. Ambr. tert. *risu* duo Vatt. in Petav. pr. hic multa desunt usque ad vs. 380.—363 *vecturam* Reg. m. sec. *vecturus* omnes Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *venturus* Vat. A. *vecturum* inc. Heins. *venturas* Tholos. Oxon. sec. *venturas* vel *vecturas* Med. pr.—365 *Abjectare* Exc. Petav. quart. *Oblectare*

NOTÆ

itura sit, si obstet. *Per itura* est transpositio, quasi diceret *itura*, seu ictum inflictura, per Jovem medium. Alii legunt *petat ira Jovem*, id est, ejus ira tanta est, ut vel ipsum Jovem peteret, percuteret.

360 *Cedros*] Quæ ob pinguem succum aptissimæ sunt ad tædas conficiendas.

365 *Fagos et alnos*] Quia aquis obrutæ diu, non corrumpuntur.

Et varium rudibus sylvis accommodat usum.
Quæ longa est, tumidis præbebit cornua velis:
Quæ fortis, malo potior: quæ lenta, favebit
Remigio: stagni patiens aptanda carinæ.
Tollebant geminæ capita inviolata cupressus
Cespite vicino; quales non rupibus Idæ
Miratur Simois; quales non divite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.

cæsis. Arbor *quæ est longa dabit antennas velis turgentibus: quæ* est *dura, convenientior* est *malo* navis: *quæ* est *flexibilis, utilis erit* ad *remos: aquis resistens* arbor *adhibenda* est *carinæ. Cupressus duæ erigebant* in *solo propinquo verticem intactum: quales Simois non suscipit* in *saxis Idæ, quales Orontes altor sylvæ*

Petav. sec. *mentitur* Reg. Petav. sec. *ulmos metitur* Jun. sec.—366 *rudibus varium* Vat. A. *Et rudibus silvis varios acc. usus* Voss. pr. *varios silvis rudibus acc. usus* Vat. quint.—367 *tumidis* Voss. sec. *timidis* Florent. *præbebat* Vat. sec. Tholos. *carbasa* pro *cornua* Exc. Petav. quart. *ventis* pro *velis* Moret. pr. —368 *malo potior* Bonon. Voss. pr. duo Jun. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *malis* Ambr. tert. *clavo* tres Vatt. et d. Pal. duo Med. Heins. H. ed. Vicet. *malo* vel *clavo* Vat. quint. *lata* pro *lenta* Vat. pr. *fovebis* Petav. sec.—369 *est apta* pro *aptanda* Florent. *carinis* Exc. Petav. quart.—370 *gemini* Reg. *capita inviolata*, Heinsius ascripserat locum Vopisci in Aureliano p. 211. 'ut duarum arborum capita inflecteret.' *Cypressi* Vat. pr. et d. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec. Vat. Livin.—371 *in rupibus* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. duo Heins. Reg. duo Petav. Tholos. Ambr. tert. duo Voss. *in mœnibus* Put.—372 *Miretur* inc. Heins. *nunc divite* Voss. sec. Petav. sec.—373 *nemori* Vat. quart. *Anapis* Moret. pr. *Orontes* vel *Anapis* Reg. Oxon. pr.—

NOTÆ

366 *Rudibus sylvis accommodat usum*] Cogitat in sylva, ad quem usum aptæ sint arbores rudes, quæ nondum informatæ sunt ad ullum opus.

369 *Carinæ*] Fabricandæ infimæ parti navis; nam carina fundus est navis.

370 *Cupressus*] Dicitur cupressus, i, et cupressus, us.

371 *Cespite vicino*] Cespitem vicinum habentes, id est, inter se proximæ.

Quales, &c.] Pulchriores non nascuntur in Ida monte prope Simoënta fluvium Trojanum.

373 *Apollinei nemoris nutritor*] Apollineum nemus est lauretum. Alludit ad nemus, quod *Daphnen* dicitur, a laurorum frequentia, et in suburbiis Antiochiæ reponebatur: ubi nonnulli gesta esse referunt, quæ de Daphnes fabula jactantur. Apollinis autem Daphnæi lucus alit cupressus immensæ proceritatis propter memoriam pueri Cyparissi ob cervi mortem contabescentis, et in cupressum mutati.

Orontes] Fluvius alluens Antiochiam. Olim Typhon, a Typhone gigante illic dejecto: deinde Orontes, ab Oronte Indo, ibi sepulto, cujus cadaver, undecim cubitis altum, inventum est.

Germanas adeo credas: sic frontibus æquis
Astant, et socio despectant vertice lucum.
Hæ placuere faces. Pernix invadit utramque,
Cincta sinus, exerta manus, armata bipenni:
Alternasque ferit, totisque obnixa trementes
Viribus impellit. Pariter traxere ruinam,
Et pariter posuere comam, campoque recumbunt,
Faunorum Dryadumque dolor. Complectitur ambas,
Sicut erant, alteque levat; retroque solutis
Crinibus ascendit fastigia montis anheli,

Phœbeæ non alluit in littore locuplete. Certo putes esse *sorores: ita assurgunt ramis æqualibus, et exsuperant pari altitudine: hæ tædæ placuerunt* Cereri. Illa *promta* habens *vestes succinctas,* et *nudata brachia, instructa securi, aggreditur ambas* cupressus, *et percutit unam post aliam, atque incumbens omni impetu dejicit tremulas. Simul pertulerunt exitium, et simul deposuere frondes, et procubuerunt* in *agro,* qui *mœror* est *Faunorum et Dryadum.* Ipsa *corripit utramque, ut erat, et extollit in altum, et comis rejectis post tergum, exsuperat cacumina montis suspi-*

374 *frondibus* tres Vatt. item A. et d. Pal. *frondibus* vel *frontibus* Vat. sec. Ambr. tert. Oxon. sec. Voss. sec. *adstant Æquis* Vat. A.—375 *Exstant* duo Vatt. Florent. Bonon. Ambr. tert. duo Jun. Voss. Var. LL. e marg. Parm. *Adstant* vel *Exstant* Vat. quart. inc. Heins. qui ascripserat Epigr. LXI. Priapeiorum: 'Quod quondam bene fructuosa malus Autumnis sterilis duobus adstem.' *despectat* Petav. tert. *prospectant* Vat. pr. *lucum* Med. quart. *laurum* Put. *cœlum* Pal. Florent. m. pr. Heins. H. *lucum* vel *cœlum* Med. pr. Vat. sec. Voss. sec.—376 *utrumque* Put. *utrasque* Voss. pr.—377 *extensa manus* Voss. pr. *experta* Petav. sec. *erepta* Vat. quint. *ornata bipenni* Bonon.—378 *Alternansque* Pal. duo Med. Heins. H. *secat* pro *ferit* Put. *totis obnixa* Jun. sec.—379 *tenuere ruinam* Vat. quint.—380 *Et posuere comam pariter* Vat. pr. Cod. Bartholin. *comas* Vat. A. Exc. Læti. *comam* duo Med. Heins. et chartac. ejusd. Put. Reg. tres Petav. Bonon. Tholos. Ambr. tert. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Ald. ed. Parm. *recumbit* Florent.—381 *umbras* pro *ambas* Voss. pr.—382 *erant* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Reg. duo Petav. Bonon. Tholos. Voss. pr. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *erat* edd. Vicet. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. *altoque* Voss. pr.—383

NOTÆ

374 *Germanas credas*] Adeo sunt similes.

376 *Hæ placuere faces*] Hæ arbores placuerunt Cereri ad faces conficiendas; forte quia erat præsaga funeris. Apud Ovidium tædæ Cereris sunt pineæ.

377 *Exerta manus*] Id est, nudata quoad manus, ut foret expeditior ad ictus inferendos.

381 *Faunorum Dryadumque dolor*] Id quod allaturum erat dolorem Faunis et Dryadibus. Faunos et Dryades communibus pæne sacris venerabatur antiquitas, sicut numina agrestia: Dryades porro arboribus æquævæ una cum iis cadebant. Magna Cereris indignatio, quæ ne Nymphis quidem, quas in Eresichthone, vel Erisicthone vindicat, pepercerit.

383 *Montis anheli*] Ætnæ, quæ ob incendia anhelare ac suspirare, et

Exsuperatque æstus, et nulli pervia saxa,
Atque indignantes vestigia calcat arenas:
Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torva Megæra ruit; Cadmi seu mœnia poscat;
Sive Thyesteis properet sævire Mycenis.
Dant tenebræ manesque locum, plantisque resultant
Tartara ferratis: donec Phlegethontis ad undam

rantis, et evadit vapores ignis, et rupes inaccessas omnibus, et proculcat cineres non patientes pedem: sicut Megæra irata properat accendere taxos perniciosas ad scelera patranda; *seu petat urbem Cadmi, seu festinet furere Mycenis Thyeste* infamatis. *Obscuritas et umbræ cedunt loco, et Tartara resonant pedibus ferreis,*

montis fastidia Voss. pr. *anhelans* pro *anheli* conjiciebat Heins.—384 *Exuperat* sine copula, Florent. Var. LL. e marg. Parm. *saxo* Petav. sec.—385 *habenas* pro *arenas* Voss. pr.—386 *armare* Vat. Livin. *animarum* Reg. m. sec. Oxon. sec. m. sec. ed. Parm. ex conjectura. *ad carmina* Vat. pr. *ad prælia* Oxon. sec. *limina* Vat. d. Cod. Bartholin. Moret. pr. *ad culmina* Voss. pr.—387 *ruit* Reg. cum glossa, *i. e. eruit. seu Cadmi* Vat. quint. et d. *mœnia poscat* Voss. sec. *mœnia* vel *limina* Vat. sec. *poscit* Put.—388 *properat* Vat. tert. et A. Pal. duo Med. Heins. H. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. pr. *properent* Ambr. tert. *servire* Vat. pr. quart. et d. inc. Heins. Tholos.—389 *plantisque* vel *palmisque* vel *portisque* Reg. Oxon. pr.—390 *in undam* Voss. pr. *in unda* tres Vatt. item A. et d. Pal. Cod. Bartholin. *ad undas* Exc. Petav. quart. *in*

NOTÆ

anhelantibus similis esse videtur.

385 *Indignantes vestigia arenas*] Calidos atque æstuantes cineres, quos nemo audet tangere.

386 *Qualis*] Talis est Ceres dum cedros accendit, qualis est Megæra dum accendit taxos. Præterea Ceres Erinnys aliquando dicitur, et sumta Furiæ forma cum Neptuno concubuisse dicitur.

Pestiferas taxos] Perniciosas, mortiferas; inde toxicum vulgo dicimus.

Animare] Accendere: nonnulli credidere ignem esse animal, quia alitur, movetur, crescit, extinguitur.

Ad crimina] Ad patranda scelera, vel ad homines depravandos, quod Furiarum munus est.

387 *Megæra*] Dicitur ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν, *invidere*, et ideo torva appellatur, quod excitet invidos, torvis oculis alterius res secundas aspicere solitos.

Cadmi mœnia] Thebas, quas Cadmus ex Phœnicia profectus in Bœotia condidit, ex Oraculo præviam bovem secutus. Ideo autem Megæra Thebas petere fingitur, ob innumera crimina ibi patrata.

388 *Thyesteis Mycenis*] Perseus, Jovis et Danaës filius, condidit Mycenas, quæ dicuntur Thyesteæ, quod ibi Thyestes regnarit.

Sævire] Quia eo impulit Thyesten, ut Æropen Atrei fratris uxorem vitiaret; et deinde Atreum, ut editum ex hoc concubitu infantem Thyestæ epulandum apponeret, quæ scelera ita Sol aversatus est, ut cursum retro converterit.

389 *Tenebræ*] Dant locum, ob lucem lampadis Megæræ.

Constitit, et plenos excepit lampade fluctus.
Postquam perventum scopuli flagrantis in ora,
Protinus arsuras adversa fronte cupressus
Faucibus injecit mediis, lateque cavernas
Texit, et undantem flammarum obstruxit hiatum.
Compresso mons igne tonat, claususque laborat
Mulciber: obducti nequeunt hærere vapores.

donec stet ad ripam Phlegethontis, et accepit tæda aquas plenas. Posteaquam ventum est *ad ostium montis ardentis, statim* Ceres *jecit vultu non reflexo* in *voraginem mediam cupressus accendendas, et antrum operuit undique, et interclusit exitus ignium erumpentium: mons reboat flamma cohibita, et Vulcanus inclusus æstuat: flammæ præclusæ non possunt retineri: culmina conifera effulserunt: Ætna*

****

unda vel *ad undam* Reg. Oxon. pr.—391 *Adstitit* Bonon. *Obstitit* Put. *accepit* Vat. pr. Cod. Bartholin. *suscepit* Florent. *excepit* duo Med. duo Heins. Put. Reg. Tholos. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *fluctus* Moret. pr. Ald. *fructus* ed. Barth. pr. —392 *pervenit* Ambr. tert. *perventum* Florent. duo Med. duo Heins. Put. Tholos. Moret. pr. Jun. sec. duo Oxon. tres Petav. Exc. Petav. quart. et Ald. *perventum est* duo Vatt. et A. Reg. Bonon. duo Voss. *est perventum* edd. Vicet. Parm. Isingr. Barth. et al. *ferventis* Florent. inc. Heins. *flagrantis* Put. Petav. sec. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Exc. Petav. quart. *ferventis ad ora* Var. LL. e marg. Parm. *ad oram* Cod. Bartholin. *ad ora* Jun. sec.—393 *aversa* duo Vatt. et A. Cod. Bartholin. *adversa* Vat. quint. inc. Heins. Put. Petav. pr. Oxon. pr. Voss. sec. Ambr. tert. duo Jun. *fronde* Oxon. pr. Ambr. tert.—394 *incendit* Voss. sec.—395 *Traxit* pro *Texit* Vat. sec. *undantes..hiatus* Exc. Petav. quart. *flammis* Vat. pr. Vat. Livin. *flammis* vel *flammarum* Vat. sec. Voss. sec. *obtexit* Bonon. *obtrudit* vel *obstruxit* Reg. Oxon. pr. *obstrinxit* inc. Heins.—396 *mons* Petav. sec. *mox* Vat. quart. et d. Florent. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Voss. pr. duo Jun. Exc. Petav. quart. *sonat* Pal. Med. pr. Jun. pr. m. sec. Ambr. tert. Heins. ascripserat locum Valer. Flacc. lib. IV. vs. 508. 'Sic ubi prorupti tonuit cum forte Vesevi Hesperiæ letalis apex.'—397 *Mulcifer* Florent. Oxon. pr. *exire* quatuor Vatt. Cod. Bartholin. Vat.

NOTÆ

Manes] Dant locum, ceduntque metu Furiæ. Manes sunt Dii Inferi.

391 *Plenos excepit lampade fluctus*] Id est, plenas aquas tæda accepit, seu accendit tædas in aquis plenis Phlegethontis fluvii, qui flammas volvit: φλεγέθω, *ardeo;* quia hic est fluvius ignis. Sunt fontes, qui lampadas admotas accendunt. S. Augustinus de fonte Garamantico; 'Facem mirabiliter idem ipse accendit extinctam.'

392 *Scopuli*] Montis scopulosi, ardentis, et flammas vomentis. Virgilius: 'Saxi de vertice pastor.' Id est, montis saxosi.

Ora] Ostium, hiatus; vocant 'Crateras montium.'

393 *Adversa fronte*] Adeo ut ne vultum quidem averteret a flammis bacchantibus.

394 *Faucibus injecit*] In mediam voraginem Ætnæ æstuantis.

396 *Laborat*] Completis omnibus antris æstu et fumo.

397 *Mulciber*] Vulcanus, Jovis et

Coniferi micuere apices: crevitque favillis
Ætna novis: stridunt admisso sulfure rami.
Tum, ne deficerent tantis erroribus ignes,
Semper inocciduos insopitosque manere
Jussit, et arcano perfudit robora succo;
Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna juvencos.
Jamque soporiferas nocturna silentia terris

aucta est novis ignibus: arbores crepitant sulfure accepto. Tunc ne flammæ deessent in *peregrinationibus tam longis, imperavit* eas *remanere perpetuo inextinctas, semperque accensas, et aspersit arbores secreto liquore, quo Sol aspersit equos, quo Luna tauros* suos. *Et jam silentia noctis reddidere Orbi vicissitudinem somni-*

Livin. *hærere* Vat. tert. item A. et d. Florent. duo Med. duo Heins. Put. Bonon. Tholos. Jun. pr. m. pr. duo Oxon. Pal. tres Petav. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *exire* vel *hærere* Reg.—398 *Coniferi* duo Med. Florent. m. sec. Reg. Petav. pr. Vat. Livin. ed. Vicet. *Corniferi* Vat. d. Pal. Jun. sec. Ald. Exc. Læti. *Canniferi* Exc. Petav. quart. *Cornigeræ* Voss. pr. *Horrifici* Ambr. tert. *Conferti* inc. Heins. *decuitque* pro *crevitque* Petav. sec. *cavillis* Voss. pr.—399 *strident* duo Vatt. et A. Cod. Bartholin. *stridunt* Vat. tert. et d. Florent. Med. pr. duo Heins. Tholos. duo Oxon. tres Petav. vid. lib. II. in Eutrop. 106. Cons. Olybr. 101. *sidunt* Med. quart. *amisso* Pal. *adverso* Ambr. tert. *panni* pro *rami* Petav. sec. *saxa* pro *rami* Moret. pr.—400 *Tunc* Vat. pr. et quint. Florent. Reg. Oxon. pr. Jun. sec. Ambr. tert. *Et* Exc. Petav. quart. *tantis ardoribus* Vat. pr. *fervoribus æstus* Ms. Pulm.—401 *innocciduas* Petav. sec.—402 *profudit* Vat. A. *perfundit* Vat. pr. inc. Heins. Put. Oxon. pr.—403 *Quæ Phaëton* Vat. pr. *Pheton* Moret. pr. *juvencos* duo Voss. *jugales* duo Petav. *juvencos* vel *jugales* Ambr. tert.—404 *soporiferas* Exc. Læti.

NOTÆ

Junonis filius; vel Junonis tantum sine viri consortio. Mulciber dictus, quasi mulcens ferrum. Æolias insulas, Ætnam, Lemnonque habitabat.

398 *Coniferi apices*] Cupressi comæ, quæ desinunt in conum, seu figuram pyramidis.

399 *Admisso sulfure*] Arbores crepitant correptæ incendio sulfuris admissi atque urentis: sulfur autem delitescit in Ætna, et inde causa putatur incendii. Solum 'intrinsecus stratum sulfure et bitumine traditur: quæ res facit ut, spiritu cum igne inter interiora luctante, frequentes et compluribus locis, nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde denique Ætnæ montis per tot sæcula durat incendium.' Justinus.

402 *Arcano succo*] Secreto, sacro medicamine, seu gramine, quod ineunte vere nascitur apud insulas Beatorum, quo Sol pascit equos, ut resistant ignibus, et cursu irrequieto non rumpantur. Ovid. 'Tum pater ora sui sacro medicamine nati Contigit, et rapidæ fecit patientia flammæ.'

403 *Phaëthon*] Ponitur pro Sole: φαέθω, *luceo, ardeo.*

Luna juvencos] Juvenci trahunt currum Lunæ; quod fingitur vel ob similitudinem cornuum, vel quod, tauri instar, omnia circumeat. Sed et vehiculum Lunæ mulus trahere dicitur; quod, sicut mulus non ex suis paren-

Explicuere vices: laniato pectore longas
Inchoat illa vias, et sic ingressa profatur:
  Non tales gestare tibi, Proserpina, tædas
Sperabam: sed vota mihi communia matrum,
Sed thalami festæque faces, cœloque canendus
Ante oculos Hymenæus erat: sic Numina fatis
Volvimur, et nullo Lachesis discrimine sævit?
Quam nuper sublimis eram, quantisque procorum
Cingebar studiis? Quæ non mihi pignus ob unum
Cedebat numerosa parens? Tu prima voluptas,
Tu postrema mihi: per te fœcunda videbar.

feram: illa Ceres, *sinu lacerato, aggreditur iter longinquum, et ita loquitur incedens: Non sperabam,* o *Proserpina,* me *laturam* esse *tibi tales faces: sed desideria matrum communia mihi* erant, *sed nuptiæ et tædæ solennes, et Hymenæus cantandus* in *cœlo versabatur in oculis* meis. *Sic* nos *Deæ vexamur* a *fatis, et Parcæ furunt absque ulla differentia? Quam excelsa eram modo? Quantoque ambitu procorum circumdabar? Quæ mater* vel *fœcundissima non cedebat mihi ob unam filiam? Tu,* o Proserpina, *gaudium primum* fuisti, *tu ultimum: per te existima-*

Et jam somniferis Vat. pr. Cod. Bartholin. *soporiferis* Vat. quint. chartac. Heins. ed. Vicet. *soporiferis* vel *soporatis* Ambr. tert.—405 *longe* Petav. sec. —406 *progressa* Vat. sec. Voss. sec. Hic in Petav. pr. desunt multa usque ad vs. 421.—407 *portare* Vat. quint.—409 *Sed thalami* Oxon. sec.—410 *Ante Deos* vel *oculos* Reg. Oxon. pr.—411 *Volvimur* Moret. pr. *Ducimur* Vat. pr. Cod. Bartholin. Vat. Livin. *Lachesis nullo* Vat. pr. Cod. Bartholin. *nullo Lachesis* Florent. inc. Heins. Put. Reg. duo Petav. Ambr. tert. Vat. Livin. duo Jun. totidem Oxon. et Voss. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *nulla in discrimina* Petav. sec.—412 *Quam sublimis eram nuper* Jun. sec.—413 *qui non* inc. Heins. *heu nunc* Vat. pr. *quæ non modo* Jun. sec.—414 *Credebar* pro *Cedebat* Vat. pr. *generosa* pro *numerosa* Vat. quint. *voluntas* pro *voluptas* Petav. sec. Oxon. sec.—415 *postrema mei* tres Vatt. et

NOTÆ

tibus procreatur, sed ex asino et equa, ita illa alieno non suo fulgore lucet.

405 *Explicuere vices*] Sparserunt somnum, qui mortalibus exhibet laborum vicissitudinem, efficitque ut alterna quiete corpora reparentur.

407 *Tales tædas*] Alludit ad morem veterum, quo matres filiarum faces nuptiales accendebant atque præferebant.

409 *Thalami*] Thalamus significat nuptias: supra.

Faces] Quinque faces ex alba spina præcedebant novam nuptam, pueri-que patrimi et matrimi gestabant.

Cœloque canendus Hymenæus] Sperabam tuas nuptias esse celebrandas in cœlo, et canendum hymnum. Catullus: 'O hymenæe hymen ades o hymenæe.' Hymenæus supra expli catus.

410 *Fatis volvimur*] Nos Dii fatis subjicimur: sunt enim fata supra Deos.

411 *Lachesis*] Una ex Parcis, sed ponitur pro ipsis Parcis.

412 *Procorum*] Proserpinam petentium.

413 *Pignus*] Unicam filiam, quæ

O decus, o requies, o grata superbia matris!
Qua gessi florente Deam: qua sospite, nusquam
Inferior Junone fui: nunc squalida, vilis.
Hoc placitum patri. Cur autem ascribimus illum
His lacrymis? ego te, fateor, crudelis ademi,
Quæ te deserui, solamque instantibus ultro
Hostibus exposui: raucis secura fruebar
Nimirum thiasis et læta sonantibus armis,
Jungebam Phrygios, cum tu raperere, leones.

bar fertilis mater. *O ornamentum! O quies! O jucunda gloria parentis,* Proserpina! *qua sospite sustinui* dignitatem *Deæ: qua incolumi nunquam fui minor Junone; nunc* sum *sordida, abjecta. Sic placuit Jovi. Quid vero tribuimus illi hos fletus? Ego immitis perdidi te, confiteor,* ego *quæ reliqui te,* o Proserpina, *et volens objeci te solam inimicis impendentibus; tuta scilicet potiebar choris raucis, atque hilaris* in *agris resonantibus copulabam leones Berecynthiæ, dum tu rapie-*

d. Pal. Florent. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. sec. Tholos. Oxon. sec. ed. Vicet. *facunda* Jun. pr. *ferebar* Exc. Petav. quart.—416 *species* pro *requies* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *tanta superbia* Vat. pr. Cod. Bartholin. inc. Heins. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—417 *Dea* Med. pr. *nusquam* Vat. tert. et d. inc. Heins. Petav. sec. et Ald. *numquam* quatuor Vatt. Pal. Vat. Livin.—418 *Inferior Junone parens* Jun. sec. *nec squalida* Ambr. tert. *vili* pro *vilis* Petav. sec. *vultus* pro *vilis* Exc. Petav. quart.—419 *Hoc placuit* Ambr. tert. *Hoc patri placitum* Exc. Petav. quart. *placitum est* Vat. quint. *cur non* pro *cur autem* Jun. sec. *sed cur* Vat. quart. *caussam....ullam* Tholos. *acenbimus* [f. *accensebimus*] inc. Heins. *ullum* pro *illum* Vat. tert. et d. Pal. Cod. Bartholin. Florent. duo Med. Bonon. duo Petav. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm.—421 *solamque* Med. quart. duo Heins. Reg. Bonon. Tholos. Moret. pr. duo Voss. tres Petav. Var. LL. e marg. Parm. *solam quæ* Vat. tert. et d. *solam quam* Med. pr. *solam te* Vat. pr. Cod. Bartholin. Ambr. tert. *inflantibus* Vat. quart.—422 *imposui* Vat. pr. *opposui* Vat. quint. *fecunda* pro *secura* Petav. pr. *ferebar* Petav. sec.—423 *armis* tres Vatt. item *A.* et d. Pal. Cod. Bartholin. Jun. pr. *arvis* Voss. pr. Vat. pr. Reg. Petav. sec.—424 *Zephyros* pro *Phrygios* Put. duo Petav. *te rapuere* Vat. tert. et d. Pal. Tholos. Oxon. sec. Ambr. tert. *te cum rapuere* duo Med. *cum te rapuere* Put. duo Pe-

NOTÆ

mihi erat pignus amicitiæ Jovis.

416 *O Decus, &c.*] O filia, quæ eras meus honor, mea requies, qua superbiebam, &c.

418 *Squalida*] Sordibus obsita.

419 *Ascribimus*] Cur Jovem facimus auctorem hujus cladis? cur has ipsi ascribimus tribuimusque lacrymas?

423 *Thiasis*] Choris Cybeles fanaticis, ad raucum tympani sonitum saltantibus potiebar ipsa tripudians. *Θίασος, chorus Bacchantum.*

Sonantibus armis] Plausu armorum, quæ Corybantes movebant. Sed et *θίασος* est *cœtus tripudiantium:* unde legitur optime *thiasis.*

424 *Leones*] Qui trahunt currum Cybeles.

Accipe, quas merui, pœnas. En ora fatiscunt
Vulneribus; grandesque rubent in pectore sulci.
Immemor en uterus crebro contunditur ictu.
Qua te parte poli, quo te sub cardine quæram?
Quis monstrator erit? quæ me vestigia ducent?
Quis currus? ferus ipse quis est? terræne marisne
Incola? quæ volucrum deprendam signa rotarum?
Ibo, ibo, quocumque pedes, quocumque jubebit
Casus: sic Venerem quærat deserta Dione.
Efficietne labor? Rursus te, nata, licebit

baris. O Proserpina, *disce supplicium quod merui. En vultus dehiscit plagis, et cicatrices magnæ rubescunt in sinu: ecce venter oblitus* officii sui *percutitur ictibus repetitis.* Sub *quo tractu cœli vestigabo te? Qua sub regione? Ecquis erit index? Quæ via conducet me? Quis cursus? Quis est ipse* raptor *barbarus? An incola terræ an maris? Quæ animadvertam vestigia rotarum velocissimarum? Vadam, vadam,* in *quamcumque partem pedes,* in *quamcumque fortuna imperabit. Sic Dione* ipsa *derelicta vestiget Venerem* filiam. *An labor faciet* aliquid? An

tav. *te raptore* Voss. pr.—425 *Aspice* Vat. quint. *nunc ora* Vat. pr. *heu ora* Vat. quint. *operta* pro *en ora* Exc. Petav. quart. *patescunt* pro *fatiscunt* Vat. sec.—426 *ruunt* pro *rubent* Vat. pr. Cod. Bartholin. *sub pectore* Exc. Petav. quart.—427 *est uterus* Oxon. pr. *venter* Vat. quint. *pleno* pro *crebro* Ambr. tert. *contenditur* Voss. sec.—428 *sub sidere* vel *climate* Florent. *qua me* Vat. quart. *quo me* Jun. sec. Ambr. tert.—430 *Qui currus* Vat. quart. et d. Oxon. pr. *ille* duo Vatt. et *A.* Cod. Bartholin. *ipse* Reg. Jun. pr. Oxon. sec. Petav. tert. duo Voss. *terræve marisve* Vat. pr. Pal. Put. Petav. sec. Voss. sec.—431 *qui* Petav. tert. *qua* Vat. quart. *rotarum* Vat. sec. *tuarum* Pal. Med. quart. *viarum* tres Vatt. item *A.* et d. Med. pr. duo Heins. Put. Reg. Bonon. Tholos. Ambr. tert. Oxon. pr. duo Jun. duo Voss. tres Petav. Exc. Petav. quart. *rotarum* vel *viarum* Voss. sec.—432 *Ibo tamen quocumque* Jun. sec. *quantumque* Exc. Petav. quart. *jubebunt* Jun. sec. *rubebunt* Ambr. tert. *videbit* Vat. pr. Put. Petav. sec.—433 *Error* pro *Casus* inc. Heins. Var. LL. e marg. Parm. *quærit* duo Med. *quæret* Put.—434 *Efficietne* Put. *Proficietne* Reg.

NOTÆ

426 *Vulneribus*] Genæ unguibus laceratæ.

431 *Volucrum rotarum*] Velocissimarum, et quarum ideo vestigia non tam firme impressa sunt ut possint animadverti.

433 *Sic*] Imprecatio. Sic Dione quærat filiam, ut ego deserta quæro Proserpinam.

Deserta] Alludit ad Cererem, quæ deserta dicta est post amissam Proserpinam. Virgilius: 'Templumque vetustum Desertæ Cereris.' Vel deserta dicitur ob solitudinem; Cereris enim templa sunt in angulis et secessibus.

Dione] Tethyos et Oceani filia, mater Veneris.

434 *Efficietne labor*] An proderit aliquid labor in te quærenda susceptus?

Amplecti? manet ille decor? manet ille genarum
Fulgor? an infelix talem fortasse videbo,
Qualis nocte venis; qualem per somnia vidi?
Sic ait, et prima gressus molitur ab Ætna;
Exitiique reos flores, ipsumque rapinæ
Detestata locum, sequitur dispersa viarum
Indicia, et pleno rimatur lumine campos,
Inclinatque faces. Omnis perit orbita fletu.
Omnibus admugit, quacumque it in æthere, sulcis.
Adnatat umbra fretis, extremaque lucis imago

concedetur osculari te iterum, o filia? An tua *illa pulchritudo remanet? An ille splendor vultus remanet? An* ego *infortunata aspiciam talem* te, *qualis ades* per *noctem, qualem aspexi in somnis? Ita* Ceres *loquitur, et capessit viam primum ab Ætna; execrata flores auctores calamitatis, et locum ipsum raptus, sequitur signa sparsa orbitæ, et scrutatur agros tæda ardenti, et demittit lumen: omne vestigium rotæ deletur lacrymis: ejulat* in *cunctis tractibus* rotæ, *quacumque currit per aërem. Umbra* Cereris *natat* super *mare, et*

Tholos. *te nota* Petav. sec.—435 *color* pro *decor* Vat. pr.—436 *tandem* pro *talem* Exc. Petav. quart. ed. Parm. et Vicet. *te nata* pro *fortasse* Vat. quint. —437 *qualis per somnia* Petav. sec. *Proserpina* pro *per somnia* Cod. Bartholin. Hic deficiunt Vat. quart. Pal. Florent. Med. pr. et quart. Heins. H. Put. Reg. Petav. sec. et tert. Exc. Petav. quart. Put. Jun. pr. duo Oxon.—438 *primos* Vat. pr. *et primo* Jun. sec.—439 *Exitiique* vel *Excidiique* Voss. sec.—440 *diversa viarum* Vat. A. Hic deficit Tholos.—441 *plenos* Vat. pr. inc. Heins. *prono* Livin. ut apud Stat. x. Theb. 364. *pleno* i. e. *toto* Heins. *scutatur* Vat. sec. *scrutatur* vel *rimatur* Voss. sec.—442 *largo madet* pro *omnis perit* Vat. quint. *perit orbita* Voss. pr. *madet* Vat. pr. et A. Cod. Bartholin.—443 *adjungit* pro *admugit* Ambr. tert. *quacumque it in æquora* Exc. Læti. *quocumque it in æquore* Vat. pr. et quint. Cod. Bartholin. chartac. Heins. Voss. pr. Jun. sec. *quocumque it in* Vat. Livin. *quocumque iit* Ald. *quocumque in litora* Vat. A. *quocumque it in æquore* vel *in tempore* Voss. sec. *sulcis* Vat. quint. *silvis* Moret. pr. *lucis* Exc. Schott. *fultus* inc. Heins. *fulvis* Vat. pr. Cod. Bartholin. chartac. Heins. Voss. pr. Jun. sec. Exc. Læti. *fulvis* vel *silvis* Voss. sec.—444 *Adnatat* Petav. pr. *Ac natat* Vat. sec. *Innatat* Jun. sec. *unda* inc. Heins. *extremaque* ed. Vicet. *externaque* Cod. Bartholin. Jun. sec. Ald. *extremaque* vel *ex-*

NOTÆ

435 *Genarum fulgor*] Forte alludit ad Lunam, quæ eadem est cum Proserpina.

438 *Prima ab Ætna*] Primum ab Ætna proficiscitur, vel a summo Ætnæ vertice.

439 *Exitiique reos flores*] Qui in causa fuerant, cur raperetur Proserpina; et hinc indicat rem gestam esse prope Ætnam montem.

440 *Viarum indicia*] Sequitur legitque signa orbitæ currus late dispersa.

441 *Rimatur*] Diligenter exquirit cum tæda, quæ repleta est toto suo lumine.

442 *Inclinat faces*] Demittit, perscrutando diligentius, et ut propius inspiciat, et ut melius etiam tæda luceat.

443 *Sulcis*] Quacumque sulcat cur-

Italiam Libyamque ferit. Clarescit Hetruscum
Littus, et accenso resplendent æquore Syrtes.
Antra procul Scyllæa petit: canibusque reductis
Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat.

Reliqua desiderantur.

species ultima luminis percutit Italiam et Libyam. Littus Hetruriæ refulget, et Syrtes relucent mari inflammato. Longe verberat cavernam Scyllæ, et canibus coërcitis, pars attonita tacet, pars nondum perterrita allatrat.

ternaque Voss. sec.—445 *Siciamque* pro *Libyamque* inc. Heins. *petit* pro *ferit* Vat. quint. *utrisque* pro *Etruscum* Vat. pr.—446 *accensæ* id. Vat. *respondent* inc. Heins. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *splendescunt* Vat. quint.—447 *Antra petit Scyllæa procul* Ald. *relictis* Var. LL. e marg. Parm. *reductis* vel *reclusis* chart. Heins. *reductis* vel *retectis* inc. Heins. *non exterrita* Vat. A. *nondum territa* Vat. pr. Moret. pr. Jun. sec. Vat. Livin. *deest reliquum* Gyrald. in Lucens. sec. erat, *Explicit liber Claudiani de Raptu Proserpinæ. nota, quod unum tantum librum facit.* Notandum vero hic, mirum videri, si in Lucensi Codice sec. carmen hoc de Raptu fuerit [nam in Luc. pr. non legitur] cur nullæ ex eodem ab Heinsio Var. LL. notatæ sint; uno loco excepto Lib. II. 258. ubi *noxæ* pro *culpæ* legitur. nisi ibi perperam E pro F. i. e. Lucensem pro Vicetina notaverit, vel hic memoriæ lapsu Lucensi sec. tribuerit, quod alii Codici tribuendum erat. in chartac. Heins. ed. Vicet. marg. Parm. erat *Finis Cl. Claudiani de Raptu Proserpinæ, ejus quod invenitur, nam ultimum volumen apud nos non exstat.* Voss. pr. exhibet, FINIS EST TRAGŒDIÆ HEROICÆ CLAUDII CLAUDIANI POETÆ SUAVISSIMI. NUMQUAM FEFELLIT VERITAS.

NOTÆ

ru rotisque aërem, admugit, ejulat.

445 *Italiam*] Sic dictum a Duce Italo: alias dicebatur Argessa, Saturnia, Ausonia, Tyrrhenia, Œnotria.

Libyam] Littus Africæ, ubi Libya est.

Hetruscum littus] Littus Hetruriæ, quæ pars est Italiæ.

Syrtes] Supra, vide vs. 322.

447 *Scyllæa*] Scylla duplex: filia Nisi, quæ succiso fatali patris crine Megaram Minoi prodidit; et a patre vexata, in avem Cirin seu Alaudam mutata est; et sub hac Dalila Sansonis intelligitur: alia Scylla, filia Phorci, quæ quod degluberet amatores, indignatione Deorum conversa est in maris monstrum, corporis ingenti vastitate, senis cervicibus, duodecim pedibus, triplici dentium ordine, fauces ad prædam profert ex alto antro.

Reductis] Metu coërcitis atque recedentibus.

XXXVII.

CL. CLAUDIANI

GIGANTOMACHIA.

ARGUMENTUM.

Terra irata in Deos parit gigantas, eosque ad bellum excitat. Hi erumpunt: Dii territi, Jovis Regiam petunt: Gigantes pugnant, volvuntque montes. Dii contra Cœlum defendunt, et primum Mars, tum Pallas hos elidunt.

Terra parens quondam, cœlestibus invida regnis,

Terra mater olim, æmula imperii Deorum, et una commota cruciatibus repetitis

Deest hoc carmen Oxon. pr. Vossianis, Junianis, tribus Heinsii, Med. tert. Farn. Pric. Reg. Thuan. Petav. tert. Pat. Ambr. sec. Tholos. Moret. sec. et Lov. Legitur contra in omnibus Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tribus Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. et sec. Bonon. Ambr. pr. et sec. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lucens. pr. Cod. Rhem. vet. Gyr. Vat. Livin. Buslid. Exc. Pat. rec. Ald. ed. Parm. et Var. LL. e marg. Parm. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. item in Codice S. Galli, in quo varia Catalecta descripserat Goldastus, et quem Heinsius hic litera *D* notaverat. Moret. pr. Med. quart. et inc. Heins. *De Gigantomachia* inscribunt. In plurimis aliis Inscriptio deest.

De Gigantibus Apollodorus copiose in Bibliotheca p. 9. 10. 11. Severum vide initio Ætnæ.

1 *Terra reperta olim* Ambr. tert. *recens quondam* Cod. ab Heinsio litera I

NOTÆ

Gigantomachia] Id est, pugna Gigantum in Deos: γίγας, ἄντος, et μάχη, pugna. Heinsius putat hoc Poëma a Claudiano Græce scriptum esse, nec

Titanumque simul crebros miserata dolores,
Omnia monstrifero complebat Tartara fœtu,
Invisum genitura nefas: Phlegramque retexit
Tanta prole tumens, et in æthera protulit hostes.
Fit sonus: erumpunt Erebo, nondumque creati
Jam dextras in bella parant, Superosque lacessunt,
Stridula volventes gemino vestigia lapsu.
Pallescunt subito stellæ, flectitque rubentes
Phœbus equos, docuitque timor revocare meatus.
Oceanum petit Arctos, inocciduique Triones

Titanum, replebat cuncta loca *inferorum partubus portentosis, productura scelus horrendum: et turgescens tanta sobole, aperuit Phlegram, atque edidit hostes in cœlum. Murmur auditur.* Gigantes *emergunt ex Orco, et nondum nati, jam accingunt manus ad prælia, et provocant Deos, torquentes gradus stridentes gyro duplici* serpentis. *Astra statim pallent, et Sol avertit equos ardentes, ac metus jussit* illum *cohibere cursum. Ursa* major *descendit* in *Oceanum, et Triones non occidentes*

notatus, qui hinc *repente olim* vel *repens* conjiciebat.—2 *dolores* vel *labores* Rott.—3 *mortifero* Var. LL. ed. Antv. *fœtu* Vat. pr. m. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. Exc. Pat. rec. ed. Parm. *cœtu* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. m. sec. Var. LL. e marg. Parm.—5 *tument* Vat. pr. Ambr. pr. *propulit* pro *protulit* conjiciebat Heins.—6 *Erebi* Buslid. *crebri* quatuor Vatt. Pal. Oisel. Exc. Pat. rec. m. sec. Var. LL. e marg. Parm. *cerebri* Rott. *crebro* Vat. pr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. pr. Cod. S. Galli, ed. Parm. *Erebo* legit Heins. *nec dumque* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Ald. ed. Parm. Exc. Lucens. pr.—7 *ad bella* tres Vatt. *lacessant* Vat. pr.—8 *gressu* pro *lapsu* Exc. Cod. Rhem.—9 *Palescunt* Moret. pr. *flectique* Petav. pr.—10 *cogitque timor* conjiciebat Heins.—11 *Oceanumque* Med. sec. *Arctus* Var. LL. e marg. Parm.—

NOTÆ

ab illo traductum, sed ab alio. Fuisse autem viros gigantes nemo dubitet, cum de iis sæpius mentio fiat in sacris Codicibus.

1 *Invida*] Quod depressa fuisset, et velut in infimam mundi partem relegata.

2 *Titanum*] Terra commota doloribus Titanum filiorum suorum, qui a Jove in Tartara dejecti magnis suppliciis cruciabantur. Sunt qui merito Luciferi et Angelorum aliorum casum Titanibus comparent.

3 *Tartara*] Profundior est Inferorum locus.

4 *Genitura nefas*] Genitura gigantes, qui nefas invisum, seu scelus horrendum, in Deos patraturi erant: sicque ponitur effectus pro causa: metonymicῶs.

Phlegram retexit] Id est, quassatis fundamentis Phlegram montem Thessaliæ in Græcia eruit in producendis gigantibus, vel aperuit quasi campum ad pugnam.

8 *Gemino lapsu*] Quia gigantes pro pedibus utebantur serpentibus; unde ab Ovidio dicuntur 'Anguipedes.'

11 *Arctos*] Calisto invisa Junoni, conversaque in ursam majorem, et

Occasum didicere pati. Tum fervida natos
Talibus hortatur genitrix in prælia dictis:
O pubes domitura Deos, quodcumque videtis,
Pugnando dabitur: præstat victoria mundum.
Sentiat ille meas tandem Saturnius iras.
Agnoscat, quid Terra potest. Sic viribus ullis
Vincor? cur Cybele nobis meliora creavit?
Cur nullus Telluris honos? cur semper acerbis
Me damnis urgere solet? quæ forma nocendi
Defuit? Hinc volucrem vivo sub pectore pascit
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus.

didicerunt ferre occasum. Tum mater ardens Terra *accendit filios ad bella, his verbis: O filii* mei *superaturi Deos, certando donabitur* vobis *quicquid aspicitis: victoria dat Cœlum. Ille Jupiter experiatur tandem furores meos. Sentiat quid Terra possit. Itane superor ullo impetu? Quare Cybele fecit* ea quæ *præstantiora nobis sunt? Quare nulla est reverentia Terræ? Quare consuevit me semper infestare detrimentis molestis? Quæ ratio nocendi omissa est? Hinc Prometheus miserandus affixus* in *valle* Caucasi *Scythici, nutrit avem sub sinu vivente. Inde caput*

12 *Occasus* Med. sec. *Oceanum* Vat. quart. *voluere* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Exc. Pat. rec. m. sec. *didicere* Vat. pr. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. m. pr. *cum fervida* duo Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Put. Bonon. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *perfida* conjiciebat Heins. *in prælia* Ambr. pr. *ad prælia* Vat. pr. Cod. S. Galli.—14 *Deos* Var. LL. e marg. Parm. *Deas* ed. Parm. *quæcumque* Buslid.—16 *Sentiet* Vat. pr. Petav. pr. Cod. S. Galli.—17 *Agnoscat* Vat. Livin. *Agnoscet* Ambr. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Agnoscit* ed. Parm. *Cognoscet* tres Vatt. Cod. S. Gall. et Exc. Lucens. pr. *Cognoscat* duo Vatt. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. ed. Parm. Barth. et Var. LL. ed. Antv. *quid* Vat. Livin. *quod* Pal. Rott. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *si* omnes Vatt. Pal. Rott. *si turribus illis* Buslid. *curribus illis* Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *curribus ullis* Vat. tert. m. sec. Rott.—18 *cur Cybele* Vat. pr. *si Cybele* Exc. Lucens. pr. Ald. *vobis* Vat. tert. Florent. *paravit* Vat. tert. m. pr.—19 *Cui nullus* Vat. pr. *honor* tres Vatt. Florent. Exc. Pat. rec. *qui* Vat. pr. et quart. Oisel. *cur* Moret. pr. Exc. Lucens. pr. *quis* Livin. *q* Cod. S. Gall. *q semper* Buslid. *quæ* tres Vatt. Pal. Florent. tres Med. Put. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm.—21 *Deficit. hic* Buslid. *hic volucrem* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Cod. S. Galli, Exc. Lucens. pr. *nullo* pro *vivo* Pal. duo Med. *sub vivo* Exc. Pat. rec.—22 *confixus valle* Buslid. *cum valle* Petav. pr. Oxon. sec. *pro valle*

NOTÆ

prohibita ab Oceano; sed hac de re diximus supra, sicut et de Trionibus.

16 *Saturnius*] Jupiter, Saturni filius.

22 *Prometheus*] De Prometheo, vide IV. Cons. Hon. vs. 228. Hic ob raptum e Cœlo ignem, jussu Jovis a Mercurio Caucasi rupibus alligatus est, et ejus jecur aquilæ rodenti ex-

Hinc Atlantis apex flammantia pondera fulcit,
Et per canitiem glacies asperrima durat.
Quid dicam Tityon, cujus sub vulture sævo
Viscera nascuntur gravibus certantia pœnis?
Sed vos, o tandem veniens exercitus ultor,
Solvite Titanas vinclis: defendite matrem.
Sunt freta, sunt montes: nostris ne parcite membris.
In Jovis exitium telum non esse recuso.
Ite, precor; miscete polum, rescindite turres
Sidereas. Rapiat fulmen sceptrumque Typhoeus.

Atlantis sustinet onus stellarum, et glacies durissima diu *manet in crinibus* ejus *albis. Quare commemorem Tityon, cujus jecur sub vulture crudeli resistens suppliciis acerbis, renascitur? At vos, o tandem catervæ vindices, erumpentes, liberate Titanas ex catenis, tutamini matrem* vestram; *sunt* nobis *maria et montes: ne omittite viscera nostra* ad bellum: *non renuo esse jaculum ad perniciem Jovis. Vadite, rogo, confundite cœlum, avellite arces cœlestes. Typhœus auferat fulmen et sceptrum:*

Cod. S. Gall.—23 *Hic* vel *Quin* Rott. *Atlantis apex fumantia* duo Vatt. *Atlanteis fumantia* Med. sec. *sidera* Rott. *pectora* Oisel. Med. sec. Exc. Pat. rec. *fulcet* Cod. S. Gall.—24 Deerat hic versus Ambr. tert. et Exc. Pat. rec.—25 *Tityo* Moret. pr. *vulture* Vat. pr. Pal. Oisel. *gutture* Moret. pr. *vulnere* tres Vatt. Exc. Pat. rec. m. pr.—26 *certamina* pro *certantia* Vat. quart. et quint.—27 *nos* Med. sec. *veniet* Buslid. *ultro* Vat. pr. Med. quart. Ambr. pr. m. pr. ed. Parm. *ultor* Var. LL. e marg. Parm. *ultro* vel *ultor* Exc. Pat. rec.—28 *Solvite Titanas.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Vat. pr. et sec. Cod. S. Galli et Buslid. in Lucens. pr. vero hic unius versus spatium erat relictum.—29 *nostris* duo Med. Put. duo Petav. Oxon. sec. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *vestris* Vat. tert. Rott. *nec* Vat. pr. *ne parcite* Put. duo Petav. Oxon. sec. Ambr. tert. Buslid.—30 *In necis exitium* Buslid. *telis* duo Med. Put.—31 *miscere* Buslid. *mulcete* Vat. sec. *restinguite turbas* Vat. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. *rescindite turres* vel *restinguite turbas* Ambr. pr.—32 *flumen* Flo-

NOTÆ

positum: sed tamen ab hac ave depascente Hercules eum liberavit, jussu ejusdem Jovis, quem Prometheus monuerat, ne Thetidem uxorem duceret, quia ex ea nasciturus erat filius patre major futurus. Id explicant multi de Astrologia, cui intentissimus erat Prometheus, ut qui ex altissimo Caucasi vertice Astra spectaret, et doctis solicitudinibus, quasi aquila devorante, si ita loqui fas est, torqueretur.

23 *Atlantis*] Quasi gigantes eum liberaturi sint, et Dii cœlum sustinere cogantur.

25 *Tityon*] De hoc supra etiam dictum est.

27 *Titanas*] Filios meos in inferis detentos liberate.

29 *Membris*] Ne parcite montibus et saxis, quæ sunt membra Terræ.

32 *Typhoeus*] Typhoeus, Enceladus, et Porphyrion sunt totidem gigantes.

Enceladi jussis mare serviat. Alter habenas
Auroræ pro Sole regat. Te Delphica laurus
Stringat, Porphyrion, Cirrhæaque templa teneto.
His ubi consiliis animos elusit inanes,
Jam credunt vicisse Deos, mediisque revinctum
Neptunum traxisse fretis. Hic sternere Martem
Cogitat, hic Phœbi laceros divellere crines.
Hic sibi promittit Venerem, spiratque Dianæ
Conjugium, castamque cupit violare Minervam.
Interea Superos prænuntia convocat Iris,
Qui fluvios, qui stagna colunt. Cinguntur et ipsi
Auxilio Manes: nec te, Proserpina, longe
Umbrosæ tenuere fores. Rex ille silentum

mare obediat imperio Enceladi: alter gigas *moderetur imperium orientis pro Sole. Laurus Delphica ornet te,* o *Porphyrion, et possideas delubra Cirrhæ. Postquam* Terra *infatuavit his hortatibus animos gigantum vanos, jam* illi *putant* se *superasse Deos, et raptavisse Neptunum constrictum per mare medium: hic gigas sibi fingit prosternere Martem, ille laniare capillos scissos Apollinis: hic pollicetur sibi Venerem, et meditatur matrimonium Dianæ, et ardet stuprare Minervam pudicam. Interim Iris prænuntia congregat Deos qui habitant flumina et stagna. Quinetiam ipsi Manes accinguntur* ad *præsidium; neque januæ obscuræ te retardaverunt procul,* o *Proserpina. Rector ille tacentum,* Pluto, *fertur curru inferno, et equi*

rent. *cœlumque Typhoeus* Var. LL. ed. Antv.—33 *sæviat* Ambr. pr. *arenas* tres Med. *avenas* Pal.—34 *Auctore* pro *Auroræ* Med. sec. *legat* inc. Heins. *Delphica tellus* Med. sec. Exc. Pat. rec.—35 *Stringet* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Porphyrio* Vat. Livin. *Porfurio* Vat. pr. *Circeaque* Var. LL. ed. Antv. *teneto* quatuor Vatt. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Cod. S. Galli. *tenebo* Oxon. sec. Exc. Pat. rec. *tenebit* Pal. duo Med. *tenebis* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Exc. Lucens. pr. *tenete* Ambr. pr. *tenebunt* Barth.—36 *animose lusit* duo Vatt. Pal. tres Med.—37 *revictum* duo Med. Petav. sec.—38 *transisse* Pal. duo Med. Ambr. tert. *vadis* pro *fretis* inc. Heins. *matrem* pro *Martem* id. Heins.—39 *evellere* Buslid. *devellere* ed. Parm. *divellere* duo Ambr. Moret. pr. Vat. Livin. Cod. S. Galli et alter ab Heins. litera *J* notatus, Oxon. sec. Exc. Vat. rec.—40 *promittet* Med. pr. *spiratque* Vat. pr. m. pr.—42 *Ifas* pro *Iris* Buslid.—44 *matres* pro *Manes* Pal. duo Med. 45 *tenuere moræ* Exc. Pat. rec. m. pr.—47 *mutantur* Buslid. *trepidosque* Pal.

NOTÆ

34 *Delphica*] Qualem gerit Apollo Delphicus, seu Delphis adoratus.

35 *Cirrhæa*] Cirrha oppidum Phocidis ad radicem Parnassi, ubi Apollo religiose colebatur.

42 *Iris*] Dicitur Deorum nuntia, quod cum pluviæ, fulmina, tempestates in terram caderent, Dii etiam in terras descendere dicerentur. Isthæc porro non raro nuntiat Iris.

46 *Lethæo*] Curru nigro, et qualis esse debet, qui transvehitur Lethen, fluvium oblivionis, fluvium Inferorum.

Lethæo vehitur curru, lucemque timentes
Insolitam mirantur equi, trepidoque volatu
Spissas cœruleis tenebras e naribus efflant.
Ac velut hostilis cum machina terruit urbem,
Undique concurrunt arcem defendere cives;
Haud secus omnigenis coëuntia Numina formis
Ad patrias venere domos. Tum Jupiter infit:
O nunquam peritura cohors, o debita semper
Cœlo progenies, nullisque obnoxia fatis;
Cernitis, ut nostrum Tellus conjuret in orbem
Prole nova, dederitque alios interrita partus?
Ergo, quot dederit natos, tot funera matri
Reddamus. Longo maneat per sæcula luctu;

ejus metuentes diem insuetum obstupescunt, et volatu timido emittunt ex naribus nigris caliginem densam. Et quemadmodum cum tormentum bellicum *hostium terrificavit urbem, cives undequaque confluunt* ad *tutandas turres; non aliter Dii confluentes figuris omnigenis advenerunt ad palatium patrium: tum Jupiter* sic *loquitur: O cœtus nunquam moriturus, o proles usque devota Cœlo, et nulli exposita vicissitudini, videtis ut Terra* cum *nova sobole conspiret in mundum nostrum, et intrepida emiserit fœtus alios? Igitur referamus matri tot cadavera, quot peperit filios, jaceat* in *tristitia diu per tempora* omnia, *condemnata tumulis similibus pro*

Oisel. duo Med.—48 *cæruleisque* Cod. S. Galli. *cum naribus* Vat. tert. Florent.—49 *terruit orbem* Vat. sec. deest vero hic versus Moret. pr.—51 *nomina* pro *numina* Vat. sec. *formis* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *turmis* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel.—52 *patris* pro *patrias* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. *tunc* Put. Moret. pr. *cum* Vat. tert. Florent. Buslid. *inquit* Vat. quart. Ambr. pr.—53 *dedita semper* Exc. Cod. Rhem. *dedita cœlo Semper* Buslid. *debita cœlo Semper* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Oxon. sec. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *cœlo Progenies semper* Med. sec.—54 *nullis obnoxia* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. Ald. *nullisque* Vat. Livin.—55 *nostrum Tellus* Florent. duo Med. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *vestrum tellus* inc. Heins. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. *tellus nostrum* Vat. pr.—56 *novos* pro *alios* Med. sec.—57 *tot dederit* Vat. pr. *dederat* Ambr. tert. *partus* pro *natos* Cod. Epigr. Ambr.—58 *longoque manet* Pal.

NOTÆ

51 *Omnigenis*] Adeo ut Dii etiam animalium corpora mutuarentur. Ovidius: 'Delius in corvo, proles Semeleia capro, Fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca, Pisce Venus latuit.'

52 *Patrias*] Claudianus sequitur Platonem, qui unum Numen statuebat, unde origo ceteris foret.

54 *Fatis*] Nulli vicissitudini mortis obnoxia: nam alioqui, vel ipse Jupiter fatis subest, ac proinde a fortiori Dii ceteri, quos fatum hujus belli, seu hoc bellum fatale, infestat.

55 *Orbem*] Triplex mundus, Cœlestis, Terrenus, Infernus.

Tanto pro numero paribus damnata sepulcris.
Jam tuba nimborum sonuit: jam signa ruendi
His Æther, his Terra dedit: confusaque rursus
Pro domino Natura timet. Discrimina rerum
Miscet turba potens. Nunc insula deserit æquor:
Nunc scopuli latuere mari. Quot littora restant
Nuda! Quot antiquas mutarunt flumina ripas!
Hic rotat Hæmonium præduris rupibus Œten:
Hic juga connexis manibus Pangæa coruscat:

tanta multitudine. Jamque buccina cœli resonat; jam Cœlum his, Terra dedit illis indicia erumpendi; et Natura turbata iterum metuit pro rectore suo Jove. *Caterva* Gigantum *valida turbat ordinem diversum rerum. Modo insula relinquit mare, modo rupes absconduntur* in *pelago. Quot littora nudata remanent! quot fluvii verterunt ripas veteres! Hic gigas volvit Œten Thessalum* cum *cautibus durissimis: ille jaculatur manibus conjunctis culmina Pangæa: Athos frigidus* dat *uni*

Med. pr. Exc. Lucens. pr. *per sæcula* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. duo Ambr. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. S. Galli, Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. ed. Parm. Exc. Lucens. pr. *luctu* Buslid. *ductu* Vat. pr. Ambr. pr. *victu* Pal. Med. pr. Exc. Lucens. pr. *cursu* Vat. sec. *luctus* Vat. quart., unde Heinsius legebat *longi maneant per secula luctus.*—59 *merito* pro *numero* Med. sec. *nostro* pro *numero* Cod. Epigr. Ambr.—60 *tuba membrorum* duo Vatt. *stagna* pro *signa* Buslid. *ruenti* Vat. tert. Pal. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. *ruendi* Buslid. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr.—61 *His æther, his terra* tres Vatt. Pal. Med. quart. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Cod. Rhem. Var. LL. ed. Antv. *Terra dedit his æthereo* Florent. Vat. tert. Oisel. *Terra dedit his Etheo* Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *confisaque rursus* Vat. tert. Oisel.—63 *tunc* Buslid. *non* Exc. Pat. rec. *hinc* conjiciebat Heins.—64 *Nunc scopuli* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *Non* Exc. Pat. rec. *Hic* Buslid. *maris* Pal. Cod. S. Galli.—65 *ripas* Var. LL. e marg. Parm. *terras* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. ed. Parm.—66 *Æmonium* quatuor Vatt. Rott. Cod. S. Galli. *Hæmonium* Put. Bonon. Oxon. sec. *Æmoniam* Vat. pr. duo Ambr. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *pro duris* Bonon. *rupibus* Buslid. Exc. Cod. Rhem. *artubus* Sched. Gud. *rupibus* vel *ducibus* ed. Parm. *orbem* Moret. pr. *Œtum* Med. sec. *Œtem* Buslid. duo Petav.—67 *conixus* Vat. pr. *connixis* Exc. Lucens. pr. *conexis* Oxon. sec. *convexis* tres Vatt. Put. *connixus* Ambr. pr. Vat. Livin. Ald. *connexis* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid.

NOTÆ

60 *Tuba nimborum*] Jovis tuba sunt fulmina et tempestates.

61 *His Æther, his Terra*] Æther seu Cœlum dedit signum Diis, Terra gigantibus.

62 *Discrimina rerum*] Ordinem diversum, quo res discriminantur.

63 *Insula deserit*] Insula multa absorbetur, aut avellitur, et sic deserit mare.

65 *Nuda*] Nudata suis scopulis et munimentis naturalibus.

66 *Œten*] Œte, Athos, Pangæus, Ossa, et Rhodope sunt totidem Thessaliæ et Thraciæ montes.

Hunc armat glacialis Athos: hoc Ossa movente
Tollitur: hic Rhodopen Hebri cum fonte revellit,
Et socias truncavit aquas, summaque volutus
Rupe Giganteos humeros irrorat Enipeus.
Subsidit patulis tellus sine culmine campis,
In natos divisa suos. Horrendus ubique
It fragor, et pugnæ spatium discriminat aër.
Primus terrificum Mavors non segnis in agmen
Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos,
Sive Getas, turbare solet. Splendentior igni
Aureus ardescit clypeus, galeamque nitentes

arma: Ossa attollitur, altero attollente: alius avellit Rhodopen cum origine Hebri, et abscindit aquas cognatas, et Enipeus defluens ex scopulo alto irrigat humeros giganteos. Terra absque montibus distributa in filios suos deprimitur, campis immensis. Murmur horribile auditur ubique, et aër separat intervallum prælii. Primus Mars non impiger incitat equos suos *Thracios in catervas terribiles* Gigantum, *quibus* equis ille Mars *consuevit terrere Gelonos, aut Getas. Scutum aureum* ejus *micantius flamma ardet, et cristæ coruscantes attollunt cassidem* ejus. *Tum ipse*

Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. *revellit* pro *coruscat* Vat. quint.—68 *Hunc armos* Oxon. sec. *hiems* pro *Athos* Buslid. *hic Ossa moventem* id. Buslid.—69 *cum pondere vellit* ed. Parm. ex conjectura. *sponte* Pal. duo Med. *ponte* quatuor Vatt. Oxon. sec. Buslid. Cod. S. Galli, et Var. LL. ed. Antv. Heinsius *Hæmi cum monte* conjecerat, sed postea delevit.—70 *curvavit* Vat. sec. *volutus* Exc. Pat. rec. *lavatus* Moret. pr.—71 *irrorat* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *erorat* Cod. Epigr. Ambr. *exornat* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. Petav. sec. Buslid. tres Med. Exc. Cod. Rhem.—72 *Subditur et* Exc. Lucens. pr. *Subsidis* Pal. Med. pr. *Subsidit* Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Subsedit* Vat. pr. et sec. item Vat. Livin. *patuli ... montis* Buslid. *sine crimine* duo Vatt. *ripis* Exc. Pat. rec.—73 *In vates* Florent.—74 *Fit fragor* Med. sec., quod placet Heinsio.—75 *terrificus* duo Vatt. Florent. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—76 *Otrisios* Buslid. *Otrysios* Vat. quint. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. *Odrosios* Cod. S. Galli. *implevit equos* Pal.—77 *splendidior* Moret. pr. *igne* Exc. Lucens. pr. 78 *ignescit* Vat. tert. Rott. Florent. *nitentis* Vat. pr.—79 *Aspexere* Ambr.

NOTÆ

69 *Hebri*] Hebrus fluvius est Thraciæ.

70 *Socias truncavit aquas*] Abscidit cursum aquarum sociarum, cognatarum, hoc uno amne defluentium; abscidit, inquam, avulso medio loco, seu scopulis et montibus interjectis.

71 *Humeros*] Adeo ut gigas aliquis cum rupibus avellat ipsum fluvium Enipeum, et humeris suis imponat; qui humeri ideo asperguntur aquis ex monte scaturientibus.

Enipeus] Fluvius Thessaliæ.

74 *Pugnæ spatium*] Aër separat pugnæ spatium, quia gigantes non tangunt Deorum sedes ob interfusum aërem.

76 *Odrysios, Gelonos, Getas*] Supra de his omnibus abunde dictum est.

Arrexere jubæ. Tunc concitus ense Pelorum
Transigit adverso, femorum qua fine volutus
Duplex semiferis connectitur ilibus anguis,
Atque uno ternas animas interficit ictu.
Dum superinsultans avidus languentia curru
Membra terit, multumque rotæ sparsere cruoris,
Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumque calentem
Cum lare Volcani spumantibus eruit undis:
Et prope torsisset, si non Mavortia cuspis
Ante terebrato cerebrum fudisset ab ore.

Mars *incitatus trajicit gladio opposito Pelorum* Gigantem, *qua* parte *serpens geminus replicatus* in *extremitate femorum alligatur ilibus semiferis, et impetu uno occidit tres animas. Tunc* Mars *super assiliens, elidit cupidus curru corpus fractum* Pelori, *et* tunc *rotæ effuderunt plurimum sanguinis. Mimas succedit pro fratre, et avellit ex aquis spumosis Lemnum fumantem, cum foco Vulcani; et fere jaculatus esset* Lemnum, *nisi lancea Martis prius effudisset cerebrum* ejus, *capite perfosso.*

pr. *Aspersere* conjiciebat Heins. *tum* inc. Heins. Put. Petav. sec. Oxon. sec. Lucens. pr. *cum* Ambr. tert. *concius* duo Vatt. Rott. *consitus* Pal. Med. quart. Put. Petav. sec. Bonon. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv.—80 *Transit* Med. sec. *averso* Pal. duo Med. *senior* pro *femorum* Vat. quint. *femore* Moret. pr. *fine* Vat. pr. Cod. S. Galli, Ambr. pr. Ald. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *parte* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Buslid. *solutus* Med. sec.—81 *segniferis* Moret. pr. *semifero* Vat. tert. Cod. S. Galli. *connectit* Petav. sec. *complectitur* Petav. pr. *ignibus* pro *ilibus* Moret. pr. deest hic versus Med. sec.—82 *trinas animas* Med. sec. Exc. Pat. rec. ed. Parm.—83 *Tunc* Vat. pr. Oxon. sec. *Tum* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. S. Galli et Epigr. Ambr. Exc. Petav. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *sæpe insultant* Med. sec. *avido* Exc. Cod. Rhem. *cursu* Vat. pr. Cod. S. Galli et Buslid. *cursum* Exc. Lucens. pr. *currus* Cod. J. deest hic versus duobus Med.—84 *insparsere* Vat. sec. Oxon. sec. *inspersere* Moret. pr. *cruoris* Vat. pr. Ambr. pr. *cruorem* Florent. tres Med. Petav. sec. Ambr. tert. Moret. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. *cruorum* Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. —85 *Mimas* Exc. Lucens. sec. *Minas* quatuor Vatt. Med. quart. duo Ambr. *Minaus* Oxon. sec. *minans* Put. *minax* Oisel. Vat. tert. Pal. Rott. Florent. Buslid. Moret. pr. duo Med. *proferre minas* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *cadentem* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr.—86 *Vulcani* tres Vatt.—87 *sed non* Ambr. tert. *nec non* Buslid.—88 *revelato* Vat. Livin. *revelatum* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *relevato* Oisel. Petav. sec. Moret. pr. Cod. S. Galli,

NOTÆ

79 *Pelorum*] Gigantem portentosæ magnitudinis: πέλωρ, πέλωρος, et πελώριος, *magnus, enormibus monstrosisque membris terribilis.* Ceterum gigantes in Sicilia reponuntur, quia hæc fuit patria Cyclopum, hominum immanissimorum, et ingenti corporis proceritate formidabilium.

85 *Mimas*] Gigas insignis, frater Pelori.

Lemnum] Insula hæc est maris Ægæi, inter officinas Vulcani reposita, qui et dicitur a Virgilio 'Pater Lemnius.'

Ille viro toto moriens, serpentibus imis
Vivit adhuc stridore ferox, et parte rebelli
Victorem post fata petit. Tritonia virgo
Prosilit, ostendens rutila cum Gorgone pectus.
Aspectu contenta suo, non utitur hasta:
Nam satis est vidisse semel: primumque furentem
Longius in faciem saxi Pallanta reformat.
Ille, procul subitis fixus sine vulnere nodis,
Ut se letifero sensit durescere visu,
Et steterat jam pæne lapis, Quo vertimur? inquit,

Ille Mimas *emoriens* secundum *totum corpus humanum, vivit adhuc* secundum partem *anguineam infimam ferus sibilis, et aggreditur parte* hac *inimica victorem post mortem* suam. *Puella Tritonia* Pallas *prorumpit, monstrans sinum cum Gorgone micante, non impendit cuspidem, contenta visu suo, nam sufficit semel aspexisse. Ac primo transformat Pallantem sævientem procul in speciem saxi. Ille* Pallas, *affixus longe nexibus repentinis sine plaga, postquam animadvertit concrescere sese aspectu mortali* Palladis, *(et jam fere constiterat ut saxum) Quo rapimur? ait;*

Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *reluctato* Exc. Cod. Rhem. *relaturo* duo Vatt. *celebrato* inc. Heins. unde *terebrato* legebat Heins. *fudisset ab ore cerebrum* Buslid. Post hunc versum desinit Ms. Bodleianus. [Oxon. sec.] deerant aliquot folia usque vs. 28. Lib. I. de Raptu Proserpinæ.—89 *velut tuto* pro *viro toto* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *spernentibus* pro *serpentibus* Pal. *serpente superstes* Cod. S. Galli.—90 *stridore* Exc. Pat. rec. *stridere* Ambr. tert.—91 *petit* Exc. Pat. rec. m. sec. *ferit* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. pr.—93 *Aspectu contempta* Florent. Med. pr.—94 *Non satis* Ambr. tert. *Non* vel *Nam* Moret. pr. *vidisse feram* Buslid. *ferentem* Vat. quart. *frementem* Vat. sec.—95 *facie* Cod. S. Galli. *forma* Med. sec. *formam* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Varr. LL. ed. Antv. *saxa* Cod. S. Galli. *Pallante* Buslid.—96 *fixis* Vat. tert. Pal. Rott. duo Med. Buslid. Var. LL. ed. Antv.—97 *Et se* Buslid. *lentifero* Cod. Epigr. Ambr.—98 *pene* Exc. Lucens. pr. *pæne* Vat. pr. *parte* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr.

NOTÆ

89 *Serpentibus imis*] Gigantes habebant inferiores corporis partes anguineas, unde et dicuntur a Græcis *δρακοντόποδες, anguipedes,* vel ob invisam hominibus formam, vel ob incessum superbum, vel quod nihil rectum agerent. Per hos intelliguntur seditiosi, impii, sacrilegi, vel tyranni, vel venti, vel denique turris Babel insani molitores.

91 *Tritonia*] Supra de Tritonia, et de Medusa una ex Gorgonibus, cujus caput spectantes in saxa vertebat.

92 *Cum Gorgone pectus*] Ostendens pectus suum munitum ægide, in qua Medusa inserta erat.

93 *Contenta*] Contenta aspectu suo, seu contenta aspici a gigantibus; id enim ad victoriam sufficiebat.

Quæ serpit per membra silex? qui torpor inertem
Marmorea me peste ligat? Vix pauca locutus,
Quod timuit, jam totus erat: sævusque Damastor,
Ad depellendos jaculum dum quæreret hostes,
Germani rigidum misit pro rupe cadaver.
Hic vero interitum fratris miratus Echion,
Inscius auctorem dum vult tentare nocendo,
Te, Dea, respexit, solam quam cernere nulli
Bis licuit: meruit sublata audacia pœnas,
Et didicit cum morte Deam. Sed turbidus ira
Palleneus, oculis adversa tuentibus atrox,

quæ cautes gliscit per corpus meum? *Quis stupor alligat me exsanguem cum peste saxea? Vix fatus pauca, jam totus* factus *erat quod formidavit; et Damastor crudelis, dum rimaretur telum ad hostes pulsandos, torsit corpus saxeum fratris pro caute. Hic autem Echion obstupescens mortem fratris, ignarus dum cupit lacessere auctorem mortis* ejus *jaculando, aspexit te, o Dea* Pallas, *quam nemini datum est bis videre solam: temeritas* ejus *extincta meruit supplicium, et cognovit Deam cum leto. At Palleneus turbulentus rabie incedit immotis oculis crudeliter aspicientibus,*

tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *vertitur* Buslid.—99 *Quo* Med. sec. *Quæ* tres Vatt. duo Med. Put. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Cod. S. Galli et Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *serpit* Buslid. *serpsit* Pal. *qui torpor* Vat. pr. et tert. Pal. *quis* tres Vatt. Med. pr. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. pr. Buslid. Exc. Pat. rec. *quid* Med. sec. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr.—100 *veste* pro *peste* inc. Heins. *longa* pro *pauca* duo Vatt. *plura* Exc. Pat. rec.—101 *Quid timuit* Vat. quart. *sævitque* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. S. Galli, Exc. Pat. rec. *Damastor* Ambr. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. *Gemaster* Put. Var. LL. ed. Antv. *Demaster* Vat. quart. *Remastor* Moret. pr. *Jamister* Cod. J. *Janaster* Buslid. *Jamaster* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. *Jamauster* Petav. sec. *Jemaster* duo Vatt. Pal. Oisel. duo Med. Petav. pr. inc. Heins. Bonon. Ald.—102 *cum* Vat. pr. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *torqueat ictus* pro *quæreret hostes* Vat. sec. *torqueret ictos* Vat. quart. et quint.—104 *Hinc* Rott. *meritum* pro *interitum* inc. Heins. *miratus* Ambr. tert. *miratur* tres Vatt. Pal. Rott. Exc. Pat. rec. m. sec. *Echion* Vat. Livin. *Ethion* Cod. S. Galli. Ald.—105 *actorem* duo Med. Buslid. —106 *Tedam* pro *Te Dea* tres Med. *Theaa* Exc. Pat. rec. *soli* pro *solam* Cod. S. Galli.—107 *sublati* legebat Heins. *pœnam* Pal. Med. quart.—108 *turpius* pro *turbidus* Buslid. *ira* vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. S. Galli. *Ida* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *iram* Vat. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *Idam* Vat. sec. et tert. Pal. Rott. Oisel. *Idan* duo Vatt. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. *Idas* Ambr. tert. Med. quart.—109 *Pallanes* Cod. S. Galli.

NOTÆ

100 *Marmorea peste*] Id est, saxo seu marmore, quod pestis instar serpit per meum corpus.

101 *Damastor*] Gigas ἀπὸ τοῦ δαμᾷν, *domare.*

104 *Echion*] Gigas quoque ob serpentes annexos, ἔχις, ἔχιος, *vipera.*

107 *Sublata audacia*] Extincta cum auctore suo.

109 *Palleneus*] Gigas alius, forsan ἀπὸ τῆς πάλης, *a lucta.*

Ingreditur, cæcasque manus in Pallada tendit.
Hunc mucrone ferit Dea cominus: ac simul angues
Gorgoneo riguere gelu, corpusque per unum
Pars moritur ferro, partes periere videndo.
Ecce autem medium spiris delapsus in æquor,
Porphyrion trepidam conatur rumpere Delon,
Scilicet ad superos ut torqueat improbus axes.
Horruit Ægeus: stagnantibus exsilit antris
Longævo cum patre Thetis, desertaque mansit
Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.
Exclamant placidæ Cynthi de vertice Nymphæ:

et impellit manus temerarias contra Palladem. Dea Pallas *hunc percutit cuspide prope: et statim serpentes* Pallenei *obriguerunt frigore Gorgoneo, et in uno corpore pars extinguitur armis, pars extinguitur visu. En autem Porphyrion gliscens per volumina* anguinea *in medium mare, tentat avellere Delon pavidam; nimirum ut ferus jaculetur* eam *ad orbes cælestes.* Neptunus *Ægæus expavit: Thetis cum parente sene emergit ex cavernis undosis, et palatium Neptuni, colendum famulis profundis, remansit vacuum. Nymphæ lenes de culmine Cynthi exclamant:*

Pallaneus Vat. pr. Exc. Luçens. pr. *Palladiis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *Pallaneus* vel *Palleneus* Var. LL. e marg. Parm. *aversa* Ambr. tert. *ruentibus* inc. Heins. —110 *certasque* Pal. duo Med. *tetrasque* Oisel. m. sec. *cæcas* sine copula, Vat. pr. m. pr.—111 *protinus* inc. Heins. *at simul* Med. sec.—112 *Gorgonea* Med. pr. *sinu* pro *gelu* Vat. sec. et quart. *corpusque perinde* Buslid. *imum* pro *unum* Rott.—113 *pars et* pro *partes* legebat Heins.—114 *delapsus* omnes Vatt. *dilapsus* Pal. duo Med. Put. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Moret. pr. Buslid.—115 *Porphyrio* Vat. pr. Ald. *trepidum* inc. Heins. *vincere* Moret. pr. *rumpere* omnes Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Vat. Livin. Cod. S. Galli, et Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—116 *Si licet* Med. pr. *ad* vel *aut Superos* Moret. pr. *axes* vel *ignes* Rott.—117 *Obruit* pro *Horruit* vet. Gyr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *extulit* pro *exsilit* Exc. Pat. rec. *undis* tres Vatt. Petav. pr. Ambr. tert. *antris* Exc. Pat. rec. m. sec.—118 *dum patre* Moret. pr.—119 *famula profunda* Cod. S. Galli. *profundum* Moret. pr.—120 *Et clamant* Vat. pr. *placidæ* Cod. Epigr. Ambr. S. Galli, Exc. Pat. rec. *placido cunctæ* Vat. pr. et quart. *placidæ summo* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med. Petav. sec. Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

111 *Angues*] Qui connexi sunt in parte inferiori corporis gigantei, ut diximus.

115 *Porphyrion*] Immanis inter gigantes, et velut dux ceterorum.

Delon] Insula hæc est maris Ægæi, quæ dicebatur errare; sed Apollo, ex Virgilio, 'Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.'

118 *Thetis*] Cum Oceano Deorum hominumque parente.

120 *Cynthi*] Cynthus est mons Deli insulæ.

Nymphæ, quæ rudibus Phœbum docuere sagittis
Errantes agitare feras, primumque gementi
Latonæ struxere torum, cum lumina cœli
Parturiens geminis ornaret fœtibus orbem.
Implorat Pæana suum conterrita Delos,
Auxiliumque rogat: Si te gratissima fudit
In nostros Latona sinus, succurre precanti.
En iterum convulsa feror.

Reliqua desiderantur.

Nymphæ, quæ exercuerunt Apollinem vexare telis juvenilibus feras vagantes, et apparaverunt lectum primum Latonæ laboranti, cum illa *pariens* duos *oculos cœli, illustraret mundum partu duplici. Delos obstupefacta invocat Apollinem suum, et petit opem,* hæc dicens : *Si Latona pulcherrima peperit te in gremio nostro, auxiliare roganti. Ecce* ego *rursus avulsa rapior.*

Var. LL. e marg. Parm. *placidæ cunctæ* Vat. quint. inc. Heins. Put. Buslid. in Vat. quarto hæc legi non potuere. *placidæ Cynthi* Ambr. tert. *sacro* pro *Cynthi* Cod. S. Galli. *Cinti* Ambr. pr. cum glossa *i. e. montis*. *Cynthi* Exc. Cod. Rhem. *mensæ* pro *Nymphæ* Cod. Epigr. Ambr.—121 *domuere* pro *docuere* Pal.—122 *gemendi* pro *gementi* Var. LL. ed. Antv.—123 *exstruxere* Moret. pr. *limina cœli* Put. *culmina* Cod. Epigr. Ambr. *lumina cœli* i. e. *ornamentum* Barthius ; immo revera *lumina cœli* Phœbus et Diana. Virgil. 1 Georg. vs. 5. 6. 'Vos o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.'—124 *oneraret* Pal.—125 *cum territa* Pal. Rott. Med. pr. Put. deerat hic versus in vet. Gyr. Florent. Med. sec. et Exc. Lucens. pr. *perterrita* Moret. pr. Buslid.—126 *rogant* Vat. tert. Rott. Oisel. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *cum te gratissima* Buslid.—127 *latura* pro *Latona* Med. sec. *nostro....sinu* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. ed. Parm. *nostros ....sinus* Var. LL. e marg. Parm. *succede precanti* Buslid. Ultima verba *succurre roganti* desunt in Florent. tribus Med. Exc. Lucens. pr. Put. duobus Petav. Bonon. Ambr. tert. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. et marg. Parm. in qua scriptum *Desunt plura*. in Med. quarto ascriptum quoque erat *Opus imperfectum*. In fine Buslidiani additum erat, *Desiderantur nonnulla*. In Vat. pr. erat *Gigantomachia explicit. Incipit de Salvatore*. Ad fragmentum ex Gigantomachia Græca nihil in Mss. notatum erat.

NOTÆ

123 *Lumina cœli*] Latona gemens puerpera, seu laborans, peperit duo lumina Cœli ; id est, Solem et Lunam ; seu Phœbum et Dianam.

125 *Pæana*] Dictus est Apollo Pæan, *ἀπὸ τοῦ παίειν, percutere*, quod percutiat feras.

XXXVIII.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ

ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.

ΚΥΠΡΙΣ δ' οὔτε βέλος φέρεν, οὔθ' ὅπλον· ἀλλ' ἐκόμιζεν
Ἀγλαΐην· θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐδὴν,

INTERPRETATIO POETICA

Diva potens Cypri nec tela nec arma ferebat,
Sed formam, inque oculis vocem quæ nuntia mentis:

INTERPRETATIO PROSA

Venus nec telum ferebat, nec arma, sed ornata erat pulchritudine; ponens enim in oculis vocem nuntiam *mentis*, primum quidem capillos non tor-

NOTÆ

Hæc et sequentia Carmina Græca, quia a nemine, præter unum aut alterum de Crystallo Epigramma, fuerant illustrata, soluta et stricta oratione notisque illustravimus.

Κλαυδιανοῦ] Claudianus versuum Græcorum studio tenebatur; a quibus, auctore Olybrio, ad Musas Latinas animum feliciter adjunxit. Ceterum Gigantomachiam ab eo Græce scriptam esse testatur Arsenius, si Heinsio fides.

Γιγαντομαχίας] Hæc est Gigantum pugna: gigantes autem, seu homines portentosæ magnitudinis, extitisse certum est vel ex sacra Scriptura, in qua legitur, 'Vallis et terra gigantum;' et in Libro Judith c. XVI. 'Nec filii Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi,' &c.

2 Ἀγλαΐην] Nulla Cypridi seu Veneri arma sunt in bello contra gigantes suscepto; sed una hujus Deæ

Πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνῃ διεκρίνατο χαίτας,
Καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε πυκνῷ περιπλέγματι σειρὰς,
Στίλβεϊ δ' ὀφθαλμῶν ἐρατοὺς ὑπεγράψατο κανθούς·
Λεπτὰς εὐανέμοιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνος,
Πορφυρέων οὐ κρύπτεν ὑφ' εἵμασιν ἄνθεα μαζῶν,

INTERPETATIO POETICA

Non tortas primum alma comas discriminat aurea
Cypris acu, et tortas densi premit ordine nodi;
Hinc fulgore novos oculis afflavit honores;
Arte laboratos ventis expandit amictus,
Purpureique sinus roseas sub veste papillas
Non tegit, ad prædas oculorum armata: capilli

INTERPRETATIO PROSA

tos acu distinxerat, et tortos crines densis nexibus astrinxerat, fulgore vero amabiles orbes oculorum ornaverat: eximias tenuis vestimenti commissuras explicans, non texerat sub vestibus florem papillarum purpurearum,

NOTÆ

pulchritudo armis omnibus præstat. Quæ quidem res indicat viros quosque fortissimos, qui nulla vi, nullis armis vinci queunt, mulierum forma et illecebris fuisse superatos.

2 Αὐδὴν] Oculi Veneris vocales erant, et mentis ipsius nuntii atque interpretes; adeo ut statim atque videbatur ab hostibus, muta quadam sed efficaci tamen eloquentia victoriam ab iis non tam peterent, quam extorquerent. Id quod eorum potest opinione confirmari, qui Suadelam, eloquentiæ Deam, Veneris filiam esse finxerunt. Noverant ingeniosi fabularum inventores pulchritudinem esse mutam facundiam, et in pulchritudine oculos esse multo facundissimos, et nihil non suadere, nihil non posse obtinere. Nobilis Torodæus popularis noster, vir certe cum multa eruditione, tum maxime Græca literatura, (ut edendi mox ab ipso de Græcia libri probabunt) conspicuus, non αὐδὴν legit, sed ἄγγελον αἴγλην, *prænuntium pulchritudinis splendorem oculorum assumens*, suamque conjecturam eo confirmat, quod splendor oculis maxime conveniat. Sic et postea legit non σειρὰς, sed περιπλέγματ' ἐθείρας: ἔθειρα autem apud Homerum sæpe usurpatur pro cæsarie: sic de Patroclo dixit μιάνθησαν δὲ ἔθειραι Αἵματι καὶ κονίῃσι, *fœdati vero erant crines sanguine et pulvere.*

4 Σειρὰς] Σειρὰ tamen significat etiam *crines* et cincinnos. Sic apud Pollucem legitur, σειρὰ τριχῶν, *crines intorti*. Hic autem ait Poëta Venerem crines habuisse non tortos partim, scilicet in vertice, et partim tortos, ut in extremitatibus, id quod usurpant fœminæ in crinibus ornandis.

5 Στίλβεϊ] Vel potius στίλβῃ, *nitore*, quo Venus ornavit oculos. Et forsan poëta alludit ad veterem consuetudinem mulierum, quæ olim supercilia et palpebras stibio depingebant. Testis hujusce rei *Jesabel*, quæ quidem, ex sacra Scriptura, 'introitu ejus *Jehu* audito depinxit oculos suos stibio.' Id autem vocabatur ὀφθαλμοὺς στιμμίζεσθαι, vel ὄμματα ὑπογράφειν: unde et ὑπογράμματα ὀφθαλμῶν sunt unum et idem ac στιμμίσματα, *oculorum pigmenta*. Id ita sentit nobilissimus doctissimusque Huetius, cujus consiliis velut oraculis uti consuevi.

6 Εὐανέμοιο] Vestis tenuis, et quæ vento facile impellatur.

Ὄμματος εἰς ἄγρην ὡπλισμένη· εἶχε γὰρ αὐτὴ
Πλέγμα κόρυν, δόρυ μαζὸν, ὀφρῦν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
Ὅπλα μέλη, θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν· εἰ δέ τις αὐτῇ
Ὄμμα βάλῃ, δέδμητο.

INTERPRETATIO POETICA

Flaventes huic cassis erant: erat hasta, papillæ;
Tela, supercilium; scutum impenetrabile, forma est,
Armaque membra Deæ, luctus lenimina: si quis
Ferret in hanc oculos, clades hunc certa manebat.

INTERPRETATIO PROSA

oculorum ad prædam armata: habebat enim ipsa capillos *pro* casside, *pro* lancea papillas, *pro* telo supercilia, *pro* clypeo formam, *pro* armis membra, fomentum in doloribus; et si quis *ad* eam oculos adjiceret, vincebatur.

NOTÆ

8 Ὄμματος εἰς ἄγρην] Venus armata erat ad prædam, seu victoriam oculorum: siquidem plures oculis, quam alii armis, vinceret.

10 Θέλγητρον ἐν ἄλγεσιν] Lenimentum doloris seu cladis erat, quod victi a Dea pulcherrima vincerentur, et incruento certamine superati sese dedere cogerentur, et se ita cogi gauderent.

XXXIX.

CL. CLAUDIANI

EPISTOLÆ.

EP. I. DEPRECATIO AD HADRIANUM PRÆFECTUM PRÆTORIO.

ARGUMENTUM.

Claudianus in Mallium et Hadrianum scripsisse dicebatur sequens Epigramma: 'Mallius indulget somno, noctesque diesque; Insomnis Pharius sacra, profana rapit. Omnibus hoc Italæ gentes exposcite votis; Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.' Per Pharium intelligit Hadrianum Ægyptium, quia Alexandria oriundum, quem hoc Epigrammate vehementer offenderat, ut qui eum velut latronem et sacrilegum carperet. Ideoque sibi postea conscius malorum imminentium, et vexatos ab Hadriano amicos suos dolens, ejus iram hac Epistola deprecatur, sed ita tamen, ut homo ad dicacitatem propensus, (ut esse solent Africani) et Stilichonis auctoritate fretus, vix se teneat, quin ipsi illudat Hadriano.

Usque adeone tuæ producitur impetus iræ?

An violentia iracundiæ tuæ huc usque progreditur? An *finis nullus erit fletibus*

In Bonon. Codice legebatur hoc carmen post Epigramma xxx. in quo *Præfatio ad Adrianum* inscribitur, uti et in Moret. pr. inc. Heins. et Cod. Epigr. Ambr. vocatur. in Lucens. pr. *Deprecatio ad Hadrianum*. et in marg.

NOTÆ

Deprecatio] In veteribus libris legitur hic titulus: *Epigramma satisfactionis apud Hadrianum.*

Præfectum Prætorio] Præfectus Prætorio ab Augusto Cæsare primum institutus est ex Equestri Ordine, ut

Nullus erit finis lacrymis? subitisne favorem
Permutas odiis? Quo mens ignara nocendi,
Quo sensus abiere pii? Tantumne licebit
Invidiæ? tantum strepitus valuere maligni?
Me dolor incautus, me lubrica duxerit ætas;
Me tumor impulerit, me devius egerit ardor:

meis? *An convertis benevolentiam* in me *tuam, in odium repentinum? Quo animus nescius nocendi* recessit? *quo sensus mites recesserunt? An tantum permittetur livori?* an *rumores malitiosi tantum potuerunt*, ut irritarent te contra me? Esto, *dolor imprudens, juventus mobilis impulerit me* ad peccandum; *arrogantia*

ed. Parm. simpliciter *Deprecatio* audit. Vat. Livin. habet *Cl. Claudiani Satisfactio pro se apud Stiliconem.* in Vat. pr. erat *Excusatio pro se*, vel *Satisfactio pro se apud Stilichonem.* Sched. Gud. *Epistolam ad Hadrianum Præfectum Prætorio* inscribunt. in Buslid. *Epistola ad Hadrianum* simpliciter vocatur.

1 *tuo* Rott. Med. pr.—2 *erat* Exc. Lucens. pr. *erit* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *tot* pro *erit* Exc. Pat. rec. *subitisque* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *subitusque* duo Med.—3 *Permittas* Vat. quart. Med. sec. Put. Ambr. pr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Sched. Gud. *quæ mens* Med. pr.—4 *tui* pro *pii* Pal. Vat. sec. m. pr. duo Med. Petav. pr. Cod. Ursin.—5 *Invidiæ et tantum* Var. LL. e marg. Parm. *potuere* pro *valuere* Cod. Ursin.—6 *decor* pro *dolor* Med. sec. *incautus* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *incautum* Var. LL. e marg. Parm.—7 *Me tumor* Vat. quart. inc. Heins. Florent. Med. sec. Put. Oxon.

NOTÆ

Cohortibus Prætoriis imperaret: idque auctore Mæcenate, ait Dio. Postea 'Præfecturam Prætorii unam et modicam antea primus Sejanus intendit:' ex Tacito. Dicti sunt 'Præfecti Prætorio,' quod veteres omnem Magistratum, qui exercitui præesset, Prætorem appellarent. Unde et *Prætorium* est Ducis exercitus tabernaculum; et in castris porta præcipua dicitur, 'Porta Prætoria.' Præfecti Prætorio dignitas magna est, et prima potestas a Principe, qui se fidei Præfectorum Prætorio credit. Hanc ob rem in Codice Justinianæo de eo dicitur 'sublimissima sedes,' l. II. de Cursu publico. Constantinus, victo Maxentio, quatuor instituit Præfectos Prætorio: unus erat Præfectus Prætorio Galliarum, alter Italiæ, tertius Illyrici, quartus Orientis, sub quo continebatur Ægyptus. Sed et Justinianus, Africa restituta, Vandalisque superatis, instituit Præfectum Prætorio Africæ. De quibus omnibus Præfectis, id legitur in Codice Justinianæo, l. I. de Præfect. Præt. 'Præfectum urbi, et Præfectum Prætorio, et Magistros equitum ac peditum indiscretæ ducimus dignitatis.'

4 *Sensus pii*] Animus mitis, qui dicebatur esse in Hadriano.

5 *Invidiæ, strepitus maligni*] Ita se Claudianus excusat: tribuit enim quod dictum erat, invidiæ et malis sermonibus hominum malevolorum.

6 *Dolor*] Ob raptas res sacras et profanas: sed et Claudianus sic indicat se, etsi peccasset, non tamen ira Hadriani dignum esse.

Lubrica ætas] Ætas juvenilis, quæ mobilis est, et instar glaciei lubrica, qua ingredi sine casu aut prolapsione vix possis.

7 *Devius ardor*] Iracundia et teme-

Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.
Humanæ Superos nunquam tetigere querelæ,
Nec vaga securum penetrant convicia cœlum.
Excessit jam pœna modum. Concede jacenti.
En adsum, et veniam confessus crimina posco.
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.
Ultrices Furias matris placavit Orestes.
Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.
Pellæum juvenem Regum flexere ruinæ:
Darium famulis manibus doluisse peremtum

rapuerit me, fervor ætatis *præceps incitarit me; tamen non decorum fuit tibi pugnare armis similibus. Querimoniæ hominum nunquam moverunt Deos, neque injuriæ incertæ pertingunt cœlum placidum. Jam supplicium præteriit moderationem: parce afflicto: ecce offero* me *et confitens culpam peto veniam. Achilles immitis pepercit umbris Hectoreis. Orestes mitigavit Furias vindices parentis* suæ Clytæmnestræ. *Hercules restituit Priamo mœnia quæ expugnaverat. Casus regum commoverunt juvenem Pellæum* Alexandrum. Hic *dicitur gemuisse Darium occisum manibus servi, et consolatus* esse *mortem ejus tumulo magnifico.*

sec. duo Petav. *timor* tres Vatt. Pal. Oisel. Med. pr. Exc. Lucens. pr. *ingerit* Moret. pr. *egerit ardor* vel *error* Exc. Pat. rec.—8 *Me tamen* Med. sec. Put. *aut* pro *haud* Buslid. *licuit* Moret. pr. *perhibent* pro *paribus* Florent. Med. sec. —9 *Humani* Vat. pr. m. pr. *querelis* Pal. Med. pr.—10 *sincerum* pro *securum* Med. quart. *convivia* pro *convicia* Var. LL. ed. Antv.—11 *Excellit* Buslid. *modis* Med. sec. *nocenti* Petav. sec.—12 *En sumat* Med. pr. *En sumant* Med. quart. *En adsum, veniam* Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *adsum et* Vat. pr. Med. sec. inc. Heins. Vat. Livin. Cod. Ursin. Raphel. *adsum at* Pal. *en veniam* legit Heins. *confessum* Buslid.—13 *Hectoreis manibus* Pal. duo Med. *sævus* Buslid. *agnovit* Med. pr.—14 *Ultrices* Florent. cum sedecim aliis, Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Ald. et ed. Parm. *Victrices* al.—15 *fecerat* pro *ceperat* Bonon.—16 *flexere* Pal. duo Med. *fluxere* Med. pr.—17 *Hic Darium* Ambr. pr. *Et famulus Darium* Pal. duo Med. *Et Darium famulis* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *Darium famulis* inc. Heins. *Darius* Vat. sec. *famuli* Ambr. tert.

NOTÆ

ritas præceps, quæ a recta officii via me dejecerit.

10 *Securum cœlum*] Licet mortales occinant verba pessima, Dii tamen securi remanent, et his minime tanguntur.

12 *En adsum*] Virgilius: 'Me me adsum qui feci.'

13 *Achilles*] Ignovit, dum corpus Hectoris reddidit Priamo ejus patri. Hoc, et exemplis sequentibus hortatur Hadrianum, sibi parcat, et clarissimorum Heroum clementiam imitetur.

14 *Orestes*] Ille sæpe confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum ac tædis ardentibus, sed tandem placavit hasce Furias.

15 *Alcides*] Hercules Trojam expugnatam Priamo reddidit.

Fertur, et ingenti solatus fata sepulcro:
Tradita captivo spatiosior India Poro.
Conditor hic patriæ: sic hostibus ille pepercit.
Hunc virtus tua digna sequi. Quemcumque Deorum
Læsimus, insultet jugulo, pascatque furorem.
Gratia defluxit: sequitur feralis egestas.
Desolata domus: caris spoliamur amicis.
Hunc tormenta necant: hic undique truditur exul.
Quid superest damnis? quæ sæva pericula restant?

India vastior ab Alexandro *data* est *Poro capto.* *Hic* Alexander *conditor* est *patriæ* nostræ. *Ita ille ignovit hostibus; virtus tua meretur imitari illum.* Ceterum *quemcumque Superorum offendimus, puniat caput* meum, *et expleat iram* suam. *Gratia* parta mihi *abiit*, *paupertas misera consecuta* est: *domus* mea *exhausta: orbamur amicis dilectis: supplicia occidunt hunc* ex amicis nostris. *Ille expellitur exul undequaque: quid restat detrimentis* meis? *quæ discrimina*

famulis Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Ald.—18 *solatus feda* Vat. sec. Cod. Ursin.—19 *Reddita* conjiciebat Heins. *spatiosi gaudia* pro *spatiosior India* Pal. duo Med.—20 *ut patriæ* Ambr. tert.—21 *quodcumque* Pal. duo Med. *quæcumque* Cod. Epigr. Ambr.—22 *insultet gladio* Ambr. tert. *poscatque* Florent. Put. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Ursin. et Epigr. Ambr. *poscitque* duo Vatt. Rott. *favorem* Var. LL. ed. Antv. *furorem* vel *favorem* Buslid.—23 *crescit* pro *sequitur* Var. LL. e marg. Parm. *mortalis egestas* Med. sec.—24 *domos* Vat. quart. *spoliatur* Vat. quart. Ambr. pr. Var. LL. ed. Antv.—25 *Hinc...hinc* legebat Heins. *negant* duo Vatt. Rott. Florent. Petav. sec. Cod. Ursini, *ligant* Med. sec. *hinc undique* Vat. tert. Buslid. *mundi* vel *undis* conjiciebat Heinsius, qui ascripserat locum Ovid. Metam. vi. 189. 'Exul erat mundi.' *traditur* pro *truditur* Pal. Buslid. tres Med.—26 *quid sæva* Vat. quart. Ambr.

NOTÆ

18 *Solatus*] Alexander in mortis solatium exstruxit tumulum regalem Dario, quem Bessus servus occiderat.

19 *Poro*] Rex Indiæ, miræ proceritatis, quem vicit Alexander, ipsique regnum Indiæ restituit, cum Alexandro petenti qui tractari vellet, respondisset, *βασιλικῶς*, *regie*. Plutarchus.

20 *Conditor*] Alexander condiderat Alexandriam patriam et Hadriani et Claudiani; ideo dicitur, *conditor patriæ* communis. Sed et idem Alexander aliam 'urbem Alexandriam super amnem Tanaim condidit.' Justinus.

21 *Quemcumque Deorum*] Ceterum, quemcumque Deorum læserimus, si ulcisci velit et explere iram suam, ego certe satis punitus videar, spoliatus rebus omnibus, ut mox patebit.

22 *Gratia defluxit*] Dum tibi fuimus accepti, o Hadriane, grati fuimus omnibus; te nunc adversario, nemini grati sumus, omnes oderunt nos, sicque gratia nostra abiit, effluxit: quod supplicium majus?

Feralis egestas] Quam omnes fugiunt, ut quiddam funestum et ferale, instar cadaveris.

Prætereunt subjecta feræ: mortisque facultas
Emollit rabiem prædæ: torvique leones,
Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt.
Nec nisi bellantis gaudent cervice juvenci
Nobiliore fames. Secuit nascentia fata
Livor, et ingesto turbavit gaudia luctu.
Jam jam suppliciis fessos, humilesque serenus
Respice. Quid tanta dignaris mole clientem?
In brevibus nunquam sese probat Æolus undis:

crudelia supersunt? Animalia generosa negligunt humilia, et potestas cædis faciendæ *mitigat furorem prædæ: et leones crudeles despiciunt dejecta ea quæ ardent dejecisse: et fames* leonum *non lætatur, nisi jugulo insigniore tauri pugnantis. Invidia* vero *amputat* fila *vitæ exorientis, et evertit lætitiam dolore obtruso. Jam jam* tu *benignus aspice* nos *fatigatos pœnis, et demissos. Quid sustines premere clientem* tuum *tanto onere? Æolus nunquam experitur sese in cavernis parvis, ne-*

pr.—27 Hic versus in omnibus Vatt. et Pal. sequenti postponebatur. *morasque secutus* pro *mortisque facultas* Buslid.—28 *Et mollit* Med. pr.—29 *Quod stravisse* Pal. Med. pr. *calent* Vat. pr. Pal. duo Med. Heins. H. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. *valent* duo Vatt. Rott. Oisel. *volunt* Buslid. Ms. Barthii *calent* Lib. xxv. Advers. c. 18. idem tamen *volunt* corrigit Lib. xxxi. c. 1. *ea mox* Vat. pr. Pal. Oisel. tres Med. *eadem* Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *relinquent* Petav. pr.—30 *Nec qui* pro *Nec nisi* Oxon. sec. *mihi* Ambr. pr. *bellantes* Vat. pr. Pal. Oisel. Ambr. pr. duo Med. *bellates* Med. sec. *bellanti* Sched. Gud. *gaudent* Vat. pr. et sec. *gaudet* Vat. tert. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec.—31 *Nobilior* duo Med. *Mobiliore fames* Sched. Gud. *fame* Vat. pr. et quart. Oisel. Med. sec. *fames* duo Vatt. Rott. Florent. Put. Petav. sec. Cod. Ursin. et Epigr. Ambr. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *fata* Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. *vota* tres Vatt. Pal. *vota* vel *fata* Oisel.—32 *ingestus t. g. luctus* Cod. Epigr. Ambr. *ingesto vultu* Med. sec. *luctu* vel *vultu* Moret. pr.—33 *Janua* pro *Jam jam* Buslid. Var. LL. ed. Antv. *Lumina* Med. sec. quod Heinsius per Græcismum cepisse videtur, nam ascripserat *sc. lumine sereno. supplicibus fessus* Pal. *fessus* etiam duo Med. *severus* Moret. pr. *humilisque serenus* vel *serenos* Buslid.—34 *Aspice* Vat. tert. Rott. *Despice* Vat. pr. Pal. *Respice* Med. sec. Put. duo Petav. Bonon. Cod. Ursin. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *more* Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *mole* Put. Buslid. Cod. Ursin. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *morte* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. Petav. pr. inc. Heins. tres Med.—35 *se comprobat* Pal. duo Med. *undis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. *antris*

NOTÆ

32 *Livor*] Invidiæ est rumpere fila nascentia vitæ, seu fati melioris cujusdam juvenis: et fortitudinis est 'parcere subjectis,' &c.

33 *Serenus*] Ut Sol, post disjectas tenebras, serenus est, sic tu, pulsa furoris nube, serenus esto mihi, et me sereno vultu et æquis oculis aspice.

34 *Mole*] Tanto onere, tanta mole miseriarum me premere potes, dignaris, sustines?

35 *Æolus*] Venti fulmina non sæviunt in res humiles, sed in res altas et reluctantes.

Nec capit angustus Boreæ certamina collis.
Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.
Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis,
Nec parvi frutices iram meruere Tonantis.
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.
Hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Minervæ,
Hoc carmen pro thure damus: miserere tuorum.
Me, precor, heu, me redde mihi! gravibusque medere
Vulneribus, vitamque jube famamque reverti.
Quæ per te cecidit, per te fortuna resurgat.
Sanus Achillea remeavit Telephus hasta,
Cujus pertulerat vires: et sensit in uno

que collis arctus comprehendit prælia Aquilonis. Ille Aquilo *concutit Alpes*, et *fatigat cacumina Rhodopes: ignis æthereus nunquam irruit* in *salices, neque arbusta tenuia merentur furorem* Jovis *tonantis;* sed hic tonans *ferit quercus magnas*, et *ornos vetustas.* Nos *offerimus* tibi *hos versus pro fronde pacifica, pro foliis Minervæ, pro thure; miserare tuos. Heu! oro* ut *restituas me mihi, et* ut *sanes plagas* meas *acerbas, et imperes vitam et famam* meam *reviviscere. Fortuna* mea, *quæ dejecta est per te, resuscitetur per te. Telephus rediit sanatus cuspide Achillea, cujus passus fuerat impetum: et expertus est in eodem* Achille *manum mor-*

Var. LL. e marg. Parm. Ald.—36 *rapit* Pal. duo Med.—37 *Rhodopeaque* Vat. pr. Pal. Ald. *Rhodopeia* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. et Lucens. pr. *quassat* Vat. pr. Pal. *lassat* duo Vatt. Rott. Florent. inc. Heins. Put. Oxon. sec. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *quassat* vel *lassat* Vat. sec. Oisel. Moret. pr. Cod. Ursin.—38 *In brevibus n. c. flamma salictis* Buslid. qui duos seqq. omittit. *fama* pro *flamma* Pal. *solutis* pro *salictis* Med. pr.—39 *metuere Tonantis* Cod. Epigr. Ambr.—40 *annosos* Med. sec. Ald. *animosas* Vat. tert. Florent. *alimosas* Med. quart. *almosas* Pal. Med. pr. *cornos* pro *ornos* Med. pr.—42 *Hoc pro ture damus carmen* Buslid.—43 *Ne præcor* Vat. pr. *redde mihi* Vat. sec. *mederi* Pal. duo Med.—45 *Quæ pro te* Oxon. sec. Buslid. *Quod pro te* Pal. *Quod* Med. pr. *pro te* Pal. Buslid.—46 *Achillea...hasta* vet. Gyr. *Achilleis...hastis* Med. sec. *herbis* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Heinsius ascripserat Passerat. in Propert. p. 252. et Columm. in Enn. p. 415.—47 *perculerat* Med. pr. *protulerint* Pal. *consensit* Pal. duo Med.—50 *non*

NOTÆ

41 *Supplicibus ramis*] Non quod rami sint supplices, sed quia a supplicibus prætendi solent.

Fronde Minervæ] Oleæ, quæ præferebatur ab iis qui pacem et veniam petebant.

42 *Pro thure*] Pro sacrificio hoc carmen tibi offerimus, teque numinis instar rogamus ut parcas.

43 *Redde mihi*] Quia qui spoliatus est omnibus rebus, nec seipsum habere dicitur, non est secum, sed totus est in mœrore et tristitia, totus in recordatione fortunæ florentioris.

44 *Vulneribus*] Offensionibus, quæ, ut vulnera, lædunt amicos.

46 *Achillea*] Achilles, ex Apuleio, Achilleam herbam invenit, unde vul-

Letalem placidamque manum. Medicina per hostem
Contigit, et pepulit, quos fecerat ipse, dolores.
Quod si nec precibus, fletu nec frangeris ullo,
Eripe calcatis non prospera cingula Musis,
Eripe militiam. Comitem me pelle sodali.
Scilicet insignes de paupere vate triumphos!
Scilicet egregiis ornabere victor opimis!
Irruat in miseros cognata potentia cives.

tiferam et salutarem: remedium accidit per hostem, et ipse Achilles *expulit malum quod creaverat. Quod si neque flecteris precibus, neque lacrymis ullis, aufer* mihi *balteum infaustum, Musis contemtis, aufer* mihi dignitatem *militarem, ejice me amicum* tu qui fuisti *amicus. Nimirum* tu referes *victoriam egregiam de poëta misero? Nimirum tu triumphator ditaberis spoliis eximiis? Potestas popularis* videlicet *irrumpat contra Cives infelices. Patria communis* nobis *exaudiat*

si Put. *si ne* Med. sec. *nec fletu* Pal. Med. pr. *flecteris* tres Med. Rott. Var. LL. e marg. Parm. *vinceris* inc. Heins. *frangeris* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. ed. Parm. Heinsius seqq. notaverat. *frangeris* V. C. sic Tibull. lib. I. Eleg. VIII. 'Desistas lacrimare, puer, non frangitur illa.' Propert. lib. II. El. XVIII. 'Frangitur in tacito sæpe puella viro.' et El. XXVIII. 'Frangitur et Juno, si qua puella perit.' Cicero in Bruto. 'Injuria accepta fregit tamen C. Gracchum patientia Octavius.' *moveris* Pal. duo Med. Heins. H.—51 *nunc prospera* Pal. duo Med. deerat autem hic versus Vat. tert. *cingulà prospera* Ambr. pr. Heinsius seqq. annotavit. '*Cingula* proprie gestamen militare, vid. Casaub. ad Hist. Aug. p. 210. f. eadem cum *baltheis*, de quibus fuse Salmas. p. 295.'—52 *Erige militiam* Med. sec. *militiam comitem.* cum τελείᾳ στιγμῇ Vat. pr. *nec pelle* Ambr. pr. *ne pelle* Vat. pr. Pal. Oisel. tres Med. *sodalis* Var. LL. e marg. Parm. et Raphel. *sodali* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Bonon. sec. deerat vero inc. Heins. hic versus.—53 *insignes de p. vate triumphos* tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *ingentes...triumphos* Moret. pr. *insignis... triumphus* Var. LL. e marg. Parm. *egregios de p. nacte triumphos* Buslid. deerat autem hic versus Vat. sec. et tert. Petav. sec. Florent. Ambr. tert. Cod. Ursin. et Epigr. Ambr.—54 *et spoliis* pro *egregiis* Exc. Lucens. pr.—55 *Irruat*

NOTÆ

nera ferro facta sanabat: hac sanasse Telephum dicitur. Hinc Ovidius: 'Ego Telephon hasta Pugnantem domui, victum orantemque refeci.' Et alibi: 'Vulnus et auxilium Pelias hasta tulit:' id est, eadem hasta, vel potius manus Achillis, qui erat filius Pelei, vulneravit et sanavit Telephum, millefolio, ut quidam dicunt. Achilles enim a Chirone artem medicam didicerat.

51 *Cingula*] Eripe mihi balteum, et omnia militaria privilegia. Cingulo autem quibusdam cærimoniis adhibitis nobiles ornari consueverant.

54 *Scilicet*] Verbum Ironiæ accommodatum. 'Scilicet is Superis labor est!'

Opimis] Opima spolia sunt ea, quæ dux duci detrahit; sed hic sumantur Ironicè.

55 *Cognata potentia*] Concessio

Audiat hæc commune solum, longeque carinis
Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum
Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

hoc; et Pharos procul cognita navibus; et Nilus efferens ex *alveo vultum madentem defleat cladem nostram* in *littoribus* suis *plurimis*.

Pal. tres Med. Vat. Livin. Sched. Gud. *Inruat* Vat. pr. Ambr. pr. *Serviat* Vat. sec. Cod. Ursin. *Sæviat* duo Vatt. Rott. *Sæviat* vel *Irruat* Exc. Vat. rec. ceterum in Bonon. hic versus sequenti postponitur.—56 *hoc* Florent. duo Med. Put. Moret. pr. *hæc* tres Vatt. *longisque* Pat. pr. Pal. Oisel. duo Med. Ambr. pr. ed. Parm. *longeque* Var. LL. e marg. Parm.—57 *fluentem* pro *flentem*, et in vs. seq. *munerosis* pro *numerosis* Var. LL. e marg. Parm.

NOTÆ

amara. Quid? an potestas ejusdem gentis et ejusdem, ut ita dicam, cognationis, scilicet Alexandrinæ, insectabitur suos cives? an irruet in suos cives?

57 *Pharos*] Parva Nili insula, unde Ægyptus Pharia terra dicitur.

58 *Numerosis ripis*] Septem olim Nili ostia esse dicebantur.

XL.

EP. II. AD SERENAM.

ARGUMENTUM.

Sicut Orpheo uxorem ducenti Juno favit impensius, sic et Claudiano Serena, a qua, ut a Dea, reditum facilem precatur.

Orphea cum primæ sociarent lumina tædæ,
Ruraque compleret Thracia festus Hymen;

Cum lux primæ facis nuptialis *jungeret Orpheum, et celebritas festiva* nupti-

In Lucens. pr. subnectitur hæc Epistola carmini in Laudem Serenæ cum hac inscriptione, *Ejusdem Epistola ad Serenam.* Vat. pr. et Sched. Gud. habent

NOTÆ

1 *Tædæ*] De his supra. Propertius: 'Viximus insignes inter utramque facem:' id est, inter facem nuptiarum et facem mortis.

Certavere feræ picturatæque volucres,
  Dona suo vati quæ potiora darent.
Quippe antri memores, cautes ubi sæpe sonoræ
  Præbuerant dulci mira theatra lyræ,
Caucaseo crystalla ferunt de vertice lynces,
  Gryphes Hyperborei pondera fulva soli.
Furatæ Veneris prato per inane columbæ
  Florea connexis serta tulere rosis.

arum *repleret terras Thraciæ, feræ et aves pictæ* inter se *contenderunt, quæ offerrent cantori suo munera præstantiora. Etenim lynces recordatæ cavernarum, ubi sæpius rupes resonantes dederant admirabile theatrum citharæ gratæ*, lynces *afferunt ex culmine Caucasi crystalla ; gryphes* afferunt *massas aureas regionis hyperboreæ. Columbæ surripientes serta florida rosis conjunctis* in *prato Veneris*, ea *attulerunt*

Epistola ad Serenam de Nuptiis. In aliis fere deest Inscriptio.
1 *primæ* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *primo* Petav. pr. Exc. Pat. rec. *primum* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec. *prima teda* Vat. Livin. *numina* Vat. pr. et quart. Oxon. sec. *numine* Florent. Med. sec. Put. Thuan. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *munere* duo Vatt. Oisel. *numine* vel *munere* Var. LL. ed. Antv. —2 *complueret Thracia tristis hiems* Buslid. *Thracia* Florent. tres Med. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. *Tertia* Ald. *honor* pro *Hymen* Oisel.—4 *valent* pro *darent* Petav. pr.—5 *cantus ubi sæpe sonore* Vat. pr. et sec. Pal. Med. pr. Petav. pr. Ambr. pr. *cautes* Gevart. *cantu subis* .... Exc. Lucens. pr. *cantu subisse feruntur* Var. LL. e marg. Parm. *cantus sonori* Vat. quart. *ubique ante sonoro* Buslid. *sæpe sonare* Ambr. tert. *sæpe sonoræ* Med. quart [hæ duæ voces deerant Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Thuan. Put. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr.] *canore* vel *sonore* Moret. pr. Heinsius conjecerat ex lectione Cod. Buslid. *Quippe haud immemores cantus, ubi caute sonora.*—6 *Præbuerant* Med. quart. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. *pura theatra* Var. LL. ed. Antv. —7 *crustata* pro *crystalla* Florent.—8 *Gryphes:* Heinsius ascripserat locum Priscian. Perieg. p. 384. ed. Pithœi. *pondera magna* Vat. quart. *thori* pro *soli* Vat. pr.—9 *Furato* Vat. tert. *Purgato* Rott. *pratis* Buslid. *prata* Vat. tert. *columbæ* Med. pr. *volucres* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec.—10 *retis*

NOTÆ

2 *Thracia*] Orpheus, Apollinis et Calliopes filius, Thracia oriundus.

4 *Suo vati*] Orpheus quippe delectatus fuerat sylvis, in quibus feras rupesque traxisse dicitur, quod homines a ferino victu abstraxerit, vel quod ex visceribus ferarum futura prædixerit.

5 *Cautes*] Rupes enim arboresque Orpheus adducere ferebatur, ut velut umbram quandam sibi cantaturo præstarent.

6 *Mira theatra*] Loca ex rupibus et sylvis admirabili naturæ ingenio in theatri formam composita.

7 *Crystalla*] Crystalli incunabula in altis frigidisque montibus, qualis est Caucasus, gelidus mons Scythiæ.

8 *Gryphes*] Alii credunt hæc esse animalia equorum inimica, eaque aurum custodire in regionibus hyperboreis : alii negant.

9 *Veneris prato*] Quod fingitur esse in Cypro, insula Veneri sacra.

Fractaque nobilium ramis electra sororum
Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.
Et Nilo Pygmæa grues post bella remenso
Ore legunt rubri germina cara maris.
Venit et extremo Phœnix longævus ab Euro,
Apportans unco cinnama rara pede.
Nulla avium pecudumque fuit, quæ ferre negaret
Vectigal meritæ connubiale lyræ.
Tunc opibus, totoque Heliconis sedula regno
Ornabat propriam Calliopea nurum.

per aërem; et cycnus attulit ex fluvio Eridani oloriferi electra, rapta ex arboribus sororum clarissimarum Phaëthontis. *Et grues post prælia* cum *Pygmæis, Nilo repetito, colligunt rostro gemmas pretiosas maris rubri. Et phœnix senior advenit ab ultimo Oriente, afferens cinnama exquisita curvis unguibus. Nulla volucrum et pecudum extitit, quæ recusaret afferre tributum conjugale citharæ* id *promeritæ. Tum Calliope officiosa decorabat Nurum suam divitiis totius Imperii Heliconis. In-*

****

pro *rosis* Vat. sec. Put. Petav. sec. *rotis* Vat. tert. Florent. Med. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—11 *mobilium* Buslid. *flebilium* al.—12 *oliviferi* Vat. sec. *odoriferi* Vat. quart. *odorato* Exc. Pat. rec. m. pr. Heinsius ascripserat Virgil. pag. 231.—13 *Nilo Pygmæa grues p. bella* Exc. Lucens. pr. *post bella grues Pygmæa* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr.—14 *leges* pro *legunt* Vat. quart. *gerunt* Cod. Epigr. Ambr. *rubra* pro *rubri* Med. sec. *gramina* Vat. tert. Pal. Florent. tres Med. duo Ambr. *cara* inc. Heins. *cana* Vat. pr. Pal. duo Med. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm.—15 *ab extremo* Vat. tert. *felix* pro *Phœnix* Vat. sec.—16 *cinnama rara* Vat. pr. duo Med. inc. Heins. *rata* Pal. *mira* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Put. Thuan. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. —17 *pecudumve* Vat. sec. *qua* Put.—18 *lyræ* vel *feræ* Vat. sec.—19 *Tot opibus*

NOTÆ

11 *Nobilium*] Sorores Phaëthontis in alnos vel populos mutatæ sunt, ex quibus fluit electrum: *nobiles* dicuntur, quia Solis filiæ. Alii legunt *flebilium*, quia post nimios fletus ex interitu fratris, in arbores conversæ sunt.

12 *Cycnus*] Rex Ligurum, casu propinqui Phaëthontis contabuit, et in avem cognominem mutatus est.

Oloriferi] Padus seu Eridanus oloribus frequentatur.

13 *Nilo remenso*] Grues Nilum petere certis temporibus memorantur.

Pygmæa] Pygmæi dicti ἀπὸ τῆς πυγμῆς, *a pugno* vel *cubito*, quod hi populi dicantur cubiti magnitudinem non excedere. Bellum continuum gerunt in Thracia cum gruibus.

14 *Rubri maris*] Sæpius prædicat gemmas maris rubri.

16 *Rara*] Exquisita, pretiosa.

18 *Vectigal*] Quasi donum debitum ei, qui de feris omnibus tam bene meritus sit.

19 *Opibus, totoque regno*] Id est, opibus totius regni Heliconii; ut apud Virgilium: 'Molemque et montes in-

Ipsam præterea dominam stellantis Olympi
  Ad nati thalamos ausa rogare parens.
Nec sprevit Regina Deum, vel matris honore,
  Vel justo vatis ducta favore pii,
Qui sibi carminibus toties lustraverat aras,
  Junonis blanda numina voce canens,
Præliaque altisoni referens Phlegræa mariti,
  Titanum fractas Enceladique minas.
Ilicet adventu noctem dignata jugalem
  Addidit augendis munera sacra toris:
Munera mortales non admittentia cultus:
  Munera, quæ solos fas habuisse Deos.
Sed quod Threicio Juno placabilis Orphei,
  Hoc poteris votis esse, Serena, meis.

super ipsa *mater* Calliope *ausa* est *invitare ad nuptias filii* sui *Reginam cœli coruscantis* Junonem; *neque Regina Deorum renuit, vel* in *gratiam matris* Calliopes, *vel impulsu amore justo vatis pii* Orphei, *qui toties ornaverat altaria sua hymnis, laudans numen Junonis voce dulcissima, et celebrans bella Phlegræa conjugis* sui Jovis *altitonantis, et minationes superatas Titanum et Enceladi. Nimirum* Juno *cohonestans noctem nuptialem adventu* suo, *adjecit dona sacrata thalamis ditandis; dona non convenientia consuetudini mortalium; dona, quæ concessa sunt numinibus solis. At vero, quod Juno facilis fuit Orpheo Thraci, hoc poteris esse desideriis*

Buslid. Var. LL. ed. Antv. *totique* pro *totoque* Bonon.—20 *lyram* pro *murum* Ambr. pr. *proprium...virum* Buslid.—21 *domitam* Vat. sec.—22 *natæ* Exc. Pat. rec.—23 *Non sprevit* Rott. Med. sec. Ambr. pr. *spernit* Cod. Epigr. Ambr. *Deam* Barth. et ita legebat Heins. *honorem* Pal. Med. pr.—24 *victa* pro *ducta* Exc. Pat. rec. m. sec.—25 *aram* Vat. quart.—26 *nomina* pro *numina* Exc. Lucens. pr.—27 *Præliaque* Var. LL. ed. Antv.—29 *montem...jugalem* Oxon. sec.—30 *numina* pro *munera* Buslid. *digna* Vat. tert. Florent. *toris* duo Med. Exc. Lucens. pr. *choris* Vat. tert. Florent. Med. sec.—31 *curas* pro *cultus* Vat. tert. m. pr.—32 *Solas...Deas* malit Heins.—33 *Orphei* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Ald. Lucens. pr. *Orpheo* Vat. pr. et quart.

NOTÆ

super altos;' id est, molem montium. Opes autem regni Heliconii, sunt flores, immortalitas, et memoria perennis meritorum.

20 *Calliopea*] Et Calliope Regina Musarum, de qua supra.

25 *Lustraverat*] Illustraverat, vel ambiverat aras Junonis cantando hymnos.

27 *Phlegræa*] Id est, prælia mariti sui Jovis contra gigantes, quos fulmine percussit in Thessaliæ campis Phlegræis, quos sic vocant, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, *ab urendo*, quia fulmine usti sunt.

28 *Titanum Enceladique*] Erant gigantes, de quibus jam multa dicta sunt.

33 *Juno*] Quod Juno fuit Orpheo, id esse potest Serena Claudiano; am-

Illius expectent famulantia sidera nutum:
  Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.
Non ego, cum peterem, solenni more procorum,
  Promisi gregibus pascua plena meis:
Nec quod mille mihi lateant sub palmite colles,
  Fluctuet et glauca pinguis oliva coma:
Nec quod nostra Ceres numerosa falce laboret,
  Aurateque ferant culmina celsa trabes.
Suffecit mandasse Deam: tua litera nobis
  Et pecus, et segetes, et domus ampla fuit.

meis, o *Serena*. *Cœlum obediens spectet voluntatem ejus* Junonis: *terræ et maria gubernantur sub tua potestate*. *Non ego, cum poscerem* puellam, pro *consuetudine ordinaria procorum, pollicitus sum prata abundantia gregibus meis, neque* pollicitus sum *quod mille mihi colles vestiantur vitibus, et oliva opima agitetur capite viridi; neque quod segetes nostræ secentur multis falcibus, et trabes aureæ fulciant* mihi *domos altas*. *Satis fuit Deam jussisse*. *Epistola tua*, o Serena, *fuit nobis et greges, et segetes, et domus magnifica*. Epistola tua *flexit soceros; et præsidium*

Pal. Med. pr.—34 *vatis* pro *votis* Pal. duo Med.—35 *Illius exspectent* Exc. Lucens. pr. *Illius exspectant* Vat. pr. Pal. duo Med. inc. Heins. *expellent* Moret. pr. *Illius explent* Thuan. *Explent illius* tres Vatt. Oisel. Florent. Med. sec. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *sidera* vel *numina* Rott. *nutus* Vat. sec. *nutu* Vat. tert. Med. sec. Petav. sec. *numen* Exc. Pat. rec. *notum* Pal. *natum* duo Med.—36 *tegitur* Pal. Med. quart. *teritur* Petav. pr. *regitur* quatuor Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. sec. Thuan. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—38 *Promisit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *pascua plana* Moret. pr. *læta* vel *plena* Vat. sec. *tuis* Rott. unde *suis* legebat Heinsius.—39 *Non quod* Vat. pr. Moret. pr. *Quod nec* Ambr. pr. *tramite* Pal. unde *termite* conjiciebat Heins.—40 *Fructuet* pro *Fluctuet* Var. LL. ed. Antv.—41 *Non* Put. duo Petav. Var. LL. e marg. Parm. *Nec* duo Med. inc. Heins. Ambr. sec. Moret. pr. Buslid. Exc. Lucens. pr. *Quod non* Ambr. pr. *seges* pro *Ceres* Buslid. *pretiosa* Moret. pr. *fauce* pro *falce* Ambr. pr. Petav. sec. *laborat* Pal. duo Med. Exc. Lucens. pr.—42 *Auratæ feriant* Vat. sec.—

NOTÆ

bæ simul comparantur. Junonem veneratur cœlum, terra Serenam.

Orphei] Dativus Græcus, 'Ορφεύς, 'Ορφέος, 'Ορφεῖ: alioqui Latini dicerent, *Orpheo*.

37 *Non ego....promisi*] Claudianus non promisit se abundare gregibus, vitibus, &c. sed puellæ, quam petebat, parentibus exhibuit Serenæ Epistolam, qua, quicquid optabat, obtinuit; quæ epistola gregibus et vitibus erat præferenda.

38 *Gregibus*] 'Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:' apud Virgilium de amante.

43 *Mandasse*] Jussisse, scripsisse, commendasse per literam, quod quidem rescriptum Principis videri possit, et quod Serena ab Imperatore genero facile potuit obtinere. Has nuptias, si ex rescripto peterentur, postea vetuere Honorius et Theodosius Imperatores. In Cod. lib. v.

Inflexit soceros, et majestate petendi
Texit pauperiem nominis umbra tui.
Quid non perficeret scribentis voce Serenæ
Vel Genius regni, vel pietatis amor?
Atque utinam sub luce tui contingeret oris,
Conjugis et castris, et solio generi,
Optatum celebrare diem! me jungeret auspex
Purpura; me sancto cingeret aula choro!

nominis tui, majestate poscendi pro me, *occultavit paupertatem* meam. *Quid non vel Genius Imperii, vel amor pietatis præstaret nomine Serenæ scribentis? Et utinam contingeret* mihi *celebrare faustas nuptias in conspectu tuo micante, et in castris mariti* tui Stilichonis, *et* prope *solium generi tui* Honorii. Imperator *purpureus auspex conjungeret me, et Aula circumdaret me cœtu venerabili! et ma-*

44 *penus* Vat. tert. *nemus* Rott.—45 *Et flexit* Vat. sec. Ambr. tert. *socios* Moret. pr. *tremendi* pro *petendi* Vat. tert. m. pr.—46 *numinis unda* Pal. *sui* Buslid. *tui* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *fuit* duo Med.—47 *Quod non perficiet* Vat. quart. Ald. *Sed quid non faceret* Thuan. *Sed quid non perfert* Exc. Lucens. pr. *proficeret* Pal. *perficeret* Exc. Pat. rec. *præfecit* Put. *suffecit* Vat. tert. Florent. Med. sec. *perfecit* Vat. sec. Oisel. inc. Heins. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *perfecit* vel *perficeret* Rott. *scribentes* Var. LL. e marg. Parm. *vice* pro *voce* Pal. Med. pr. *serena* Buslid. —49 *orbis* pro *oris* Vat. sec.—50 *in castris* Vat. pr. et quart. Pal. Med. pr. Vat. Livin. *et castris* Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *generis* Med. pr.—51 *ne jungeret* Florent. Med. sec. Sched. Gud.—52 *socero* pro *sancto* Vat. sec. *aura* Pal. duo Med. *ausa choro* Vat. pr. *choro* Thuan. Oxon. sec.

NOTÆ

45 *Soceros*] Socerum et socrum simul intellige, ut apud Virg. Andromache Ascanium 'ferre incomitata solebat Ad soceros.'

48 *Genius Regni*] Divinitas præses Imperii, cujus particeps est Serena tot vinculis Augustæ domui innexa.

Pietatis amor] Amor seu pietas ab omnibus debita Serenæ, tanquam illa foret etiam parens patriæ; et ob cujus reverentiam Claudianus non prata, non greges, non colles vitibus amictos, et alia ejusmodi, sed ejus epistolam jactando, puellam ditissimam in matrimonium duxit.

49 *Luce*] Id est, in ore micanti, in oculis tuis fulgentibus instar siderum, instar Deorum.

51 *Auspex purpura*] Id est, Imperator purpura indutus auspex me jungeret, seu sub auspiciis suis jungi me juberet. Auspex autem proprie est qui ex avium volatu, cantu, pastu futura prædicit. Sed et auspex dicitur, παράνυμφος, qui nuptiis contrahendis præeat, ita dictus ab auspicando, quod de nuptiarum successu auspicia sumeret.

Et, mihi quam scriptis desponderat ante, puellam
  Conjugiis eadem pronuba dextra daret!
Nunc medium quoniam votis majoribus æquor
  Invidet, et Libyæ dissidet ora plagæ;
Saltem absens, Regina, fave, reditusque secundos
  Annue sidereo læta supercilio.
Terrarum tu pande vias: tu mitibus Euris
  Æquora pacari prosperiora jube:
Ut tibi Pierides, doctumque fluens Aganippe,
  Debita servato vota cliente canant.

nus eadem pronuba Serenæ *traderet* in *matrimonio virginem, quam prius obtinuerat epistola* sua. *Nunc siquidem mare interpositum obstat desideriis amplioribus, et littus regionis Libycæ distat* a vobis; o *Regina, sis benigna* mihi *saltem remota, et gaudens Majestate cœlesti indulge reditum facilem. Tu aperi* mihi *vias terrarum: tu impera sedari maria placidiora, ventis lenibus: ut Musæ, et Hippocrene manans doctrina, cantent tibi* hymnos *votivos debitos, cliente* tuo *conservato.*

Ambr. tert. *thoro* tres Vatt. Pal. Rott.—53 *quæ scriptis* Ambr. tert. *scriptas* Petav. sec. *despondeat* Oxon. sec. *dispondeat* Med. quait. *dispenderat* Vat. tert.—54 *Conjugis ejusdem* Vat. tert. Rott. *Conjugis hunc eadem* Ambr. tert. Buslid. unde *Conjugio hanc eadem* legit Heinsius. *Conjugis eadem* Sched. Gud. *Conjugis hæc eadem* Pal. Oisel. m. sec. duo Med. *Conjugiis eadem* vet. Gyr. Vat. Livin. inc. Heins. Thuan. Oxon. sec. Bonon. Ambr. pr. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *eadem* tres Vatt. Put. Moret. pr. *tela* pro *dextra* Petav. pr. m. pr. unde *tæda* conjiciebat Heins.—55 *votis* Vat. Livin. *vatis* Vat. sec. *ritis* Med. pr. Thuan. Petav. sec. *rittis* Oisel. Vat. tert. *Syrtis* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Libyæ* duo Vatt. Rott. Oisel. Med. sec. inc. Heins. Put. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv.—56 *nimiæ disjicit* Ambr. tert. *dissonat* Put. Var. LL. ed. Antv. *aula* Petav. pr. *aura* Med. pr. m. pr.—57 *Regina fove* Var. LL. ed. Antv. *sacerdos* pro *secundos* Put. Buslid.—58 *Abnue* Vat. sec.—59 *ponte* pro *pande* Oxon. sec.—60 *placari* Buslid. *prosperiora* Vat. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *posteriora* Vat. pr. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Buslid. Exc. Pat. rec. ed. Parm. *superiora* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Thuan. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—61 *docuitque* pro *doctumque* Buslid.—62 *servate* pro *servato* Vat. sec. *sonant* Vat. quint. *parant* Vat. tert. m. pr. *canem* Buslid.

NOTÆ

53 *Desponderat*] Desponderi jusserat Epistola sua.

54 *Pronuba*] Quæ novam Nuptam deducit in mariti domum.

56 *Libycæ dissidet*] Claudianus, cum hæc scriberet, in Libya versabatur.

58 *Supercilio*] Gaudens fastu quodam divino et majestate, instar Jovis Homerici.

59 *Euris*] Ventis quibuslibet faventibus: species pro genere ponitur. Alioquin ex Libya Italiam petentibus Auster facilior esse consuevit.

61 *Aganippe*] Fons Caballinus, de quo supra, ut de hoc vocabulo *Pieridum*.

XLI.

EP. III. AD OLYBRIUM.

ARGUMENTUM.

QUERITUR amice de Olybrio, quod ab eo tamdiu nihil acceperit literarum, excussis omnibus cunctationis causis.

QUID rear, affatus quod non mihi dirigis ullos,
 Nec redit alterno pollice ducta salus?
Scribendine labor? sed quæ tam prona facultas,
 Carmina seu fundis, seu Cicerone tonas?

Quid putem, quod nullam mihi mittis epistolam, neque salutatio scripta alterne manu tua *redditur mihi? An difficultas* tibi est *in componendo? Sed cui tanta facilitas* est, *sive facis versus, seu fulminas* instar *Ciceronis?* In te bona *fortunæ*

In Vat. pr. et Vat. Livin. *Epistola ad Olybrium* inscribitur. In Moret. pr. erat, *Incipit Epistola ad Olimbrium*, quod et duo Med. et inc. Heinsii exhibent. Lucens. pr. habet *Epistola ad Olibrium, ut sibi scribat.*

1 *reor* Buslid. *ultro* pro *ullos* Oisel.—2 *dicta salus* Livin. imperite, ut notat Heins.—3 *Scribendive* Petav. pr. *Scribendi labor est* Vat. pr. *Scribenti labor est* Ambr. pr. Heinsius ascripserat Rutil. Lib. II. Itin. initio. 'Tædia continuo timuit cessura labori Sumere, ne lector juge paveret opus.' *quænam prona* Med. sec. *dura facultas* Pal. duo Med.—4 *tundis* Pal. *Cicerone* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *Cicerona* Exc. Lucens. pr. Gesn. et ed. Bipont. Heinsius ascrip-

NOTÆ

Olybrium] Hic erat filius Probi, de quo in Consulatu Probini et Olybrii supra: qui Olybrius fuit Consul doctus, et in toto Occidentis Imperio spectatissimus nobilissimusque habitus, Unde conjicias, quanti fieret noster Claudianus.

1 *Affatus ullos*] Nullum colloquium epistolarem.

2 *Pollice*] Manu scripta salutatio. Pars pro toto: intelligit scriptam versibus epistolam, qua arte valebat Olybrius.

Salus] Apud antiquos caput epistolæ a salutatione incipiebatur.

4 *Cicerone tonas*] Id est, verbis Ciceronis, seu tonando profers orationem similem orationi Ciceronis.

Cedere divitiis animi fortuna fatetur,
Et tantas oris copia vincit opes.
An rarus, qui scripta ferat? quin tempore nullo
Cessant Flaminiæ pulverulenta viæ.
Cum fluat ingenium, cum sit qui dicta reportet;
Quæ, nisi contemnor, causa relicta tibi?
Despicis ergo tuum, si fas est credere, vatem;
Perfidus et spatio debilitatur amor?
Excidimusne tibi? lucem jam condet Hydaspes,
Et Tartessiaco, Sol, oriere vado:
Candescet Geticis Meroë conversa pruinis,
Claraque se vetito proluet Ursa mari:

confitentur superari se a *bonis ingenii* tui, *et eloquentia oris* tui *major est divitiis tantis. An rari* sunt *nuntii, qui afferant* mihi *literas* tuas? *Immo vero, nulla hora pulvis viæ Flaminiæ sedatur. Ergo cum mens* tibi *sit copiosa, cum sint* nuntii *qui referant epistolas, quæ causa* moræ *tibi restat, nisi* forte *despicior? Igitur spernis Poëtam tuum, si licet* id *cogitare; et amicitia* tua *infida minuitur distantia* locorum? *An oblitus es* nos? *Jam Hydaspes recipiet Solem occidentem, et* tu, o *Sol, exsurges* ex *littoribus Tartessiacis: Meroë mutata albescet gelu Getico, et Ursa se-*

serat Auson. Epigr. 86. 'Capanea ruit.'—5 *Credere* Rott. Florent. Put. Var. LL. ed. Antv. *meretur* Buslid.—6 *jungit opes* Vat. sec. m. pr.—7 *sceptra* edd. Junt. Ald. Isingr. Colin. Gryph. et al. *scripta* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *qui* pro *quin* Pal. Buslid.—9 *Confluat* pro *Cum fluat* Buslid. *imperium* Florent. m. pr. *reportat* Vat. sec. *retorpet* Florent.—10 *contemnatur* pro *nisi contemnor* Vat. sec. *tibi* Exc. Lucens. pr. *mihi* Ambr. pr. m. pr.—11 *Dispicis* Exc. Lucens. pr. *fas est dicere* Petav. pr.—12 *Fervidus* pro *Perfidus* conjiciebat Heins.—13 *Excidimusve* Put. *condit* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. *condat* Pal. *condet* duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—14 *Carcessiaco* Vat. pr. *Carchesiaco* duo Med. *Tarchesiaco* Var. LL. ed. Antv. *Chalchesiaco* Med. sec. *Carchesiaco* Sched. Gud. *Tracentiaco* vel *Cathesiaco* Rott. *oriare* tres Vatt. Rott. Oisel. *oriere* duo Med. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. *loco* Med. quart. *loco* vel *vado* Med. sec.—15 *Candescit* Vat. sec. *Candescet* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Geticas ... pruinas* Buslid. *conversa* Oxon. sec.—16 *proluet* Florent. et quatuor-

NOTÆ

8 *Pulverulenta viæ*] Id est, via pulverulenta, via Flaminia scilicet, quæ a Flaminio strata fuerat, semper turbatur pulvere, ab euntibus et redeuntibus excitato.

13 *Hydaspes*] Fluvius Indiæ versus Orientem: quasi dicat; non fieri potest ut me oblitus sis, nisi forte pessumdata rerum natura Sol occidat in Oriente prope Hydaspen, et oriatur in Occidente prope Tartessum. Id quod est præter rerum naturam.

14 *Tartessiaco*] Tartessus est oppidum Hispaniæ Bæticæ prope Oceanum Occidentalem. Inde dicitur Tartessiacus.

15 *Geticis pruinis*] Frigoribus Geticæ regionis versus Septemtrionem.

Et si jam nostros fastidit Olybrius ignes,
Constat Oresteam nil valuisse fidem.
Quin, age, rumpe moras, remoraturusque sodalem
Absens eloquio fertiliore doce :
Crebraque fœcundos festinet litera cursus,
Labris atque animis insinuanda meis.
Dignatus tenui Cæsar scripsisse Maroni,
Nec tibi dedecori sit mea Musa. Vale.

rena lavabit se mari prohibito: et si Olybrius jam temnit amorem nostrum, certum est amicitiam Oresteam vanam extitisse. Quin potius *age, remove cunctationem* omnem, *et absens retenturus amicum tuum, edoce* illum *eloquentia facundiore: et frequens epistola intratura meum* et *os et animum* meum, *properet* per *viam sæpius.* Augustus *Cæsar dignatus* est *scribere Virgilio,* etsi homini *ignobili; et Musa quoque mea non* est *tibi dedecori. Vale.*

decim Codd. Exc. Lucens. pr. Ald. et Var. LL. e marg. Parm.—17 *Olybrius* Exc. Lucens. pr. *Olymbrius* Vat. tert. Pal. Bonon. duo Ambr. *Olimbrius* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Buslid. Moret. pr. edd. Parm. Junt. Isingr. Var. LL. ed. Antv. *ignis* Oisel.—18 *valuisse* Vat. pr. *maduisse* Vat. sec. *fides* Med. pr.—19 *remoraturusque* Vat. tert. Rott. Put. Buslid. ed. Parm. *memoraturusque* Med. sec. *moraturusque* Oisel. Florent. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. *miraturusque* Ambr. tert. *solaturusque* tres Vatt. Pal. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. *salaturusque* duo Med. inc. Heins. qui inde *resalututumque* conjiciebat.—21 *festino* Moret. pr. *facundo* Vat. pr. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *fæcundo* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *voce* Ambr. pr. m. pr. *cursu* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *cursus* Ambr. tert.—22 *Libris* tres Vatt. Pal. *Digna tuis animis* Vat. tert. Rott. Oisel. Petav. sec. *Libris atque animis* duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *insinuando* Vat. pr. Ambr. pr. Buslid. *insinuata* Put. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—23 *Dignatur tenui* Var. LL. e marg. Parm. *merui* Petav. pr.—24 *Nec tibi dedecori Musa futura v.* Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *Et tibi d. M. futura* vet. Gyr. *Et tibi dedecori non mea Musa* Oxon. sec. *Nec tibi d. scribere* Med. sec. *scribere? Musa v.* Vat. tert. Rott. *jam mea M.*

NOTÆ

Meroë] Insula quam Nilus efficit, vulgo *Guegere*, regio calidissima.

16 *Ursa*] Alias Calisto, Lycaonis filia, amata a Jove, in ursam mutata, et in Cœlum translata; sed Juno zelotypa rogavit Tethyn, ne sineret eam sese lavare in mari, instar aliorum siderum.

18 *Oresteam*] Pylades et Orestes inter fidissima amicorum paria memorantur.

20 *Doce*] Doce me, et narra aliquid ex rebus tuis, quibus tu absens me remoreris et detineas.

21 *Fæcundos cursus*] Properet et repetat viam sæpius, adeo ut cursus ejus repetitus ac fœcundus, seu potius epistola frequens proficiscatur ab ingenio fœcundo.

23 *Tenui Maroni*] Si fortunam spectes; nam Virgilius magnus ingenio, facultatibus tenuis.

24 *Dedecori*] Et mea Musa non tibi dedecori sit, ut Musa Virgilii non

Moret. pr. *ni mea Musa* Ambr. tert. *non mea Musa* Vat. sec. et quint. Pal. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Buslid. *n mea* vel *sit mea* Var. LL. ed. Antv. *Et tibi d. non mea M.* vel *Nec tibi dedecori M. futura* Exc. Pat. rec.

NOTÆ

fuit dedecori Augusto, qui illum literis suis cohonestabat, sicut et Horatium, quem sic per epistolam amantius increpuit, 'Iratum me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse?'

XLII.

EP. IV. AD PROBINUM, UT SCRIBAT.

ARGUMENTUM.

Ad rescribendum invitat Probinum, qui Claudiani alter Mæcenas extitit.

Quem, precor, inter nos habitura silentia finem?
Quando dabit caras litera grata vices?

Quem silentia habebunt finem inter nos, quæso? quandonam epistolæ tuæ jucundæ

Epistola ad Probinum inscribitur simpliciter in Vat. pr. Med. pr. et quart. inc. Heins. Put. Thuan. duobus Petav. et Exc. Lucens. pr. in Moret. pr. erat *Incipit ejusdem ad Probum.* Var. LL. e marg. Parm. exhibent *Ad Probinum Cos. fratrem Olybrii.* in vet. Gyraldi *Ad Probinum, ut scribat.*
1 *hæc quem sunt* pro *inter nos* Ambr. tert. *nomen* pro *finem* Moret. pr.—2 *gratas* Oisel. Put. Petav. sec. *gratas litera nostra* Vat. tert. Rott. *caras* qua-

NOTÆ

2 *Vices*] Vicissitudinem gratam scribendi ac rescribendi; seu mutuum epistolarum commercium.

Me timidum, vel te potius dixisse superbum
  Convenit? alterius crimen utrumque tenet.
Transfluxere dies, et dum scripsisse priorem
  Pœnitet, æternas itur in usque moras.
Sed quid agam? cœpisse vetat reverentia vestri:
  Hinc amor hortatur scribere: vincat amor.
Fors juvat audentes, prisci sententia vatis:
  Hac duce non dubitem, te reticente, loqui:
Audax ut, si quid vates peccasse videbor,
  Arguar, ingrati non subiturus onus.

reddent mutuum alloquium, idque dulce? An decet appellare me pavidum, vel potius te arrogantem? Culpa alterutrius nostri *condemnat* nos *ambo. Dies effluunt, et dum piget me primum scribere* tibi, *devenio usque ad cunctationes sempiternas. At quid faciam?* Inde meus *erga te cultus prohibet incipere, hinc* meus erga te *amor exhortatur scribere:* necesse est *amor superet. Fortuna favet audentibus, effatum est Poëtæ Cei: hac favente* fortuna *non cunctabor loqui,* etiam *te silente: ut si quid* ego tanquam *Poëta videbor delinquere, condemner* quasi *temerarius;*

tnor Vatt. Pal. *catas litera grata* Oxon. sec. *caras litera grata* duo Med. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Thuan. Petav. pr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *gratas litera grata* Med. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *grata* Put. Petav. sec. Buslid. Var. LL. ed. Antv.—3 *tumidum* Vat. sec. *tibi te* pro *vel te* Buslid. *potui* Exc. Pat. rec. *didicisse* pro *dixisse* Petav. sec.—4 *uterque* Moret. pr. unde *uterne* conjiciebat Heinsius, vel *utrumque premit.*—5 *Ter fluxere* duo Vatt. *jam* pro *dum* Moret. pr. *minorem* pro *priorem* Buslid.—7 *vetet reverentia* Ambr. tert. *nostri* Pal. Med. quart. Moret. pr. vet. Gyr. *veri* duo Vatt.—8 *hortatur amor* Pal. Med. quart. *vincit amor* duo Vatt. Pal. duo Med.—9 *Sors* Bonon. Buslid. *prisci* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Oxon. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *socii* Exc. Lucens. pr. *Cæi* Ambr. tert. *Chii* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Thuan. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. pr. ed. Parm. *Cei* Var. LL. ed. Antv. Gesn. et ed. Bipont.—10 Hic et seq. versus desideratur in Vat. tert.—11 *Audax ut, si quid* ed. Parm. *Audax et si quid* Med. sec. m. pr. *Audax aut aliquis* Moret. pr. *Audax aut si quid* Var. LL. e marg. Parm. *Audax aut siquidem p. p. videbor* Buslid. *Audax aut si quid penitus p. videtur* duo Vatt. Oisel. *Audax haud si quid p. p. videtur* Vat. quint. *Aut si quid vates p. p. videbor* Vat. pr. Pal. *vates* duo Med. Exc. Pat. rec. m. sec. Sched. Gud. *videbor* Thuan. Buslid. Ambr. tert. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *videtur* Oxon. sec. *ludetur* Put. *videtur* vel *fatetur* Rott.—12 *Arguat* Vat. sec.

NOTÆ

3 *Me timidum*] Timiditas in me, et superbia in te nos ambo condemnat, et tenet ut reos.

9 *Fors juvat audentes*] Ennius: 'Fortibus est fortuna viris data.' Virg. 'Audentes fortuna juvat.' Plutarchus: ἀρχὴ γὰρ τοῦ νικᾷν τὸ θαῤῥεῖν, *initium victoriæ est audacia.*

Prisci vatis] Alii legunt *Cei vatis.* Simonides ille fuit ex insula Ceo oriundus: fuit ille efficax in fletu excitando, unde Catullus, 'Mœstius lacrymis Simonideis.'

11 *Audax*] Ut si quid peccem ni-

Romanos bibimus primum te Consule fontes,
Et Latiæ cessit Graia Thalia togæ :
Incipiensque tuis a fastibus omina cepi,
Fataque debebo posteriora tibi.
Ergo lacessitus tandem rescribe roganti,
Et patria florens sorte, Probine, vale.

neque tamen *passurus probrum ingrati* animi. *Primo, te Consule, potavimus fontes Latinos, et Musa Graia concessit togæ Romanæ, et exordiens a tuo Consulatu, accepi* felix *præsagium, et debebo tibi fatum* meum *sequens. Igitur* tu *provocatus responde tandem* aliquando *precanti, et vale,* o *Probine, fruens felicitate paterna.*

Pal. duo Med.—13 *primum* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *primo* edd. Parm. Junt. Isingr. Colin. Gryph. Pulm.—14 *Latiæ grata* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Thuan. Petav. sec. Buslid. Exc. Lucens. pr. *Latiæ cessit Graja* Var. LL. e marg. Parm. *accessit* Vat. pr. Ambr. tert. Vat. Livin. *grata* Oisel. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv.—15 *Inripiensque* Oxon. sec. *tuis a fascibus* Med. quart. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Gesn. et ed. Bipont. *a fastibus* Vat. pr. Pal. Oisel. Med. pr. Ambr. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *affatibus* Vat. tert. Rott. Petav. pr. Oxon. sec. *omina* Med. quart. Livin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *omnia* Pal. Oxon. sec.—16 *debebo* Med. quart. Thuan. duo Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. *delebo* Vat. tert. Pal. Oisel. Oxon. sec. *jam potiora* Thuan. deerat autem hoc distichon Vat. pr. et quart.—18 *florens:* hæc vox deerat Pal. et duobus Med. *Propine* Buslid. *propina* Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

mis audendo, more Poëtarum, arguar ceu temerarius, sed non tamen ut ingratus.

13 *Bibimus*] Te Consule incepimus versus Latinos componere, et sic bibimus fontes Romanos.

14 *Thalia*] Una ex Musis, ἀπὸ τοῦ θάλλειν, *florere*, quod Poëtarum gloria et datæ a Poëtis laudes in dies magis efflorescant. Quasi dicat, Musa Græca, seu studia nostra Græca, cesserunt togæ Romanæ seu studiis Latinis, dum Consul esses. Etenim studiis Græcorum te auctore relictis, cœpi condendis Latinis versibus operam dare.

15 *A fastibus*] Alii legunt *fascibus*, id est, a tuo consulatu; qui prædicatur supra, de Consulatu Probini, &c.

16 *Debebo*] Alii legunt, nec male, *Fataque se debent prosperiora tibi.* Quasi diceret, Tibi quicquid sum debeo.

XLIV.

CL. CLAUDIANI

EIDYLLIA.

1. PHŒNIX.

ARGUMENTUM.

Phœnici quæ regio habitetur; quæ sint ejus natura, alimenta, pulchritudo, mors, cunabula, comitatus, et alia munera.

Oceani summo circumfluus æquore lucus
Trans Indos Eurumque viret, qui primus anhelis

Sylva circumfusa aquis extremi Oceani virescit ultra Indos et Eurum, quæ

In Med. pr. desideratur hoc carmen. *Phœnix* inscribitur in Bonon. et Lucens. pr. in Vat. pr. et Moret. pr. erat, *Incipit Phœnix*. inc. Heins. *de Phœnice;* Var. LL. e marg. Parm. *de Phœnice ave* inscribunt. in Put. non erat inscriptio. Heinsius hic duos novos adhibuit codices, alterum Vaticanum chartac. n. 5346. quem litera A notaverat; alterum Bibliothecæ Hafniensis, itidem chartaceum, litera B ab ipso notatum.

1 *lucus* vel *Nilus* Ambr. pr.—2 *volat* pro *viret* Vat. tert. m. pr. *hanelis* Var.

NOTÆ

Scaliger hoc opus pro *luculentissimo Poëmatio* reputavit.

Eidyllia] Εἰδύλλια, vel *Idyllia*, a voce εἶδος, *species*, sunt parva Poëmata, quæ novam semper speciem, novum argumentum tractant.

Phœnix] Hæc avis describitur: de qua multa 'incerta, et fabulosis aucta.' Tacitus. Alii in Ægypto, alii in Assyria; hi in Arabia, illi in India degere asserunt: omnes, cum hanc avem depingunt, tam parum sibi constant, ea ut fabulosa et Poëtarum propria esse videatur.

2 *Eurum*] Ventum Eoum, seu ventum ab Oriente flantem.

Solicitatur equis; vicinaque verbera sentit,
Humida roranti resonant cum limina curru,
Unde rubet ventura dies, longeque coruscis
Nox afflata rotis refugo pallescit amictu.
Hæc fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit, Solisque plaga defensus iniqua
Possidet intactas ægris animantibus oras;
Sæva nec humani patitur contagia mundi:
Par volucer Superis; stellas qui vividus æquat

sylva *prima tangitur* ab *equis anhelantibus* Solis, *et tangitur* quoque *flagello finitimo, cum porta uda personat curru roscido, ex qua* porta *lux nascitura rubescit, et procul nox percussa rotis micantibus, pallet veste evanescente. Avis Solaris* Phœnix *felix nimis habitat hanc oram, et tectus regione Solis inaccessa, tenet tractus haud calcatos animalibus miseris, neque fert contagionem crudelem contubernii hominum: avis similis Diis; quæ vivax æquiparat sidera vivendo,*

LL. ed. Antv.—3 *aquis* pro *equis* Petav. pr. *sensit* Ambr. pr.—4 *Vivida* pro *Humida* Oisel. *conanti* pro *roranti* Buslid. *cui* Vat. A. *lumina* Vat. sec. et D. Ambr. tert. Petav. sec. Buslid. Hafn. cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *casu* Vat. sec. *cursu* duo Vatt. Rott. Hafn. Buslid. Florent. Moret. pr. Med. sec. Put. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—5 *Inde* pro *Unde* conjiciebat Heinsius. *jubet* pro *rubet* Buslid.—6 *rotis* vel *nothis* Rott. *Hic* Hafn. Med. sec. Buslid. Ambr. tert. *Nec* Exc. Lucens. pr. —7 *Junonius ales* Sched. Gud.—8 *Regna tenet* Ambr. tert. *solis* Oisel. *solusque* Vat. pr. Ambr. pr. m. sec. *Solisque* duo Vatt. item A. et D. Rott. Hafn. Florent. Med. sec. inc. Heins. duo Ambr. Put. duo Petav. Moret. pr. m. pr. Oxon. sec. cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *plaga:* deerat hæc vox Med. sec. qui *defensus inique* exhibet.—9 *intactis* Vat. tert. *alitibus* Buslid. *animalibus* Vat. tert. *animantibus* Vat. A. Hafn. inc. Heins. *herbas* pro *oras* Petav. pr.—10 pro *Sæva* Heinsius *Læva* vel *Scæva* conjiciebat. *patrii* pro *patitur* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *mundum* Buslid.—11 *volucres* Vat. pr. Oisel. *volucrum* Exc. Pat. rec. *qui stellas* Ambr.

NOTÆ

3 *Verbera sentit*] Ex Claudiano Phœnix degit in eo loco, qui propius tangitur iisdem verberibus, quibus Sol impellit equos dum exoritur.

6 *Nox afflata rotis*] Nox percussa velut vento et agitatione rotarum currus Solis, vel afflata et expulsa anhelitu equorum Solis rotas micantes trahentium, pallet et evanescit. Nox pingitur cum veste nigra.

7 *Titanius ales*] 'Sacrum Soli id animal.' Tacitus. Sol autem dicitur aliquando *Titan*, et *Titanius* idem est ac solaris.

8 *Plaga iniqua*] Defensus Phœnix ab insectatione hominum, quia degit in regione iniqua, hoc est, nimis calida ob Solis propinquitatem, quæ ab hoc loco arcet homines.

9 *Possidet intactas*] Venit tamen in orbem hominibus habitatum; nam hæc avis visa in Ægypto, ex Tacito, et in aliis locis.

Ægris animantibus] Bene, animalia quippe videntur nata ad ferendos morbos devorandasque molestias: unde et apud Virgilium sæpe 'mortalibus ægris.'

Durando, membrisque terit redeuntibus ævum;
Non epulis saturare famem, non fontibus ullis
Assuetus prohibere sitim: sed purior illum
Solis fervor alit, ventosaque pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.
Arcanum radiant oculi jubar: igneus ora
Cingit honos: rutilo cognatum vertice sidus
Attollit cristatus apex, tenebrasque serena

et consumit vitam corpore renovato: non solita sedare jejunium cibis, non extinguere sitim ullis aquis; at calor purior Solis nutrit illam avem, *et* hæc *degustat nutrimentum tenue Tethyos, accipiens dapes vaporis innoxii. Oculi* Phœnicis *emittunt radios secretos: decor* quidam *flammeus ambit rostrum* ejus; *vertex* elatus *cristis repræsentat culmine micanti astrum simile*, Solem, *et findit cali-*

pr. *qui vita* Buslid. *stella qui* Oxon. sec. *invidus* Ambr. pr. Sched. Gud.—12 *Durandum* inc. Heins. *Purando* Exc. Lucens. pr. duo vero seqq. versus desunt in Buslid.—15 *Talis fervor* pro *Solis fervor* Med. sec. *ventosque et* Vat. D. *pabula* Ambr. pr. *pupula* Oxon. sec. *libat* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Pat. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. *portat* Petav. sec. *potat* tres Vatt. item A. et D. Hafn. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—16 *innocuit* Vat. pr. Oisel. *carpit* Florent. *capiens* Cod. Epigr. Ambr. *pavoris* Vat. tert.—17 *igneus ori* Petav. pr.—19 *crispatus*

NOTÆ

12 *Durando*] Tacitus: 'De numero annorum varia traduntur. Maxime vulgatum quingentorum spatium: sunt qui asseverent mille quadringentos sexaginta unum interjici,' &c. Claudianus huic dat mille annos: Herodotus quingentos et quadraginta: Philostratus sexcentos: alii plus aut minus. Apud Lucianum φοίνικος ἔτη, *Phœnicis anni*, longiorem vitam designant.

15 *Fervor*] Phœnix fovetur benigno calore Solis, et ventoso seu tenui vapore maris, quod alimentum innocuum est et benignum, et nullius impensa accipiendum. Ovidius vero de Phœnice: 'Nec fruge, nec herbis, Sed thuris lacrymis, et succo vivit amomi.' Sed quis extitit 'qui viderit vescentem?' Apud Plinium id negat 'primus atque diligentissimus togatorum Manilius.'

16 *Tethyos*] Hæc est Dea maris: ponitur pro ipso mari.

17 *Radiant jubar*] Radiant ob jubar scilicet, sic Græci intelligunt sæpius κατά. Emittunt nempe radios quosdam arcanos Soli similes. Non dissimilis est Plinius. 'Aquilæ,' inquit, narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus, cœruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo apice cohonestante.'

17 *Igneus honos*] Ignis quidam, qui conciliat honorem et pulchritudinem Phœnici. Solinus: 'Avis Phœnix Aquilæ magnitudine, capite honorato in conum plumis extantibus.' Herodotus autem τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δ' ἐρυθρά: hujus Phœnicis *alarum hæ flavæ, illæ rubræ.*

Luce secat: Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant Zephyros pinnæ, quas cœrulus ambit
Flore color, sparsoque super ditescit in auro.
Hic neque concepto fœtu, nec semine surgit:
Sed pater est prolesque sibi, nulloque creante
Emeritos artus fœcunda morte reformat,
Et petit alternam totidem per funera vitam.
Namque ubi mille vias longinqua retorserit æstas,

ginem lumine corusco: crura ejus *distinguuntur colore purpureo: alæ superant ventos, quas* alas *color cœruleus cingit flore* velut quodam, *et locupletatur in auro superfuso. Hic* Phœnix *neque producto fœtu, neque nascitur* ex *semine, sed est sibi pater et filius, et nullo generante renovat morte genitali corpus senile, et repetit alterne tot vitas,* quot passus est *mortes. Etenim postquam æstates longæ redierunt per vias*

Vat. sec.—20 *locat* pro *secat* Petav. sec. *serenas* duo Vatt. Cod. Epigr. Ambr. —21 *Antevolat* Med. sec. *Antevolat Zephyros.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Vat. sec. *Zephyrum* Vat. pr. Put. Vat. Livin. *Zephyros* Var. LL. e marg. Parm. *primæ* pro *pennæ* Vat. pr. *pinnæ* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qua cærulus* Vat. sec. *sed cærulus* Buslid.—22 *Ore color* Vat. tert. Rott. Florent. *calor* Bonon. *sparsoque super* Var. LL. e marg. Parm. *simul* pro *super* Vat. pr. et tert. Med. sec. Vat. Livin. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. Sched. Gud. ed. Parm. *super* vel *nitens* inc. Heins.—23 *Sic neque* Buslid. *Hic nec* Vat. sec. Exc. Lucens. pr. *secum* pro *fætu* Oisel. Med. sec.—24 *prolesque suis* Oisel. Med. sec. *s* Exc. Lucens. pr. *sibi* tres Vatt. item A et D. Hafn. Rott. Florent. inc Heins. Bonon. Put. duo Petav. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Oxon. sec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—25 *Et meritos arcus* Med. sec. *fecunda in morte* Vat. pr.—26 *post funera* Moret. pr.—27 *Jamque ubi* Vat. quart. *millenas* pro *mille vias* Buslid. *longæva* Vat. A.

NOTÆ

20 *Secat*] Findit tenebras easque dissipat crista radianti.

Tyrio veneno] Colore rubro qui similis est purpureo, qui fit ex veneno urbis Tyri in Phœnicia, in qua urbe purpura exquisitior.

21 *Zephyros*] Rex ille avium superat velocitate ventos. Zephyri ponuntur pro ventis in genere.

Cœrulus flore color] Alii legunt, *quas circulus ambit Floricolor,* id est, circulus florei coloris.

22 *In auro*] In colore flavo, et auri æmulo.

23 *Hic neque concepto fœtu*] Non Phœnix nascitur ex fœtu aliquo quem foverit alia avis, aut semine effuso instar aliarum volucrum; sed nascitur ex verme, qui oriatur ex ossibus et medullis veteris Phœnicis, ut vult Plinius, vel ex combusti Phœnicis cinere, ut vult Philostratus. Recentiores Philosophi, si Phœnix revera sit, contendunt nasci ex semine, quod conservetur inter flammas et cineres, et ex quo exsurgat alius Phœnix. Unde ejus castitatem prædicat Lactantius: 'Sola inter volucres nec mas nec fœmina, sexu Sola caret, Veneris sola aversatur honores.'

25 *Emeritos*] Artus functos vitæ officiis.

Tot ruerint hyemes, toties ver cursibus actum,
Quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras:
Tum multis gravior tandem subjungitur annis,
Lustrorum numero victus: ceu lassa procellis
Ardua Caucasio nutat de culmine pinus,
Seram ponderibus pronis tractura ruinam.
Pars cadit assiduo flatu: pars imbre peresa
Rumpitur: arripuit partem vitiosa vetustas.
Jam breve decrescit lumen, languetque senili

mille, et *hyemes mille præteritæ sunt*, et *toties ver absolvit curriculum* millesimum, et *attulerit agricolis* folia *umbrosa*, *quæ autumnus abstulerit: tunc* Phœnix *oppressus annis plurimis tandem superatur, fractus multitudine lustrorum: quemadmodum pinus alta fatigata tempestatibus labat ex vertice Caucasio, sensura casum tardum* sua *mole proclivi*. *Pars* navis *ruit vento continuo: pars consumta pluvia dissilit: antiquitas cariosa rapit partem* alteram. *Jam exilis fulgor* Phœnicis minui-

recesserit Buslid. Var. LL. ed. Antv. *retorserit* vel *recesserit* Rott. *retorserit* probat Heinsius, qui ascripserat, sic *redeuntia sæcula* dixit Claudian. Cons. Olybr. vs. 2. *ætas* Vat. pr. et D. Med. sec. Bonon. Exc. Pat. rec. m. sec. *ætas* vel *æstas* Buslid.—28 *Tot ruerint* Vat. A. Bonon. Ambr. tert. Petav. pr. m. sec. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Tot fuerint* Vat. pr. Oisel. Med. sec. *Torruerit* inc. Heins. *Torruerint* Vat. tert. et D. Rott. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Petav. sec. et pr. m. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *Corruerint* Put. *Horruerint* Vat. sec. et quart. Florent. *Torruerint toties acta nec cursibus hiems* Buslid. *homines* pro *hiemes* Petav. sec. *quoties* Oisel. *totidem* legit Heinsius, qui ascripserat locum B. Get. 165. *auctum* inc. Heins. Put.—29 *tulit* Var. LL. e marg. Parm. *dedit* Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. ed. Parm.—30 *Tum multis* Bonon. Put. duo Petav. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Trans* Florent. *subjungitur* quatuor Vatt. et D. Buslid. Ald. *submergitur* Ambr. pr. *subducitur* Vat. A. *undis* pro *annis* Put. *horis* Ambr. pr. m. pr.—31 *victus numero* Ambr. tert. *lapsa procellis* Vat. sec. inc. Heins. Petav. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—32 *nutet* Cod. Epigr. Ambr. *vertice* Vat. pr. et D. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. *culmine* tres Vatt. et A. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—33 *pronam* Buslid.—34 *fluctu* pro *flatu* Vat. tert. Rott. Florent. *perosa* Florent.—35 *abrumpit* Hafn. Ambr. tert. *arumpit* Buslid. *arripuit* Florent. Med. sec. inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Put. duo Petav. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *abripuit* Vat. pr. et A. Oisel.—36 *Jamque ubi decrescit* Vat. A. vet.

NOTÆ

29 *Umbras*] Ver dat folia, quæ faciunt umbras.

30 *Subjungitur*] Alii legunt *subducitur*, nec male.

32 *Caucasio*] Caucasus est mons Scythiæ.

33 *Ponderibus pronis*] Pronis et proclivibus ad cadendum.

35 *Vitiosa vetustas*] Non vetustas vitiosa est, sed arborem facit vitiosam atque cariosam.

Segnis stella gelu: qualis cum forte tenetur
Nubibus, et dubio vanescit Cynthia cornu.
Jam solitæ medios alæ transcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo. Tunc conscius ævi
Defuncti, reducisque parans exordia formæ,
Arentes tepidis de collibus eligit herbas,
Et cumulum texens pretiosa fronde Sabæum
Componit bustumque sibi partumque futurum.
Hic sedet, et blando Solem clangore salutat
Debilior, miscetque preces, ac supplice cantu

tur; et oculi debiles emoriuntur frigore senectutis: qualis Luna est, *cum forte impeditur nebulis, et evanescit cornu ambiguo. Jam pennæ* ejus *assuetæ transvolare nubes medias, vix attolluntur ex terra infima: tum* ille *sciens ætatem* suam *præteritam, et præparans principia vitæ rediture, seligit gramina sicca ex collibus tepentibus, et aggerans acervum Sabæum* ex *foliis exquisitis, exstruit sibi et rogum et cunabula futura. Hic* Phœnix *incubat, et languidior adorat Solem voce blandiente, et adjungit precationem, et carmine rogante petit ignem daturum* sibi *vigorem*

Gyr. Exc. Lucens. pr. *Debile* pro *Jam breve* conjiciebat Heins.—37 *Multum* pro *Segnis* Buslid. *signis* Var. LL. e marg. Parm: *stela* Hafn. *stila* Cod. Epigr. Ambr. *stella* Vat. pr. sec. et D. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *stilla* Vat. quart. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qualis cum* Var. LL. e marg. Parm. *quin et cum* Buslid. *quamvis tum* ed. Parm.—38 *clivo* pro *dubio* Med. sec. *Cynthia motu* Vat. tert. m. pr.—39 *medis alæ* Vat. sec. *transcendere* Vat. A.—40 *Vix una* Moret. pr. *tum* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Lucens. pr.—41 *parat* Vat. tert. *famæ* Vat. sec. *vitæ* Petav. pr. — 42 *Ardentes* Vat. D. Florent. *Arcentes* Oxon. sec. *Zephiri* pro *tepidis* Ambr. tert.—43 *tumulum* duo Vatt. et D. Rott. Hafn. Med. pr. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—44 *Componit* Vat. A. *Et ponit* Vat. tert. *Composuit* Moret. pr. *parcumque* Vat. sec.—45 *Hæc* Vat. sec. Cod. Epigr. Ambr. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *blando Solem* Oisel. inc. Heins. *magno Solem* Bonon. duo Petav. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *magno sedem* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *Solem* Florent. Med. sec. *magno* tres Vatt. item A. et D. Hafn. Rott. Florent. *clamore* Vat. sec. Petav. pr. *clangore* Vat. pr. et tert. item D. Rott. Oisel. *magno clangore* Vat. Livin. *magno clamore* Buslid.—46 *ac supplice* Med. sec. Vat. Livin. *a supplice*

NOTÆ

37 *Stella*] Oculus, qui sideris instar micabat, languet propter imbecillitatem senectutis frigentis. Alii legunt, *stilla*, id est, gutta sanguinis.

38 *Dubio cornu*] Quod vix et dubio aspectu jam videtur.

Cynthia] Quæ et Luna et Diana est, sic dicta a monte Deli Cyntho, ubi nata est.

40 *Ævi defuncti*] Quo defunctus est.

42 *Herbas*] Colligit cinnama et alia ligna odorifera.

44 *Bustum*] Quasi bene ustum.

Partum] Componit cunas, in quibus de novo pariatur, ex sui ipsius cinere fœcundo ac genitali.

45 *Clangore*] Phœnici blandam esse vocem canit Lactantius, et quam 'neque olor moriens imitari posse

Protinus ad Nilum Manes sacrare paternos,
Auctoremque globum Phariæ telluris ad oras
Ferre juvat. Velox alienum tendit in orbem,
Portans gramineo clausum velamine funus.
Innumeræ comitantur aves, stipantque volantem
Alituum suspensa cohors. Exercitus ingens
Obnubit vario late convexa meatu.
Nec quisquam tantis e millibus obvius audet
Ire duci; sed regis iter fragrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis
Bella movent: commune facit reverentia fœdus.
Talis barbaricas flavo de Tigride turmas

parvo intervallo terminos vitæ duplicis. Statim placet illi Phœnici *consecrare ad Nilum cineres patrios, et portare ad regiones terræ Ægyptiæ cumulum formatorem sui. It celer in tractus peregrinos, gestans cadaver inclusum* in *tumulo herbeo. Volucres innumerabiles comitantur* illum, *et caterva avium pendula* in aëre *cingunt* illum *volitantem. Magnum agmen* avium *simul vectum via diversa circumdat* illum *late. Neque ulla* avium *ex tanta multitudine audet obviam ire* suo *ductori, sed colunt viam Regis bene olentis. Non accipiter sævus, non ipse armiger Jovis indicunt* sibi *bellum.* Eorum *metus* in illum *parit amicitiam communem. Rex Parthorum similis ducit cohortes barbaricas ex* ora *Tigridis flaventis.* Hic Rex

medicus inc. Heins.—72 *mores* pro *Manes* inc. Heins. Put. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *morem* Buslid. qui et *paternas* exhibet.—73 *Actoremque* Vat. sec. et D. Bonon. Buslid. Oxon. sec. *ab ora* Moret. pr.—74 *felix* pro *velox* Oxon. sec. *tendit* Buslid. Ald. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. *pergit* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. ed. Parm.—75 *clarum* ed. Parm. *clausum* Var. LL. e marg. Parm.—76 *glomerantur* pro *comitantur* Moret. pr. *stipantque* Bonon. *spissatque* Buslid. *stipatque* quatuor Vat. et A. Oisel. *volantum* Moret. pr. *volantes* Florent.—77 *stupefacta cohors* Ambr. tert.—78 *longe* inc. Heins. *volatu* pro *meatu* Ambr. tert.—80 *ducis* Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *fragrantis* Ambr. tert. Hafn. *flagrantis* quatuor Vatt. et A.—81 *armiger ille* Petav. sec.—82 *Bella movet* Vat. pr. et quart. Bonon. Ambr. pr. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. *Bella facit* Med. sec.—83 *barbarias* Voss. *fluvio*

NOTÆ

vitam senis, et vitam juvenis: quas vitas exiguas ignis separat.

72 *Ad Nilum*] Mela: Phœnix, 'cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa myrrha in Ægyptum exportat, atque in urbem quam Solis appellant, fragrantibus nardo bustis inferens, memorando funere consecrat.' Hinc Phœnix symbolum est magnæ in parentes pietatis. Tacitus dicit, Phœnici 'primam adulto curam sepeliendi patris.'

75 *Gramineo velamine*] Velut in tumulo, fragrantibus scilicet nardo bustis.

76 *Comitantur*] Tacitus: it Phœnix 'multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium.'

81 *Armiger Tonantis*] Aquila armigera Jovis.

83 *Flavo de Tigride*] Flavo ob messes, vel ligna odorifera.

Ductor Parthus agit: gemmis et divite cultu
Luxurians sertis apicem regalibus ornat.
Auro frænat equum, perfusam murice vestem
Assyria signatur acu, tumidusque regendo
Celsa per famulas acies ditione superbit.
Clara per Ægyptum, placidis notissima sacris,
Urbs Titana colit; centumque accline columnis
Invehitur templum Thebæo monte revulsis.
Illic, ut perhibent, patriam de more reponit

superbiens gemmis et ornatu pretioso, decorat caput floribus regiis. Premit equum fræno *aureo,* habet *vestem tinctam purpura,* eamque *distinctam acu Assyria, et tumescens imperio* suo, *ostentat se potestate* sua *alta per cohortes obedientes* sibi. *Urbs illustris in Ægypto, celebratissima sacrificiis tranquillis, adorat Solem; et* Phœnix *evolat* in *templum sublime centum columnis recisis* ex *monte Thebæo. Illic, ut aiunt, collocat sepulcrum patris* sui, *et colens vultum* Solis *Dei domini* sui, *jam*

quatuor Vatt. et A. Rott. Oisel. *flavo* Hafn. Ambr. tert.—84 *Doctor* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Ductor* Vat. Livin.—85 *Luxurians stratis* Exc. Pat. rec. *ornant* Var. LL. ed. Antv.—86 *permusa* Med. sec. *perfusam* Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. *pompam* pro *vestem* Vat. tert. m. pr. *perfusa veste* Vat. A. qui seq. versum non habet. *perfusaque murice vestis* Vat. sec.—87 *signatur equo* inc. Heins. *tumidusque* Med. sec. inc. Heins. duo Ambr. duo Petav. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *tumidasque* edd. Parm. Isingr. Colin. Gryph.—88 *Celsaque* Vat. sec. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *Alta per famulas* inc. Heins. *per Tyrias* Vat. tert. Rott. Florent. *famulus* Med. sec. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Put. duo Petav. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. —89 *sacrum* Parm.—90 *fultumque* pro *centumque* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *immane* tres Vatt. et A. Hafn. Rott. *accline* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. Heinsius ascripserat: 'sic *acclinis tumulo* Stat. v. Silv. Epicedio in Patrem vs. 36. et Epicedio in Filium 26. *Acclinis scopulo* Val. Flacc. Lib. II. 92. quod perperam Carrio mutavit. vid. B. Get. 487. IV. Cons. Hon. 139.'—91 *Thabeo* Hafn. *Thabæo* Ambr. tert. *Thebano* tres Vatt. et A. Oisel. *Hebano* Vat. pr. *Titano* Buslid. *in monte* Cod. Epigr. Ambr. *revulsum* Cod. Epigr. Ambr. *revulsus* Var. LL. ed. Antv.— 92 *patrio* tres Vatt. Oisel. Hafn. Florent. Med. sec. inc. Heins. Ambr. tert.

NOTÆ

90 *Urbs Titana colit*] Intelligenda est *Heliopolis,* seu urbs Solis in Ægypto, in quam Phœnix advolare dicitur, et ossa pristini corporis, velut placido quodam sacrificio, consecrare. Idque ex Æliano facit quingentesimo quoque anno, Φοίνικες, ait, συμβάλλειν ἐτῶν πεντακοσίων ἴσασιν ἀριθμὸν, μαθηταὶ φύσεως τῆς σοφωτάτης ὄντες: *Phœnices numerare sciunt quingentorum annorum numerum, sapientissimæ naturæ facti discipuli.*

91 *Thebæo monte*] Monte prope Thebas Ægyptias, qui marmore commendatur.

92 *Patriam congeriem*] Reliquias lignorum, quibus pristinum corpus consumtum est.

Congeriem, vultumque Dei veneratus herilem
Jam flammæ commendat onus: jam destinat aris
Semina reliquiasque sui. Myrrhata relucent
Limina: divino spirant altaria fumo:
Et, Pelusiacas productus adusque paludes,
Indus odor, penetrat nares, completque salubri
Tempestate viros; et nectare dulcior aura
Ostia nigrantis Nili septena vaporat.
O felix, hæresque tui! quo solvimur omnes,
Hoc tibi suppeditat vires: præbetur origo
Per cinerem: moritur te non pereunte senectus.

tradit fascem suum *igni: jam consecrat altaribus principia et reliquias sui* ipsius. *Templum* plenum *myrrha micat: aræ emittunt fumum divinum: et odor Indicus dispersus usque ad paludes Pelusiacas titillat nares, et perfundit viros nube salutari, et aura* odoris *suavior ambrosia replet septem ora Nili nigri.* O Phœnix *fortunate, et successor tui* ipsius! *hoc* letum *quo nos omnes dissolvimur, ministrat tibi vigorem: nativitas datur tibi per cinerem; senectus* tua *defecit, te non deficiente.*

Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. *patrio perhibent* Put. Var. LL. ed. Antv.—93 *vultumque nimis* Buslid. *veneratur* Med. sec. *veneratus* Sched. Gud. *veneratus* vel *comitatus* inc. Heins.—94 *destinat ultro* Buslid.—95 *mirata* quatuor Vatt. et A. Hafn. Rott. Oisel. Oxon. sec. quod tuetur Barth.—96 *Lumina* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Ambr. tert. Put. duo Petav. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *spumant* Vat. tert. Put. *Phœbo* pro *fumo* Vat. sec. m. pr.—97 *perductus* Vat. A. Ambr. tert.—98 *Provenit Indus odor* Moret. pr. *Pervenit intus odor.* Vat. quart. *Pervenit Indus odor. penetrat* duo Vatt. et A. Hafn. Rott. Var. LL. e marg. Parm. *Indus odor penetrat nares* Vat. pr. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. Vat. Livin. ed. Parm.—100 *migrantis* Med. sec. Var. LL. ed. Antv. et ita Heinsius legebat ascripto loco IV. Cons. Honor. 488. *stagnantis* legit Gevart. MS. ad Stat. p. 182. ed. Gronov.—101 *solvitur omnis* Put.—102 *Hæc, tibi* Moret. pr. *suppeditant* tres Vat. Rott. Oisel. Oxon. sec. Moret. pr. *suppeditat* inc. Heins. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—103 *nec te moritur*

NOTÆ

95 *Semina reliquiasque sui*] Cineres et ligna, in quibus sunt reliquiæ corporis mortui, et principia corporis victuri.

Myrrhata limina] Alii legunt, *mirata relucent Limina*, id est, ipse ignis, ipse Vulcanus miratur res tantas, et pleniore luce micat.

97 *Pelusiacas*] Pelusium est oppidum in extrema Ægypti ora, unde et unum ex ostiis Nili dicitur Pelusiacum.

99 *Tempestate*] Nube, fumo odorato.

100 *Nigrantis Nili*] Pinguis ob nigras aquas. Virgilius: 'Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.'

Vaporat] Vapore quodam tingit, consecrat.

101 *Quo solvimur*] Mors, qua morimur, dissolvimur, obimus, tibi dat vires.

Vidisti quodcumque fuit: te sæcula teste
Cuncta revolvuntur. Nosti, quo tempore pontus
Fuderit elatas scopulis stagnantibus undas;
Quis Phaëthonteis erroribus arserit annus:
Et clades te nulla rapit, solusque superstes
Edomita tellure manes. Non stamina Parcæ
In te dura legunt, non jus habuere nocendi.

Aspexisti quodcumque extitit: te spectatore omnia sæcula retorquentur: cognovisti quo tempore mare effuderit aquas intumescentes, saxis exundantibus; cognovisti *quis annus conflagrarit aberrationibus Phaëthontis, et nulla mors abripit te, et unus remanes superstes, terra victa. Parcæ non carpunt fila aspera contra te, non habent potestatem nocendi* tibi.

Buslid. *moriente superstes* Med. sec.—105 *resolvuntur* tres Vatt. et A. Hafn. Rott. Florent. inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. duo Petav. Exc. Pat. rec. m. pr. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—106 *Fuderat* Cod. Epigr. Ambr. *illatas* Med. sec. *flagrantibus* Buslid.—107 *terroribus* Ambr. tert. *asserit* Petav. sec. *affuit* Petav. pr. *amnis* Buslid. *annus* Florent. Med sec. Bonon. duo Ambr. Pat. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. in quibus et *cladis* pro *clades* extat in vs. seq. *capit* Moret. pr.—109 *Edomitus* Petav. pr. *tellure manus* Oisel.—110 *In te* Ambr. pr. *dira* Vat. pr. Ald. *diva* Petav. pr. *jura* Buslid. *dura* Florent. Med. sec inc. Heins. Ambr. tert. Pat. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *aut stamina* Vat. A. *non* ed. Parm. *nec* quatuor Vatt. Hafn. Oisel. Buslid. Var. LL. e marg. Parm. *vis* pro *jus* Moret. pr.

NOTÆ

106 *Scopulis stagnantibus*] Aqua stagnante affusis.

107 *Phaëthonteis*] De Phaëthonte supra dictum est.

109 *Edomita tellure*] Victa omni lege terræ, quæ præter solum Phœnicem recipit omnia animalia in suo sinu.

Stamina] Non Parcæ fila legunt vitæ Phœnicis, siquidem ita renascitur, ut videatur esse immortalis.

XLV.

2. HYSTRIX.

ARGUMENTUM.

Hystricis prædicatur figura, arma, pugna, calliditas, et industria in certamina, quæ tanta est, ut inde homines exempla sumserint.

Audieram, memorande, tuas, Stymphale, volucres
Spicula vulnifico quondam sparsisse volatu.
Nec mihi credibilis ferratæ fabula pinnæ
Visa diu. Datur ecce fides, et cognitus hystrix
Herculeas affirmat aves. Os longius illi

Acceperam, o Stymphale celebrande, tuas aves olim emisisse tela letifera volando: neque fabula alarum ferrearum visa est *mihi diu probabilis: en fides* huic *adhibetur, et Hystrix notus* mihi, *probat* esse tales *volucres Herculeas. Illi* Hystrici

Vat. pr. non habet hoc carmen. Med. quart. inscribit *de Histrice ave. De Histrice* Moret. pr. Lov. *de Istrice* Med. pr. *De Hystrice* Exc. Lucens. pr. *Bucusta* vet. Cod. Daniel. *De Histriçe, quem dicimus porcum spinosum* ed. Parm. in Var. LL. e marg. Parm. inscriptio deerat. de Hystrice vid. Plin. lib. VIII. c. 38. Frischlin. in Callimach. p. 26. Pantin. in Apostolium p. 319.

1 *Tymphale* duo Med.—2 *tandem sparsisse* Rott.—3 *Non incredibilis* Vat. sec. *Hæc mihi terribilis* Moret. pr. *crudelis* Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ferratæ fab. pennæ* Buslid. *furatæ fabula pinnæ* Lov. *spicula* pro *fabula* Pal. *pinnæ* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *pennæ* Vat. tert. et quart. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. m. sec.—4 *dies* Florent. *dies q* Buslid. *Histris* Buslid. *Hister* Pal. duo Med.—5 *oves* pro *aves* Florent. *longius illis* Buslid.—6 *Assimilat* Med. sec. inc.

NOTÆ

Hystrix] Hystrix, quem porcum spineum vocant, est animal spinis contextum, ex genere Herinaceorum. Hinc Isidorus: 'Hystrix, animal ex Africa Herinacei simile, vocatur a spinarum stridore, quas tergo laxatas emittit, ut canes insequentes vulneret.' Vel dicitur ὕσθριξ ab ὗς, *sus*, et θρὶξ, *pilus*.

1 *Stymphale*] Stymphalus est nomen urbis, montis, paludis, ubi erant aves illæ fatales, alis suis Solem obscurantes, quas domuit Hercules. De his alibi.

2 *Vulnifico volatu*] Aves Stymphalides in alis gerebant velut quædam spicula, quibus volando vulnerabant, id quod accidit Argonautis.

Assimulat porcum: mentitæ cornua setæ
Summa fronte rigent: oculis rubet igneus ardor:
Parva sub hirsuto catuli vestigia dorso.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Præsidio dignata feram. Stat corpore toto
Sylva minax; jaculisque rigens in prælia crescit
Picturata seges, quorum cute fixa tenaci
Altera subtraxit, alternantesque colorum
Tincta vices, spatiis internigrantibus, exit
In solidæ speciem pinnæ, tenuataque furtim

rostrum oblongius repræsentat suem: cornua falsæ setæ rigescunt in *alta fronte: vigor flammeus ardet* in *oculis* ejus: *sub dorso* ejusdem *hispido, exigui pedes* sicut *canis* parvi. *Attamen Natura dignata* est *munire munimento admirabili hanc parvam bestiam.* Spicula *minantia* instar *sylvæ attolluntur* in *toto* ejus *corpore; et seges diversa horrens telis effertur ad certamina, quorum* telorum *radix profunda affixa* in *pelle firma inhærescit, et mutans alternas vicissitudines colorum, intervallis subnigris emergit in morem spiculi solidi, et sensim minuens* sese ac *poliens, extendit*

Heins. Put. Petav. pr. Bonon. *Assimulat* Vat. tert. et quart. Pal. Florent. duo Med. Moret. pr. Ambr. tert. Buslid. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *portum* Pal. *minutæ cornua* Pal. duo Med. *felis* Vat. sec. m. sec.—7 *summe fronte* Lov. *oculos* Pal. Petav. sec. *oculos rubor igneus ardet* duo Med. ed. Parm.—9 *muro* Buslid.—10 *natura* pro *dignata* Vat. sec. *damnata* Buslid.—11 *jaculisque rugens* Lov. *ingens* Exc. Lucens. pr. *vigens* inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *minax* Ambr. pr. Moret. pr.—12 *Pictatura* id. Moret. *Picturata seges dorsum, cute fixa tenaci, Ceu vallo obtexit* vel *obtexens* leg. Heins. *teneri* pro *tenaci* Pal. duo Med.—13 *Alvum subtraxit* Ambr. tert. *Alvo subtraxit* Bonon. *Alba subattraxit* Exc. Lucens. pr. *Albas ubi traxit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Altera* duo Vatt. Pal. Oisel. Lov. Buslid. Oxon. sec. *Alvum* Vat. sec. *subtraxit* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Lov. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *subtraxi* duo Med. *substraxit* Ambr. pr. Moret. pr. *Ardua subtraxit* Cod. Epigr. Ambr. *Altera succrescit* vel *Alba subattraxit* vet. Gyr. *calori* Buslid.—14 *Cuncta neces* Rott. *Tincta* Lov. *Cincta* Vat. tert. Pal. Oisel. *Cuncta* Vat. sec. inc. Heins. *patris* pro *spatiis* Pal. *patriis* Med. quart. *internigrantibus* Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Florent. duo Med. duo Heins. duo Petav. vet. Gyr. Put. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *intermigrantibus* Bonon. Med. sec. Rott. *intus migrantibus* Var. LL. ed. Antv.—15 *solitæ* Buslid. *pinnæ* Lov.

NOTÆ

6 *Assimulat porcum*] Sunt qui capite lepori magis similem esse dicant.

Mentitæ setæ] Non enim seta revera est, ut porcorum, sed aliquid setis simile.

9 *Exiguam*] Exigua hæc fera est, licet Oppianus ipsi lupi magnitudinem affingat: μέγεθος μὲν, ὁπποῖα λύκοισι δαφοινοῖς, *est magnitudo quidem, quanta lupis cruentis.*

12 *Picturata seges*] Spicula picta varios colores referentia, et erecta instar sylvæ et spicarum segetis, paulatim decrescunt, et desinunt in acumen.

Levis in extremum sese producit acumen.
Sed non hæc acies ritu sylvestris echini
Fixa manet: crebris propugnat jactibus ultro,
Et longe sua membra regit, tortumque per auras
Evolat excusso nativum missile tergo.
Interdum fugiens, Parthorum more, sequentem
Vulnerat: interdum, positis velut ordine castris,
Terrificum densa mucronem verberat unda,
Et consanguineis hastilibus asperat armos.
Militat omne feræ corpus, vibrataque rauco
Terga fragore sonant. Stimulis accensa tubarum

se in finem acuminatum. At vero hic ordo spiculorum *non remanet affixus* in *morem echini agrestis:* Hystrix *dimicat sponte*, procul *conjectis* telis *frequentibus, et defendit procul suum corpus, et spiculum naturale contortum* ex ejus *tergo concusso, emittitur per aërem. Aliquando* Hystrix *effugiens, instar Parthorum, sauciat persequentem: aliquando, velut serie* quadam *castris dispositis, ferit multitudine magna* suorum spiculorum *gladios* venatorum, *et acuit humeros* suos *spiculis cognatis. Corpus totum bestiæ pugnat, et dorsum* ejus *impulsum resonat cum rauco fremitu.*

Ald. *solæ primæ* Ambr. tert. *pennæ* vet. Gyr. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *spinæ* Buslid. *pugnæ* Vat. tert. Florent. Med. sec. *pumæ* Med. quart.—16 *Lenis* Vat. sec. Pal. Rott. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Lov. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *producit in amnem* Vat. tert. Florent. τὸ *acumen* deerat Rott.—17 *facies* Med. sec. *achini* duo Med. —18 *manent* Epigr. Ambr. *propulsat* Ambr. tert. *præpungit* conjecerat Heins. *ictibus* Moret. pr. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *ultra* Lov.—19 *regit* Vat. sec. *tegit* Med. quart. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Moret. pr. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *tortumque* Med. sec. *totumque* Rott. Florent. duo Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec.—20 *excusso* Vat. Livin. *emisso* Buslid.—21 *sequentum* Pal. duo Med.—23 *mucronum* Exc. Lucens. pr. Heinsius conjicit *densam mucronum v. undam*, vel *Terrificum densæ mucronem everberat undæ*.—24 *consanguineos* Lov. m. pr. *cum sanguineis* duo Med. vet. Gyr. Oxon. sec. *armat* pro *armos* Buslid.—25 *virgataque* Barth.—26 *simul et* pro *stimulis* Buslid. *ferarum* Buslid. Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

17 *Ritu sylvestris echini*] Spicula in Hystrice non remanent affixa, ut in Echino sylvestri, sed ab eo ita vibrantur, ut etiam longe sese tueatur atque protegat.

23 *Mucronem verberat*] *Verberat*, ferit, repellit terribilem *mucronem*, seu gladium venatoris: *densa unda*, seu undanti et ingenti multitudine suorum spiculorum. Heinsius legit: *Terrifici densam mucronis verberat undam;* id est, retundit densam multitudinem gladiorum, quibus petitur.

24 *Consanguineis hastilibus*] Et spiculis, quæ sunt similia spiculis venatorum, acuit *armos*, seu humeros suos: vel *consanguineis hastilibus*, id est, spiculis secum natis in eodem sanguine.

Agmina collatis credas confligere signis.
Tantus in angusto strepitus furit. Additur armis
Calliditas, parcusque sui tumor, iraque nunquam
Prodiga telorum, caute contenta minari,
Nec nisi servandæ jactus impendere vitæ.
Error abest; certum solertia destinat ictum,
Nil spatio fallente modum: servatque tenorem
Mota cutis, doctique regit conamina nisus.
Quid labor humanus tantum ratione sagaci
Proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris

Putes catervas incitatas clangore tubarum decertare vexillis commissis. Tantum murmur excitatur in parvo! Astutia adjungitur his *telis, et furor parcens sibi, et ira nunquam profundens* male *spicula, satis habens sapienter minitari, et non insumere jactus* telorum, *nisi* ad *vitam conservandam. Error removetur; industria dirigit telum certum, intervallo non decipiente modum* dirigendi: *et cutis commota observat* spatium *tenendum, et moderatur conatum jactus periti. Quid industria hominum tantum protulit solerti ingenio?* homines *auferunt capris crudelibus cornua Gorty-*

tubarum Put. Lov. Petav. sec. deerat hic versus Moret. pr.—27 *cognatis* Put. *cognatis c. consurgere* Var. LL. ed. Antv. *castris* Vat. sec. *telis* inc. Heins.—28 *angusta* ed. Parm. *strepitus ferit* Put. *fuit* Ambr. pr.—29 *parcusque* Ald. *fuit* pro *sui* Pal. duo Med. *timor* duo Vatt. Pal. Oisel. *tumor* i. e. *ira* leg. Heins. *atque ita* pro *iraque* Vat. sec.—31 *jactus* Var. LL. e marg. Parm. *tantus* Florent. *cautus* Vat. tert. *tractus* Vat. sec. Pal. Rott. Oisel. tres Med. Heins. H. et inc. ejusd. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv.—32 *Terror* Vat. pr. Pal. duo Med. duo Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *habet* Oisel. *totum* pro *certum* inc. Heins. *circum* Cod. Epigr. Ambr.—33 *fallatque tenorem* Put. *timorem* Vat. sec.—34 *Mota* Oisel. m. sec. *Muta* duo Vatt. Pal. *Mixta* Var. LL. ed. Antv. *regit* Lov. Buslid. Ald. *visus* Pal. Buslid. *nisus* duo Vatt. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—35 *Quid* Ald. Parm. Gryph. *Quis* duo Vatt. Pat. Rott. Oisel. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. *humanis* Buslid. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *ratione fugaci* Rott.—36 *Profuit* Vat. sec. *Perficit* Vat. tert. Florent. *trucibus*

NOTÆ

Asperat armos] Acuit humeros, vel potius acuit, exerit spicula seu hastilia in humeris suis.

28 *Tantus in angusto*] Tantum strepitus edit parvum istud animal in his angustiis.

33 *Servatque tenorem*] Ejus cutis mota tam certa est ad ictum dirigendum, ut non fallatur spatio, ut optime observet spatium et tempus tenendum in spiculo vibrando. Sicque hystrix symbolum est fortitudinis sapientissimæ, quæ cominus et eminus hostem prudenter petit. Aiunt Ludovicum XI. Galliarum Regem, delectatum esse effigie Hystricis coronam ferentis, cum hoc titulo, 'Cominus et eminus.'

36 *Gortynia*] Gortyn est urbs Cretæ, ubi cornua caprarum sylvestrium

Cornua: subjectis eadem lentescere cogunt
Ignibus: intendunt taurino viscere nervos:
Instruitur pinnis, ferroque armatur arundo.
Ecce brevis propriis munitur bellua telis,
Externam nec quærit opem: fert omnia secum:
Se pharetra, sese jaculo, sese utitur arcu.
Unum animal cunctas bellorum possidet artes.
Quod si omnis nostræ paulatim industria vitæ
Fluxit ab exemplis, quicquid procul appetit hostem
Hinc reor inventum: morem hinc traxisse Cydonas
Bellandi, Parthosque retro didicisse ferire,
Prima sagittiferæ pecudis documenta secutos.

nia: cogunt eadem molliri flammis suppositis: contendunt in his *funes* ex *nervis taurorum: sagitta adornatur pinnis, et præfigitur ferro. En bestia parva tegitur spiculis suis, neque requirit auxilium adventitium: portat omnia secum: utitur sese* ut *pharetra, sese* ut *telo, sese* ut *arcu. Una bestia habet dexteritatem omnem militiæ. Quod si omnis solertia vitæ nostræ paulatim deducta est ab exemplis, quicquid longe ferit hostem, hinc puto deductum* esse: *hinc puto Cydonas arripuisse consuetudinem pugnandi, et Parthos accepisse artem percutiendi pone, imitantes peritiam primam bestiæ sagittiferæ.*

Vat. tert. *Cortinia* Lov. Buslid. *Cortynia* Oxon. sec. *Gortinia* Var. LL. e marg. Parm. *campis* Vat. sec. Buslid. *captis* duo Med. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *raptis* Florent.—38 *intendet* Rott. *incendunt* Med. sec. *intendos* Ambr. tert. *taurino* Exc. Lucens. pr. *taurinos* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *taurino viscere* Var. LL. e marg. Parm. *taurinos mittere* Oxon. sec. *viscere* Exc. Lucens. pr. Ald. *vincere* inc. Heins. m. sec. *mittere* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. ed. Parm. *intendere* Cod. Epigr. Ambr.—39 *pennis* Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. *pugnis* Pal. duo Med. *pinnis* Vat. tert. *pennis* pro *ferroque* Med. sec. inc. Heins.—40 *bellua* inc. Heins. Petav. pr. *bestia* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel.—41 Deest hic versus Lov. *sunt* pro *fert* Florent. *tecum* Pal. Med. pr.—42 *seque utitur* Buslid.—43 *Unde aliis* pro *Unum animal* Buslid. *continet* pro *possidet* Lov. *arces* Petav. pr.—44 *industria veste* Med. sec.—45 *Finxit* pro *Fluxit* Vat. sec. *Flexit* Lov. *ab extremis* Pal. Med. pr. *quidquid petit* Pal. duo Med. —46 *Ciconas* Oxon. sec. Lov. Buslid. *Cyconas* duo Vatt. Pal. Florent. tres Med. duo Heins. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—47 *ferine* pro *ferire* Vat. sec.—48 *pecudis* vel *volucris* Oisel.

NOTÆ

igne mollita, et lentiora facta, curvantur in arcus, et his applicantur funes ex nervis taurorum.

40 *Propriis munitur bellua telis*] Unde Hystrix symbolum est viri fortis, suo animo, suo consilio sese tutantis, et sic quovis tempore arma propria ad se defendendum habentis. 'Fert omnia secum.'

46 *Cydonas*] Populos Cretæ, jaculis sagittisque celeberrimos. De Parthis alio in loco.

XLVI.

3. TORPEDO.

ARGUMENTUM.

TORPEDINIS venenum et astutia.

QUIS non indomitam diræ Torpedinis artem
Audiit, et merito signatas nomine vires?
Illa quidem mollis, segnique obnixa natatu

Ecquis non accepit astutiam insuperabilem Torpedinis sævæ, et naturam ejus *designatam vero nomine? Illa certe* Torpedo *mollis et connixa tractu pigro repit,*

De Torpedine inscribitur hoc carmen in Vat. pr. et Moret. pr. in Bonon. et Var. LL. m. Parm. deerat Inscriptio. Codex Hafniensis Bibl. chartac. quem litera A. notaverat Heinsius, habebat quoque hoc carmen. De *Torpedine,* quæ Νάρκη, vid. Plin. Lib. XXXII. c. 1. Joh. Rhodium ad Compos. XI. Scribon. Largi. Antigon. Hist. Mirab. c. 52.

1 *diræ* Vat. pr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *miræ* quatuor Vatt. Pal. Hafn. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *turpidinis* Buslid. *torpedinis* Moret. pr. *arcem* Vat. tert.—2 *Audit et merito* Ald. *Audit et emerito* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *Audiit et merito* quatuor Vatt. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *emeruit* Med. sec.—3 *malli* malit Heins. *segnisque* Pal. *segnis mollisque* Petav. sec. *segnisque obnoxia natu* duo Med. *tactu* quatuor Vatt. *natu* Pal. *natatu* Hafn. *obnoxia tactu* Buslid. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *obnoxia tractu* Ambr. pr. Gesn. et ed. Bipont. *obnixa notatu* Med. sec. *olnixa natatu* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Heinsius ascripserat '*natus* pro *natatus.* sic *natio* pro *natatio.* vid.

NOTÆ

1 *Torpedinis*] Torpedo est piscis mollior, et cartilagineus, sed et spinosus etiam, sua natura piger, sed se nativo suo torpore non solum tutatur, ut ait Tullius, sed etiam pisces alios stupefacit, stupefactosque devorat. Græcis dicitur, νάρκη, unde φάρμακα ναρκωτικὰ, *quæ stupefaciendi vim habent.*

Reptat, et attritis vix languida serpit arenis.
Sed latus armavit gelido natura veneno;
Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis
Miscuit, et proprias hyemes per viscera duxit.
Naturam juvat ipsa dolis, et conscia sortis
Utitur ingenio, longeque extenta per algas
Hac confisa jacet: successu læta resurgit,
Et vivos impune ferox depascitur artus.
Si quando vestita cibis incautior æra
Hauserit, et curvis frænari senserit hamis;
Non furit, aut vano conatur vellere morsu:

et lenta vix trahit se *arenis pressis. At natura instruxit latus* ejus *veneno frigido, et addidit medullis glaciem, qua animalia omnia torpent, et egit per exta* ejus *hyemem suam. Ipsa* Torpedo *adjuvat naturam insidiis* suis, *et cognoscens fatum* suum, *impendit ingenium* suum, *et porrecta late per muscum* marinum, *recubat confidens tactui* suo: at *gaudens successu excitatur, et crudelis devorat tuto corpora viventia* piscium. *Si aliquando imprudentior exsorbuerit* hamum *æreum cinctum esca, et senserit* se *teneri hamis curvatis, haud effugit, aut tentat avellere* hamos

Salmas. ad Hist. Aug. p. 293.'—4 *in attritum v. l. serpsit* Pal. *fortuna veneno* Vat. tert. Florent.—6 *membra rigent* conjiciebat Heins. *armenta* Ambr. pr. Sched. Gud. *armata* omnes Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Oxon. sec.—7 *properas* pro *proprias* legebat Heins.—8 *non* pro *juvat* Buslid. *juvit* duo Med.—9 *Impedit* pro *Utitur* Buslid. *Uritur* duo Med. Put. *longe distenta* Rott. *undas* pro *algas* Buslid.—10 *Hac confisa jacet* Florent. *Tactu fisa jacet* Hafn. *Ac confisa jacet* Vat. tert. Rott. Florent. m. sec. *Ac tactu confisu jacet* duo Vatt. Petav. sec. *Attactu confisa jacet* Oxon. sec. *Attactu confisa suo* Var. LL. e marg. Parm. *Ad tactum* Var. LL. ed. Antv. *Tactu confisa jacet* Pal. Med. quart. *Attactu* Med. pr. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. *Attactu confisa jacet et læta resurgit* Med. sec. *A tactu confusa jacet, successu læta resurgit* Buslid. *Tactu fixa jacet, successu læta resurgit* Ambr. tert. *Attactu confisa suo, tum l. resurgit* Ambr. pr. m. sec. *Tactu fica jacet* Vat. sec. in Vat. pr. erat, *A tactu confixa suo ... Qui tetigere jacent. successu læta resurgunt.* quod et Ambr. pr. habet, in Exc. Lucens. pr. erat, *Attactu confisa suo immobilis hæret, Qui tetigere jacent. successu læta resurgit. Qui tetigere jacent* ed. Parm. in vet. Gyr. immutato ordine versuum erat, *Qui tetigere jacens. successu læta resurgens Attactu confisa suo, immobilis hæret.*—11 *ferox* Var. LL. e marg. Parm. *feros* duo Vatt. Moret. pr. *suos* ed. Parm. *deposcitur* Petav. sec.—12 *me vicior* pro *incautior* Vat. sec. *ullum* pro *æra* Buslid. qui seq. versum ita repræsentat, *Hauserit et totum jam perdidit omne venenum. armis* pro *hamis* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. m. pr. —14 *Non sunt haud vano* Buslid. *furit* quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud.

NOTÆ

8 *Conscia sortis*] Cognoscens venenum sibi sorte seu fato datum. Plinius: 'Novit Torpedo vim suam, ipsa non torpens,' &c.

Sed propius nigræ jungit se callida setæ,
Et meminit captiva sui, longeque per undas
Pigra venenatis effundit flamina venis.
Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit
Absentem tentura virum: metuendus ab imis
Emicat horror aquis, et pendula fila secutus
Transit arundineos arcano frigore nodos,
Victricemque ligat concreto sanguine dextram.
Damnosum piscator onus, prædamque rebellem
Jactat, et amissa redit exarmatus avena.

morsu inani: sed ea *astuta admovet se propius setæ atræ* hami, *et capta recordatur sui* ingenii, *et procul emittit per aquas halitum lentum* ex *visceribus virulentis. Vis profunda* veneni *penetrat per* funem *setosum, et deserit undas, alligatura virum* piscatorem *remotum. Frigus timendum emergit ex fundo aquarum, et sequens fila* setæ *pendentia, prætermeat cum glacie secreta nodos arundinis, et constringit manum victricem* piscatoris, *sanguine* ejus *glaciato. Piscator abjicit pondus perniciosum, et prædam reluctantem, atque spoliatus revertitur, arundine perdita.*

fuit Exc. Lucens. pr. *vario* pro *vano* Vat. sec. *tollere* inc. Heins.—15 *Et propius* Petav. sec. *Si propius* Med. sec. *potius* tres Vatt. Pal. *longæ* Exc. Pat. rec. m. pr. *junget se* Buslid. *junxit* duo Vatt.—16 *longoque* Vat. pr. *per herbas* Vat. quint.—17 *effundere* Moret. pr. *flamina* duo Vatt.—18 *vix alta* Florent. *atra* Ambr. tert. *fructusque* Pal. Ald. Isingr. Colin. Gryph. *fluctusque* Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr.—19 *ventura* Vat. tert. Hafn. Oisel. Florent. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *vectura* Rott. Var. LL. ed. Antv. *victura* quatuor Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Oxon. sec. *vinctura* Ambr. tert. m. sec. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *nectura* Ambr. pr. Med. sec. *tentura* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr.—22 *negat* pro *ligat* Vat. tert. *concerto* Put. *conserto* Buslid.—24 *exarmatus* vel *exanimatus* Cod. Epigr. Ambr. *habena* tres Vatt. Pal. *harena* Exc. Pat. rec. *avena* Vat. tert. Hafn. Rott. Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. *avena* vel *habena* Vat. quint.

NOTÆ

15 *Setæ*] Funi setoso, cui adhæret hamus. Unde torpedo symbolum est hominis dolosi, qui quidem occultis artibus alios opprimat. Sed et symbolum est hominis aut pigritiæ veterno aut voluptatum sordibus consepulti.

16 *Meminit sui*] Id est, sui ingenii, sui veneni.

17 *Effundit flamina*] Emittit auram quandam pestiferam per funem ipsum, ipsamque arundinem quam piscator tenet.

18 *Vis alta*] Veneni scilicet. Alii legunt *vis atra*.

20 *Horror*] Frigus quod parit horrorem et tremorem in corpore piscatoris.

21 *Transit*] Penetrat ipsam arundinem, et manum ipsam piscatoris. Sed de Torpedine Petrus Gillius: 'Hujus piscis torporem mea manus tactione periclitatus sum, sed haudquaquam mihi manus tantopere obtorpuit quam scriptores decantant. Torpor non modo letalis non est, sed non ita multo post evanescit.' Id quod Scaliger ostendit, Albertumque et Cardanum hoc frigus nimium extollentes errasse probat.

XLVII.

4. NILUS.

ARGUMENTUM.

Celebrantur Ægyptii sine pluvia felices, ob Nilum suum, cujus adumbratur non tam origo, quam cursus et inundatio admirabilis.

Felix, qui Pharias proscindit vomere terras.
Nubila non sperat tenebris condentia cœlum;
Nec graviter flantes pluviali frigore Coros
Invocat, aut arcum variata luce rubentem.
Ægyptos sine nube ferax, imbresque serenos

Fortunatus ille, *qui frangit aratro campos Ægyptios. Non expectat nubes occupantes cœlum* sua *obscuritate, neque supplicat Coris spirantibus vehementer,* cum *frigore pluvio: non* supplicat *arcui rubescenti lumine diverso. Ægyptus fertilis* est *sine pluvia, et sola possidet aquas serenas, non solicita* de *cœlo, non indigens*

In Exc. Lucens. pr. et Sched. Gud. *Nilus* hoc carmen inscribitur. in Vat. pr. et Moret. pr. erat *Nilus incipit*. De *Nilo* vid. Ammianum l. XXII. p. 246. 247. 248. et not. Lindenbrog. p. 119. et seqq. Lucan. Lib. X. et Senec. Nat. Quæst.

1 *proscindis* Buslid. *proscindi* Moret. pr.—2 *nec sperat* Med. quart. Put. Var. LL. ed. Antv. *nosse parat* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr.—3 *Cum graviter* Med. sec. Buslid. *flamine* pro *frigore* Moret. pr.—4 *arcus v. luce ruberent* Buslid.—5 *Ægyptus* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *Ægyptos* Hafn. Med. sec. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *ferat*

NOTÆ

1 *Pharias*] Ægyptias, a Pharo insula olim Nili.

2 *Nubila non sperat*] Lucanus de Ægypto: 'Terra suis contenta bonis, nihil indiga mercis, Aut Jovis: in solo tanta est fiducia Nilo.'

3 *Coros*] Corus seu Caurus ventus est flans ab occasu solstitiali, isque frigidus. Virgilius: 'Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.'

4 *Invocat*] Non invocat pluvias aut ventos. Unde Tibullus: 'Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.'

Arcum] Arcum Iridis, quæ nuntiat aquas. Ovidius: 'Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert.'

5 *Sine nube*] Sine pluvia, quæ nascitur ex nubibus, fruitur *imbribus serenis*, scilicet aquis Nili sui exundantis, sed aërem, seu Cœlum serenum, non inficientis. Bullayus tamen in suis peregrinationibus ait Ægyptum pluviis aliquando, et sæpius rore copioso irrigari.

Sola tenet, secura poli, non indiga venti:
Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redundant:
Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris,
Flammigeræ patiens Zonæ Cancrique calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet; nec contigit ulli
Hoc vidisse caput. Fertur sine teste creatus,

ventis: fruitur aquis quas ipsa fert, et quæ *exundant* ex *Nilo; qui emergens cursu præcipiti ex media* regione *meridiei, tolerans zonam torridam, et Cancrum ardentem, prorumpit in terras nostras ambagibus occultis, fluens ex scaturigine arcana, quæ semper investiganda vano modo, incognita est; neque ulli concessum est aspicere caput hujus* fluvii: hic *dicitur factus sine spectatore, emittens aquas agnos-*

Med. sec. *severos* pro *serenos* Buslid.—7 *ipse vehit* Med. sec. *Nilusque* Med. sec. Buslid. *redundat* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *redundant* Cod. Epigr. Ambr.—8 *tractu rapido* Vat. tert. Florent. *elapsus* Pal. *elatus* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *austris* Vat. pr. Pal. duo Med. Exc. Lucens. pr. *antris* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Sched. Gud.—9 *Flammigeræ* Put. Ambr. pr. Buslid. *Flammiferæ* tres Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. *cuicumque* pro *Cancrique* Petav. sec.—10 *Fraudibus in nostris* pro *Fluctibus ignotis* Med. sec. *innumeris* Hafn. Ambr. tert. *in nostris* Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *vestrum* pro *nostrum* Med. pr. *procumbit* Petav. pr. *percurrit* Ambr. tert. *in æquor* Buslid.—11 *labens* Pal. duo Med.—12 *contigit illi* Put.—13 *sine fertur teste* Petav. sec. *si non fert* Cod.

NOTÆ

10 *Nostrum in orbem*] In Ægyptum scilicet, quæ patria erat Claudiani.

11 *Secreto de fonte*] Fons Nili antiquis erat incognitus: causam hujus rei Ovidius jocose tribuit Phaëthontis incendio, quo Nilus territus fugit, 'Occuluitque caput, quod adhuc latet.' Hujus inveniendi cupiditate flagrarunt non solum Philosophi, sed et magni Principes. Alexander gentium domitor, Sesostris, et Ptolemæus Ægyptiorum Reges hac in re perdiderunt operam. Cambyses ad id frustra adhibuit exercitum. Et Cæsar tam vehementer fontis hujusce detegendi œstro percitus erat, hunc ut honorem bello civili et terrarum imperio prætulisset.

13 *Fertur sine teste creatus*] Ex Strabone Homerus vocat, Νεῖλον διιπετέα, *delapsum a Diis.* S. Augustinus, Theodoretus, et alii sancti Patres Nilum ex Paradiso terrestri ortum esse crediderunt, rati esse fluvium, quem Moses vocat 'Gehon qui circumit omnem terram Æthiopiæ,' quam Æthiopiam per subterraneos meatus et adeat et irriget. Idem sentit Josephus; quo nonnulli etiam versum hunc Virgilianum referunt, 'Usque coloratis amnis devexus ab Indis.' At Geographi recentiores Gehonem, non Nilum, sed Araxem esse contendunt, qui alluat Æthiopiam Scythicam. Sed tamen ex tam variis auctorum sententiis satis patet, quam occultus es-

Flumina profundens alieni conscia cœli.
Inde vago lapsu Libyam dispersus in omnem,
Æthiopum per mille ruit nigrantia regna,
Et loca continuo Solis damnata vapore
Irrorat, populisque salus sitientibus errat,
Per Meroën, Blemyasque feros, atramque Syenen.
Hunc bibit infrænis Garamas, domitorque ferarum

centes cœlum aliud, quam quod videmus. *Inde* Nilus *cursu errabundo effusus in Libyam omnem, rapitur per imperia mille Æthiopum nigrorum, et alluit regiones infestatas ardore assiduo Solis, et* ipse *salus* existens *gentibus siticulosis, vagatur per Meroën, et Blemyas truces, et Syenen nigram. Garamantes infræni potant* aquas

Epigr. Ambr.—14 *perfundens* Med. sec. Ambr. tert. Buslid. *aliena* Bonon. *alienis conscia rebus* Exc. Pat. rec. *teli* pro *cœli* Petav. sec.—16 *means* pro *ruit* Buslid.—17 *vaporem* Petav. sec. *vapori* legebat Heins.—18 *Inrorat* Vat. pr.—19 *Meroem* Put. Thuan. Petav. sec. *Persasque* Buslid. *Blesasque* duo Vatt. Oisel. inc. Heins. Put. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Blemyasque* Vat. pr. et tert. Vat. Livin. *Blemyasque* vel *Blesasque* Rott. Bonon. Ambr. tert. *ferox* tres Med. *Sienem* Buslid. *Syenem* Vat. pr. *Syenen* inc. Heins.—20 *infelix* ed. Parm. *infrenus* Ambr. pr. m. sec. *infrenis* Vat. pr. duo Med. Ambr. pr. m. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud. *effrenus* Hafn. Med. sec. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. *effrenis* duo Vat. Rott. Oisel. Var. LL. e marg. Parm. Heinsius ascripserat 'recte V. C. *infrenis Garamas,* ut '*Numidæ infrenes*' Virgilio. *effrenis* est, cui largius indulgetur frenum : sic 'effrenatus equus' Spartian. in Severo p. 68. l. 31. de quo loco vid. Salmas. p. 136.

NOTÆ

set Nili fons, qui hodie cognitus est. Oritur quippe ex duplici fonte in Abyssia vel Abassia, in medio fere regno *Goyam,* in regione *Sacahala,* quæ montosa est, ut reliqua Æthiopia: inter montes planities parva, eaque iniqua, reperitur, et in planitie locus exiguus atque fruticosus, fruticum ramis et radicibus ita inter sese implicitis, ut supra incedere non raro queas. In hoc lacu duo fontes, iique altiores, puteorum instar, non procul a se remoti visuntur. Hinc Nilus oritur, et non multo post, ex alio lacu, quem intrarat, emergens, terra absorbetur, alveum tamen suum insigni herbarum viriditate distinguens. Inde major prodiens, et fluviis *Gema, Linquetil,* et *Brantil* adauctus, irruit in lacum *Bar Dambea,* vel *Celoea,* ex Ptolemæo, vel *Zayre,* vel *Zambre* ex Mercatore. Ex hoc lacu maximo plurimis et ingentibus fluviis aucto Nilus solus, ideoque major, erumpit: post in eadem Æthiopia recipit ingentia flumina, *Gamara, Abea, Baixo,* et *Aquers;* Nubiamque et Ægyptum intrat, alluit, fœcundat. Hæc omnia hausimus ex Diatribe nobilissimi doctissimique viri Totii Ferrarii, in supremæ Normaniæ Curia Senatoris integerrimi, qui curiosas hasce observationes ex libris et colloquiis Lusitanorum in ipsa Lusitania expiscatus est.

15 *Inde*] Ex regione meridiana Æthiopum, a quibus Nilus dictus est *Astapus,* id quod Æthiopum lingua significat aquam e tenebris profluentem.

Girræus, qui vasta colit sub rupibus antra,
Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos;
Et gens compositis crinem vallata sagittis.
Nec vero similes causas crescentibus undis,
Aut tempus meruit. Glacie non ille soluta,
Nec circumfuso scopulis exuberat imbre.

hujus, et Gyrrhæi debellatores ferarum, qui habitant cavernas immanes sub saxis, qui avellunt ramos ebeni, et dentes elephantorum *eburneos, et populus* habens *capillos cinctos sagittis* apte *accommodatis. Neque vero* Nilus *promeritus est easdem causas atque* idem *tempus aquis* suis *inundantibus,* ac ceteri fluvii. *Non ille exundat* ex *rupibus, gelu liquefacto, neque pluvia abundanti. Etenim cum hyems acer-*

et 'effrena libido' p. 74. Ovid. de Tereo, 'effreni captus amore,' ut citant antiqui Grammatici. vulgo *inopino.*' *Daramas* Buslid.—21 *Girreus* Florent. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. *Cirræus* Pal. *Cirreus* duo Med. *Gyrreus* Vat. pr. *Glareus* Moret. pr. *Gyareus* Oisel. Hafn. Vat. Livin. Var. LL. e marg. Parm. *Guareus* Petav. sec. *Cyareus* Rott. Exc. Lucens. pr. *Giareus* Vat. sec. Put. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Getulus* Med. sec. vid. Claver. Coronid. Misc. cap. XIV.—22 *dentes qui* tres Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *velat* Vat. tert. Oisel. Florent. Med. sec.—23 *crimen* Med. sec. *religata* Buslid. *velata* Vat. pr. et tert. Hafn. Pal. Rott. Oisel. *vellata* Exc. Pat. rec. *vallata* Vat. sec. —24 *ævo* pro *vero* Petav. sec. *simili* Cod. Epigr. Ambr. *similis caussa* Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Petav. pr. Exc. Lucens. pr. *Siculis* Med. sec. *similis* Vat. sec. *caussa* inc. Heins. Med. sec.—25 *Aut* Vat. sec. Med. sec. Put. duo Petav. Ambr. tert. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Ut* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. *namque ille* Buslid.—26 *Non* Buslid. *Non circumfuso* Vat. sec. Petav. pr. *circumciso*

NOTÆ

23 *Crinem vallata sagittis*] Intelligit aut Nubianos, aut Meroës incolas, qui crines suos parvis sagittis compositis et solerter accommodatis implere solebant.

24 *Similes causas crescentibus undis, aut tempus*] Non eadem causa, non idem tempus inundationis Nili, ac ceterorum fluviorum. Quippe alii amnes exundant ob pluvias, et per tempus hyemis: contra Nilus tempore æstivo, quo raræ sunt pluviæ. Qui tamen rem propius considerabunt, hanc Nili inundationis causam invenient. Nimirum Junii, Julii, et æstatis nostræ temporibus, hyems sævit in Æthiopia, et cum Nilus fluviis omnibus hujusce regionis exundantibus extumescat, mirum certe non est, si post peragrata plus quam octoginta milliaria, aquis ita turgeat, ut per totam Ægyptum copiosius latiusque stagnare videatur. Id quidem suspicari Lucanus visus est, dum hæc ait de Nilo: 'Jus tibi Solstitiis aliena crescere bruma, Atque hyemes afferre tuas.' Nugantur, qui Nili inundationes coërceri, et Nilum ipsum in mare Rubrum averti posse jactitant: nugantur quoque qui Oceani, per caput Bonæ-spei et subterreos meatus irruentis, æstibus lacum Dambeam et Nilum augeri agitarique effutiunt.

26 *Exuberat*] Cluverius causam

Nam cum tristis hyems alias produxerit undas,
Tunc Nilum retinent ripæ. Cum languida cessant
Flumina, tunc Nilus mutato jure tumescit.
Quippe quod ex omni fluvio spoliaverit æstas,
Hoc Nilo Natura refert, totumque per orbem
Collectæ partes unum revocantur in amnem.
Cumque die Titana Canis flagrantior armat,
Et rapit humores madidos, venasque calore

ba auxerit aquas alias, tum littora sua *cohibent Nilum: cum* autem *fluvii minores* prope *desinunt, tunc Nilus, ordine* rerum *converso, turgescit. Quasi natura reddat hoc Nilo, quod æstas detraxerit ex fluminibus cunctis; et partes* aquarum *congregatæ per totum mundum referantur ad fluvium unum. Et quo die Canicula ardentior inflammat Solem, et sorbet aquas madentes, et coërcet* terrarum *meatus*

Oxon. sec. *circumfusos* Cod. Epigr. Ambr. *circumfusus* Pal. Med. pr. et quart. Buslid. *circumfusos ... imbres* Med. sec. *umbre* Cod. Epigr. Ambr. *populis* pro *scopulis* Pal. Moret. pr.—27 *altas* Med. quart. Buslid. Exc. Pat. rec. *produxerit* Vat. Livin. Buslid. *altas produxerit umbras* Exc. Lucens. pr. *produxit in undas* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *produxit in umbras* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr. *undas* vel *amnes* Oisel. —28 *retinens* Buslid. *Nymphæ* pro *ripæ* Exc. Pat. rec. m. pr.—29 *Fulmina* Ald. *cum* Florent. *tum* Vat. quart. *mutato rure* Exc. Lucens. pr. *rite* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. *more* Buslid.—30 *fluvios* Med. sec. *spoliaverat* Rott. Med. sec. *æstus* Vat. pr. et tert. Pal. Vat. Livin. *æstas* Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. sec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv.—31 *Hæc* duo Petav. *Non* Med. sec. *natura refert Nilo* Oisel. Med. sec.—32 *vires* pro *partes* Ambr. pr. *vices* Sched. Gud. *undæ* pro *unum* inc. Heins. *agmen* pro *amnem* Pal. duo Med.—33 *Quoque die* Vat. sec. Med. sec. Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. *Cumque* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Florent. duo Med. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *Comque* Ambr. pr. *diu* inc. Heins. *canit* pro *Canis* Med. sec.—34 *rapto* Pal. *madidas* id. Pal. *madidus* duo Med. *rapidos*

NOTÆ

hanc tribuit, 'Etesiis nebula' in extremam Æthiopiam, 'ferentibus ex reliquo orbe,' vel mare in ostia Nili repellentibus.

33 *Cumque die*] Quo præsertim tempore Canicula exoritur: hoc dicitur Poëtice, ante Caniculam enim Nilus incipit exundare, Junio et Julio mensibus: Canicula autem exoritur circa vigesimum tertium Julii diem.

Titana] De hoc alibi.

Canis] Canicula non calidum astrum est, ut antiqui crediderunt. Id postea ostendemus.

34 *Humores madidos*] Alii legunt, *Et rapit humores avidus;* nec male.

Venasque calore] Hoc subobscurum est, et Heinsius excusso hoc loco ait, 'latet aliquid.' Ego, quod sentio, aperiam. Dum itaque Canis seu Canicula sorbet humores, et *calore* nimio *compescit*, seu comprimit ac coërcet *venas* seu meatus terrarum, ne aquæ fluant, tum Nilus exundat.

Compescit, radiisque potentibus æstuat axis;
Nilo bruma vehit contraria tempora mundo,
Defectis solitum referens cultoribus æquor.
Effluit Ægeo stagnantior, acrior alto
Ionio, seseque patentibus explicat arvis.
Fluctuat omnis ager: remis sonuere novales.
Sæpius, æstivo jaceat cum forte sopore,
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

* * * *

ardore, et cœlum fervet caloribus violentis, velut quædam *hyems apportat Nilo tempestatem contrariam orbi, reddens agricolis languentibus campos assuetos.* Tum Nilus *expatiatur latior Ægæo* mari, *vehementior Ionio* mari *profundo, et porrigit se* in *agris vastis. Campus omnis exundat; arva resonant remis: et sæpius pastor, cum forsan recubet somno æstivo, videt armenta* sua *natantia cum stabulis.* * *

Vat. tert. *venasque calore* Vat. pr. et tert. *calorem* duo Med. *colorem* Pal. *canosque calores* Oxon. sec. *varioque calore* Hafn. Ambr. tert. *vanosque calores* Vat. sec. Oisel. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Ambr. pr. Bonon. Moret. pr. Exc. Pat. rec. m. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *venasque calore* vel *vanosque calores* Rott.—35 *radiisque* Put. Petav. sec. *aris* pro *axis* id. Petav.—36 *vehit* vet. Gyr. *venit* tres Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel.—37 *Defectis solitum referens* Vat. pr. et tert. Vat. Livin. *Defectu solitumque ferens* Var. LL. ed. Antv. *Defectis solitumque ferens* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *Defectum solitumque ferens* Vat. sec. Hafn. Med. sec. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Ald. *Defectum solitum referens* Ambr. pr. *deferens* Pal. *Defectum solitumque ferens* vel *serens* inc. Heins.—38 *altior* pro *acrior* Ambr. pr. —39 *sese pendentibus* Oisel. Med. sec. Put. Petav. sec. Buslid. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. cum glossa *i. e. pronis. petentibus* Vat. pr. m. sec. et tert. Pal. Rott. Florent. Med. pr. inc. Heins. Petav. pr. Ambr. pr. Oxon. sec. *æstuat* pro *explicat* Petav. pr. deerat hic versus Vat. sec. Ambr. tert. et Cod. Epigr. Ambr.—41 *jaceat* Oxon. sec. *jactet* Bonon. *sæpe* pro *forte* Buslid. Exc. Pat. rec. *sapore* Pal. *vapore* Vat. sec.—42 *æstiva* pro *armenta* Petav. pr.

NOTÆ

36 *Contraria tempora*] Velut quædam hyems Nilo reddit tempestatem quandam contrariam tempestati orbis; hoc est, æstati qua fruitur noster orbis, non vero universus: Æthiopia enim tum hyemem sentit suam, cum Sol ad Cancri signum pervenit.

38 *Ægæo, Ionio*] De his supra.

40 *Remis*] Arva stagnantia ferunt cymbas ex arundinibus seu papyro factas. Tantam quippe papyri copiam Nilus trahit, hinc ut dicatur papyrifer. Ovidius: 'Perque papyriferi septemflua flumina Nili.' Hac papyro usi veteres ad scribendum; et Ægyptii ad cymbas struendas: 'Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.'

Novales] Novalis est fundus in quo fit satio alternis, hoc est, ex duobus annis satio semel celebratur. Accipitur pro quocumque agro.

XLVIII.

5. MAGNES.

ARGUMENTUM.

Qui scrutatur causas rerum, explicet miracula Magnetis, qui non ornatu, sed sua virtute commendandus est; qui recreatur ferro: hinc Martis ferrei et Veneris Magneticæ amores celebrantur.

Quisquis solicita mundum ratione secutus
Semina rimatur rerum, quo Luna laborat
Defectu, quæ causa jubet pallescere Solem:
Unde rubescentes ferali crine cometæ,
Unde fluant venti, trepidæ quis viscera terræ
Concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,

Quicumque Philosophus *exquirens* res *mundanas, ingenio laborioso scrutatur principia rerum,* puta, *qua Luna deficiat Eclipsi, quæ causa cogat Solem obscurari, unde cometæ rubri coma funesta, unde venti proveniunt, quis tremor commoveat*

Magnes. Inscribitur ita hoc carmen in Vat. pr. et Exc. Lucens. pr. in Codice chartaceo Bibliothecæ Hafniensis, quem litera A hic notaverat Heinsius, [idem videtur quem litera B signavit Idyll. I.] erat, *Claudiani Poetæ Alexandrini de vi Magnetis lapidis incipit.* in Med. pr. et quarto desideratur. De *Magnete* Tzetzes Chiliad. 140. Pantin. in Apostolium p. 315. 325. 326. Zenob. p. 85. atque illic Schott.

1 *Si quis* Bonon. *sollicitat* Petav. sec. Var. LL. ed. Antv. m. pr. *mundum* Vat. Livin. *mundi* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mundi rat. securus* Exc. Lucens. pr.—2 *rimatur* Vat. pr. Oisel. *miratur* Vat. sec. et tert. Buslid. *minavit* Exc. Læti m. pr. *laboret* Med. sec.—3 *Defecta* Vat. tert.—4 *cometes* Buslid.—5 *ruant venti* conjiciebat Heins.—6 *Commoveat* Vat. tert. Rott. *Concur-*

NOTÆ

2 *Luna laborat defectu*] Eclipsin scilicet Luna patitur, cum terra interposita impedit, quominus solitum lumen a Sole mutuetur.

3 *Pallescere Solem*] Quod accidit ob nubes interjectas. Alioquin si per pallorem intelligeret eclipsin Solis, notandum esset id contingere ob corpus opacum Lunæ, cujus interpositu Solem intueri prohibemur.

5 *Trepidæ terræ*] Terræ trementis ob nimios motus.

6 *Hiatus*] Intellige hiatum nubis, unde fulgure micat. De Cometis et ventis, alio in loco.

Unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:
Hoc mihi quærenti si quid deprendere veri
Mens valet, expediam. Lapis est cognomine Magnes,
Decolor, obscurus, vilis. Non ille repexam
Cæsariem Regum, nec candida virginis ornat
Colla, nec insigni splendet per cingula morsu:
Sed nova si nigri videas miracula saxi,
Tum pulchros superet cultus, et quicquid Eois

viscera terræ trementis, quæ rima emittat fulmina, unde nimbi fulminent, qua luce arcus Iridis *varietur;* ille Philosophus *explicet hoc mihi petenti, si quid veritatis animus investigare potest. Lapis est cognominatus Magnes, subniger, opacus, abjectus. Non ille decorat crines calamistratos Regum, neque cervicem albam puellarum, neque rutilat morsu illustri in balteis: at vero si aspicias prodigia lapidis nigri, tum vincat ornatus eximios, et id omne quod Indi quærunt in littore*

rat Exc. Læti m. pr. *Concutiat* Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *ventus* pro *motus* Vat. pr. m. pr. *fulmina* Vat. Livin. *flumina* Moret. pr. Buslid. *quæ f. ducat origo* duo Vatt. Hafn. Rott. Exc. Læti, Parm. Ald. Junt. Isingr. Gryph. Colin. *quis f. d. hiatus* Vat. pr. Med. sec. Put. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Sched. Gud.—7 *tonant* Med. sec. *limine* Bonon. Oxon. sec. *flumine* Buslid. Moret. pr. *fulgeat* Vat. Livin.—8 *Hoc* tres Vatt. Hafn. Rott. Oisel. Exc. Læt. *Hæc* Florent. Med. sec. Moret. pr. *verum* Vat. pr. Oisel. Vat. Livin. Exc. Læti. *velim* Ald. *veri* duo Vatt. Hafn. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—9 *expediam* Med. sec. *expediant* tres Vatt. Hafn. Rott. Oisel. Exc. Læti. *expediat* Ambr. pr. *experiar* conjiciebat Heins. *cognoscere* pro *cognomine* Ambr. tert.—11 *non candida* Hafn. Rott. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. *nec candida* Oxon. sec. *non pectora virginis ornat* Vat. pr. Oisel. *non candida virginis ora Collo nec* Vat. sec. Florent. Petav. sec. *ora* pro *ornat* Vat. tert. Buslid.—12 Deest hic versus Vat. pr. et Oisel. *splendent* Moret. pr. *singula* duo Vatt. Bonon. Buslid. Oxon. sec. *morsus* Florent.—13 *jubeas miracula* Bonon.—14 *Tunc* tres Vatt. Hafn. *Tum* Petav. sec. *superat pulchros* Exc. Læti. *pulchros superat* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Buslid. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg.

NOTÆ

7 *Tonent nubes*] Sunt Philosophi, qui dicant fulmina et tonitrua nihil aliud esse quam nubium conflictus.

Floreat] In Iride sunt varii colores, ut in floribus.

8 *Hoc mihi quærenti*] Philosophus aliquis, vel ego potero mihimet ipsi explicare causas rerum illarum; at non tam facile explicatur lapis, *cognomine magnes*, cujus vis ita latet ut occulta videri possit.

9 *Magnes*] Sic dicitur a populis, ex Lucretio.

10 *Decolor*] Candidus etiam Magnes reperitur, sed raro.

Repexam] Caput bene pexum, calamistratum.

12 *Per cingula*] In balteis, in zonis non fulget magnes.

Indi littoribus rubra scrutantur in alga.
Nam ferro meruit vitam, ferrique rigore
Vescitur. Hoc dulces epulas, hoc pabula novit.
Hinc proprias renovat vires: infusa per artus
Aspera secretum servant alimenta vigorem.
Hoc absente perit: tristi morientia torpent
Membra fame, venasque sitis consumit apertas.
Mavors, sanguinea qui cuspide verberat urbes,
Et Venus, humanas quæ laxat in otia curas,
Aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una Deis: sed ferrea Martis
Forma nitet: Venerem magnetica gemma figurat.
Illis connubium celebrat de more sacerdos.

rubro, in *terris Orientis. Etenim* Magnes *nactus est vitam* ex *ferro, et vivit duritie ferri. Hoc cognoscit* ut *nutrimentum. Hinc restaurat vires suas. Esca* hæc *dura diffusa per partes* Magnetis, *conservat* ipsi *virtutem arcanam. Languet hoc* ferro *remoto. Corpus* ejus Magnetis *deficiens marcescit fame mœsta, et sitis absumit meatus* ejus *patulos. Mars, qui cum hasta cruenta percutit urbes, et Venus, quæ solvit solicitudines hominum in requiem, habent sacellum commune* in *templo aureo. Statua non una* est *Diis* duobus : *sed statua Martis ferrea splendet: margarita magnetica repræsentat Venerem. Sacerdos facit conjugium*

Parm. *superet* Vat. pr. m. sec. *Eoi* Vat. sec.—15 *Indus scrutatur* Vat. Livin. *India* Rott. *Indi scrutantur* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Indis* Vat. sec. Petav. sec. Ald. *Indi* Put. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *scrutantur* Vat. sec. Hafn. Petav. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *nigra...alga* Moret. pr. *rubram...algam* Vat. pr. Oisel. Ambr. pr. Med. sec.—16 *Nam ferro* Med. sec. Ambr. pr. m. sec. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. *Ex ferro* duo Vatt. Rott. Hafn. *Et* Vat. pr. Put. *vigore* Vat. pr. Med. sec. Ambr. pr. *vigorem* Hafn. *rigorem* Ambr. tert.—17 *hic dulces...hic* Moret. pr. *hoc...hoc* Florent. Put. duo Petav. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *hæc* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. inc. Heins. Exc. Læti. *hoc dulces* Bonon. *epulas dulces* Vat. sec. *hæc* Var. LL. ed. Antv.—18 *renovas* Vat. tert. *revocat* Buslid. *infusa* Vat. pr. Oisel. Med. sec. Ambr. pr. *hinc fusa* al.—19 *vigores* Hafn. *rigorem* Vat. tert. m. pr. *vaporem* vel *rigorem* Moret. pr.—20 Hic et seq. versus desiderantur in Vat. pr. et Oisel.—22 *sanguineas* Put.—23 *lassat* Moret. pr. *in otia gentes* Ambr. pr. Sched. Gud.—24 *communia* vel *convivia* Moret. pr.—26 *Forma viret* Petav. pr. *Magnetia* Hafn. Med. sec. *Magnetida* Vat. tert. Rott. Florent.—27 *conju-*

NOTÆ

16 *Vitam*] Thales dicebat in Magnete animam esse, quæ viveret.

17 *Vescitur*] Nempe recreatur ferro, seu ferri parvulis ramentis, quibus eum vesci et renovari putes; quo ferro remoto, pereunt ejus vires, quasi fame et siti consumeretur.

24 *Aurati templi*] Ex fastu Romanæ superstitionis.

27 *Connubium*] Sacerdos dum videt statuam Martis ferream, et statuam Veneris magneticam sese invicem

Ducit flamma choros: festa frondentia myrto
Limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt
Floribus, et thalamum dotalis purpura velat.
Hic mirum consurgit opus. Cytherea maritum
Sponte rapit, cœlique toros imitata priores
Pectora lascivo flatu Mavortia nectit,
Et tantum suspendit onus, galeæque lacertos
Implicat, et vivis totum complexibus ambit.
Ille lacessitus longo spiraminis actu
Arcanis trahitur gemma de conjuge nodis.

ipsis pro consuetudine. Fax nuptialis *ducit choros: domus ornatur myrto solenni, et thalami attolluntur floribus roseis, et purpura dotalis ornat cubile. Hic opus admirabile exsurgit. Venus attrahit ultro conjugem suum* Martem, *et imitans lectum priorem Cœli, constringit pectus Martis habitu luxurioso, et suspendit pondus tantum, et innectit brachia cassidi* ejus, *et cingit totum* Martem *complexibus quasi spirantibus. Ille* Mars *provocatus actione longa halitus* Veneris,

gium Exc. Pat. rec. m. sec.—28 *Ducit* Moret. pr. Ald. *flamma* vel *amor* Exc. Læti. *thoros* Oisel. *choros* vel *faces* Exc. Læti. *festa frondentia* Var. LL. e marg. Parm. *frondent festaque* Vat. tert. Exc. Læti, ed. Parm.—29 *Lumina* Florent. Var. LL. ed. Antv.—30 *thalamos* Vat. pr. Oisel. Vat. Livin. Exc. Læti. *thalamum* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—31 *Hinc* Exc. Læti. *Hoc* Florent. Buslid.—32 *choros* Med. sec. inc. Heins. *mirata* Bonon. *mutata* Vat. sec.—33 *motu* pro *flatu* Vat. sec. Heinsius ascripserat locum Lucret. lib. VI. 'Impellant ut eam magnesia flamina sæpe.' de magnete plura habes ibidem.—34 *Et tandem* Med. sec. *galeaque* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. *galeæque* Exc. Lucens. pr.—35 *torum* pro *totum* Exc. Læti, m. pr.—36 *spiraminis ictu* Buslid.—37 *Alternis*

NOTÆ

complecti, in eo templo conjugium Veneris et Martis esse putat, ideoque illud celebrat.

28 *Choros*] Puellarum, puerorum canentium.

Myrto] Quæ arbor est sacra Veneri.

30 *Thalamum*] De hac voce supra.

31 *Cytherea*] Venus, supra.

32 *Toros priores*] Cum scilicet cum Marte deprehensa est: 'Et fuit in toto notissima fabula cœlo.'

34 *Suspendit*] Claverius ex S. Augustino: 'μηχανήματα humanis artibus fiunt, quæ qui nesciunt opinentur esse divina. Unde factum est, ut in quodam templo lapidibus magnetibus in solo et in camera positis, proportione magnitudinis, simulacrum ferreum, aëris illius medio, inter utrumque lapidem, ignorantibus quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate penderet.' Et Plinius: 'Eodem lapide *Magnete* Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus e ferro pendere in aëre videretur.'

35 *Vivis*] Ferro ita se movente, ut credas trahi a Magnete vivente: vel

Pronuba fit Natura Deis, ferrumque maritat
Aura tenax: subitis sociantur Numina furtis.
Quis calor infudit geminis alterna metallis
Fœdera? quæ duras jungit concordia mentes?
Flagrat anhela silex, et amicam saucia sentit
Materiem, placidosque chalybs cognoscit amores.
Sic Venus horrificum belli compescere Regem,
Et vultu mollire solet, cum sanguine præceps
Æstuat, et strictis mucronibus asperat iras.

allicitur nexibus secretis uxoris suæ *gemmæ. Natura fit pronuba Diis* duobus, *et spiritus vinciens copulat ferrum. Dii* illi *conjunguntur* amore *furtivo repentino. Ecquis ardor indidit amicitiam mutuam metallis duobus? quæ consensio copulat animos asperos? Rupes* velut *suspirans ardet, et vulnerata sentit materiam* ferri *amantem, et ferrum agnoscit amores tranquillos. Ita Venus consuevit sedare et lenire aspectu* suo *Regem belli terribilem, cum abreptus cruore flagrat et irritat*

Vat. sec. Exc. Læti, ed. Parm. *Arcanis* Var. LL. e marg. Parm. *geminis* pro *gemma* Rott. *gemina* Voss. Moret. pr.—40 *color* Petav. pr. *infudit* Vat. pr. Med. sec. Ambr. pr. Buslid. Vat. Livin.—41 *nutrit concordia* Med. sec. Put. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—42 *sensit* Hafn. Ambr. tert.—43 *Materiam* Vat. pr. et sec. Oisel. Exc. Læti. *Materiem* Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. *placidumque c. c. amorem* Put. Var. LL. ed. Antv. *placitosque* Exc. Læti, quod placet Heinsio. *placidusque* Buslid. qui et *amorem* habet. *ignoscit* Vat. Livin. *ignescit* vel *agnoscit* conjiciebat Heinsius.—44 *horriferum* Buslid.—45 *Et multum* Oisel. *vultum* Vat. pr. Exc. Læti. *vultu* Florent. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—46 *strictis* Vat. pr. Exc. Læti. *tristes* duo Vatt. Hafn. Rott. Oisel. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL.

NOTÆ

vivis complexibus, intellige vivos referentibus.

38 *Pronuba*] Pronuba est, quæ deducit novam nuptam in domum viri. Hic *natura pronuba* dicitur, quia utramque statuam animat, et in mutuum complexum ducit.

39 *Furtis*] Quia duæ statuæ furtim, seu furtivo amore conjunguntur.

40 *Metallis*] Metalli nomen latius usurpatum tribuitur et Magneti.

41 *Mentes*] Barthius legit, *montes*, id est, quæ concordia jungit lapidem et ferrum, utrumque ex monte avulsum; sicque ponitur pars pro toto. Ingenium non male diceretur de Magnete, rarius mens, nisi forte intelligas ferrum tractum a Magnete moveri, quasi mentem haberet.

42 *Anhela silex*] Quasi anhelitum et suspirium emittat: Ovidius dixit, 'rigidos silices.'

43 *Chalybs*] Alii legunt, *placitoque chalybs ignescit amore*, quasi chalybs placito et grato amore flagraret. Virgilius: 'Placitone etiam pugnabis amori?'

Sola feris occurrit equis, solvitque tumorem
Pectoris, et blando præcordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
Deserit, et rutilas declinat in oscula cristas.
Quæ tibi, sæve puer, non est permissa potestas?
Tu magnum superas fulmen, cœloque relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
Jam gelidas rupes, vivoque carentia sensu
Membra feris: jam saxa tuis obnoxia telis,
Et lapides suus ardor agit; ferrumque tenetur
Illecebris: rigido regnant in marmore flammæ.

furorem suum *gladio nudato. Sola* Venus *sistit equos* ejus *feroces; et placat cor tumens, et moderatur flamma benigna animum* ejus. *Pax placida datur menti* ipsius, *et deserit prælia ardentia, et demittit jubas micantes ad osculandam* eam. *Quæ potentia non est tibi data, o puer crudelis* Cupido? *Tu vincis summum fulmen, et impellis Jovem post cælum desertum, mugire in mari medio. Jam percutis saxa frigida, et corpora destituta sensu vivo: jam cautes obnoxiæ sunt sagittis tuis, et flamma sua movet lapides; et ferrum rapitur blandimentis* amoris: *ignes triumphant in marmore duro.*

ed. Antv. *æstuat* pro *asperat* Vat. tert.—47 *mollitque* Vat. pr. Vat. Livin. Exc. Læti et Pat. rec. m. sec. *solvitque* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *timorem* Vat. sec. Florent. Buslid.—48 *temperat igni* Vat. pr. et tert. Hafn. *igne* Vat. sec. Florent. Buslid. vet. Gyr.—49 *animi* Med. sec. *nocentes* inc. Heins.—51 *commissa potestas* Moret. pr. *penetrans et mira potestas* Buslid. et tum *Quam* pro *Quæ* legendum.—52 *Ut magnum* Oisel. *numen* pro *fulmen* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv. *flumen* Var. LL. e marg. Parm. *teloque relicto* Med. sec. Petav. sec.—53 *cogit* Oisel. Ambr. pr.—54 *calentia* Moret. pr. *sensu* Buslid. Ald.—56 *Et lapidi suus ardor inest* Buslid. qui in vs. seq. *cum marmore* exhibet.

NOTÆ

53 *Mugire Tonantem*] Cum scilicet conversus in Taurum, Europam Agenoris filiam rapuit, et ex Phœnicia in insulam Cretam per mare detulit.

54 *Vivoque carentia sensu*] Statuas ferreas et lapideas.

57 *Flammæ*] Amoris scilicet dominantur in saxis ipsis. Materiam striatam recentiorum hic explicare longius foret.

XLIX.

6. APONUS.

ARGUMENTUM.

Nefas est eum silere fontem, qui etiam mutis det vocem. Fons autem describitur a loco, natura, margine, origine; a montibus, arboribus, saxisque vicinis; a fluvio salso, qui inde nascitur, cujus est mira virtus; ab igne erumpente, et vi medica, ejusque causis; ab accolarum felicitate.

Fons, Antenoreæ vitam qui porrigis urbi,
Fataque vicinis noxia pellis aquis,
Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
Cum tibi plebeius carmina dictet honos,
Et sit nulla manus, cujus non polluce ductæ
Testentur memores prospera vota notæ;

O *Fons, qui extendis vitam* civibus *urbis Antenoreæ, et expellis mortem nocentem aquis finitimis, cum prodigia tua dent vocem etiam mutis, cum amor Apollinis inspiret tibi cantus, et* cum *nulla sit manus, cujus digitis notæ exaratæ non*

Aponus inscribitur hoc carmen in Vat. pr. inc. Heins. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. Med. pr. habet *Aponus de aquis Patavii.* Cod. Thom. Bartholini Raptui Proserpinæ annexus exhibet, *Claudii Claudiani de fonte Aponi Elegia incipit.* in ed. Parm. erat *De Apone* [l. *Aponi*] *balneis.* Vid. Cassiodor. ad Archiatrum. Gyrald. Martial. Lib. v. Lucan. Lib. vi.

1 *Mons* Ambr. pr. *Antenoniæ* Vat. sec. *Autonöe* Med. sec. *Antioneæ* inc. Heins. *Autheoneæ* Petav. pr. *Antenoneæ* Vat. tert. *porrigit* Vat. sec. Oisel. *corrigis* conjiciebat Heins.—2 *Factaque* Vat. pr. et tert. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. Ald.—3 *præstent miracula* Cod. Bartholin.—4 *vel Phœbus* Exc. Lucens. pr. *Phœbeus* Vat. sec. Put. Petav. pr. vet. Gyr. Cod. Bartholin. Gesn. *plebejus* tres Vatt. Pal. Oisel. Petav. sec. in quo reliqua desunt. et ed. Bipont.—5 *Et si* Exc. Lucens. pr. *Cum* Cod. Bartholin. *si* Vat. quart. *sic* Vat. sec. *sit* Florent. tres Med.—6 *Testentur* Vat. pr. *Testantur* Buslid.

NOTÆ

1 *Antenoreæ urbi*] Aponus fons est celeberrimus in Italia, prope Patavium, quod ab Antenore dicitur esse conditum.

4 *Plebeius*] Alii legunt *Phœbeus*, id est, cum amor et velut honos quidam ac reverentia Phœbi in te, illum eo impellat, vim ut secretam addat aquis tuis, ad dandam mutis vocem, et ad dictanda carmina.

5 *Nulla manus*] Cum nulla sit manus, seu potius nullus sit homo, qui

Nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor,
  Si tacitus soli prætereare mihi?
Indictum neque enim fas est a vate relinqui
  Hunc qui tot populis provocat ora, locum.
Alto colle minor, planis erectior arvis,
  Conspicuo clivus molliter orbe tumet.
Ardentis fœcundus aquæ, quacumque cavernas
  Perforat, offenso truditur igne, latex.

significent, gratæ existentes, *desideria* sua *impleta, an non videbor nocens* in *Musas similiter et Nymphas, si indictus omittaris a me uno? Neque enim licet prætermitti illaudatum et incelebratum eum locum, qui vagatur per tot sermones hominum. Clivus* quidam *inferior colle excelso, elatior agris patulis turget leniter* in *clivo manifesto.* Clivus *abundans aqua calente,* quæ *aqua quacunque findit antra,*

Testatur Vat. sec. *veteres* Vat. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. ed. Parm. *memores* Var. LL. e marg. Parm. *Deæ* pro *notæ* inc. Heins.—7 *Faunis* pro *Musis* Oisel. *Nymphis pariterque* Ambr. pr. Buslid. *partem* pro *pariter* Med. pr. *videbor* Vat. sec. Cod. Bartholin.—9 *Indictum neque enim fas est a vate* vet. Gyr. *Ludibrium quid enim fas est tacitumque* Vat. Livin. *Indictum neque enim fas est tacitumque relinqui* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. pr. Gesn. et ed. Bipont. *Ludibrium quid enim fas est a vate relinqui* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. m. sec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *quid enim fas est a vate* Florent. Med. sec. Oxon. sec.—10 *populos provocat ore loqui* inc. Heins. *populis provocat ora loqui* Oxon. sec. *provolat ore loqui* vet. Gyr. *provocat ora locum* Vat. Livin. ed. Bipont. *pervolat omne locum* Vat. tert. Rott. Florent. *pervolat omne loqui* Put. *provocat omne loqui* Buslid. *provocat ora loqui* duo Med. Vat. pr. et quart. Pal. Petav. pr. Bonon. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. *pervolat orbe locum* Vat. sec. *provolat ore locum* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *pervolat ore locum* Oisel. Cod. Bartholin. *pervolat esse locum* Med. sec. *pervolat omne loqui* vel *pervolat ore locum* Var. LL. ed. Antv. *provocat ora locum* vel *pervolat ora locum* conjiciebat Heinsius, qui ascripserat, sic 'venire in ora populi' Passerat. in Propert. p. 244. *pervolat ora locum* Gesn.—11 *Alta cole* Moret. pr. *planis* Vat. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *parvis* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. *ereptior* Exc. Lucens. pr. *etrucior* Buslid.—12 *Conspicio* id. Buslid. *clivis* Pal. Bonon. Buslid. *divis* duo Med.—13 *Ardenti* Oisel. *aquis* Exc. Lucens. pr. *quocumque* Vat. tert. Florent. Med. sec. *quæcumque* Vat. quart. Buslid. *cavernis* duo Vatt. Rott. Oisel. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. ed. Antv.—14 *Proferat* Var. LL. e marg. Parm. *offensus* Var. LL. e marg. Parm. Ald. *traditur* Florent. Buslid.

NOTÆ

non gratus, et memor beneficiorum tuorum, testetur vota sua, seu sua desideria prospere et feliciter impleta, postquam ex aquis tuis bibit.

10 *Provocat*] Hoc est, qui ad loquendum excitat.

11 *Planis arvis*] Erectior planitie.

12 *Tumet*] Unde et tumulus dicitur, qui est parvus terræ tumor.

Spirat putre solum, conclusaque subter anhelo
  Pumice rimosas perforat unda vias.
Humida flammarum regio, Vulcania terræ
  Ubera, sulfureæ fervida regna plagæ.
Quis sterilem non credat humum? Fumantia vernant
  Pascua: luxuriat gramine cocta silex.
Et cum sic rigidæ cautes fervore liquescant,
  Contemtis audax ignibus herba viret.
Præterea grandes effosso marmore sulci
  Saucia longinquo limite saxa secant.
Herculei (sic fama refert) monstratur aratri
  Semita; vel casus vomeris egit opus.

emittitur invento igne. Terra putris exhalat ignem, *et aqua inclusa subter in pumice suspirante, aperit meatus spongiosos.* Hæc est *patria madida ignium,* hæ velut *flammæ Vulcaniæ* in *terra,* hæc *regna ardentia oræ sulfureæ. Ecquis non putaret terram infœcundam? Prata flagrantia herbescunt: lapides tosti affluunt herba, et cum rupes duræ sic liquefiunt igne, herba virescit audax flammis spretis. Insuper sulci magni, marmore effosso, findunt tractu longo lapides abscissos. Vestigia aratri Herculei (fama ita memorat) ostenduntur; vel vomis casu* aliquo *fecit*

ore pro *igne* Buslid. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—15 *pure solum* Med. pr. *conclusaque* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. *conclusa* Ald. Isingr. Colin. Gryph. *subtus* Cod. Bartholin. Exc. Pat. rec.—16 *rimosas* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. *limosas* al. pro *perforat, perfurit,* vel *perluit,* conj. Heins.—17 *Numina* pro *Humida* Cod. Bartholin.—19 *nunc credat* Pal. *tradat* Med. sec. *eam* pro *humum* Vat. tert. Pal. Rott. Florent. tres Med.—20 *luxuriet* Vat. tert. Rott. Florent. *tosta silex* Vat. quart.—21 *rigidæ* Vat. pr. Pal. Med. quart. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat. rec. m. sec. *gelido* Moret. pr. *liquido* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Oxon. sec. Buslid. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. ed. Antv. *liquescunt* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Put. Petav. pr. Bonon. Buslid. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv.—22 *Contentis* Vat. tert. *Contemptis* tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Buslid. Vat. Livin. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud.—23 *effossi* Vat. pr. Pal. Buslid. Ald. *effosso* Vat. sec. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. Barth. *carmine* pro *marmore* Med. sec. m. pr. *in marmore* Moret. pr.—24 *milite* pro *limite* Vat. pr. Ambr. Buslid. *micant* pro *secant* Oxon. sec. m. pr.—25 *monstra* pro *fama* Buslid. *sacra fama* Vat. tert. Florent. Med. sec. *si fama* Pal. Med. pr. *ni* conjiciebat Heins. *monstrator* Vat. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *monstratur* vet. Gyr.—26 *nec casus*

NOTÆ

16 *Perforat*] Hæc vox jam præcessit, unde alii legunt, *perluit.*

17 *Vulcania*] Hæc loca, etsi ignem spirantia, tam fœcunda sunt, ut hic ubera Vulcani esse putes.

24 *Saucia saxa*] Ita separata et fissa, ut vulnerata credi possint.

26 *Vel casus*] Sulci illi impressi

In medio pelagi late flagrantis imago,
  Cœrulus immenso panditur ore lacus,
Ingenti fusus spatio: sed major in altum
  Intrat, et arcanæ rupis inane subit,
Densus nube sua, tactuque immitis et haustu,
  Sed vitreis idem lucidus usque vadis.
Consuluit Natura sibi, ne tota lateret,
  Admisitque oculos, quo vetat ire calor.
Turbidus impulsu venti cum spargitur aër,
  Glaucaque fumiferæ terga serenat aquæ;

hoc *opus*. *In* clivo *medio species* est *maris ardentis late, lacus cæruleus hic aperitur ostio magno*, et *porrectus intervallo* itidem *magno*, *major* adhuc *ingreditur in* antrum *profundum, et penetrat specus saxi secreti, spissus* ob *fumos suos, et perniciosus* ob *contactum et haustum, at idem semper pellucidus* ob *aquas crystallinas. Natura providit sibi, ne tota* aqua *occultaretur, recipit oculos* in eundem locum, *in quem ignis impedit penetrare. Cum aër turbulentus diffunditur agitatione ventorum, et* simul *tranquillat superficiem cæruleam aquæ fumantis. Tum obstupesces vallem totam*

Cod. Bartholin. Exc. Pat. rec. m. pr. *seu* conj. Heins. *caussis* Oisel. Cod. Epigr. Ambr. *vominis* Med. sec.—27 *late pelagi* Vat. tert. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. *palati* pro *pelagi* Put.—28 *innerso* Med. sec. Moret. pr.—29 *spatio fusus* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec.—30 *arcanum* Buslid. *Arcadiæ* Pal. duo Med. Heinsius ascripserat locum Lucani lib. IV. 15.—31 *Mersus nube* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *tractuque* Med. quart. *astu* pro *haustu* Med. sec. Buslid.—32 *vitreus* Med. sec. *absque vadis* Petav. pr.—33 *nec tota* Cod. Epigr. Ambr. *ne tota* Sched. Gud. *mersa lateret* Buslid. Ald. *tota* Vat. pr. Pal. Med. sec. Ambr. pr. Exc. Pat. rec. m. sec. *mersa* tres Vatt. Rott. Cod. Bartholin. Gesn. et ed. Bipont. *tota nileret* vel *mersa lateret* Var. LL. e marg. Parm. *tecta* olim conjecerat Heins.—34 *Amisitque* Put. Buslid. *ore* pro *ire* Oisel. *color* Vat. sec. Rott. Oisel. Med. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr.—35 *impulsu* vet. Gyr. Vat. Livin. *impulsi* Moret. pr. Ald. *impulsa vento conspergitur* Buslid. *lento* Med. sec. *vento* Pal. Oisel. duo Med. *venit* Vat. pr. et tert. *vereri* Vat. quart. *Zephyri* legebat Heins. *conspergitur* Vat. quart. Rott. Med. sec.—36 *Claraque* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin.

NOTÆ

sunt ab aratro Herculeo, vel casu aliquo. Alii legunt, *Cacus vomeris egit opus*. Nec male: quid enim convenientius, quam sulcos in terra ignea impressos esse a Caco Vulcani filio, flammas eructante?

27 *Pelagi*] In medio clivo, fontis aqua ita æstuat, ut pelagi speciem referat.

31 *Densus nube sua*] Locus qui instar maris æstuat, emittit nubem, seu fumos.

34 *Admisitque oculos*] Fons ille partim emittit fumos et caliginem; sed ubi calidior est, est pellucidus, admittitque oculos, ne tota aqua lateret.

35 *Spargitur*] Heinsius legit, *tergitur aër*, id est, vento purgatur.

Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi:
  Tunc veteres hastæ, regia dona, micant:
Quas inter nigræ tenebris obscurus arenæ
  Discolor abruptum flumen hiatus agit.
Apparent infra latebræ, quas gurges opacus
  Implet, et abstrusos ducit in antra sinus.
Tunc montis secreta patent, qui flexus in arcum
  Æquora pendenti margine summa ligat.

fundi lucidi, tum lanceæ antiquæ, quæ sunt *munera regalia, fulgent: inter quas* hastas *rima discolor*, et *opaca* ob *caliginem arenæ atræ, rapit fluvium præcipitem. Infra foramina videntur, quæ gurges tenebrosus replet, et impellit flexus* aquæ *occultos in cavernam. Tum arcana montis videntur, qui* mons *curvatus in semicirculum jungit crepidine pendula* partes *extremas fontis. Umbra nativa colligat aquas cir-*

Sched. Gud. *Claraque* vel *Glaucaque* Exc. Pat. rec. *fumigeræ* duo Med. Put. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *spumiferæ* legit Heinsius. *freus* inc. Heins. *regna* conjiciebat Heinsius. *ferebat* pro *serenat* Buslid.—37 *vallem simul et* Buslid. *mirabile* Petav. pr. Med. sec.—38 *veteres hastæ* vet. Gyr. Vat. Livin. *veteris* Ald. *veteres tali* conjiciebat Heinsius, et *sortes Aponinas* intelligebat, provocans ad Gevart. in Stat. p. 90.—39 *Quos* Vat. tert. Med. sec. *tenebras* Med. sec. vet. Gyr. *tenebris* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—40 *abruptum* Florent. duo Med. Petav. pr. inc. Heins. Buslid. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. *abruptos* Cod. Bartholin. Ald. *obruptos* Var. LL. e marg. Parm. *obruptum* Isingr. Gryph. *fulmen* Vat. sec. Ambr. tert. Buslid. *agat* Buslid. *habet* Vat. sec.—41 *intra* duo Vatt. *intus* Buslid. *infra* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. vet. Gyr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *qua* Med. sec.—42 *abstrusos* tres Vatt. Pal. *abstrusus* Vat. Livin. *obstrusos* Buslid. Ambr. tert. Cod. Bartholin. *astructos* Vat. tert. Florent. Med. sec. *astructos* vel *abstrusos* Rott. *astra* pro *antra* Vat. tert.—43 *Tum* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald. *monti* Florent. *latent* Buslid. *quo flexus* Florent. *altum* pro *arcum* Pal.—

NOTÆ

37 *Mirabere*] Tum in fundo aquæ admiraberis totam vallem, totum clivum, velut in speculo.

38 *Hastæ*] Dona a regibus data, quod ejus ope ex aliquo morbo recreati sint. Heinsius conjiciendo legebat, *veteres tali*: solebant quippe antiqui jacere talos in fontes, ut futura explorarent, unde cum eos extraherent, Veneremque et summum numerum sortirentur, inde fausta sibi promittebant. Sic Tiberius, ex Suetonio, cum 'juxta Patavium adiisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit ut summum numerum jacti ab eo ostenderent: hodieque sub aqua visuntur ii tali.' Et hæc est species ὕδατος μαντικοῦ, *aquæ fatidicæ*: et hinc μαντικῶν ἀστραγάλων, *Talorum fatidicorum*, appellatio manavit.

43 *Montis secreta*] Apparent arcana montis, seu solitudo separata, secreta; seu, apparet quod est pulchrius.

44 *Æquora ligat*] Arcus ligat et

Viva coronatos astringit scena vapores,
Et levis exili cortice terra natat,
Calcantumque oneri nunquam cessura virorum
Sustentat trepidum fida ruina pedem.
Facta manu credas: sic leves circuit oras
Ambitus, et tenuis perpetuusque riget.
Hærent stagna lacu plenas æquantia ripas,
Præscriptumque timent exsiluisse modum.

cunditus, *et terra exigua supernatat*, velut *cortice parvo; et ruina fidelis nunquam casura* sub *pondere hominum incedentium, fulcit pedes titubantes. Putares hæc esse facta manu: ita circuitus cingit extremitates politas, et exilis est, atque continuus. Aquæ stant* in *lacu, et adæquant ripas impletas, ac metuunt transgredi limites*

45 *Una* pro *Viva* Vat. sec. Moret. pr. *et stringit* Exc. Lucens. pr. *scena* Buslid. Ald. *cena* Vat. pr. et quart. Put. *sæva* Junt. Isingr. Colin. Gryph.—46 *ex leni* pro *exili* Rott. *ex levi* Vat. tert. Florent. *corpore* Buslid. *fornice* vel *cespite* conjiciebat Heins.—47 *Calcatumque* Med. sec. Buslid. *Calcantumque* duo Vatt. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Calcanturque* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. *Calcaturque* Florent. duo Med. Ambr. pr. *omni* pro *oneri* Moret. pr. *nusquam* legebat Heins. *censura* Med. pr.—48 *trepide* Buslid. *firma* Sched. Gud. *corona* pro *ruina* Vat. tert. m. pr.—49 *latus circuit* Oisel. *læves* Oxon. sec. *leves* Vat. Livin. *lenes* inc. Heins. ed. Parm. *lenis* Vat. sec. Pal. Rott. duo Med. Buslid. Cod. Bartholin. *levis* Vat. tert. Florent. Med. sec. Put. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *auras* Moret. pr.—50 *Ambitus tenuis* sine copula Pal. *perpetuisque* Med. pr. *rigor* Vat. sec.—51 *Arent* Vat. pr. Ambr. pr. *Hærent* vel *Arent* Exc. Pat. rec. *lacu* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *loco* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Barthol. *loco* vel *lacu* Exc. Pat. rec.—52 *timet* Med. sec. *exiliisse* Pal. duo Med. *exiluisse* Vat. pr. *transiliisse* Vat. sec. inc. Heins. Put. Ambr. tert. *transiluisse* Petav. pr. Bo-

NOTÆ

jungit semicirculo quodam partes extremas fontis æstuantis, et æquora imitantis; ligat autem margine, seu ora, seu crepidine alta, et velut suspensa in aëre.

45 *Viva scena*] Σκηνὴ est *tabernaculum*, et *umbraculum* naturale arborum. Virgilius: 'Tum sylvis scena coruscis Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.'

Vapores] Arbores itaque coronant et cingunt aquas, quæ vapores emittunt.

46 *Levis terra*] Parva quædam insula supernatat, ceu in cortice. Alii legunt, *cæspite*.

48 *Fida ruina*] Parva illa insula est major cæspes, isque tremulus, ita ut mox casurum putes: sed tamen si te huic credas, fidus erit, neque cadet sub pedibus calcantibus. Sicque *fida* erit *ruina*, id est, quam tu ruinam putabis, erit fida, et tremendo non desinet sub tuis pedibus hærere fideliter.

49 *Leves*] Extremitates politas, regulares, et velut arte factas.

51 *Stagna*] Aqua stagnans, sed quæ tamen ob ignem aliquando æstuat.

Quod superat, fluvius devexa rupe volutus
  Egerit, et campi dorsa recurva petit.
Devehit exceptum nativo spina meatu:
  In patulas plumbi labitur inde vias,
Nullo cum strepitu: madidisque infecta favillis
  Despumat niveum fistula cana salem.
Multifidas dispergit opes, artemque secutus,
  Qua jussere manus, mobile torquet iter:

præfixos. Flumen fluens ex *saxo declivi, ejicit quod abundat, et currit per terga curvata agri.* Alveus *spineus deducit via naturali receptum* flumen. *Inde influit in tubos patentes plumbi. Canalis albus absque ullo murmure, et fœtus igne humenti, emittit salem candidum. Diffundit divitias varie divisas, et sequens industriam, qua manus trahunt, volvit viam instabilem, et subterfluit pontes conjunctos*

non. vet. Gyr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. et Pat. rec. m. pr. *modum* vel *locum* Oisel.—53 *Quæ superat* Buslid. *Quo* Ambr. pr. *fluvio* ed. Parm. *fluvius* Var. LL. e marg. Parm. *solutus* Rott. *solutis* Vat. tert. *solutos* Florent. Med. sec. *volutis* Var. LL. e marg. Parm.—54 *Erigit* Petav. pr. *campum* Buslid.—55 *Evehit* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv. *ereptum* Vat. tert. Rott. Oisel. *Evehit ereptum vicino* Buslid. *vicino spuma recurvo* Vat. tert. *vicino* Rott. Med. sec. *spuma* Oisel. ed. Parm. *spira* Gesn. et ed. Bipont. *sigma* conj. Barth. i. e. figura literæ. *spina* duo Vatt. duo Med. Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Pat. rec. Sched. Gud. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *recurvo* pro *meatu* Florent.—56 *ille* pro *inde* Buslid.—57 *tum strepitu* Vat. Livin. *madidis infecta* Vat. pr. et sec. Pal. Cod. Bartholin. Vat. Livin. *madidisque infecta* Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. —58 *Dispumat* Put. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *Despumat* Vat. pr. *niveam* Vat. tert. Med. sec. *juvenum* Pal.—59 *Multifidum d. onus* Bonon. *Multifidum d. opus* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. ed. Parm. *Multifidas dispergit opes* Var. LL. e marg. Parm. *Multifidum dispersit* Petav. pr. *Multifidas aquas* conjiciebat Heinsius, qui et *arcumque* legebat, ut alibi *arcum* pro *aquæductu* posuit Claudianus.—60 *Quas* Pal. Med. sec. *nobile* Put.—61 *cunctos* Pal. *victos*

NOTÆ

53 *Quod superat*] Fons plenus est usque ad ripas, et per fluvium effluit quicquid *superat*, aut superest, seu abundat; hoc est, tantum aquæ abit, quantum ex scaturigine redit.

54 *Dorsa recurva*] Intellige clivum.

55 *Spina*] Via quodammodo spinæ similis, ob saxa acuta. Alii legunt, *spuma*; alii, *spira*, id est, gyrus et circuitus quidam.

57 *Madidis favillis*] Madidis quibusdam aquæ ferventissimæ ejectamentis, favillarum instar ardentibus, non revera favillis, nam favillæ non sunt amplius cum madent.

58 *Despumat*] Spumando emittit.

59 *Multifidas*] Spargit aquas divites, seu ad multa utiles, easque per varios tubos, varieque fissos.

Et junctos rapido pontes subtermeat æstu,
Afflatosque vago temperat igne tholos.
Acrior interius rauci cum murmure saxi
Spumeus eliso pellitur amne vapor.
Hinc pingues repetunt fessi sudore lacunas:
Frigora quîs longæ blanda dedere moræ.
Salve Pæoniæ largitor nobilis undæ:
Dardanii salve gloria magna soli:

aqua præcipiti et *æstuanti, et mitigat fornices tactos flamma errante. Intus vapor spumosus vehementior expellitur fluvio fracto, cum strepitu rupis resonantis. Hinc* homines *fatigati labore adeunt fossus* hujus aquæ *crassiores* factas, *quibus* fossis *mora longior attulit frigus amabile. Salve,* o fons, *dator celeberrime aquæ Pæoniæ:*

Vat. quart. Rott. Buslid. *vinctos* Var. LL. ed. Antv. *pontes junctos rapido* Ambr. pr. *montes* Med. sec. *subtermeat* Vat. pr. Pal. Med. pr. *prætervehit* inc. Heins. *subtervehit* tres Vatt. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. Florent. Med. sec. Put. Petav. pr. inc. Heins. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. —62 *Afflatasque* tres Vatt. Rott. Oisel. Med. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. et Bartholin. *Afflatasque....colos* Var. LL. ed. Antv. *jugo* pro *vago* Med. sec. *colos* Oisel. duo Med. Buslid. *comas* Med. sec. *colas* Vat. tert. Rott.— 63 *Acrior* Florent. tres Med. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *interius* Med. pr. Buslid. *internis* Florent. Put. *interea* Med. sec. *vasti* pro *rauci* Cod. Bartholin. *rauco* duo Med.—64 *illæso* Oxon. sec. *amne* inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *igne* Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Put. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *amne* vel *igne* Moret. pr. *sapor* Vat. sec.—65 *Hic* Put. *pingues* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *pigras* tres Vatt. Pal. Cod. Bartholin. *nigras* conjiciebat Heinsius. *fesso* Buslid.—66 *Frigore* Lucens. Buslid. et tres alii cum Ald. *aquis* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Var. LL. ed. Antv. *quis* Vat. pr. et quart. Pal. Parm. Isingr. Junt. et al. *damna* duo Vatt. Pal. Vat. Livin. *blanda* Cod. Bartholin. duo Vatt. Oisel. Florent. Med. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—67 *largitor fons medicinæ* Oisel.—

NOTÆ

62 *Afflatos tholos*] Fornices pontium tactos afflatu, seu vapore aquæ igneæ.

64 *Eliso amne*] Aqua repercussa, fracta, collisa contra saxa.

65 *Hinc pingues*] Cum aquæ hujus fontis in fossas seu lacunas receptæ aliquamdiu stagnaverunt, crassiores fiunt, et morbis aut laboribus levandis utiles.

67 *Salve*] Apostrophe familiaris Poëtis. Virgilius de Italia: 'Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus.'

Pæoniæ] Aquæ medicæ et salutaris. De voce *Pæoniæ*, supra.

68 *Dardanii*] Trojanæ terræ ab Antenore Trojano habitatæ. Huc enim, ex Tito Livio, Troja eversa, Antenor appulit, 'Cum multitudine Henetum ...Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis.' Et postea: 'Gens universa Veneti appellati,'

Publica morborum requies, commune medentum
Auxilium, præsens numen, inemta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,
Et nostro Phlegethon devius orbe calet:
Sulfuris in venas gelidus seu decidit amnis,
Accensusque fluit, quod manifestat odor:
Sive pari flammas undarum lance rependens,
Arbiter in fœdus mons elementa vocat,
Ne cedant superata sibi; sed legibus æquis
Alterius vires possit utrumque pati:

salve, o *decus inclytum terræ Trojanæ: levamentum publicum morborum, commune subsidium medicorum, Divinitas opitulans, salus inemta: seu ignes inferorum erumpunt* in te *repagulis fractis, et Phlegethon deflexus ardet in mundo nostro: seu frigidus fluvius cadit in fodinas sulfuris, et inflammatus fluit*, id *quod odor* ejus *ostendit: sive mons* ille velut *arbiter componens ignes* cum *simili proportione aquarum, congregat elementa cum concordia* pari, *ne victa* hæc elementa *cedant sibi* invicem; *sed* ut *utrumque possit ferre certo fœdere virtutem alterius: quæ-*

68 *Salve Dardanii* Ambr. tert. Exc. Pat. rec.—69 *medentum* Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *merentur* Pal. duo Med. *meretur* ed. Parm. *moretur* Vat. pr.—70 *Subsidium* pro *Auxilium* Pal. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *inepta* pro *inemta* Buslid.—71 *raptis* Buslid. *effrena* pro *inferna* Vat. sec. et tum *Stygiis* legendum censet Heinsius, vel *terrena* conjicit. *ruant* Vat. quart.—72 *vestro* duo Med. *calet* Var. LL. e marg. *latet* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Vat. Livin. vet. Gyr. ed. Parm. *calet* vel *latet* Exc. Pat. rec. *sonet* vel *calet* Buslid. —73 Deerat hoc distichon Vat. sec. *gelidis* Pal. duo Med. *decidat* Oxon. sec. *amnis* Med. quart. *annus* Florent. Med. sec.—74 *fluit* Med. pr. *ruit* duo Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *quid manifestat* Buslid. *non manifestus* Vat. tert. Florent.—75 *pari* Ambr. tert. Exc. Pat. rec. *pares* quatuor Vatt. Oisel. Exc. Lucens. pr. *parens* Pal. Rott. Florent. tres Med. Put. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *luce reprendens* Buslid. *angue* Vat. pr. *luce* Vat. sec. Put. Var. LL. ed. Antv. *rependes* Med. quart. *repellens* Vat. tert.—76 *Arbitror* Vat. tert. Florent. *mos* Florent. —77 *Nec* Florent. Med. sec. Put. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *credant* Ambr. tert. *cedunt* Buslid. *tibi* pro *sibi* Vat. sec. *legibus ipsis* inc. Heins.—78 *Alternas* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *poscit utrumque* Sched. Gud. *poscit uterque* Ambr. pr. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *positururoque* Vat. pr. *uterque* Vat. tert. Pal. Rott.

NOTÆ

69 *Morborum requies*] Hinc *Aponus*, dictus quasi ἄπονος, *sine labore*.

70 *Præsens numen*] Aqua scilicet, seu Genius fontis, eo ipso in loco, in quo colitur, fert auxilium præsentissimum.

Inemta salus] Fons qui dat salutem gratis.

72 *Phlegethon*] Supra.

79 *Quocumque emitteris*] Quacumque origine fontem emitti vel emergere quis dixerit.

Quicquid erit causæ, quocumque emitteris ortu,
  Non sine consilio currere certa fides.
Quis casum meritis ascribere talibus audet?
  Quis negat auctores hæc statuisse Deos?
Ille pater rerum, qui sæcula dividit astris,
  Inter prima poli te quoque sacra dedit:
Et fragilem nostri miseratus corporis usum,
  Telluri medicas fundere jussit aquas,
Parcarumque colos exoratura severas
  Flumina laxatis emicuere jugis.

cumque causa sit, quacumque exeat origine, certe credendum est hunc fontem *non fluere sine providentia. Ecquis ausit tribuere casui tantam virtutem* fontis? *Ecquis inficietur Deos datores* hujus muneris *hæc decrevisse? Ille mundi conditor, qui distribuit tempora* sua *sideribus, permisit etiam tibi*, o fons, *adorari inter primas* res *sacras; ac miserescens naturæ caducæ corporis nostri, imperavit terræ emittere aquas* illas *salubres; et* tum *fluvii mitigaturi stamina dura Parcarum, emerse-*

Oisel. tres Med. Bonon.—79 *erat* Vat. sec. *quodcumque* Vat. tert. Florent. Med. sec. *emitteris* Cod. Bartholin. inc. Heins. Put. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *emiseris* Petav. pr. *remitteris* Vat. pr. et tert. Pal. Rott. Ambr. pr. Vat. Livin. *remiseris* Med. sec. *emergitis* Buslid.—80 *sum consilio* Med. sec. *conscilio* Buslid. *currito* Exc. Lucens. pr. *currere* vel *credere* Oisel.—81 *casus* Pal. duo Med.—82 *actores* Vat. tert. Pal. duo Med. *hoc statuisse* Pal. Cod. Bartholin. duo Med. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr.—84 *Intus* ed. Parm. *Inter* Var. LL. e marg. Parm. *summa poli* Vat. quart. *prima dedit* Buslid. *colit* Vat. quart. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. *Inter sacra p. t. q. prima dedit* Ambr. pr. *Inter prima coli te quoque sacra dedit* malit Heins. et ita curis secundis Barth. —86 *Telluri* Vat. pr. Pal. *Tellurem* Cod. Bartholin. Ambr. tert. Exc. Pat. rec. *Telluris* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *fundere* Moret. pr.—87 *exoratura* duo Vatt. Rott. Cod. Bartholin. Med. quart. inc. Heins. Put. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Var. LL. e marg. Parm. *exornatura* Petav. pr. Ambr. pr. Buslid. *exortatura* Vat. pr. et tert. Pal. Oisel. Med. pr. Exc. Lucens. pr.—88 *Flumina* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc.

NOTÆ

80 *Non sine consilio*] Non sine certa providentiæ cura currit seu fluit ille fons, quoniam tanta est, tamque utilis ipsius virtus.

81 *Meritis*] Ecquis tribuat casum fonti, seu potius quis tribuat casui fontem de hominibus tam bene merentem? Non ita est: Dii singulari quadam suæ providentiæ cura illum hominibus dederunt.

85 *Corporis usum*] Corporis fragilis, quo utimur.

87 *Colos exoratura*] Flumina ista exoratura sunt colos Parcarum, hoc est, impetratura sunt sua virtute medica, ut colus sit diuturnior, ac proinde et vita longior: nam per colum Parcarum, vita hominis designatur.

Felices, proprium qui te meruere, coloni,
Fas quibus est Aponon juris habere sui.
Non illis terrena lues, corrupta nec Austri
Flamina, nec sævo Sirius igne nocet.
Sed quamvis Lachesis letali stamine damnet,
Inde sibi fati prosperiora petunt.
Quod si forte malus membris exuberat humor,
Languida vel nimio viscera felle virent,

runt ex monte rupto. O *fortunatos incolas, qui promeriti sunt* habere *te*, o fons, *proprium, quibus contingit habere Aponum* in *sua potestate. Neque tabes terrena, neque flatus Noti infecti, neque Sirius lædit illos calore pernicioso. At licet Lachesis condemnet* illos *filo mortali,* tamen in *hoc* fonte *fatum favorabilius sibi inveniunt. Quod si fortasse humor noxius turgeat* in *corpore, vel si præcordia debilia virescunt* ob *bilem incommodam, non secant* sibi *venam, neque curant*

Pat. rec. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm.—90 *Aponum* Vat. pr. et tert. Rott. Vat. Livin. *Aponon* duo Vatt. Pal. Cod. Bartholin. duo Med. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Sched. Gud. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Apanon* Buslid.—91 *metuenda lues* conjiciebat Heins.—92 *Flumina* vel *Fulmina* Buslid. *sævo* Vat. pr. Pal. *lævo* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *sacro* Var. LL. ed. Antv.—93 *ferali stamine* Petav. pr. *furiali* Buslid. *damni* pro *damnet* Med. sec.—94 *Undæ fata sibi* Vat. Livin. *Unde fata sibi* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *Inde sibi fata* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Cod. Bartholin. *fato* Ambr. tert. *fatis* Barth. *fati* Exc. Pat. rec. [deerat vero hæc vox Petav. pr.] *petent* Var. LL. ed. Antv. *Undæ* vel *Undis fata sibi* legebat Heinsius.—95 Deest hoc distichon Buslid.—96 *felle virent* Vat. quart. Cod. Bartholin. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Exc. Pat. rec. m. pr. Var. LL. ed. Antv. *rubent*

NOTÆ

91 *Terrena lues*] Contagio nata ex terra insalubri, ut in Sardinia.

92 *Sirius*] Supra de hujus etymologia diximus. *Sirius* autem seu *Canicula*, sidus est ex veteribus ardentissimum; adeo ut a Poëtis quibusdam dicatur 'latrare Canicula flammas;' et hujus exortu Solis vapores augeri, fervere maria, fluctuare vina, moveri stagna credita sint. At Gassendus cum recentioribus, contra sentit, dum hæc ait ex Gemino: 'Omnes putant hanc stellam (Canem) vim habere propriam, et causam esse intensionis æstuum, dum simul oritur cum Sole; attamen res non sic se habet; sed, quoniam juxta calidissimum tempus, cum hæc stella ortum faciebat, hujus apparitione, aëris in æstum mutationem significarunt.' Hinc certe ortus Caniculæ non causa est, sed tantum signum caloris. Idem Gassendus, lib. VI. de siderum effectibus, ait, 'Canem, qui caloris signum nobis est, esse Antipodibus nostris signum frigoris.'

93 *Lachesis*] Una Parcarum, de qua supra; ponitur pro qualibet Parca.

Non venas reserant, nec vulnere vulnera sanant,
  Pocula nec tristi gramine mixta bibunt.
Amissum lymphis reparant impune vigorem,
  Pacaturque ægro luxuriante dolor.

plagam plaga, neque hauriunt pocula temperata herba amara: renovant aqua sine timore vires suas *deperditas, et dolor mulcetur, ægro* velut *ludente.*

tres Vatt. Pal. Rott. Cod. Bartholin. *rubent* vel *tument* Ambr. pr.—97 *Nec* Vat. tert. Florent. *reserant* Ambr. pr. m. pr. Vat. Livin. *resecant* duo Vatt. Med. sec. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vulnera vulnere* duo Vatt. inc. Heins. Put. Petav. pr. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. et Bartholin. Exc. Lucens. pr.—98 *Sæcula* pro *Pocula* Vat. sec. *stricti* Buslid.—99 *Amissis* Florent. *Nymphis* Vat. pr. et tert. Florent. ed. Parm. *Lymphis* Var. LL. e marg. Parm. *impune* vel *in fine* Moret. pr.

NOTÆ

97 *Non venas reserant*] Non confugiunt ad φλεβοτομίαν, *venæ sectionem.*

Nec vulnere] Non sanant vulnera, id est, morbos, vulnere, id est, vena secta.

98 *Tristi gramine*] Austero et amaro succo herbarum.

99 *Impune*] Sine timore, sine dolore.

100 *Ægro luxuriante*] Ægroto velut ludente et lasciviente, morbus ejus sanatur.

L.

7. DE PIIS FRATRIBUS, ET EORUM STATUÆ QUÆ SUNT APUD CATINAM.

ARGUMENTUM.

Celebrantur Amphinomus et Anapus Siculi fratres, qui cum ex Ætnæ ardentis incendio parentes suis humeris exceptos liberassent, statuis donati sunt.

Aspice sudantes venerando pondere fratres,
  Divino meritos semper honore coli:

Cerne duos *fratres gementes* sub *onere venerabili, promeritos ornari semper*

Vat. pr. non habet hoc carmen. Lov. hoc superioribus annectit, sed sine inscriptione. in Moret. pr. inscribitur, *De piis fratribus èt statuis eorum.* Exc.

Justa quibus rapidæ cessit reverentia flammæ,
  Et mirata vagas repulit Ætna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes,
  Attollunt vultus, accelerantque gradus.
Grandævi gemina sublimes prole feruntur,
  Et cara natos implicuere mora.
Nonne vides, ut sæva senex incendia monstret?
  Ut trepido genitrix invocet ore Deos?
Erexit formido comam, perque omne metallum
  Fusus in attonito palluit ære tremor.

cultu divino: quibus fratribus *veneratio æqua ignis ardentis pepercit, et Ætna attonita removit tædas errantes.* Illi fratres *complexi manibus* suis *parentes* suos, *innixos collo* suo, *erigunt vultus* suos *et properant passus* suos. *Parentes senes elati* a *filiis duobus portantur: et impediverunt filios* eosdem *mora grata. Annon aspicis, ut senex* pater *ostendat ignes crudeles?* et *ut mater imploret voce timida Deos? Timor arrexit crines, et metus in ære admirante fusus per totum metallum*

Lucens. pr. habent, De piis fratribus et de Statuis eorum, quæ sunt apud Catinam. in Var. LL. e marg. Parm. legitur, *De piis fratribus et statuis eorum, quæ sunt apud Cathenam.* in Florent. Put. Buslid. tribus Med. et Petav. duobus deerat Inscriptio. De his Strabo III. 6. Solin. Auson. Martial. et Aristoteles in Admirandis. Gyr.

1 *suadantes* Petav. pr. et sec. *sualentes* Bonon. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr.—3 *Justa* Lov. Buslid. Ald. *Lustra* Florent. Parm. Isingr. Colin. Gryph. —4 *rettulit* conjiciebat Heinsius.—5 *Complexos* Vat. tert. Florent. *stultos* pro *fultos* Med. quart. *suffultos crine* Buslid. *cervice* vel *cinxere* Moret. pr.— 6 *Attollunt...accelerantque* duo Vatt. Pal. duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Moret. Buslid. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *Attollant* al. *Ut tollant* malit Heins. *accelerantque* Buslid. Oxon. sec. ceterum hic et seq. versus desiderantur in Lov.—7 *sublimes grande feruntur* Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec.—8 *cara* Exc. Lucens. pr. *chara* Var. LL. e marg. Parm. *clara* tres Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Lov. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *implicuisse* ed. Parm. *implicuere* Var. LL. e marg. Parm. *coma* Pal. duo Med. *mitra* inc. Heins.—9 *monstrat* duo Vatt. Pal. Oisel. Moret. pr. Oxon. sec. *monstret* Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm.— 10 *trepidos* Lov. deerat vero hic versus Var. LL. ed. Antv.—11 *Arrexit* Rott. *fortuna* pro *formido* Lov.—12 *inattonito* Vat. tert. *attonita* Med. sec. *attonitæ*

NOTÆ

Catinam] Hæc est urbs Siciliæ, non longe ab Ætna, quæ non raro Ætnæis infestatur incendiis.

2 *Divino*] Fratres qui ob insignem pietatem merentur coli ut Dii.

3 *Reverentia flammæ*] Id est, flamma his pepercit, quasi venerabunda.

8 *Cara mora*] Nam juvenes, nisi parentes suos tulissent, procul dubio celerius evasissent, ideoque mora aliqua implicati sunt; mora cara, grata, pia, cum humeris ab incendio parentes suos eriperent.

10 *Invocet Deos*] Pro se liberisque tam piis.

11 *Omne metallum*] In statua ho-

In juvenum membris animosus cernitur horror,
 Atque oneri metuens, impavidusque sui.
Rejectæ vento chlamydes: dextram exerit ille,
 Contentus læva sustinuisse patrem.
Ast illi duplices in nodum colligit ulnas,
 Cautior in sexu debiliore labor.
Hoc quoque præteriens oculis ne sorte relinquas,
 Artificis tacitæ quod meruere manus.
Nam consanguineos eadem cum forma figuret,
 Hic propior matri fit tamen, ille patri.

expalluit. In corpore horum *juvenum horror generosus videtur, et timens* suo *ponderi, et non timens sibi. Chlamydes* eorum *removentur vento: ille extrahit dextram, satis habens sustentare patrem sinistra* sua. *Sed labor prudentior in sexu infirmiore constringit illi* fratri *in nodum duo brachia. Ne etiam forsan hoc non cogitans omittas, quod manus tacitæ opificis promeritæ sunt. Etenim cum eadem imago repræsentet* duos *fratres, hic tamen formatur similior patri, ille matri. In-*

Buslid. *ære color* vet. Gyr. *ore tremor* Lov. Buslid. *ære tremor* Lucens. pr. Ambr. pr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. *ore* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *ære* Vat. sec. *color* Vat. tert. *tremor* duo Med. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. pr. Oxon. sec. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—13 *juvenis* Rott. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—14 *oneri* Ambr. tert. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *omi* duo Vatt. *omni* Petav. sec. *omnem* Pal. duo Med. *omen* Vat. quart. Rott. Put. Petav. pr. Buslid. Var. LL. ed. Antv. m. pr.—15 *dextra egerit* Rott. ed. Parm. *exerit* vet. Gyr. atque ita legebat Heinsius, qui Propertium ascripserat, non citato loco. *egerit* tres Vatt. Pal. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Lov. Moret. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv.—17 *Ast ille* ed. Parm. *undas* Pal. duo Med.—18 *Cacior* pro *Cautior* Lov.—19 *Hæc quoque* Med. pr.—20 *tacitæ* Med. quart. inc. Heins. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—21 *Jam* Vat. sec. *Non* inc. Heins. *figurat* Buslid. *figeret* Exc. Lucens. pr.—22 *proprior* Var. LL. e marg. Parm. *sit tamen* Rott. Med. sec. Florent. Var. LL. ed. Antv.—

NOTÆ

sam Juvenum tremor pictus est, et quasi fusus in ære admirante: non quod æs admiretur, sed quod præbeat admirationem, et reddat spectatores attonitos.

13 *Animosus horror*] Est *horror* quidem seu timor in juvenibus, ne non liberent parentes; sed *horror* ille est *animosus*, siquidem in hoc timore generose pugnant, ut onus tam carum ex flammis vindicent.

18 *In sexu debiliore*] Qui fert patrem, eum fulcit tantum sinistra: at qui fert matrem, eam constringit ulnis et manibus duabus, et ipse laborat prudentius in ferendo sexu infirmiore, scilicet matre.

20 *Meruere*] Quod manus artificis meritæ sunt sua industria, quæ observatur in statua silente, tacita.

Dissimiles annos solertia temperat artis.
  Alter in alterius redditur ore parens.
Et nova germanis paribus discrimina præbens,
  Divisit vultus cum pietate faber.
O bene Naturæ memores, documenta supernæ
  Justitiæ, juvenum numina, vota senum!
Qui spretis opibus medios properastis in ignes,
  Nil præter sanctam tollere canitiem.
Haud equidem immerito tanta virtute repressas
  Enceladi fauces obriguisse reor.

dustria artis moderatur animos dispares: uterque parens exhibetur in vultu utriusque filii. *Et artifex dans differentiam novam fratribus similibus, separavit vultus eorum cum pietate.* O fratres *reddentes eximie naturæ* quod debetur, qui estis *argumenta justitiæ cœlestis,* qui estis *ornamenta juventutis, et desideria senum! qui divitiis calcatis, irrupistis per flammas medias,* ut *nihil auferretis præter parentes venerabiles canitie. Non equidem abs re puto guttur Enceladi mitigatum tanta vir-*

23 *annos* tres Vatt. Rott. Oisel. *animos* Pal. duo Med. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *temperet* Vat. quart. *astris* pro *artis* Oxon. sec. m. pr.—24 *creditus* Rott. In Var. LL. ed. Antv. deerat hic versus.—25 *In nova* Pal. *nota* Cod. Epigr. Ambr. *quærens* pro *præbens* Lov. Vat. Livin.—26 *Dimisit* Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. *Dimisse* Buslid.—27 *O breve* Vat. sec. *Omnia* vel *O bene* Oisel. *supernæ* Vat. Livin. *superbæ* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Ald.—28 *numina* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *lumina* legit Heinsius. *vota* Var. LL. e marg. Parm. *nota* ed. Parm.—29 *Qui sumptis* Cod. Epigr. Ambr. *mediis* Lov. *properatis* duo Vatt. Put. Petav. pr. Ambr. pr. Buslid. *populastis* Moret. pr.—31 *equidem merito* Vat. sec. *tota* Put. *tanta* duo Med. Bonon. duo Petav. totidem Ambr. Lov. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var.

NOTÆ

26 *Divisit vultus*] Quandam differentiam indidit utriusque vultui.

27 *Documenta supernæ justitiæ*] Vos, pii fratres, estis argumenta justitiæ cœlestis; seu pio facto docetis quanta sit vis justitiæ Superorum, quæ vult justitiam, seu pietatem eximiam, reddi parentibus.

28 *Juvenum numina*] Id est, qui tanta pietate spectabiles ab aliis juvenibus coli debent, ut quædam numina. Alii legunt *juvenum lumina,* id est, ornamenta juventutis. Cicero vocat viros præcellentissimos, *lumina civitatis.*

Vota senum] Vos ii estis, quos alii senes aut pro liberis optent, aut quibus similes expetant.

30 *Canitiem*] Parentes canitie sanctos, venerandos. Sed filii commendantur, quod nihil præter canitiem flammis eriperent; cum scilicet ipsorum parentes ita senio confecti essent, nihil ut præter canitiem restare videretur.

32 *Enceladi*] Gigantis, qui oppressus Ætna gemit, ignesque eructat.

Ipse redundantem frænavit Mulciber Ætnam,
  Læderet exempli ne monumenta pii.
Senserunt elementa fidem: pater affuit æther,
  Terraque maternum sedula juvit onus.
Quod si notus amor provexit in astra Laconas,
  Æneam Phrygio raptus ab igne pater;
Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres,
  Qui sua materno colla dedere jugo;
Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,
  Æternum Siculus templa dicavit honos?

tute luxisse. Vulcanus ipse cohibuit Ætnam effervescentem, ne violaret monumenta facti tam *sancti. Elementa cognoverunt pietatem* tantam: *Cælum adjuvit* hos fratres, ut *parens; et terra officiosa adjuvit* etiam *pondus maternum. Quod si amicitia insignis extulit ad cælum Laconas* Castorem et Pollucem; si *pater* Anchises *ereptus ab incendio Trojano* commendavit *Æneam; si laus antiqua commendat fratres Argolicos, qui supposuerunt cervicem suam currui materno; cur non reverentia Siculorum consecravit templa* in *perpetuum Amphinomo? cur non tibi,*

LL. e marg. Parm. *tantas* Vat. tert. *repressam* Vat. quart.—33 *redeuntem* pro *redundantem* Buslid.—34 *monumenta sui* Vat. sec.—36 *nutrit* pro *juvit* Buslid.—37 *ad astra* id. Buslid. *Lacones* Vat. sec. *Laconas* duo Vatt. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Lov. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—38 *Æneam* Vat. pr. et tert. *Anean* inc. Heins. *Phrygia r. ab urbe* Buslid. *parens* Cod. Epigr. Ambr.—39 *Sic vetus* Vat. tert. Pal. Oisel. Med. sec. Heinsius ascripserat seqq. *Cleobis et Biton*. Plutarch. παραμυθητ. πρὸς 'Απολλών. Solinus. Pausanias. *gratia* pro *gloria* Ambr. tert.—41 *Amphonio* Vat. sec. duo Med. Lov. *Amphion* Rott. inc. Heins. *non fit* pro *non tibi* Var. LL. ed. Antv. *tristis* Moret. pr. *Anape* Vat. sec. vet. Gyr. *Anapy* Vat. quart. Salmas. ad Solin. p. 111.—42 *Æternus* Vat. sec. Pal. duo Med. *Siculis* Vat. sec. et quart. Med. sec. Ambr. tert. Buslid. *dicabit* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *dicavit* Lov.

NOTÆ

33 *Redundantem*] Flammis, seu æstuanti igne.

34 *Pii*] Fratres illi Pii dicti sunt, et locus eorum sepulturæ, τῶν εὐσεβῶν χῶρος, *Piorum campus*, ex Solino, appellatus. Ideoque fingit Poëta Enceladum continuisse flammas, ne violaret sepulcrum seu monumentum fratrum, qui quidem tam pium exemplum posteris reliquerunt ad imitandum.

35 *Elementa*] Ignis cognovit eorum fidem et pietatem.

36 *Terra*] Terra adjuvit hos juvenes, et id quod ferebant, tanquam onus maternum, seu tanquam onus portatum a suis filiis.

39 *Argolicos fratres*] Cleobin et Bitona, qui deficientibus jumentis, matrem suam Sacerdotem in templum Junonis traxerunt, et ex Ciceronis testimonio, mortem (matre eorum bonum optimum ipsis expetente) pro præmio tulerunt.

Plura licet summæ dederit Trinacria laudi,
  Noverit hoc majus se genuisse nihil.
Nec doleat damnis, quæ devius intulit ardor:
  Nec gemat exustas igne furente domos.
Non potuit pietas flamma cessante probari;
  Emtum est ingenti clade perenne decus.

o *Anapi generose? Quamvis Sicilia tribuerit multa* digna *laude suprema, cognoscat* tamen, *se nihil tulisse majus. Neque affligatur jactura, quam ignis vagus importavit: neque defleat domos consumtas flamma sæviente. Pietas* tanta *non potuit comprobari sine igne: magna gloria emta est magna clade.*

Buslid. *honor* Ambr. pr. *honos* Lov. Buslid.—43 *summi d. Trinacria ludi* Med. quart. *dederat* Vat. sec. *Tenacria* Moret. pr. *laudis* legebat Heins.—44 *Noverat* Med. sec. *ista manus* pro *hoc majus* Buslid. *meruisse* Pal. duo Med. *genuisse* Lov. Buslid.—45 *error* pro *ardor* Vat. sec. Ambr. pr. Sched. Gud. *horror* Buslid.—47 *Non potuit* Florent. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Lov. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Nec* inc. Heins. *Num* Isingr. Colin. Gryph. Pulm. *summa* pro *flamma* Buslid. *probari* Martial. 'Stantia non poterant tecta probare Deos.'—48 *Prolibus* pro *Emtum est* Lov.

NOTÆ

43 *Trinacria*] De hac supra.

48 *Clade*] Gloria magna, magna laus emta est ingenti clade, ingenti Trinacriæ seu Siciliæ damno per flammas importato.

CL. CLAUDIANI

EPIGRAMMATA.

LI.

1. DE MULABUS GALLICIS.

Aspice morigeras Rhodani torrentis alumnas
  Imperio nexas, imperioque vagas,
Dissona quam varios flectant ad murmura cursus,
  Et certas adeant, voce regente, vias.
Quamvis quæque sibi longis discurrat habenis,
  Et pateant duro libera colla jugo;

Vide Mulas *alumnas dociles Rhodani rapidi conjunctas jussu* herili, *et errantes* eodem *jussu*. Vide *quam diversos vertant cursus ad sonum* vocis *diversum, et ineant iter certum, voce moderante. Unaquaque* Mularum, *licet vagetur loris lon-*

De Mulabus Gallicis. Sic inscribitur hoc carmen in Oisel. Oxon. sec. et Sched. Gud. In Vat. pr. erat *de Mulabus Gallis.* In Florent. Med. pr. et sec. Put. Lov. Buslid. et duobus Petavianis deerat inscriptio.

1 *morigenas* Vat. pr. qui et *alunnas* pro *alumnas* exhibet.—2 *vexas* pro *nexas* Vat. sec. *imperioque negas* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. *imperiique negas* Rott. *imperioque negat* Lov. *imperiique negas* vel *togas* Buslid. —3 *flectunt* Ambr. tert. *mœnia* Rott. Cod. Epigr. Ambr. *numina* Vat. sec. Petav. sec. *munera* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *currus* Buslid.—4 *certas habeant* Ambr. pr. *voce rogante* Florent.—5 *quisque* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. *sui* pro *sibi* Moret. pr. *nullis* tres Vatt. Pal. Rott. *longis* Vat. pr. Put. Petav. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat.

NOTÆ

6 *Pateant*] Colla solvantur, appareant liberata a jugo.

Plura licet summæ dederit Trinacria laudi,
  Noverit hoc majus se genuisse nihil.
Nec doleat damnis, quæ devius intulit ardor:
  Nec gemat exustas igne furente domos.
Non potuit pietas flamma cessante probari;
  Emtum est ingenti clade perenne decus.

o *Anapi generose? Quamvis Sicilia tribuerit multa* digna *laude suprema, cognoscat* tamen, *se nihil tulisse majus. Neque affligatur jactura, quam ignis vagus importavit: neque defleat domos consumtas flamma sæviente. Pietas* tanta *non potuit comprobari sine igne: magna gloria emta est magna clade.*

Buslid. *honor* Ambr. pr. *honos* Lov. Buslid.—43 *summi d. Trinacria ludi* Med. quart. *dederat* Vat. sec. *Tenacria* Moret. pr. *laudis* legebat Heins.—44 *Noverat* Med. sec. *ista manus* pro *hoc majus* Buslid. *meruisse* Pal. duo Med. *gemuisse* Lov. Buslid.—45 *error* pro *ardor* Vat. sec. Ambr. pr. Sched. Gud. *horror* Buslid.—47 *Non potuit* Florent. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Lov. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Nec* inc. Heins. *Num* Isingr. Colin. Gryph. Pulm. *summa* pro *flamma* Buslid. *probari* Martial. 'Stantia non poterant tecta probare Deos.'—48 *Prolibus* pro *Emtum est* Lov.

NOTÆ

43 *Trinacria*] De hac supra.

48 *Clade*] Gloria magna, magna laus emta est ingenti clade, ingenti Trinacriæ seu Siciliæ damno per flammas importato.

CL. CLAUDIANI

EPIGRAMMATA.

LI.

1. DE MULABUS GALLICIS.

ASPICE morigeras Rhodani torrentis alumnas
  Imperio nexas, imperioque vagas,
Dissona quam varios flectant ad murmura cursus,
  Et certas adeant, voce regente, vias.
Quamvis quæque sibi longis discurrat habenis,
  Et pateant duro libera colla jugo;

Vide Mulas *alumnas dociles Rhodani rapidi conjunctas jussu* herili, *et errantes* eodem *jussu.* Vide *quam diversos vertant cursus ad sonum* vocis *diversum, et ineant iter certum, voce moderante. Unaquaque* Mularum, *licet vagetur loris lon-*

De Mulabus Gallicis. Sic inscribitur hoc carmen in Oisel. Oxon. sec. et Sched. Gud. In Vat. pr. erat *de Mulabus Gallis.* In Florent. Med. pr. et sec. Put. Lov. Buslid. et duobus Petavianis deerat inscriptio.

1 *morigenas* Vat. pr. qui et *alunnas* pro *alumnas* exhibet.—2 *vexas* pro *nexas* Vat. sec. *imperioque negas* Vat. sec. Oisel. Med. sec. Petav. sec. *imperiique negas* Rott. *imperioque negat* Lov. *imperiique negas* vel *togas* Buslid. —3 *flectunt* Ambr. tert. *mœnia* Rott. Cod. Epigr. Ambr. *numina* Vat. sec. Petav. sec. *munera* vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *currus* Buslid.—4 *certas habeant* Ambr. pr. *voce rogante* Florent.—5 *quisque* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Buslid. *sui* pro *sibi* Moret. pr. *nullis* tres Vatt. Pal. Rott. *longis* Vat. pr. Put. Petav. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. Exc. Pat.

NOTÆ

6 *Pateant*] Colla solvantur, appareant liberata a jugo.

Ceu constricta tamen servit, patiensque laborum
Barbaricos docili concipit aure sonos.
Absentis longinqua valent præcepta magistri,
Frænorumque vicem lingua virilis agit.
Hæc procul angustat sparsas, spargitque coactas,
Hæc sistit rapidas; hæc properare facit.
Læva jubet? lævo deducunt limite gressum.
Mutavit strepitum? dexteriora petunt.
Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces,
Exutæ laqueis, sub ditione tamen.
Consensuque pares, sed fulvis pellibus hirtæ,
Esseda concordes multisonora trahunt.

gis pro se, et colla earum *liberata solvantur jugo aspero, paret tamen, quasi ligata; et patiens laborum, audit vocem barbarorum aure obediente. Documenta longinqui rectoris remoti* multum *possunt apud eas, et lingua herilis fungitur munere habenæ. Hæc* lingua *congregat* eas *late dispersas, et dispergit congregatas: hæc retinet* eas *currentes, hæc jubet* eas *currere.* An *jubet* eas ire ad *sinistram? vertunt pedes* ad *latus sinistrum.* An *mutavit vocem? eunt* per viam *dextram. Neque serviunt* ob *lora neque ferociunt* ob *libertatem* suam: *solutæ funibus, sunt tamen sub imperio: et similes animo, sed hispidæ pellibus fulvis, consentientes trahunt currum varie stri-*

rec. Sched. Gud. *nullis* vel *longis* inc. Heins. *discurrit* Ambr. tert.—7 *serum* pro *servit* Med. sec. Put. Petav. sec. *servit* vel *serum* Rott. *serum* m. pr. *et ferro* m. sec. Var. LL. ed. Antv. *frenis* conjecerat Heinsius, sed vulgatam tamen retinuit provocans ad vs. 15. *patiensque jugorum* vel *lupati* idem conjiciebat.—8 *combibit* pro *concipit* conj. Heins. *ore* pro *aure* Pal. Oisel. tres Med.—9 *Absentis* Oxon. sec. *doctique* pro *longinqua* Vat. pr. Ambr. pr. Sched. Gud.—10 *Fervorumque* Put. *vicem* Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Put. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *vices* Vat. pr. Vat. Livin. *jugem* Ambr. tert. *agis* Cod. Epigr. Ambr.—11 *Hæc* vel *Vox* Moret. pr. deest hoc distichon Lov.—12 *trepidas* inc. Heins. *hæc properat resides* volebat Barth.—13 *Læva* Moret. pr. *Læta jubet lævi deductum* Buslid. *limite currum* Oxon. sec. Vat. sec. et tert. *limite cursum* Var. LL. e marg. Parm. *ordine gressum* Vat. pr. Pal. duo Med. *limite* Lov. Buslid. Raphel. Claver. *ordine* Ambr. pr. ed. Parm. *currum* Vat. quart. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *limite* vel *ordine currum* Exc. Pat. rec.—14 *Mutavit trepidum* Vat. sec. *petunt* vel *petens* Lov.—15 *Non vinclis* Lov. *Nec vinclis famulæ* Vat. sec. *mulæ* pro *famulæ* Pal. Oisel. Med. pr. *humiles* Med. quart. tria vero hæc disticha deerant Vat. pr. et Ambr. pr.—17 *Consensuque parens* Med. pr. *cum fultis* pro *et fulvis* Cod. Epigr. Ambr. *tum fulvis* legebat Heins.—18 *Et sic*

NOTÆ

7 *Patiensque laborum*] Alii legunt, *patiensque luporum*. Ut apud Ovidium de Equo: 'Et placido duros accipit ore lupos,' id est, duras habenas. Sed repugnant quæ sequuntur, *frænorumque vicem lingua virilis agit*.

9 *Longinqua*] Præcepta ex longinquo, seu præcepta Agasonis longius remoti.

17 *Consensuque pares*] Et velut qua-

Miraris, si voce feras pacaverit Orpheus,
Cum pronas pecudes Gallica verba regant?

dentem. Obstupescis, si Orpheus demulserit feras voce sua, *cum vox Gallica moderetur pecudes* dicto velut *audientes?*

conc. commoda multa trahunt Buslid. *multa sonora* Pal. Rott. Oisel. duo Med. *mutisonora* conjiciebat Heins.—19 *vociferas* Rott. tres Med. *compescuit* Lov. *placaverit* Moret. pr.—20 *Callica* Oisel. *regunt* duo Vat. Florent. *negant* Moret. pr. m. pr.

NOTÆ

dam unanimitate consentientes ad trahenda esseda, quæ sunt vehiculi Gallici genus. Esseda autem apud Belgas primo inventa esse traduntur, unde Virgilius: 'Belgica vel molli melius feret esseda collo.'

19 *Orpheus*] De Orpheo alibi.

LII.

2. DE SENE VERONENSI, QUI SUBURBIUM NUNQUAM EGRESSUS EST.

Felix, qui patriis ævum transegit in agris,
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem:

Fortunatus ille, *qui consumsit ætatem* suam *in campo patrio: domus ipsa, quem*

Deerat hoc carmen in Med. pr. et Sched. Gud. Vat. pr. habet *Epigramma de Sene, qui juxta Veronam consistens nec civitatem norat, nec villam umquam egressus est.* in Var. LL. ed. Parm. legitur, *De Sene Veronensi, qui suburbium suum numquam egressus est.* Bonon. Moret. pr. Ald. et ed. Parm. *de Senatore Veronensi* inscribunt. In vet. Gyr. et Exc. Lucens. pr. inscribitur, De Senatore Veronensi, qui suburbium numquam egressus est. Put. Petav. pr. et sec. item Buslid. nullam agnoscunt Inscriptionem.

1 *patriis* duo Vatt. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. vid. Vinet. not. ad Auson. Ludo 7. Sapient. 218. *propriis* Vat. pr. Oisel. *agris* Put. Petav. sec. Ambr. tert. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.

NOTÆ

1 *Felix*] Sic Virgilius: 'Felix qui potuit,' &c. Simile exemplum est apud Valerium Maximum, ex quo, Gygi Lydorum Regi ditissimo Oraculum 'Aglaum Sophidium prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed ætate jam senior, terminos agelli sui nunquam excesserat, parvuli ruris fructibus contentus.'

Qui baculo nitens, in qua reptavit arena,
  Unius numerat sæcula longa casæ.
Illum non vario traxit Fortuna tumultu,
  Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator tremuit, non classica miles:
  Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ nescius urbis,
  Aspectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non Consule, computat annum:
  Autumnum pomis, ver sibi flore notat.
Idem condit ager Soles, idemque reducit:
  Metiturque suo rusticus orbe diem.
Ingentem meminit parvo qui germine quercum,
  Æquævumque videt consenuisse nemus.

aspexit olim *puerum*, *ipsa aspicit* illum *senem: qui innitens baculo, in agro in quo* alias *repsit, recenset tempora longa casæ unius. Fortuna non agitavit illum impedimentis diversis: neque* ille *peregrinator vagus hausit aquas incognitas. Non* ille *negotiator timuit maria, non miles* timuit *tubas: non passus est lites fori clamosi.* Ille *imperitus negotiorum, ignorans urbem finitimam, perfruitur conspectu patentiore cœli. Numerat annos* per *segetes alternas, non* per *consules; distinguit autumnum* per *poma, ver* per *flores. Idem campus recipit Solem* cadentem, *idem revocat* orientem; *et* ipse *agrestis definit diem suo orbe. Qui* agrestis *recordatur quercum proceram* emersisse ex *glande exigua, et aspicit*

arvis tres Vatt. Oisel.—2 *quæ videt* Vat. quart.—3 *graditur* pro *nitens* Buslid. *ipsa reptavit* Vat. tert. Florent. *reptabat* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *habena* Vat. sec.—4 *Unius et numerat* Buslid. [f. *enumerat*] *numerat* quatuor Vatt. Oisel. *maculat* Med. sec. unde *cumulat* tentabat Heins. *singula* pro *sæcula* Florent. *semina* Med. sec.—5 *transit* pro *traxit* duo Vatt. Florent. Put. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—6 *Non bibit* Buslid. *mobilis* Vat. pr. Med. sec. Exc. Pat. rec. *nobilis* tres Vatt. Florent. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr.—7 *Nec freta* Ambr. pr. *timuit* quatuor Vatt. Oisel. Ambr. pr. *tumuit* inc. Heins. *tremuit* Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Pat. rec. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *nec classica* Put. Med. sec.—8 *taciti* pro *rauci* Buslid. *litem* Vat. quart. *lituos* Vat. tert. m. pr. *aure fori* Med. sec.—11 *annos* Ald. Var. LL. e marg. Parm.—12 *non* pro *ver* Med. sec.—14 *rusticus ore* duo Vatt. Florent.—15 *meminit* Var. LL. e marg. Parm. *metunt* ed. Parm. *gramine* tres Vatt. Oisel. Lov. Oxon. sec. *culmine* Buslid. *germine* Vat. quart. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL.

NOTÆ

4 *Sæcula longa casæ*] Numerat longas ætates, multos annos in una casa traductos.

5 *Tumultu*] Fortuna non illum agitavit variis curis, impedimentis, et solicitudinibus tumultuosis: sed illum suus ager occupat, felicemque reddit. Horatius: 'Beatus ille, qui procul negotiis Paterna rura bobus exercet suis.'

13 *Idem condit ager Soles*] Ex eodem agro videt Solem occidentem et

Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
  Benacumque putat littora rubra lacum.
Sed tamen indomitæ vires, firmisque lacertis
  Ætas robustum tertia cernit avum.
Erret, et extremos alter scrutetur Hiberos.
  Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

sylvam æqualem sibi *consenuisse. Cui* agresti *Verona vicina* est *longior Indis coloratis, et existimat lacum Benacum* esse *mare rubrum. Attamen robur* est *illi invictum, et sæculum tertium videt avum* illum *vigentem brachiis validis. Alius peregrinetur et rimetur Hispanos ultimos: hic* peregrinator *plus habet viæ, ille* senex Veronensis *plus habet vitæ* melioris.

ed. Antv.—16 *Æquevum meminit* inc. Heins.—17 *cum nigris* Med. sec. Moret. pr. *undis* pro *Indis* Vat. tert. Florent. Cod. Epigr. Ambr.—18 *Venacumque* tres Vatt. *Venatumque* Florent. Med. sec. inc. Heins. Buslid. *Benarum...latum* Var. LL. ed. Antv. *rura* pro *rubra* Vat. pr.—19 *Si tamen* Med. sec. *Sic* conjiciebat Heinsius. *sumtisque* pro *firmisque* Ambr. tert. *summisque* Vat. sec. Put. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—20 *Ætas lacertum* Florent.—21 *et extremos* Var. LL. e marg. Parm. *ut extremos* ed. Parm.

NOTÆ

orientem.

14 *Metiturque*] Definit diem suo orbe, seu non alium novit diem, nisi qui in suo orbe lucet.

16 *Æquævum*] Sylvam suæ ætati æqualem.

17 *Verona remotior*] Qui non magis cogitat de Verona, quam si æque remota esset, ac Indi. Verona autem ad fluvium Athesin, vulgo *l'Adese*, vel *l'Adige*, est urbs Venetiæ a Gallis condita in Italia, olim dicta *Brenona*, quasi a Brenno Gallo condita: 'Fruitur cœlo saluberrimo, et agro fertilissimo.' Munsterus. Scaligeros Principes doctissimos tulisse prædicatur.

18 *Benacum*] Non magis etiam cogitat de lacu Benaco, quam si æque distaret ac mare Erythræum, seu rubrum. Lacus Benacus, quem Mincius fluvius Virgilio celebratus transit, dicitur hodie, *Lago di Garda:* et abundat piscibus, ac præsertim carpionibus optimis.

20 *Ætas tertia*] Tertium sæculum. Sed sæculum minus intelligi puto, quod, ex Plutarcho, spatium triginta annorum continet. Sic Nestor explevit tria sæcula vivendo: et Ovidius Siliusque Italicus meo judicio hyperbolicôs loquuntur, dum ille de Nestore hæc cecinit: 'annos Vixi bis centum, nunc tertia vivitur ætas:' hic vero de Argonthonio Tartessiorum Rege: 'Ter denos decies emensus belliger annos.' Quanquam, si Gaguino, et aliis Historicis fides, Joannes, ut vocant, *de temporibus*, Caroli Magni armiger, trecentos et sexaginta vitæ annos expleverit.

LIII.

3. DE APRO ET LEONE.

TORVUS aper, fulvusque leo coiere superbis
Viribus; hic seta sævior, ille juba.
Hunc Mars, hunc Cybele laudat: dominatur uterque
Montibus: Herculeus sudor uterque fuit.

Aper ferus et leo ferus inter se *contenderunt robore indomito: hic* aper *terribilier setis, ille* leo *jubis. Mars prædicat hunc* aprum, *Cybele* prædicat *illum* leonem. *Uterque imperat* in *montibus: uterque fuit labor Herculis.*

De Apro et Leone inscribit ed. Parm. in Exc. Lucens. pr. erat, *Ejusdem de Apro et Leone.* in reliquis fere deerat Inscriptio.

1 *superbi* Med. sec. quod malit Barth.—2 *setis* Vat. pr. *setas* Var. LL. ed. Antv. *seta* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Mediol. Exc. Lucens. pr. *savior*, Moret. pr. *sævior.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Rott.—3 *laudet* duo Vatt. *laudat* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Thuan. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—4 *Herculeis* Vat. tert. Pal. Med. pr.

NOTÆ

3 *Dominatur*] Uterque leo et aper tenent quoddam imperium in montibus. De leone nemo dubitat: de apro sic Oppianus, μέγ᾽ ἔξοχος ἐνθήρεσσιν: *Valde excellens inter feras.*

4 *Sudor*] Uterque leo et aper est labor Herculis, seu Hercules utrumque vicit; aprum scilicet in Erymantho monte, et leonem in sylva Nemea.

LIV.

4. DESCRIPTIO ARMENTI. FRAGMENTUM.

NON tales quondam species tulit armentorum
Tellus tergemino subdita Geryoni.

Terra subjecta Geryoni tricorpori non produxit olim tale genus armentorum:

Deest hoc carmen Vat. pr. qui hic aliud carmen inserebat cum inscriptione,

NOTÆ

2 *Subdita Geryoni*] Vel Hispania, vel Insulæ Baleares, et Ebusus, sub-

Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,
Tarpeio referunt quos pia vota Jovi.
Non talis Tyrias sparsisse juvencus arenas
Dicitur, optatum quando revexit onus.
Non Cretæus ager, nec amati conscia tauri
Gnosos, nec similes paverit Ida feras.
Ipse et dispariles monstro commissus in artus,
Qui crimen matris prodidit ore novo,

non abluis, o *Clitumne, ejusmodi tauros in aqua* tua, *quos* tauros ut *pia vota reddunt Jovi Tarpeio. Non Taurus talis celebratur dispersisse pulverem Tyrium, cum retulit pondus amabile. Non terra Cretensis, neque Gnossus sciens Taurum amatum esse, neque Ida nutrierit bestias ejusmodi. Ipse etiam* non talis est Taurus *conjunctus* cum *portento per membra dissimilia, qui figura inusitata ostendit scelus ma-*

DE DULCIO. DE LOCUSTA. nempe hoc, *Nectareo muro dulces cinguntur arenæ. Horret apex capitis, &c.* quod numero XXXIII. legitur. *Descriptio Arment.* inscribitur in Med. pr. Lov. inc. Heins. et Exc. Lucens. pr. in reliquis nulla est inscriptio.

3 *Non talis* Oxon. sec. *Nec tales* Vat. quart. *talis* inc. Heins. *Clicine* pro *Clitumne* Med. pr. *Elicine* Pal. *Ditime* Buslid. *Ditunne* Moret. pr.—5 *talis* Vat. quart. Petav. pr. Thuan. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Lov. Cod. Epigr. Ambr. *tales* duo Vatt. Pal. Oisel. *juventus* Moret. pr.—6 *Ducitur* Rott. *revixit* ed. Vicet. *opus* Vat. tert. m. pr.—7 *aurati conscia* Florent. Petav. pr.—8 *Gnosis* Vat. sec. Buslid. *Gnosos* Moret. pr. Lov. Ald. *Gnosas* Pal. duo Med. Heins. H. *non similes* Rott. *paverat* Vat. Livin. *feros* Rott. Oisel. duo Med. duo Heins. et Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr.—9 *Ipseque* Buslid. *confusus* Med. sec. *diffusus* Florent. ed. Parm. *commissus* Vat. sec. Rott. Oisel. duo Med. duo Heins. Put. Thuan. Bonon. duo Petav. totidem Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Buslid. vet. Gyr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *arcus* Buslid.—10 *edidit ore* id. Buslid. *condidit* tres Vatt. Pal.

NOTÆ

ditæ Geryoni, armentis nobilitato, cujus, ut ait Livius, 'boves mira specie' Hercules abstulit. De Geryone tergemino hæc Justinus: 'Geryonem non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, ut uno animo regi viderentur.'

3 *Clitumne*] Clitumnus est fluvius Umbriæ in Italia; cujus fluvii aqua pota candidos boves reddere dicebatur; et ideo ex ejus pascuis deducebatur 'maxima taurus Victima,' quæ *Jovi Tarpeio*, seu Capitolino, immolabatur.

4 *Referunt quos pia vota*] Qui boves promissi ex voto, referuntur, solvuntur, mactantur Jovi.

5 *Juvencus*] Jupiter ipse mutatus in juvencum seu taurum, dum in Phœnicia, ubi urbs Tyrus, sparsit arenam, et rapuit Europam Agenoris filiam, sicque revexit eam ut onus amabile.

7 *Cretæus ager*] Ubi taurus ille Cretensis portentosus, quem iratus Neptunus in Cretam immisit.

8 *Gnosos*] Urbs Cretæ, ubi taurus a Pasiphaë amatus est.

Ida] Mons Cretæ: est et alius mons Ida in Phrygia.

9 *Ipse*] Ipse Minotaurus conjunc-

Cres puer haud talem potuisset reddere formam,
Præstarent totum si fera membra patrem.

tris suæ: *Puer* scilicet *Cretensis non potuisset exhibere speciem similem, si membra ferocia repræsentarent totum* suum *progenitorem.*

Rott. Oisel. *prodidit* Lovan. Exc. Lucens. pr. et sic Livin.—11 *Apius* pro *Cres puer* Buslid. *Trax puer* Vat. quart. *Rex* Med. sec. *aut talem* Med. sec. inc. Heins. Moret. pr. Lov. Buslid. *forma* Med. pr.—12 *Portassent* pro *Præstarent* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Lov.

NOTÆ

tus cum monstro, quia ex fabulis erat partim homo, partim taurus, prodidit nova specie, nova voce, crimen matris suæ Pasiphaës. Ovidius: 'Creverat opprobrium generis, fœdumque patebat Matris adulterium monstri novitate biformis.'

11 *Cres puer*] Minotaurus, etsi toto corpore repræsentaret taurum patrem, non exhiberet tamen speciem hujus armenti. *Cres*, Cretis, id est, Cretensis.

LV.

5. CONCHA SERENÆ.

TRANSFERAT huc liquidos fontes Heliconia Nais,
Et patulo conchæ divitis orbe fluat.

Nympha Heliconia transmittat huc fontes nitidos, et fluat per *os patens conchæ*

De Concha hoc carmen inscribitur in Vat. pr. Moret. pr. et Oxon. sec. in quo nihil varietatis tamen notatum. In Var. LL. e marg. Parm. erat, *De Concha, in qua aqua triumphabat.* Cod. Bibl. Hafn. hic inserit *Claudiani Tetrastichon de quodam portu.* in Exc. Lucens. pr. etiam idem Tetrastichon inserebatur, quod nunc Num. XXXVI. legitur.

1 *Hauserat* Buslid. *laudes* pro *fontes* Vat. quart. et quint. unde *latices* legebat Heinsius. male, nam *latex* sequitur.—2 *orbe tulit* pro *ore fluat* Buslid. *ore* Vat.

NOTÆ

1 *Fontes*] Fontem Castalium.

Heliconia Nais] Nympha, quæ colit fontem Castalium prope Heliconem Phocidis montem in Græcia. *Nais* dicitur *ἀπὸ τοῦ νάειν, fluere, diffundi.*

2 *Conchæ divitis*] Conchæ argenteæ, quæ tanta erat, ut in ea lavaretur Serena Stilichonis uxor, et Honorii Imperatoris socrus. Sic fœminæ nobiles in concha lavari solebant; exemplo Veneris, cujus est præter ceteras concha nobilitata. Concha marmorea Versaliæ nobilissima itidem est.

Namque latex, doctæ qui laverit ora Serenæ,
Ultra Pegaseas numen habebit aquas.

pretiosæ. Etenim aqua quæ sparserit os Serenæ eruditæ, habebit divinitatem majorem *quam* habet *aqua Pegasea.*

tert. Rott. Florent. tres Med. Petav. sec. *orbe* Exc. Lucens. pr.—3 *qui* Med. pr. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Exc. Lucens. pr. *qui laverat* Var. LL. e marg. Parm. *ligrunt* Vat. tert. *liquerunt* Med. sec. *liquaverat* Buslid. *liquaverit* Rott. Florent. Put. Thuan. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. Var. LL. ed. Antv. *liquererit* Cod. Ep. Ambr. *ossa* pro *ora* inc. Heins. *ore* vel *ora* Thuan.—4 *nomen* pro *numen* Petav. pr. Buslid. Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

3 *Doctæ Serenæ*] Hæc sæpius ab eruditione commendatur.

4 *Ultra Pegaseas*] Aqua quæ laverit Serenam, majus habebit Numen quam aqua fontis Castalii, seu Pegasei, qui ictu pedis Pegasi extitit.

LVI.

6. DE CRYSTALLO, CUI AQUA INERAT.

POSSEDIT glacies naturæ signa prioris:
Et fit parte lapis, frigora parte negat.

Glacies retinet speciem aliquam *naturæ primæ; et partim fit rupes, partim non*

Hoc Epigramma in Cod. Juniano post Consulatum Mallii legebatur. Cod. Hafn. quoque habet. Vat. pr. et Vat. Livin. inscribunt, *De Crystallo lapide, in quo ingelata latebat aqua.* In Lucens. pr. *De Crystallo, cui aqua inerat.* In ceteris deest Inscriptio. In Oxon. sec. omnia hæc connectuntur.

1 *Obsedit* Buslid. *pudoris* pro *prioris* Jun. pr.—2 *Quæ fit* Vat. tert. Rott. *Et fit* duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Jun. pr. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *frigore* Vat. sec. qui et *nega* pro

NOTÆ

1 *Glacies*] Crystallus retinet quædam signa naturæ prioris, adeo ut ex una parte, rupis instar, durescat; ex altera non habeat frigus illud, seu istam soliditatem lapidis glaciati et translucentis: quia rigor seu soliditas videtur imperfecta, propterea quod aquæ gutta appareat instar gemmæ, quæ opus nobilius reddit quam si totum esset solidum.

Solers lusit hyems, imperfectoque rigore
Nobilior vivis gemma tumescit aquis.

habet frigus glaciei. *Hyems sagax lascivit* in hoc opere; *et gemma pretiosior*, ob *soliditatem* nondum *absolutam, turget aquis nativis.*

negat.—3 *ludit* Put. Hafn. *lusit* Buslid. *risit* Jun. pr.—4 *vivis* Rott. duo Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. *unus* inc. Heins. Vat. sec. *mitis* Vat. tert. Florent. *mitis* et *nitidis* m. sec. Oisel. *vivis* m. pr. et *nitidis* m. sec. Var. LL. ed. Antv. *tumescat* Pal. duo Med.

NOTÆ

3 *Lusit*] Quasi ludendo constringit, indurat. Est enim hic lascivientis naturæ ludus.

Imperfectoque rigore nobilior] Pulchrior, pretiosior, quia rigor seu soliditas lapidis glaciati non perfecta ostendit velut gemmam turgentem aquis nativis.

LVII.

7. ALITER.

Nymphæ, quæ tegitis cognato carcere Nymphas,
Et quæ nunc estis, quæque fuistis aquæ,

O *Aquæ, quæ operitis aquas tegmine simili, et quæ nunc estis, et quæ fuistis aquæ,*

In vet. Gyr. superiori annexum erat hoc carmen. inc. Heins. habet *De eodem. Aliter.* erat in Vat. pr. et Livin. In Lucens. pr. et Put. deest Inscriptio.

1 *Nymphæ* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. duo Med. duo Petav. Bonon. Buslid. *Lymphæ* Oxon. sec. Gesn. et ed. Bipont. *carcere* Vat. pr. Pal. duo Med. Ambr. pr. Sched. Gud. *pectore* Moret. pr. *corpore* Heinsius non improbasse videtur, qui ascripserat vs. 3. seq. Epigr. ‘Non potuit toto mentiri corpore gemmam.’ *lymphas* Mss. nonnulli, item Gesn. et ed. Bipont.—2 *non estis* Moret. pr. *junxit* tres Vatt. Pal. *vinxit* Florent. Med. sec. Hafn. inc. Heins. qui ascripserat: Sic *auro vinciri*. vid. Salmas. ad Hist. Aug. p. 179. Ovid. I. Me-

NOTÆ

1 *Cognato carcere*] In crystallo aqua glaciata supra tegit quodam carcere cognato, seu similis naturæ, id est, aquæ; tegit, inquam, inferius aquas non glaciatas.

2 *Et quæ nunc*] Fuistis aquæ, priusquam glacies vos constringeret; estis adhuc aquæ, quia ex aqua natæ, et quia formam, colorem, et frigus aquæ retinetis. Plinius, contraria causa ‘crystallum facit gelu vehementiore concreto. Nec alibi certe reperitur,

Quod vos ingenium junxit? qua frigoris arte
  Torpuit, et maduit, prodigiosa silex?
Quis tepor inclusus securas vindicat undas?
  Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus claustris arcano mobilis æstu
  Vel concreta fuit, vel resoluta gelu?

quæ natura constrinxit vos? Qua industria hyemis rupes portentosa induruit simul *et madefacta est? Ecquis calor secretus conservat aquas sine damno? quo Austro glacies arcana solvitur? Quo in carcere gemma, agitata calore secreto, vel constricta fuit, vel glacie soluta?*

tam. 'et vinctæ cortice virgæ.' *vinxit* etiam Gesn. et ed. Bipont. *arce* pro *arte* Med. pr.—4 *Corripuit* pro *Torpuit* Moret. pr. Hic Vat. Livin. iterum distinguit.—5 *Qui tepor* Pal. *tremor* Buslid. *inclusis* Med. sec. *secura* Pal. *vendicat* Moret. pr.—6 *glacis* inc. Heins. *labefacta* pro *liquefacta* Var. LL. ed. Antv. m. pr.—7 *mobilis* Vat. pr. inc. Heins. Ambr. pr. Sched. Gud. *nobilis* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Hafn.—9 *resoluta fuit* Vat. sec.

NOTÆ

quam ubi maxime hybernæ nives rigent: glaciemque esse certum est.'

4 *Torpuit, et maduit*] Crystallus durescit extra, cum tamen inferius adhuc madeat, dum non perfecte solida videtur ob aquam latentem.

8 *Concreta*] Gemma concreta exterius, vel resoluta interius, gelu scilicet dissoluto.

LVIII.

8. ALITER.

SOLIBUS indomitum glacies Alpina rigorem
  Sumebat, nimio jam pretiosa gelu.
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam:
  Sed medio mansit proditor orbe latex.

Glacies Alpina, exquisita ob *frigus immodicum, capiebat jam soliditatem non superandam calore. Neque potuit simulare gemmam* in *toto* suo *corpore, sed liquor*

3 *metiri* vel *mentiri* Moret. pr. *pectore* Put. *gemmas* Vat. pr. et sec. m. pr. Ambr. pr.—4 *ille* pro *orbe* Hafn. Ambr. tert. Hic Vat. Livin. iterum distin-

NOTÆ

1 *Solibus indomitum*] Glacies in crystallo, quam Solis calor non potest domare: id quod peculiare est, nam nonnulli dicunt ex rebus omnibus glacie concretis solam crystallum Solibus æstivis non offendi.

2 *Nimio pretiosa gelu*] Glacies eo pretiosior, quo magis induruit.

Auctus honos; liquidi crescunt miracula saxi;
Et conservatæ plus meruistis aquæ.

infidus remansit in *orbe medio. Pulchritudo* ejus *crevit: prodigia rupis pellucidæ augentur, et* vos o *aquæ servatæ* habetis *plus pretii.*

guit.—5 *Actus* Oisel. Florent. Med. sec. Petav. sec. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Auctus honos* Buslid. *honor* Oisel. tres Vatt. Pal. Rott. Hafn. *saxi* deerat Vat. pr.

NOTÆ

3 *Mentiri*] Non potuit simulare, repræsentare, nec tam gemmam quam speciem gemmæ, quæ ideo falsa est, et velut mendax.

4 *Proditor latex*] In medio orbe remanet aquæ liquor, qui prodit et ostendit non veram esse gemmam, sed guttam aquæ, quæ habeat speciem gemmæ; et ex hac specie, mendaci quidem, sed gratissima, augetur honor, et glaciei induratæ, atque, ut ita dicam, saxeæ, majus est prodigium, major honor. Martialis de formica electro consepulta: 'Sic modo quæ fuerat vita contemta relicta, Funeribus facta est jam pretiosa suis.'

LIX.

9. ALITER.

Aspice porrectam splendenti fragmine venam,
Qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Borean, nec brumam sentit opacus
Humor, sed varias itque reditque vias.

Cerne guttam extentam in *frusto micante, qua semita ducitur glacie nitidiore. Hic liquor densus non patitur ullum Aquilonem neque* ullam *hyemem, sed it et re-*

1 *Auspice* Put. *porrectam* Ambr. pr. Vat. Livin. *correptam* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. *correctam* Var. L.L. ed. Antv. m. pr. *concretam* legebat Heins. *sanguine* pro *fragmine* Pal. duo Med. *flamine* Hafn. Ambr. tert. Buslid. *tegmine* conjiciebat Heinsius, ut vs. 1. seq. Epigr. 'Clauditur immunis convexo tegmine rivus.'—2 *Quo trahitur* Moret. pr. Hic Vat. Liv. iterum distinguit. —3 *Hic nilum Borean* Oxon. sec. *Borean* Vat. pr.—4 *vanas* pro *varias* Put.

NOTÆ

1 *Porrectam splendenti fragmine*] Alii legunt, *conseptam splendenti tegmine, fornice, margine,* quia gutta illa cincta est crystallo exteriore, in speciem fornicis.

Venam] Videas guttam aquæ extentam, et instar venæ salientem in fragmine crystalli micantis.

3 *Hic nullum Borean*] Quia gutta illa remanet, nec est obnoxia frigoris,

Non illum constrinxit hyems, non Sirius ardens:
Ætatis spatium non tenuabit edax.

vertitur per *vias diversas. Non hyems densavit illum* liquorem, *non Sirius torrens; non longitudo vorax temporis imminuit* illum.

Var. LL. ed. Antv.—5 *constringit* Vat. pr. Ambr. pr. Buslid. *construxit* Put. *Sirius ardens* Oxon. sec. m. sec. *ardens* inc. Heins. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Buslid. Vat. Livin. Sched. Gud. *axis* pro *ardens* duo Vatt. Pal. Rott. Oisel. Hafn. Heinsius ascripserat lib. I. in Rufin. 243. conjecerat tamen *ardor* vel *arsit*.—6 *edus* pro *edax* Buslid. asterisco apposito.

NOTÆ

caloris, temporisque injuriæ.

5 *Sirius*] De hoc alibi fuse.

LX.

10. ALITER.

Clauditur immunis convexo tegmine rivus,
Duratisque vagus fons operitur aquis.
Nonne vides, propriis ut spumet gemma lacunis,
Et refluos ducant pocula viva sinus?
Udaque pingatur radiis obstantibus Iris,
Secretas hyemes solicitante die?

Gutta velut *libera includitur* in *fornice curvato, et fons errabundus tegitur aquis concretis. Annon aspicis, ut gemma turgeat* in *fossa sua, et patera naturalis agat* velut *sinum reciprocantem?* Annon aspicis, *ut Iris humida distinguatur radiis*

1 *immanis* Rott. *in muris* vel *immunis* Buslid. *connexo* Vat. sec. *convexo* i. e. *rotundo* ascripserat Heins.—2 *Duratusque* Florent. *aperitur* Pal. Hafn. Florent. Med. sec. Buslid.—3 *cum spumet* Pal.—4 *Ut refluos* inc. Heins. *refluus ducat* Med. sec. *pocula nulla* Ald. *vina* Florent. Med. sec. Put. Oxon. sec. ed. Parm. *viva* duo Med. inc. Heins. Bonon. duo Petav. totidem Ambr. Moret. pr. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv.—5 *Undaque* Pal. Florent. tres Med. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr.—6 *Secretis* Med. sec. *hieme sollicitante dies* Exc. Lu-

NOTÆ

1 *Immunis*] Rivus, vel rivi species nulla re impedita.

4 *Refluos*] Quia aqua illa aut aquæ species in crystallo pro variis motibus fluere ac refluere videtur.

Pocula viva] Naturalia, non arte facta. *Pocula* vocat, quia humorem intus habent, aut saltem habere videntur. Unde cum pueri bibunt, rati aquam esse in fundo residuam, pate-

Mira silex, mirusque latex, qui flumina vincit,
Nec lapis est merito, quod fluit, et lapis est.

contrariis, die excitante frigus arcanum? Lapis admirabilis est, *et liquor admirabilis, qui colligat fluvios, neque merito rupes est, quæ fluit, et* tamen *rupes est.*

cena. pr. *diem* Petav. sec.—7 *quid flumina* Florent. *et flumina* Vat. pr. Vat. Livin. Heinsius conjicit *Mira silex, mirusque latex! quod flumina vinxit, Fert lapidis merito. quod fluit, est laticis.*—8 *Sed lapides* Vat. pr. *Et merito lapides* Pal. duo Med. *Et lapides merito* Ambr. pr. Vat. Livin. *Et lapis et merito* Put. *Et lapis est* duo Vatt. Rott. Oisel. Hafn. Oxon. sec. *liquor* pro *lapis* Var. LL. ed. Antv. m. sec. *quæ fluit* Ambr. tert.

NOTÆ

ram sugunt, sicque deluduntur.

5 *Iris*] In crystallo apparet Iridis imago, ob varios colores.

6 *Solicitante die*] In illa Iridis specie, dies excitat, ostendit vim arcanam hyemis et frigoris, quod glaciem seu crystallum induravit.

8 *Nec lapis est*] Gutta illa in crystallo quæ fluit, non est lapis, et lapis tamen est, quia glacie concrevit. Heinsius conjicit, *Mira silex, mirusque latex! quod flumina vinxit, Fert lapidis merito: quod fluit, est laticis.* Quasi diceret, quod aquam vinxit, tribuendum est lapidi ita merenti; quod fluit, ascribendum est latici. S. Augustinus in Psalm. 147. 'Quid est ergo crystallum? nix est glacie durata per multos annos, ita ut a sole vel igne facile dissolvi non possit.'

LXI.

11. ALITER.

Dum crystalla puer contingere lubrica gaudet,
Et gelidum tenero pollice versat onus;
Vidit perspicuo deprensas marmore Nymphas,
Dura quibus solis parcere novit hyems:

Dum puer lætatur tangere crystalla fragilia, et vertit pondus illud *frigidum pollice tenello, aspicit lymphas inclusas in lapide liquido, quibus unis hyems aspera scit*

1 *crystalla* Vat. pr. qui et *lurida* pro *lubrica* exhibet.—2 *elidum* vet. Cod. Hafn. unde m. sec. factum *Heliadum.*—3 ...*perspicuo* omissa voce *Vidit* Vat. pr. *prospicuo* Pal. inc. Heins. Oxon. sec. *perpetuo* Vat. quart. *depressas* Var. LL. ed. Antv. *deprenso* Vat. tert. Oisel. Florent. Ambr. pr. Petav. sec. *deprensam* Med. sec. *deprensæ* Vat. pr. *deprense* Med. sec. *deprensa...mercis* Med. pr.

NOTÆ

3 *Perspicuo marmore*] Videt Nymphas seu Lymphas deprensas et inclusas in marmore liquido, pellucido, hoc est in crystallo.

Et siccum relegens labris sitientibus orbem,
  Irrita quæsitis oscula figit aquis.

parcere; et tangens sæpius *labiis sitientibus orbem aridum, imprimit oscula vana aquis conquisitis.*

****

limphas Oxon. sec. *lymphas* Put. Petav. pr. Bonon. Moret. pr. Vat. Livin. *Lymphæ* duo Med. Exc. Lucens. pr. *mercis* Oisel. Hafn. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *inertis* Ambr. pr. *mentis* Vat. tert. Florent. Petav. sec.—4 ... *a* pro *Dura* Vat. pr. *solum* pro *solis* Moret. pr. *spargere* pro *parcere* Exc. Lucens. pr.—5 ... *cum* pro *Et siccum* Vat. pr. *succum* Med. sec.—6 ... *ita* pro *Irrita* Vat. pr. *figit* Pal. *fixit* Med. pr. Vat. Livin.

NOTÆ

4 *Parcere*] Inter omnes aquas hyems parcere videtur his guttis solis, quas non indurat, quæque retinent speciem guttarum fluentium.

6 *Oscula*] Figit frustra aquis oscula, quia non sunt aquæ, sed species quædam aquarum.

LXII.

12. ALITER.

Marmoreum ne sperne globum. Spectacula transit
  Regia, nec rubro vilior iste mari.
Informis glacies, saxum rude, nulla figuræ
  Gratia: sed raras inter habetur opes.

Ne despice orbem marmoreum; superat spectacula regalia, neque ille ignobilior est *mari rubro.* Est nempe *glacies impolita; rupes indigesta: nulla* ipsi *venustas* est *figuræ: sed* tamen *reponitur inter ornamenta pretiosa.*

****

Hi versus in Vat. Livin. supra Num. VIII. post *Auctus honos*, &c. legebantur: in Vat. pr. deerant.
1 *ne sperne* inc. Heins. Petav. pr. Moret. pr. Buslid. Ald. Exc. Lucens. pr. *nec sperne* Vat. tert. Pal. Rott. Oisel. *miracula* pro *spectacula* inc. Heins. m. pr.—2 *vilior ista* Rott. *ille* Ambr. pr. Buslid. Heinsius asteriscum apposuerat.—3 *sexum* pro *saxum* duo Med. *ūn* pro *rude* Med. pr. *figuræ* deest Med. pr.—4 *caras* pro *raras* conjiciebat Heinsius. In Vat. Livin. hic sequebantur versus *Aspice porrectam*, &c. qui legebantur Num. IX.

NOTÆ

1 *Marmoreum globum*] Poculum rotundum ex crystallo, quæ lapidescit instar marmoris.

2 *Rubro mari*] Non vilior est gemmis maris rubri.

4 *Raras*] Et revera crystallus inter divitias exquisitas potest merito recenseri. An fallor? an alicubi legi quendam olim inventum esse, qui crystalli sic liquefaciendæ artem re-

NOTÆ

perisset, eam ut instar auri, argenti, stanni, aliorumque metallorum, malleo tractabilem, et ad quascumque formas ductilem efficeret; ipsumque artis eximiæ repertorem, cui præmia amplissima decernenda fuissent, misera morte fuisse mulctatum? Dignum sane aut Tiberio aut Tiberiano aliquo Principe flagitium!

LXIII.

13. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ.

Χιονέη κρύσταλλος, ὑπ' ἀνέρος ἀσκηθεῖσα,
Δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου,
Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον.

ETIAM DE EADEM CRYSTALLO.

INTERPRETATIO POETICA

Crystallus nivea, humano sudata labore,
Pulchram immortalis variam notat icona mundi,
Cœlum complexum maris intus stagna sonori.

INTERPRETATIO PROSA

Nivea Crystallus, ab opifice elaborata, ostendit veri variam imaginem mundi, amplexum cœlum intus resonantem pontum.

3 ἔχουσα Ald. quod posteri mutarunt in ἔχοντα.

NOTÆ

3 Ἀγκὰς ἔχοντα] *In ulnis habere, amplecti:* apud Homerum sæpe legitur.

Πόντον] Hyperbolicῶs: vocat enim pontum seu mare, guttam illam aquæ, de qua jam multa diximus. Quasi sit ea Vatis sententia, ut globus crystallinus exterius Cœlum videatur exhibere, interius vero aquam seu mare concludere. Ceterum extant et in Anthologia Epigrammata Græca Claudiani, eaque nitida, ut qui Musis Atticis suas primitias consecrasset, ut diximus antea.

LXIV.

14. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ.

Εἴπ' ἄγε μοι, κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ,
Τίς πῆξεν; Βορέης· ἢ τίς ἔλυσε; Νότος.

ETIAM DE EADEM.

Dic age mihi, Crystalle, in lapide densata aqua, quis densavit te? *Boreas: aut quis resolvit* te? *Notus.*

NOTÆ

1 Κρύσταλλε] Sic hoc Epigramma traduxit Barthius: *Dic age mi Crystalle, latex lapidescere jussus: Quis strinxit? Boreas. Cui resoluta? Noto.* At sic Claverius: *Quis lapidi cognate latex te stringere quivit Parte sui? Boreas. Quis soluisse? Notus.* Ita nempe est Poëtæ mens, ut dicat crystallum posse indurari et velut lapidescere vi Boreæ venti frigidioris: et glaciem illam, unde fieri potest crystallus, posse resolvi a Noto vento calido et humido; non vero crystallum ipsam, siquidem dixit antea crystalli 'rigorem solibus indomitum' esse, ac proinde minus domari posse a Noto seu Austro.

LXV.

15. ΠΡΟΣ ΦΟΙΒΟΝ.

Ἵλαθί μοι, φίλε Φοῖβε, σὺ γὰρ θοὰ τόξα τιταίνων
Ἐβλήθης ἐπ' ἔρωτος ὑπ' ὠκυπόροισιν ὀϊστροῖς.

IN PHŒBUM.

INTERPRETATIO POETICA

Parce, o Phœbe pater: velocia namque vibrantem
Tela Cupido furens celeri te perculit œstro.

INTERPRETATIO PROSA

Sis mihi propitius, care Phœbe, tu enim velocia jacula mittens percussus es ab Amore velocibus sagittis.

2 ὀϊστροῖς Heins. ὀϊστοῖς Gesn. et ed. Bipont.

NOTÆ

2 Ἐβλήθης] Hinc Ovidius: 'Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non Fors ignara dedit, sed sæva Cupidinis ira.....Figat tuus omnia,

NOTÆ.

Phœbe, Te meus arcus, ait:' Cupido scilicet.

'Ωκυπόροισιν] Amor dicitur etiam a Nonno ποντοπόρος, et a Musæo πανδαμάτωρ, *omnia domans*. Virgilius: 'Usque adeo genus in terris hominumque ferarumque, Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres, In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem.'

LXVI.

16. ΕΙΣ ΜΙΜΑΔΑ ΓΗΡΑΣΑΣΑΝ.

Μαχλὰς εὐκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείαις,
Δίζυγα παλλομένοισι τινάγμασι χαλκὸν ἀράσσει,
Τῆς μὲν ὑποκλέπτων πολιὴν τρίχα γείτονα μοίρης,
Ἠλεμάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὔρη.

IN MIMAM SENESCENTEM.

INTERPRETATIO POETICA

Festivas celebrans mulier lasciva choreas,
Bina coruscanti quatit æra sonantia motu,
Finitimos morti condens sub vertice canos.
Ipse oculi vapor intuitu signatur inani:

INTERPRETATIO PROSA

Meretrix crotalo resonantibus choreis tripudians, duplex vibratis concussibus æs quatit, occultans quidem canos crines vicinos morti; vanis radiis

3 Κτεὶς pro Τῆς Gesn. et ed. Bipont. Τῆς autem Heins. Post hunc versum inserit Cl. Reiskius seq. Κτεὶς βάπτει, μολίβου παλ· ἤδη δ' ἀχλυόεσσα.—4 αὔρη Heins. αὐγὴ Jens. αὐγὴν Reisk. Gesn. et ed. Bipont.

NOTÆ

2 Χαλκὸν] Instrumentum aliquod ex ære quatiens, ut tintinnabulum, cymbalum, idque duplex, aut geminatis hinc inde crusmatis resonans; qualia non raro videntur in histrionum manibus.

4 'Ακτῖσι] Radiis seu vanis quibusdam intuitibus, aut oculorum motibus, quibus se bellam et lepidam crederet mima senex.

Αὔρη] Vapor ex oculis forte lippientibus, nisi fucus corrigat, exiens, aut saltem in vetularum oculis esse solitus. Quasi Poëta diceret, mima senex se pulchram putat, dum huc et illuc mobiles volvit oculos, instar puel-

Ψευδομένων δ' ἐρύθημα καθέγραφεν ἄχροος αἰδὼς,
Ἀγλαΐῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα.

INTERPRETATIO POETICA

Decolor affinxit falsum pudor ore ruborem,
Pinxit ut accito vultus splendore micantes.

INTERPRETATIO PROSA

oculi vapor notatur: Pudor decolor delineat ruborem mentitum postquam coronavit splendore falso fucatas genas.

NOTÆ

læ; sed tamen, cum cavi et liventes sint oculi, ut in senibus esse solent, satis apparet hosce oculorum conjectus esse radios vanos, et vaporem quendam emittentes, qui odium potius quam amorem conciliare possint. Vir quidam doctissimus legit non *αὔρη*, sed *αὐγὴ*, id est, *acies oculorum.*

5 *Ψευδομένων*] Certe reponendum est *ψευδόμενον*.

Ἄχροος αἰδὼς] Est nescio quis in illa mima sene pudor; sed *ἄχροος*, *decolor*, seu falsus et affectatus, et nativo suo colore destitutus, ideoque falsus ille pudor, et ut ait Homerus, *αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ*, *pudor* ille *non bonus;* seu potius illa pudoris affectati umbra delineat in vetulæ vultu, velut in tabula, falsum ruborem, ostenditque non eum esse naturalem, quem certe non possibile est aut accersere aut imitari. Ut enim ait Seneca, 'Artifices scenici multa repræsentant, sed ruborem sibi exprimere non possunt: nec prohibetur hic, nec adducitur.'

LXVII.

17. ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΝ ΤΥΠΤΗΘΕΝΤΑ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ.

Ἕδρην χαλκεόπεζαν ἐπὶ προθύροις Ἑλικῶνος
Ἑστήκει θεράπων τις ὑπὲρ νώτοιο μεμαρπώς,

IN SERVUM VERBERATUM AB IPSO.

INTERPRETATIO POETICA

Æratis sellam pedibus pro porta Heliconis
Impositam servus dorso famulante locarat,

INTERPRETATIO PROSA

Sellam æripedem in vestibulo Heliconis statuerat famulus quidam, cum

NOTÆ

Per me licebit, hoc epigramma simpliciter accipias, hoc modo: Servum reperi, qui sellam gestaret: ab eo petii, eam ut mihi fatigato commodaret: male recusantem, male mulctavi. Necessitas et iram et vires ministravit.

In his interpretandis consului vi-

Οὐδ' ἔθελε μογέοντι πορεῖν ἐπιβάθρον ἀοιδάς.
Τοὔνεκά μευ θώρηξεν ἰὸν πολύμητις ἀνάγκη.

INTERPRETATIO POETICA

Et negat hanc fesso præbere in præmia cantus.
Hunc petit inde meis sors ingeniosa sagittis.

INTERPRETATIO PROSA

dorso portasset, neque volebat *mihi* laboranti dare in pretium cantus. Idcirco meum armavit telum ingeniosa necessitas.

3 ἔθελεν conj. Gesn. ἀοιδὰς Heins. ἀοιδῆς Cang. ἀοιδῷ Reisk. Gesn. et ed. Bipont.—4 θώρηξε νόον conj. Reisk.

NOTÆ

rum clarum Larium, linguæ Græcæ peritissimum.

Hoc Græcum epigramma in multis codicibus non extat; in hujus verbis et phrasi nulla difficultas, at cum acumen et sensus, qui maxime spectandus est, excutitur, Œdipo certe opus esse, non mihi tantum, id quod mirum non esset, sed et aliis longe eruditioribus ac perspicacioribus videtur. Claudianus forsan agens pauperem aliquem Poëtam, eum irridet traducitque, quod cum naulum non haberet, cumque ad Heliconem, aut ad Templum Apollinis Palatini, vatum poëmata auditurus, aut sua lecturus, venisset, servo cuidam, qui sellas ad audiendum conduceret, versus seu cantus officiose obtulerit, sperans hac honoris homulo delati specie, sellam sese gratis posse obtinere. Quod, cum spei non respondisset, eo poëtam, ut est 'genus irritabile vatum,' impulit, ut in servum illum 'lucubrationis suæ telum,' ut ait de Caligula Suetonius, 'stringeret.' Quæ res arguit Poëtam pauperem et ridiculum; pauperem, qui pro pecunia mercenario versus obtruderet, ridiculum, qui in istud hominis scriberet. En levis conjectura, cedo meliorem, et amplector. Ceterum eo me facile adduci patiar, ut cum viris quibusdam eruditis credam in hoc epigrammate latere aliquid obscœnitatis et nequitiæ, quæ non tam verbis, quam silentio, non tam luce, quam tenebris et igne piaculari digna sit judicanda.

1 'Ελικῶνος] Per Heliconem, ut dixi, intelligendum est Templum Apollinis Palatini, quod Augustus, Antonio et Cleopatra divictis, ex marmore construxit, ubi Poëtarum illustrium 'imagines lambebant hederæ sequaces.'

3 'Επιβάθρον] Vir quidam doctus legit ἐπιβάθραν, *accessum ad cantum, seu Parnassum.*

4 Πολύμητις ἀνάγκη] *Ingeniosa necessitas.* Ovidius: 'O quantum subitis casibus ingenium est!' Epithetum illud sæpe tribuitur Ulyssi Homerico, πολύμητις 'Οδυσσεύς.

LXVIII.

18. IN SPHÆRAM ARCHIMEDIS.

JUPITER in parvo cum cerneret æthera vitro,
Risit, et ad Superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumque fidem, legesque Deorum,
Ecce Syracosius transtulit arte senex.

Cum Jupiter videret cœlestes orbes *in vitro exiguo, subrisit, et dixit hæc verba Diis: An potestas solertiæ hominum processit huc* usque? *jam opus meum* exhibetur velut *per ludum in globo lubrico. En senex Syracusius industria* sua hinc *traduxit* in terras *jura cœli, fidelem* dispositionem *rerum, et leges Deorum.*

Vat. pr. habet *Incipit de Sphæra.* in Put. Petav. pr. et sec. deest Inscriptio. 1 *æquora* Moret. pr. *æthera* vel *æquora* Rott. *omnia* duo Vatt. Buslid.—2 *verba dedit* Buslid. *refert* Vat. tert. m. pr. Var. LL. ed. Antv.—3 *circæ* pro *curæ* Med. quart.—4 *ore* pro *orbe* Florent.—5 *rerumque fides* Vat. pr. Ambr. pr. *legesque Deorum* Var. LL. ed. Antv. *legemque virorum* quatuor Vatt. Pal. Oisel. *longeque* Moret. pr. *legemque* Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. *Deorum* Vat. pr. Petav. pr. Ambr. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *legemque Deorum* vel *virorum* Rott. inc. Heins. *legemque dierum* uti et *Syracosius* legebat Heinsius, et provocabat

NOTÆ

1 *Vitro*] Admirabile quiddam est, si illa Archimedis sphæra vitrea fuerit: forsan ingenio suo vates indulsit, et Poëtarum quidlibet audentium usus est privilegio. Sextus Empiricus memorat illam sphæram ligneam fuisse; Cœlius Rhodiginus æream fuisse memoriæ prodidit: 'Archimedis ingenium divinum, in mundi opificio Deum fere ipsum lacessere visum est, quando tam concinne Cœlum conflasse æneum memoratur, ut inibi septem viserentur Planetæ, et ratione incomparabili etiam motus verissime deprehenderetur.'

5 *Jura poli*] Quod tantum pertinet ad Cœlum.

Fidem] Fidelem rerum dispositionem, concordiam, harmoniam.

Legesque Deorum] Leges, quibus astringuntur. Antiqui enim fingebant Deos ab astrorum et mundi legibus pendere. Alii legunt: *legemque dierum;* nec male. Cicero: 'Archimedes Lunæ, Solis, et quinque errantium motus in sphæram illigavit.'

6 *Syracosius*] Syracusæ urbs Siciliæ, Archimede nobilis. Ovidius; 'Arte Syracusia suspensus in aëre clauso Stat globus immensi parva figura poli.'

Transtulit] Expressit, et ex Cœlo in terras transtulisse videtur.

Inclusus variis famulatur spiritus astris,
  Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum,
  Et simulata novo Cynthia mense redit.
Jamque suum volvens audax industria mundum,
  Gaudet, et humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
  Æmula naturæ parva reperta manus.

Quædam velut *intelligentia clausa servit sideribus diversis, et impellit opus mobile motibus statutis.* Sol in *Zodiaco falso pererrat annum suum, et Luna falsa revertitur mense novo. Jamque ars temeraria versans mundum suum, triumphat, et moderatur sidera animo humano. Quid admiror Salmoneum innocentem* ob *fulmen fictum? manus exigua inventa* est *imitatrix* operum *naturæ.*

ad not. in Fast. Ovid. p. 129.—6 *arce* Pal.—7 *Inclususque vagis* conjiciebat Heins. *famulatur* vel *simulatur* Cod. Epigr. Ambr. *antris* Med. sec. *arvis* Petav. sec.—8 *cunctis motibus* Vat. quart. et quint. *moribus* Buslid. *montibus* Pal. Florent. duo Med. Put.—9 *Percurrit* Buslid. *Procurrit* Moret. pr. *mentitus* Moret. pr. *metitur* vet. Gyr. *mentitur* Florent. Med. sec. inc. Heins. Petav. sec. Cod. Epigr. Ambr.—10 *simulata* conjiciebat Heins.—11 *Namque* Vat. pr. Ambr. pr. *mundum :* deerat hæc vox Vat. pr.—12 *regit* Var. LL. e marg. Parm. *redit* Vat. sec. et tert. Florent. inc. Heins. duo Petav. Ambr. pr. Oxon. sec. ed. Parm. deest hæc vox Vat. pr. *gerit* duo Vatt. —13 *Salmona movemur* vet. Gyr. *Salomona peremit* Buslid. *natura movemur* pro *Salmonea miror* Exc. Lucens. pr. *retractat* pro *miror* Vat. pr.—14 *reperta domus* Ambr. tert.

NOTÆ

8 *Certis motibus*] Sphæra Archimedis motus ipsos cœlestes, siderum ortus et occasus, pari lege ac disciplina repræsentasse dicitur: adeo, ut quidam spiritus, velut quædam *intelligentia* in orbe illo vitreo inclusa famularetur sideribus, quorum varios motus mirifice regeret.

9 *Signifer*] Sol in signifero seu Zodiaco. Continens pro contento ponitur: Metonymicôs.

10 *Cynthia*] Luna seu Diana, nata in monte Cyntho, qui mons est Deli insulæ in mari Ægæo.

12 *Humana mente*] Humana mens regit mundum, qui mente divina regi debet. Ceterum Plinius sphæræ inventionem, nunc Atlanti, nunc Anaximandro tribuit; Laërtius Musæo; alii aliis: sed communior sententia sphæræ inventorem agnoscit Archimedem.

13 *Insontem*] Non enim adeo peccasse videtur, qui opus naturæ tentaret imitari.

Salmonea] Hic pontem æneum curru quatiebat, ad imitanda tonitrua; sed eum vero fulmine Jupiter detrusit ad inferos.

LXIX.

19. DE POLYCASTE ET PERDICCA.

Quid non sævus Amor flammarum numine cogat?
  Sanguinis affectu mater amare timet.
Pectore dum niveo puerum tenet anxia nutrix,
  Illicitos ignes jam fovet ipsa parens.
Ultrices pharetras tandem depone Cupido.
  Consule jam Venerem; forsan et ipsa dolet.

Quid non amor crudelis impellat facere *potestate ignis* sui? *mater metuit amare* ob *caritatem maternam.* At *nutrix inquieta, dum complectitur sinu candido puerum, jam ipsa mater nutrit flammas illegitimas. O Cupido abjice tandem sagittas vindices, jam consule Venerem; forte et ipsa mæret.*

Inscribitur hoc carmen *de Policaste et Perdicca* in Exc. Lucens. pr. *De Policaste et Pertica* Moret. pr. inc. Heins. *De Policante et Perdicca* erat in Med. pr. et ed. Parm. In Put. vero, duobus Petav. Exc. Petav. quart. (quæ loco Thuan. substituit Heinsius, in quo hæc Epigrammata una cum Libris de Raptu Proserp. defuisse videntur) et aliis desideratur Inscriptio.

1 *Quis* Buslid. *sensus amor* Med. sec. *flammatum* conj. Heins. *nomine* Rott. Cod. Epigr. Ambr. *numina cogat* Lov. *nomina cogat* vet. Gyr. Oxon. sec. *munere cogat* Buslid. Ald. *numine cogat* Florent. inc. Heins. Bonon. duo Ambr. Petav. sec. Exc. Lucens. pr. *munere* Vat. tert. Pal. Oisel. *cogat* tres Med. Heins. H. Put. Petav. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. ed. Parm. *lumine* pro *numine* etiam conjecerat Heins.—2 *affectum* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Gesn. et ed. Bipont. *effetum* Exc. Lucens. pr. Heinsius ascripserat seqq. '*affectus* in Hist. Aug. pro primis necessitudinibus. Capitolin. in Maximin. p. 146. l. 27. in Gordianis. p. 152. l. 43. vid. Casaubon. p. 76. Salmas. p. 112. a.' *amore time* Buslid. *amara* Claver. *times* Ambr. tert.—3 *puerum* Exc. Petav. quart. *miserum* tres Vatt. Pal. Rott. *miserum* vel *tenerum* Buslid.—4 *ipse parens* Lov.—5 *Victrices* Buslid. Var. LL. ed. Antv.—6 *illa dolet* Pal. duo Med. duo Heins. Buslid.

NOTÆ

Perdicca] Hic longo venandi studio fessus, se terræ colendæ applicuit, ideoque dicitur amasse terram, quæ mater est omnium. *Polycaste* vocatur, ab aliis *Polycarpe*, quia multos fert fructus, πολὺς, *multus*, et καρπὸς, *fructus*.

1 *Flammarum numine*] Potestate flammarum suarum, in quibus videtur esse numen aliquod; adeo impellit cogitque aliquid facere.

2 *Sanguinis affectu*] Amorem maternum amore libidinoso et incesto mutare timet.

3 *Nutrix*] Eadem mater et nutrix, amore, quem horrebat, percutitur.

5 *Depone*] Ne Venus ipsa Cupidinis amore flagret.

6 *Dolet*] Cupidinis amore incenditur, doletque se tam impura flagrare libidine.

LXX.

20. DE ZONA EQUI REGII MISSA HONORIO AUG. A SERENA.

Accipe parva tuæ, Princeps venerande, sororis
  Munera, quæ manibus texuit ipsa suis.
Dumque auro phaleræ, gemmis dum fræna renident,
  Hac uterum zona cinge frementis equi.
Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis;
  Turbidus Argæa seu nive lavit Halys;
Sanguineo virides morsu vexare smaragdos,
  Et Tyrio dignum terga rubere toro.

Recipe, o *Imperator Auguste*, *dona exigua sororis tuæ*, *quæ* dona *fecit ipsa manibus suis*. *Et dum phaleræ micant auro*, *et fræna* micant *margaritis*, *circumda hoc cingulo ventrem equi ferocis*. *Seu pascua nutriverunt* equum *illum* in *agris Armeniis*, *seu Halys tumens sparsit* illum *nive Argæi* montis: illum *meritum rodere dentibus smaragdos virentes*, habere *terga rubentia veste purpurea*. O

Hæc est Inscriptio Vat. pr. et Vat. Livin. *De Phaleris equi a Serena missis* erat in Rott. Bonon. et inc. Heins. *De Pheris equi a Serena missis* Moret. pr. Exc. Lucens. pr. *De Phaleris equi Regii a Serena missis* Var. LL. e marg. Parm. *De Zona* Med. pr. *Ad Honorium* habet Med. quart. *De Cingulo equi Arcadii* Oxon. sec. in Put. Buslid. duobus Petav. &c. Inscriptio desideratur. Heinsius ascripserat, *Imperatorum equi phalerati*. vid. Ammian. lib. XVIII. ed. Lindenbrog. cujus notas vide p. 127.

1 *venerande* Exc. Lucens. pr. *memorande* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *memoranda* Petav. pr. *morande* Vat. quart. *moderande* Oxon. sec.—3 *gemma refulget* pro *frena renident* Buslid. *redundant* Ambr. pr.—4 *equi* vel *apri* Moret. pr.—5 *armentis* pro *Armeniis* Vat. pr.—6 *Turgidus* Ambr. pr. Livin. *Ægræas* Var. LL. e marg. Parm. *Algæa* Ambr. tert. *Arctoa* conjecerat Heinsius, sed postea delere visus est. *lambit* pro *lavit* Ambr. pr.—7 *versare* Vat. pr. Hafn. Ambr. pr. *vexare* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *zmaragdos* Var. LL. e marg. Parm.—8 *jubere thoro* Moret. pr. *rubere croco* Buslid. *toro* Vat. Livin. *thoro* omnes Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr.

NOTÆ

5 *Armeniis*] Armenia, Asiæ regio, equorum optimorum ferax; sicut et mons Argæus ad Halyn fluvium, de quibus supra.

7 *Morsu vexare smaragdos*] Ut mandendo vexant equi spumantes fræna smaragdis aut gemmis aliis micantia.

O quantum formæ sibi conscius erigit armos,
  Spargit et excussis colla superba jubis!
Augescit brevitas doni pietate Serenæ,
  Quæ volucres etiam fratribus ornat equos.

quantum ille equus, velut *cognoscens pulchritudinem suam, attollit armos, et diffundit jubas errantes* in *cervice elata! Parvitas muneris crescit* amicitia *pia Serenæ, quæ etiam decorat equos celeres* pro *fratribus* suis.

Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—9 *fronte* pro *formæ* Med. sec. *eligit* pro *erigit* Buslid. *egerit* Petav. pr. *erigit armos:* deerant hæ voces Med. sec.—10 *Spargit* Exc. Lucens. pr. *Sparsit* quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. *Sparsit et excussit* Var. LL. ed. Antv. *Spargit ut* conjiciebat Heins. *jugis* pro *jubis* Vat. Livin.—11 *vera pietate* Vat. sec. *brevitate* Med. sec.—12 *fimbrius ornat equos* Buslid.

NOTÆ

11 *Pietate*] In fratrem et Imperatorem; cujus et soror et socrus; quia Serena adoptata fuerat a Theodosio, et mater fuit Mariæ, quam uxorem duxit Honorius.

LXXI.

21. DE ZONA AB EADEM MISSA ARCADIO AUG.

STAMINE resplendens, et mira textilis arte
  Balteus alipedis regia terga liget;
Quem decus Eoo fratri, pignusque propinqui
  Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.

Cingulum micans filis, et textum industria admirabili, constringebat terga regalia equi *velocissimi, quem* equum *soror* Serena *misit e terra Hispania fratri* suo Arcadio Imperatori *Orientis, honoris* causa, *et* velut *monumentum suæ pro-*

Extat hoc carmen in Vat. pr. Vat. Livin. et Ambr. pr. In Var. LL. e marg. Parm. novum hic Epigramma erat, et recte. Sched. Gud. etiam habent. In reliquis vero scriptis desideratur. Vat. Livin. inscribit, *Idem de zona missa ab eadem Arcadio Augusto.*

2 *liget* Vat. pr. et Vat. Livin. *ligat* al.—3 *Quod decus* Ambr. pr. Sched. Gud.

NOTÆ

3 *Decus*] Serena misit balteum, ut decus et ornamentum futurum *Eoo fratri*, hoc est, Arcadio populos Imperii Eoi, seu Orientis, regenti. Ar-

Hoc latus astringi velox optaret Arion :
Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

pinquitatis. Arion equus *expeteret latus* suum *ligari hoc* cingulo: *Castor expeteret circumdare equum suum hoc* cingulo.

NOTÆ

cadius autem erat frater Serenæ, quia hæc erat Theodosii magni filia adoptiva.

4 *Hesperio ab orbe*] Ab Hispania, ex qua Serena oriunda erat; vel potius ab Italia, in qua ipsa degebat, et quæ Hesperia sæpissime dicitur. Virgilius: 'Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt.'

5 *Arion*] Equus Adrasti, celebratus apud antiquos.

6 *Equum*] Cyllarum, ex Servio.

LXXII.

22. DE CHLAMYDE ET FRÆNIS.

Non semper clypei metuendum gentibus orbem
Dilecto studiosa parens fabricabat Achilli:
Lemnia nec semper supplex ardentis adibat
Antra Dei, nato galeam factura comantem:
Sed placidos etiam cinctus, et mitia pacis
Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto

Mater amans Thetis *non semper* curabat *fieri* pro *caro Achille orbem clypei formidandi populis: neque semper petebat cavernas Lemnias Dei ignei, rogans conflari cassidem jubatam* pro *filio; at donabat quoque ipsi vestes pacificas, et ornatus dulces pacis, quibus insignis ille* Achilles *bello perfecto micaret inter Reges Græcos.*

In Med. pr. inscribitur *de Clamide.* Med. quart. *Ad Honorium* habet. *De Muneribus Honorii Imperatoris* Moret. pr. Oxon. sec. inc. Heins. Var. LL. ed. Antv. *De Chlamyde et frenis* Vat. pr. Vat. Livin. Sched. Gud. in Pat. Petav. pr. et Exc. Lucens. pr. desideratur inscriptio.

1 *Cum* Vat. tert. *clipeum* Vat. quint. *clipeus metuendus* Ambr. pr. *metuendis* Vat. tert.—2 *fabricabat* Florent. tres Med. inc. Heins. duo Petav. Exc. Lucens. pr.—3 *simplex* Vat. tert. Florent.—5 *placido sed jam* Exc. Lucens. pr. *luctus* pro *cinctus* inc. Heins. *sed mitia* conjiciebat Heins. *nuncia* Pal. duo Med. Buslid. *inania* Exc. Pat. rec.—6 *ipse peracto* Vat. sec. et quint Var. LL.

NOTÆ

2 *Fabricabat*] Non semper Thetis curabat a Vulcano arma fieri pro carissimo filio Achille.

3 *Lemnia*] A Lemno maris Ægæi insula, in qua Vulcani officina, sicut et in monte Ætna.

Conspicuus Reges inter fulgeret Achivos.
Ipsa manu chlamydes ostro texebat et auro,
Frænaque, quæ volucrem Xanthum Baliumque decerent,
Æquore quæsitis onerabat sedula gemmis.
At tibi diversis, Princeps altissime, certant
Obsequiis soceri. Stilichon Mavortia confert
Munera, barbaricas strages, Rhenique triumphos.
Reginæ contenta modum servare Serena,
In tua solicitas urget velamina telas.

Ipsa Thetis *texebat manu* sua *chlamydes ex purpura et auro; et* ipsa *officiosa gemmis conquisitis ex mari gravabat fræna, quæ digna essent celeri Xantho et Balio. At vero Soceri* tui, o *Imperator celsissime, contendunt ornare te variis officiis. Stilicho dat* tibi *dona Martia, clades Barbarorum, et victorias Rheni: Serena satis habens conservare moderationem Reginæ, texit impensius telas ad vestes tibi* faciendas.

ed. Antv. *ipsa* Vat. quart.—7 *fulgebat* tres Vatt. *ostro fulgebat* Vat. tert. m. pr.—8 *Illa manu* Moret. pr.—9 *validum* pro *volucrem* duo Vatt. *Batiumque decerent* Vat. Livin. Buslid. *Valiumque* duo Med. *deessent* Pal.—10 *onerabat* Vat. pr. Exc. Lucens. pr. *honerabat* Sched. Gud. *ornaret* inc. Heins. *ornabat* quatuor Vatt. Pal. Bartholin. Rott. Oisel. Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. *membris* pro *gemmis* inc. Heins.—11 *diversi* Florent. *artissime* Vat. tert. Florent. Petav. sec. —12 *Obsequiis sacer en* Vat. Livin. *Obsequiis. socer en* Vat. pr. Pal. Med. quart. inc. Heins. *Obsequiis socer et* Vat. sec. *Obsequiis soceri* tres Vatt. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. Ambr. tert. et pr. m. sec. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *Obsequiis soceri.* cum τελείᾳ στιγμῇ, Exc. Lucens. pr. *Soceri Stilico* Oxon. sec.—13 *regnique* quatuor Vatt. Pal. Rott. Oisel. duo Med. Put. Petav. sec. Bonon. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv.—14 *Regina* Petav. pr. *contempta* Rott. Med. pr. *Serenam* Med. pr. *Serena est* Hafn. Ambr. tert.—15 *In sua* Vat. sec. *sollicitis* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. Petav. sec. ed. Parm. *sollicitis surgens...telis* Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. *sollicita urges...tela* Oxon. sec. *urgens* Vat. tert. Rott. Oisel. *urget* duo Med. inc. Heins. Petav. pr. Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *telis* Vat. tert. Florent. Med. sec. Petav. sec. ed. Parm.

NOTÆ

9 *Xanthum Baliumque*] Equos Achillis.

12 *Soceri*] Stilicho et Serena.

13 *Barbaricas*] Stilicho dat tibi arma, quibus stragem edas barbarorum, et ad Rhenum victorias illustres referas, quæ triumphum mereantur.

15 *Solicitas*] Ipsa solicita et anxia.

LXXIII.

23. DE FRÆNO, PHALERIS, ET CINGULO EQUI HONORII A SERENA MISSIS.

O Felix sonipes, tanti cui fræna mereri
Numinis, et sacris licuit servire lupatis:
Seu tua per campos vento juba lusit Hiberos,
Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem
Argææ lavere nives: seu læta solebas
Thessaliæ rapido perstringere pascua cursu:
Accipe regales cultus, et crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos.

O eque fortunate, cui contigit promereri habenas divinitatis tantæ, et parere frænis sacratis! sive juba tua diffusa est vento per agros Hispaniæ; seu nives montis Argæi sparserunt te natantem in valle frigida Cappadociæ: seu consueveras transilire saltu præcipiti prata pinguia Thessaliæ; recipe ornamenta Imperatoria, et superbiens juba sublata, sparge spumis smaragdos virentes. Monilia

In Oxon. sec. ita inscribitur. In Vat. pr. Med. sec. et Vat. Livin. erat *De equo dono dato*. Med. quart. habet. *Ad equum Honorii* Sched. Gud. *De freno, Phaleris et Cingulo* inscribunt. Var. LL. ed. Antv. *De equo Honorii*. Moret. pr. *Ex eodem* exhibet. In Put. duobus Petav. &c. Inscriptio deerat.

1 *tanti cui* quatuor Vatt. Hafn. Pal. *cui tanti* Buslid. *cum tanti* Oxon. sec. *merere* Exc. Lucens. pr.—2 *Numinis* Exc. Lucens. pr. *Nominis* quatuor Vatt. Hafn. Pal. Rott. Oisel. Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *Hominis et sacris* Oxon. sec. *servare* Pal.—3 *tuba* pro *juba* Vat. tert.—5 *Argææque lavare* Med. sec. *tela solebas* Pal. duo Med. Put. *solebat* Vat. tert. Med. sec.—6 *Thessalica* Buslid. *præstringere* Vat. pr. *perfringere* Petav. pr. *transcurrere* Ambr. pr. Sched. Gud. *cursu* tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *saltu* al.—8 *Erepto* Pal. *pro-*

NOTÆ

1 *Mereri*] Ob præstantiam et generositatem.

2 *Numinis*] Honorii Imperatoris, qui Numen quoddam est aspectabile, ut sunt Reges et Imperatores, qui etiam in sacra Scriptura *Dii* vocantur.

Sacris lupatis] Adeo sacra omnia dicuntur quæ sunt Imperatorum. Nam et sacrum stabulum, sacrum præsepe, sacra lupata appellantur, quia consecrata sunt personis sacris, et usibus exemta profanorum, seu plebis profanæ.

4 *Cappadocum*] Cappadocia, mons Argæus, Hispania, Thessalia, sunt totidem loca equis optimis fœcunda.

Luxurient tumido gemmata monilia collo.
Nobilis auratos jam purpura vestiat armos,
Et medium te zona liget, variata colorum
Floribus, et castæ manibus sudata Serenæ,
Persarum gentile decus. Sic quippe laborat
Maternis studiis, nec dedignatur equestres
Moliri phaleras, genero latura decorem.

plena *gemmis abundent* in *cervice* tua *superba. Jam purpura insignis decoret armos* tuos *aureos, et cingulum constringat te medium,* cingulum *distinctum variis coloribus, et elaboratum manibus Serenæ pudicæ,* quod cingulum est *ornamentum gentile Persarum. Ita enim* Serena *impendit curas maternas, neque respuit fabricare phaleras equestres, allatura genero* suo Honorio *novum splendorem.*

funde Pal. duo Med. Exc. Lucens. pr. *zmaragdos* Var. LL. e marg. Parm.—9 *Luxuriant* Vat. sec.—10 *armatos* pro *auratos* Buslid. *aratos* conjiciebat Heins.—12 *colorum* pro *Serenæ* et pr. versu, *Serenæ* pro *colorum* Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Exc. Lucens. pr. ed. Parm.—13 *si quippe* inc. Heins.—15 *pabulas* pro *phaleras* duo Med. *latura dolorem* Vat. tert. Florent.

NOTÆ

10 *Auratos armos*] Vestibus aureis ornatos.

11 *Colorum floribus*] Variis coloribus, instar florum varie micantium.

13 *Persarum gentile decus*] Instar gentis Persarum, qui equos gemmis et aureis vestibus ornant.

LXXIV.

24. DEPRECATIO AD ALETHIUM QUÆSTOREM.

ARGUMENTUM.

Deprecatur Alethium, cujus versus reprehenderat, promittitque se deinceps plausurum esse ejus ingenio; sed Ironicos.

Sic non Æthiopum campos æstate pererrem,
  Nec Scythico brumam sub Jove nudus agam:

Ita, si vera dico, *non peragrem agros Æthiopum* per *æstatem, neque* ego *nudus*

Deprecatio in Alethium Quæstorem inscribitur in Exc. Lucens. pr. In Moret. pr. et Var. LL. ed. Antv. erat. *Incipit in Alethium. in Alechium* Ald. *in Ale-*

NOTÆ

1 *Sic non*] Formula attestandi: sic non peragrem Æthiopum agros ar-

Sic non imbriferam noctem ducentibus Hædis
  Ionio credam turgida vela mari:
Sic non Tartareo Furiarum verbere pulsus
  Irati lædam carmina grammatici:
Nulla meos traxit petulans audacia sensus,
  Liberior justo nec mihi lingua fuit.
Versiculos, fateor, non cauta voce notavi,
  Heu miser ignorans quam grave crimen erat!
Orpheos alii libros impune lacessunt:
  Nec tua securum te, Maro, fama vehit.
Ipse parens vatum, princeps Heliconis Homerus,
  Judicis excepit tela severa notæ.

traducam hyemem sub aëre Scythico: ita non committam vela tumentia mari Ionio, Hædis afferentibus noctem pluviam: ita non offendam versus Grammatici succensentis, ego ipse *impulsus æstro inferno Furiarum. Nulla temeritas procax abripuit animum meum, neque lingua mihi fuit liberior* suo *more. Reprehendi verbis non prudentibus carmina, confiteor, heu miser nesciens quam scelus atrox foret! Alii provocant tuto opera Orphei; neque fama tua,* o *Virgili, te præstat tutum. Homerus ipse pater poëtarum,* et *Dictator Heliconis, recepit ictus*

thium Quæstorem Oxon. sec. In Vat. pr. et Vat. Livin. legitur *Incipit Excusatio apud Alethium Quæstorem, dum objiceretur ei, quod Epigramma ejus reprehendisset.* In Put. duobus Petav. Buslid. &c. desideratur inscriptio.

2 *Scythico brumam* Florent.'Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *brumam Scythico* Vat. pr. Pal. Vat. Livin.—3 *imbriferam* Vat. pr. Pal. Vat. Livin. *imbriferis* Florent. cum quindecim aliis, Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *umbriferis* Vat. tert. *nubem* pro *noctem* conj. Heins.—4 *tragica vela* Med. sec.—6 *lædam* Vat. pr. Ambr. pr. Vat. Livin. *relegam* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. Moret. pr. Buslid. Ald. Gesn. et ed. Bipont. *crimina* ed. Parm. *carmina* Var. LL. e marg. Parm.—7 *petulans traxit* Pal. duo Med.—8 *justo* Vat. pr. Vat. Livin. *solito* Vat. sec. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—9 *mente notavi* sec. Vat. Med. sec.—11 *in fine lacessunt* Vat. pr. *facit* vel *vehit* Vat. tert. Rott.—16 *pastor uterque*

NOTÆ

dentes, si vera dicturus sum, vel si quenquam lædere volui, vel si ulla me temeritas abripuit. Sed hæc omnia ambigua; potest enim Claudianus his carere periculis, cum non statuerit hæc adire loca; et non tantum crimen commisit, ut exilium ipsi videatur esse pertimescendum.

3 *Hædis*] Hi sunt duo astra nautis inimica, in manu Aurigæ, seu Heniochi, signi Septemtrionalis. Virgilius: 'Pluvialibus Hædis.'

12 *Maro*] Maro et Homerus habuerunt suos Zoilos, suos censores.

Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus:
Neuter enim Quæstor, pauper uterque fuit.
En moveo plausus, en pallidus omnia laudo:
Et clarum repeto terque quaterque Sophos.
Ignoscat placidus tandem, flatusque remittat,
Et toto reticet quidlibet ore: placet.

asperos notæ censoriæ. At non Virgilius arguit me, *non Homerus; etenim neuter fuit quæstor, uterque pauper fuit. Ecce* igitur *excito applausum, ecce timidus prædico cuncta* tua *opera, et voce clara repeto ter et quater Sophos.* Alethius *mitis tandem parcat, et minuat superbiam* suam, *ac legat buccis inflatis quidlibet:* ego dicam, *Perplacet.*

Exc. Lucens. pr.—17 *Cum moveo* Vat. sec. *Est moveo plausus, est* Vat. quart. *et pallidus* Vat. Livin. *en pallidus* Florent. tres Med. inc. Heins. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—18 *Sophos* Vat. Livin. *Sophum* Var. LL. e marg. Parm. Ald.—19 *Ignoscat* Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *Intendat* edd. Parm. Junt. Isingr. Gryph. Colin. *Ignoscas....remittas* et in vs. seq. *retices* conj. Heins. *tandem placidus* Rott. *plaususque remittat* Pal. duo Med.—20 *tuto recitet* Vat. Livin. vet. Gyr. *toto* duo Vatt. Pal: Rott. Oisel. Florent. tres Med. Petav. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *quidquid ab ore placet* Vat. pr. Petav. sec. Ambr. pr. ed. Parm. Sched. Gud. *quolibet* Buslid. *quodlibet* Var. LL. e marg. Parm. *placens* Vat. sec. *ore. placet* legebat Heins.

NOTÆ

16 *Pauper uterque fuit*] Id certe constat de utroque, et præsertim de Homero, qui erat 'rerum omnium egenus.' Unde Ovidius: 'Mæonides nullas ipse reliquit opes.'

17 *Pallidus*] Timidus, et quasi attonitus.

18 *Sophos*] Vox et laus summa plaudentium: *σοφῶς, sapienter*: vel *σοφὸς, sapiens* est et doctus ille, qui omnia solertissime facit.

LXXV.

25. IN CURETIUM.

FALLACES vitreo stellas componere mundo,
  Et vaga Saturni sidera sæpe queri,
Venturumque Jovem paucis promittere nummis,
  Cureti genitor noverat Uranius.
In prolem dilata ruunt perjuria patris,
  Et pœnam merito filius ore luit.
Nam spurcos avidæ lambit meretricis hiatus,
  Consumens luxu flagitiisque domum.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
  Has eadem nati lingua refundit opes.

Uranius pater Curetii sciebat conferre in *orbe crystallino stellas mendaces, et sæpe conqueri* de *astro errabundo Saturni, et polliceri* pro *summa exigua Jovem affuturum* nascentibus. Pœna *mendaciorum patris reservata cadit in filium, et* hic *filius persolvit supplicium ore merente. Etenim lambit os infame meretricis cupidæ, exhauriens domum* suam *luxuria et criminibus* suis. *Et lingua eadem filii dissipat divitias, quas lingua patris deceptoris cumulavit.*

Sic inscribitur in Moret. pr. *In Cyretium* Exc. Lucens. pr. In Vat. pr. erat, *Incipit iocus de Curetio.* Vat. quint. habet, *De Uranio Astrologo patre Curetii.* In Put. duobus Petav. et Var. LL. e marg. Parm. deerat inscriptio.

1 *Pallantes* Oisel. *mitre* pro *vitreo* Med. sec.—2 *nocturni* pro *Saturni* Buslid. —3 *prodesse Tonantem* pro *promittere nummis* Buslid. *verbis* pro *nummis* Vat. sec.—5 *delata* leg. Heins.—6 *patrio* pro *merito* Var. LL. ed. Antv. *tulit* pro *luit* Cod. Epigr. Ambr.—7 *spurcos* vel *spurtos* Rott. *avidæ* Med. quart. inc. Heins. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Ald. ed. Parm. *Namque avide lambit meretricis labra superbæ* Exc. Lucens. pr.—8 *luctu* pro *luxu* Ambr. pr. *lapsu* Buslid.—10 *refundit* Ambr. tert. Vat. Livin. *refudit* duo Vatt. Pal. Rott. Buslid.

NOTÆ

1 *Fallaces*] Quid enim fallacius, quam ea omnia, quæ effutiunt illi Genethliaci, seu qui prædicant aliquid de pueris nascentibus?

Vitreo componere mundo] Solebat stellas Cœli componere, perpendere, earumque situs et dispositiones in sphæra vitrea conferre, ut inde futura prædiceret de pueris nascentibus.

2 *Queri*] Solebat queri obesse Saturnum, sed superventurum Jovem, qui meliora daret, sicque faciebat fucum.

8 *Flagitiis*] Flagitium dicitur optime de inertia, et de omni crimine quod est cum turpitudine et dedecore conjunctum. Cicero: 'Stupra vero et adulteria, et omne tale flagitium.'

9 *Lingua*] Lingua patris mentiendo opes collegerat, lingua filii lambendo meretricem opes dissipat.

LXXVI.

26. IN EUNDEM.

Si tua, Cureti, penitus cognoscere quæris
  Sidera, patre tuo certius ipse loquar.
Quod furis, adversi dedit inclementia Martis:
  Quod procul a Musis, debilis Arças erat:
Quod turpem pateris jam cano podice morbum,
  Fœmineis signis Luna Venusque fuit.
Attrivit Saturnus opes. Hoc prorsus in uno
  Hæreo: quæ cunnum lambere causa facit?

Si optas, o Cureti, nosse perfecte astrum tuum, ego *dicam* tibi *verius* quam *pater tuus. Crudelitas Martis fecit ut insanias: quod alienus* es *a Musis, Arcas erat languidus: quod perfers morbum infamem, anu jam albescente, Luna et Venus faciunt signis muliebribus. Saturnus dilapidavit divitias* tuas. *Dubito tantum in uno: quæ causa cogat* te *lambere meretricem.*

Vat. pr. inscribit *in eumdem Curetium.* Med. quart. simpliciter *in Curetium.* In Vat. quint. erat *Ad Curetium de Genesi sua. De Curetio ejusdem* legitur in Moret. pr. et Exc. Lucens. pr. In Put. et duobus Petav. desideratur hoc carmen.

1 *potius* Buslid. *velles* pro *quæris* Vat. quart. et quint. *velis* Vat. sec.—2 *loquor* Vat. tert.—3 *aversi* Moret. pr. *patris* pro *Martis* Ambr. pr.—4 *Quo procul* Exc. Lucens. pr. *amissis* pro *a Musis* Moret. pr. Var. LL. ed. Antv. *actor* pro *Arcas* Var. LL. ed. Antv. m. sec. Heinsius seqq. ascripserat. '*De Planetis* Cicero in Somn. Scip. Stobæus Eclog. C. IX. ex veteri Poëta. Ausonius precatione in Consulatum suum Planetas etiam recenset, ubi legendum, 'Nulla tuos Gradivi offendat stella penates.' et forte *celer Arcas* pro *arcus.* nam quid est *arcus Lunæ?* In vet. Cod. Vossii *Arcas* certe legitur. sed quia Mercurii et postea meminit, forte *celer actus* legendum. idem Ausonius de Planetis agit idyll. X.'—5 *Quo turpem* Exc. Lucens. pr. *turpi* Med. sec. *caussa cano* pro *jam cano* Med. sec. *τὸ cano* deerat Exc. Lucens. pr.—6 *Venusque* legebat Heins. *Attribuit* pro *Attrivit* Med. sec. inc. Heins. Ambr. tert.—8 *quæ turpis* pro *quæ cunnum* Buslid. *cunnum* etiam deerat inc. Heins. *caussa fuit* Ambr. tert. Buslid. *cura fuit* Exc. Pat. rec. *fuit* pro *facit* Rott. Vat. quart. m. pr. Med. sec. m. pr. inc. Heins. *mendacem quæ mala caussa facit* Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

1 *Tua sidera*] Diei tuo natali dominantia.

Patre tuo] Qui id ceteros docere se profitebatur.

4 *Debilis Arcas*] Debile erat astrum nati ex Arcadia Mercurii, qui Deus eloquentiæ creditus.

7 *Saturnus*] Cujus astrum decoctores facere dicitur.

LXXVII.

27. IN JACOBUM MAGISTRUM EQUITUM.

PER cineres Pauli, per cani limina Petri,
Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.
Sic tua pro clypeo sustentet pectora Thomas,
Et comes ad bellum Bartholomæus eat.
Sic ope Sanctorum non barbarus irruat Alpes:
Sic tibi det vires sancta Susanna suas:
Sic quicumque ferox gelidum tranaverit Histrum,
Mergatur; volucres ceu Pharaonis equi:

Oro te, *Ductor Jacobe, per cineres Pauli, per templum Petri cani, ne lanies carmina mea: sic Thomas sustineat pro scuto pectus tuum, et Bartholomæus comitetur* te *ad bellum. Sic Barbari non irrumpant Alpes* pulsi *auxilio Sanctorum: sic sancta Susanna addat tibi vires suas. Sic quicumque* hostis *atrox trajecerit Danubium frigidum, submergatur, quemadmodum equi celeres Pharaonis* mersi

In vet. Cod. Daniel. et Oxon. sec. inscribitur *In Jacobum Magistrum equitum.* In Exc. Læti erat *Ad Jacobum Magistrum equitum. Ad Jacobum Ducem* habet Thuan. et Moret. pr. *In Jacobum Magistrum Militum* exhibet inc. Heins. In reliquis deest inscriptio.

1 *Per cineres Petri...limina Pauli* Pal. duo Med. Put. Buslid. Var. LL. ed. Antv. *cani* Vat. pr. Ambr. pr. Bartholin. *sancti* quatuor Vatt. Pal. Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *lumina* Med. pr. Put. Oxon. sec.—3 *per clypeum* Cod. Epigr. Ambr. *defendat* Vat. pr. Ambr. pr. *sustentet* Florent. cum octodecim aliis, Exc. Lucens. pr. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv.—5 pro *Sanctorum, Junthodi* Ms. vetus, unde *Judithæ* conj. Barth. *ne barbarus* leg. Heins.—6 *tuas* Med. sec. ceterum deerat hoc distichon Vat. pr. et Ambr. pr.—7 *quicumque ferus* Vat. pr. Ambr. pr. *transiverit* Vat. sec. *transnaverit* Med. sec. Exc. Lucens. pr.—8 *volucris* pro *volucres* ed. Parm.—9 *rumphea* Ambr. tert.

NOTÆ

In Jacobum] Hoc Epigramma ironicôs in Ducem Christianum quidem, sed vinosum hominem, scriptum est a Poëta Pagano, irridente Sanctorum in rebus bellicis implorationes. Quasi diceret, Parce meis versibus, et sic tibi faveant sancti in bello, dum tu bibis egregie, et convivas bibendo occidis.

5 *Sanctorum*] Barthius legit, *Sic ope Judithæ*.

8 *Pharaonis equi*] Qui absumti sunt in mari rubro.

Sic Geticas ultrix feriat rhomphæa catervas,
  Romanasque tegat prospera Thecla manus.
Sic tibi det magnum moriens conviva triumphum,
  Atque tuam vincant dolia fusa sitim.
Sic nunquam hostili maculetur sanguine dextra.
  Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.

sunt: *sic gladius vindex percutiat cohortes Getarum, et Thecla favens protegat exercitum Romanum. Sic conviva occisus donet tibi victoriam grandem, et dolia effusa extinguant sitim tuam. Sic dextra tua nunquam contaminetur cruore hostium.* Oro te, o *Ductor Jacobe, ne lanies mea carmina.*

---

rimphæa Buslid. _riphæa_ Vat. quint. Heinsius metuebat, ne hic Sancti alicujus nomen lateret.—10 _Romanosque tegat p. Tecla_ Exc. Petav. quart. _regat Tecla_ Put. Petav. sec. _regat theda_ Exc. Lucens. pr. _tegat...teda_ inc. Heinsius Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. _regat...tela_ duo Vatt. Pal. duo Med. _regant...tela_ Vat. sec. et tert. Pric. Oisel. Exc. Læti. _regat_ Ambr. tert. _regas_ Buslid. _tecta_ Var. LL. ed. Antv. m. pr. _regat...tela_ vel _Thecla_ Rott. Deerat vero similiter hoc distichon in Vat. pr. et Ambr. pr.—11 _magnum moriens. c. triumphum_ Florent. tres Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. _moriens magnos c. triumphos_ Vat. pr. _magnos moriens c. triumphos_ Moret. pr. _magnum conjuncta triumphum_ Buslid. _Τὸ conviva_ deerat Med. pr.—12 _Atque tuam vincant dolia fusa sitim_ Vat. sec. et tert. Var. LL. e marg. Parm. _Et tibi perpetuo dolia vina fluant_ Pal. _Ut tua perpetuo dolia vina fluant_ ed. Parm. _Et tua perpetuo dolia vina fluant_ Vat. pr. duo Med. Put. Bonon. _Atque t. vincant d. f. sitim._ vel _Et tibi p. d. vina fluant_ Petav. pr. inc. Heins.—13 _hostilis_ Ambr. tert.—14 _Nec laceres_ Vat. tert. Pal. Rott. duo Med. duo Petav. _Dux Jacobine_ Buslid. postremum vero hoc distichon in Vat. pr. et Ambr. pr. iterum desiderabatur.

NOTÆ

9 _Feriat_] Alludit forsan ad Historiam Angeli, 'qui percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.' 4. Reg.

Rhomphæa] Græce ῥομφαία, genus est teli, vel gladii longioris, quo præsertim Thraces utebantur. Unde Aulus Gellius: 'Rhomphæa genus teli est Thraciæ nationis.'

10 _Thecla_] Martyr egregia.

11 _Moriens conviva_] Quem majoribus poculis invitatum superas, et tandem in ipso Bacchi theatro, bibendi certamine superatum extinguis; sicque de eo his poculis immanibus, et gladiatoria laterum firmitate triumphas.

12 _Dolia_] Sic hominem arguit vinolentum, ad cujus sitim extinguendam, vel dolia requirerentur.

13 _Maculetur_] Nunquam tibi contingat, ut dextera tua delicata, et scyphis tractandis assueta, maculetur hostili sanguine. Sic ipsi illudit, nam sanguine hostium maculata manus Ducis decora est.

LXXVIII.

28. RIMANTI TELUM IRA FACIT.

In jaculum quodcumque gerit, dementia mutat.
Omnibus armatur rabies pro cuspide ferri.
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera sævit.
Pro telo ingeritur, quicquid suggesserit ira.

Furor convertit in telum illud omne quod fert: insania armatur rebus *cunctis pro mucrone gladii. Omnia jaciuntur, dum manus fera furit in plagas.* Id *omne, quod ira suggerit, fertur pro armis.*

Sic inscribunt duo Med. inc. Heins. et H. ejusdem, item Exc. Lucens. pr. in quibus ascriptum, *Est ex Virgilio. Rimanti telum facit ira* erat in Oisel. Bonon. Moret. pr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. e marg. Parm. Vat. pr. non habet hoc carmen. In Put. et duobus Petav. deerat Inscriptio, ut et in Lov. qui superioribus connectit. Buslid. Inscriptionem omittit, sed uno versiculo carmen hoc auctius facit, titulo in versum mutato. sic *Armanti telum ira facit, nec vana locutum In jaculum, &c.*

1 *Non jaculum* Med. pr. *quicumque* Ambr. tert. *ferit* Florent. Med. sec. ed. Parm. *gerit* Vat. tert. Lov. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *mittit* pro *mutat* Med. sec.—2 *armatæ* Buslid.—3 *Certa volant* Lov. *in vulnere* ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *in vulnera* Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Buslid. Ald. Var. LL. e marg. Parm. *sævum* pro *sævit* tres Med.—4 *geritur* vulg. et sic Gesn. et ed. Bipont. *ingeritur* legit Heinsius, quia versu 1. *gerit* erat, et ascripserat locum Sil. Ital. 'crebras fugientibus ingerit hastas.' sic Virgilius et Curtius sæpe.

NOTÆ

Rimanti] Ex Virgilio depromta sententia. Sic enim ille, 'quodcumque repertum est, Rimanti telum ira facit.' Talis etiam illa est sententia, 'Jamque faces et saxa volant, furor arma ministrat.'

LXXIX.

29. IN PODAGRUM.

Quæ tibi cum pedibus ratio ? quid carmina culpas ?
  Scandere qui nescis, versiculos lacerans ?

Quæ tibi res est cum pedibus? Quare reprehendis versus? Tu *qui non potes scan-*

Deerat hoc carmen Vat. pr. Florent. tribus Med. Lov. et Sched. Gud. Exc. Lucens. pr. inscribunt, *In Podagricum, qui carmina sua non stare dicebat.* Simi-

Claudicat hic versus, hæc, inquis, syllaba nutat,
Atque nihil prorsus stare putas podager.

dere, discerpis carmina. Ais nempe, *Hoc carmen claudicat, hæc syllaba vacillat,* *et* ut *podager* existens, *credis nihil penitus stare.*

Iter se habet Inscriptio in Moret. pr. Bonon. et ed. Parm. nisi quod vocem *sua* omittant. In Put. et duobus Petav. inscriptio deerat.

1 *qui carmina* Rott. Put. Moret. pr. Var. LL. ed. Antv.—2 *quos nescis* Vat. sec. *laceras?* Vat. sec. ed. Parm. *laceras.* Gesn. et ed. Bipont.—3 *hic versus* Put. duo Petav. Exc. Petav. quart. ed. Parm. *hic inquit* Rott. Parm. Junt. Ald. Isingr. Gryph. Colin. Gesn. Bipont. *inquis* Vat. sec. *syllaba mutat* Buslid. —4 *putas* Vat. sec. *putat* edd. Parm. Junt. Ald. Isingr. Colin. Gryph. Gesn. Bipont.

NOTÆ

2 *Scandere*] Lusus in verbo, quia podager præ nimio dolore pedum non potest *scandere,* puta cubiculum: et hinc ambigue traducitur ad podagrum, quasi non posset *versus scandere.* Sic et *quæ tibi cum pedibus ratio?* Quasi podager pedum destitutus auxilio, non deberet amplius cogitare de pedibus, etiamsi pedes essent versiculorum.

4 *Stare*] Cum tu stare non possis, putas etiam nihil stare posse, ac proinde etiam in versibus nihil non claudicare.

LXXX.

30. DE THEODORO ET HADRIANO.

MALLIUS indulget somno noctesque diesque:
Insomnis Pharius sacra, profana, rapit.

Mallius Theodorus *vacat somno* per *dies et noctes: Ægyptius* Adrianus *de-*

Deest Vat. pr. et Sched. Gud. Moret. pr. habet *Incipit de Theodoro et Hadriano.* In Florent. tribus Med. et Buslid. desideratur inscriptio.

1 *Mallius* Pal. et duo Med. *Manlius* tres Vatt. Rott. Oisel. Moret. pr. Buslid. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv.—2 *Mallius insomnis* pro *Insomnis*

NOTÆ

Hadriano] En Epigramma quo Hadrianum læserat, de quo diximus supra.

2 *Pharius*] Hadrianus erat Ægyptius.

Omnibus hoc, Italæ gentes, exposcite votis,
  Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

populatur res sacras et profanas. O *populi Italiæ optate precibus cunctis, ut Mallius vigilet, et Adrianus dormiat.*

Pharius Pal. duo Med.—3 *Omnibus hunc Italæ* Med. pr. et quart. Pal. *Italiæ* Med. sec. *Italiæ gens hoc* Vat. quart. *exposcite* ed. Parm. *composcite* Var. LL. e marg. Parm.—4 *Mallius* Pal. duo Med. Moret. pr. Ald. *Manlius* Oxon. sec. Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

4 *Dormiat*] Quia cum dormiet, nihil rapiet, nihil furabitur: alter vero, cum vigilabit, melius defungetur officio.

LXXXI.

31. AD ÆTERNALEM.

Quicquid Castalio de gurgite Phœbus anhelat,
Quicquid fatidico mugit cortina recessu,
Carmina sunt: sed verba negant communia Musæ.
Carmina sola loquor: sic me meus implet Apollo.

Id omne quod Apollo emittit de fonte Castalio, id omne quod tripus remittit ex adytis prædicentibus futura, *sunt versus. Musæ non dant sermones triviales. Ego loquor solos versus: sic Apollo favens afflat me.*

Deest Vat. pr. et Sched. Gud. In Cod. Epigr. Ambr. vet. Gyr. Lov. Buslid. et Oxon. sec. continuatur carmini *De portu Smyrnensi*. Bonon. et Moreti pr. nullam agnoscunt inscriptionem.

1 *Castalio quidquid* Pal. duo Med.—2 *fatidicum mugit* ed. Parm. *fortuna* pro *cortina* Var. LL. ed. Antv.—3 *Carmina sunt* Florent. tres Med. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Lov. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. et Ald. *Carmina fert* vulg. *non verba* Pal. Med. pr. *ubi verba* Florent. *vera* pro *verba* Var. LL. ed. Antv.—4 *loquar* Lov. *Smirneus* pro *Sic me meus* Exc. Lucens. pr. *te meus* vel *me tuus* conjiciebat Heinsius. *urget Apollo* Vat. quart.

NOTÆ

1 *Castalio*] De fonte Castalio supra.

2 *Cortina*] Ex Servio, locus unde oraculum datur, dicitur cortina; vel quod Apollinis tripus corio Pythonis tectus est, vel quod certa illic responsa Apollinis fiant.

LXXXII.

32. AD MAXIMUM, QUI MEL MISIT.

DULCIA dona mihi tu mittis, Maxime, semper,
Et quicquid mittis, mella putare decet.

O *Maxime, tu mittis mihi semper munera dulcia, et id omne quod mittis, convenit credere* esse *mel,* aut melleum.

Deest Vat. pr. et Sched. Gud. *Ad Maximum, qui mel misit* habet vet. Gyr. Oxon. sec. *Ad Maximum, qui ei mel misit* erat in Oisel. Moret. pr. Bonon. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. Lovaniensis annectit superiori. In Florent. tribus Med. Put. et duobus Petav. deerat inscriptio.

1 *tu semper, Maxime, mittis* Pal. duo Med. inc. Heins. Exc. Lucens. pr. *semper tu, Maxime, mittis* Vat. sec. Rott. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Lov. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Ald. Var. LL. e m. Parm.—2 *quidquid mittit* Pal. Med. pr. *mittes* Exc. Lucens. pr. *credere mella* Put. Var. LL. ed. Antv.

LXXXIII.

33. DE LOCUSTA. FRAGMENTUM.

HORRET apex capitis: medio fera lumina surgunt
Vertice. Cognatus dorso durescit amictus.
Armavit natura cutem, dumique rubentes
Cuspidibus parvis multos acuere rubores.

Vertex ejus *capitis asper est: oculi feri exsurgunt* in *medio capite. Tegmen simile induratum est* in *dorso. Natura armavit pellem* ejus, *et vepres rubri mucronibus exiguis* ostendunt *rubores plurimos acutos.*

Vet. Cod. Daniel. *De Bucusta* inscribit. *De Locustis* habet Oxon. sec. Vat. autem Livin. et Ambr. pr. inserunt hic alium versum cum inscriptione *De Dulcio.* nempe *Nectareo dulces muro cinguntur arenæ. Ectareo* pro *Nectareo* erat in vet. Cod. Danielis, qui et illum versum præmittebat. In Florent. tribus Med. Put. Buslid. et duobus Petav. inscriptio deerat. In Vat. pr. ipsum carmen plane desiderabatur.

1 *Torret* Vat. sec. Moret. pr. *media* Vat. tert. Rott. Florent. *surgit* Pal.—2 *conatus dorso* Oxon. sec. *decrescit* Ambr. tert.—3 *dubique* Exc. Lucens. pr.

NOTÆ

2 *Cognatus amictus*] Tegmen ejusdem naturæ ac dorsum, hoc est, durum.

4 *Rubores*] Extremitates rubeas.

dubiisque rudentes Ambr. tert. *dubiisque rubentes* Vat. quart. Oisel. Florent. tres Med. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Ambr. pr. Moret. pr. Oxon. sec. vet. Gyr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. ed. Parm. Var. LL. ed. Antv. *dubiisque rubentem* duo Vatt. Pal. Rott. Petav. pr.—4 *parum* Buslid. *pinnæ* Ambr. tert. *multos* Florent. tres Med. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. duo Ambr. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. vet. Gyr. Vat. Livin. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Lucens. pr. ed. Parm. *multis* vulg. *pariunt multos ac vere colores* Claver. Heinsius legit *dumique rubentes Cuspidibus pariunt multos ceu vepre dolores.* Barthius vero conjicit *dubiisque rubentem Cuspidibus variant, Milto victore, colores.*

LXXXIV.

34. DE BALNEIS QUINTIANIS.

Fontibus in liquidis paulum requiesce, viator,
  Atque tuum rursus carpe refectus iter.
Lympharum dominum nimium miraberis, hospes,
  Inter dura viæ balnea qui posuit.

Quiesce paulisper, o viator, in puris fontibus, et recreatus aquis *perge iterum viam tuam. Multum admiraberis, o peregrinator, dominum aquarum, qui construxit balnea inter vias asperas.*

Deest hoc Carmen in Vat. pr. Med. pr. Oxon. sec. Sched. Gud. In Rott. *De Balneis Quintilianis* inscribitur. Cod. Epigr. Ambr. habet *De Balneis Quintiliani, quæ in via erant.* In Moret. pr. erat, *De Balneis Quintiani quæ in via erant.* In Bonon. et inc. Heinsii legebatur *De Balneis Quintianis quæ in via erant.* Exc. Lucens. pr. exhibent, *De Balneis Quintianis quæ in via posita fuerant.* Similiter fere Ald. et Var. LL. e marg. Parm. nisi quod in iis *posita erant* legitur. Put. duo Petav. Lov. Buslid. et Exc. Petav. quarti inscriptionem ignorant.

1 *Montibus* Vat. sec. Petav. sec. Var. LL. ed. Antv.—2 *viator* pro *refectus* Med. sec.—3 *Nympharum* Exc. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm. et ed. Antv. *mirabilis* pro *miraberis* Var. LL. ed. Antv.—4 *dira viæ* Vat. sec. *quis potuit* Rott. *potuit* Ambr. tert.

LXXXV.

35. DESCRIPTIO PORTUS SMYRNENSIS.

Urbis conspectum montana cacumina velant,

Culmina montis opposita mari placido tegunt aspectum urbis. Cornua sur-

Deerat hoc carmen in Vat. pr. Sched. Gud. Var. LL. ed. Antv. *Descriptio portus Smyrnensis* vocatur in duob. Med. inc. Heins. Cod. Epigr. Ambr. Exc.

Tranquillo prætenta mari. Ducentia portum
Cornua pacatas removent Aquilonibus undas.
Hic exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur, et placidam discit servare quietem.

vantia portum tutantur aquas tranquillas a *ventis* Septemtrionis. *Hic mare privatum* furore suo ob *terras cingentes includitur, et discit conservare tranquillitatem dulcem.*

Lucens. pr. *Descriptio portus Zmyrnensis* vet. Gyr. *Descriptio portus Myrnensis* Vat. tert. Oisel. ... *Mirnensis* Bonon. Moret. pr. ... *Mirensis* vet. Cod. Daniel. *Saronensis* conj. Barth. In Put. autem, duobus Petav. Lov. et Buslid. deest inscriptio. In Oxon. sec. erat etiam, sed nihil varietatis in eo notatum erat.
1 *Urbis conspectum m. c. velant* legit Joh. Pricæus. sub monte enim Smyrna. *Urbs in conspectu est* Ald. *Arx* pro *Urbs* Vat. quart. *vallant* pro *velant* conjecerat Heins.—3 *placatas* Vat. quart. *pacatis* Pal. Rott. duo Med. *removens* Cod. Epigr. Ambr.—4 *Hinc exarmatum* Lov.

NOTÆ

2 *Ducentia portum*] Et revera cornua illa, sive arcus, magnam in portu commoditatem afferunt: talis est portus Virgilianus, in quo objectus laterum cornua efficit.

3 *Removent*] Removent Aquilones, seu ventos, ab undis.

4 *Exarmatum*] Mare suis armis, hoc est, fluctuum agitatione et furore destitutum.

LXXXVI.

36. EST IN CONSPECTU LONGE LOCUS.

Est procul ingenti regio submota recessu,
Insula qua resides fluctus mitescere cogit,
In longum producta latus; fractasque per undas
Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

Locus est longe remotus in *secessu magno, qua insula cogit sedari undas pigras,* insula *extenta in latus longum; et* velut *brachia alta per aquas ruptas inflectuntur portu placido.*

Vat. pr. non habet hoc carmen. *Descriptio Portus* inscribitur in Med. pr. et ed. Parm. *Est in conspectu longe locus* Exc. Lucens. pr. Bonon. habet *Est n specu longe locus.* In Moret. pr. erat *Est non spatii longe locus.* In Put. duobus Put. Lov. Buslid. et Exc. Petav. quarti nulla erat inscriptio.
1 *sunnicta* Oisel.—2 *resides* Vat. Livin. Exc. Lucens. pr. *residens* Vat. quart.—4 *Arida tranquilli* Ambr. tert. *brachia portu* Lov. *litora Ponti* Buslid.

NOTÆ

Est in conspectu] Virgilius dixit: 'Est in secessu longo locus,' &c.

4 *Ardua brachia, &c.*] Intelligit etiam cornua, sive arcum.

LXXXVII.

87. DE QUADRIGA MARMOREA.

Quis dedit innumeros uno de marmore vultus?
Surgit in aurigam currus, paribusque lupatis
Unanimes frænantur equi: quos forma diremit,
Materies cognata tenet, discrimine nullo.
Vir redit in currum: ducuntur ab axe jugales:
Ex alio se quisque facit. Quæ tanta potestas?
Una silex tot membra ligat, ductusque per artem
Mons patiens ferri varios mutatur in artus.

Ecquis insculpsit facies varias ex uno et eodem *marmore? currus attollitur in Aurigam, et equi concordes reguntur frænis similibus. Materia similis,* absque *ulla differentia, vinxit* eos, *quos figura discriminat. Auriga revertitur in currum, equi ducuntur ex curru, quisque se format ex alio: quæ tanta vis* est? *unus lapis colligat tot corpora, et* hic *lapis vinctus ferro, et deductus per artificium, vertitur in membra diversa.*

De Quadriga marmorea habet Bonon. Oxon. sec. *De Quadra marmorea* Med. pr. *De Auriga marmorea* Lov. In Vat. pr. non erat hoc carmen. In Put. Buslid. duob. Petav. et Exc. Petav. quart. deest inscriptio.

1 *de corpore* Moret. pr.—2 *Surgere* Med. quart.—3 *Unanimi* Vat. sec. Ambr. tert. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. et Lucens. pr.—4 *Materia* Petav. pr. Moret. pr. Oxon. sec. *Materies conata* Lov. *cognatu* Vat. Livin. *frenata* Vat. quart. inc. Heins. Petav. pr. Bonon. Oxon. sec. Ald. Var. LL. ed. Antv. *discrimine nulla* Pal. Med. pr.—5 *Vix* Vat. tert. Pal. *Vir redit* Vat. quart. inc. Heins. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Lov. vet. Gyr. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. *dedit* Moret. pr.—6 *paratas* pro *potestas* Med. sec. *quæsita paratas* pro *quæ tanta potestas* Buslid. hic autem versus deerat Ambr. tert.—7 *membra legat* duo Petav. Moret. pr. Lov. Oxon. sec.—8 *Mens* pro *Mons* Var. LL. ed. Antv. *arcus* Ambr. pr. *aptatur in usus* Buslid. *animatur in artus* legebat Heins.

NOTÆ

2 *Surgit in aurigam*] Tortilis nempe et mutabilis in varios vultus machina ex curru pariebat aurigam, et ex auriga currum. Nempe tanta fuit in veteribus aurigandi insania, ut etiam fuerint qui in hoc negotio magicas artes adhibuerint.

5 *Vir redit in currum*] Ex viro fit denuo currus, ex quo equi deducuntur. Et sic *ex alio se quisque facit*, ex curru auriga, et ex auriga currus.

8 *Mons*] Lapis ingens, et altus instar montis, *patiens ferri*, ferro cæsus, et vinctus ferro, mutatur in artus, modo equorum, modo aurigæ, pro variis machinæ motibus.

LXXXVIII.

88. FRAGMENTUM.

SORDIDUS ex humeris nodo dependet amictus,
Exercentur equis, et colla comantia pectunt.

Pallium deforme nodo suspensum est ex humeris, agitant equos, et pectunt cervicem jubatam.

In Vat. pr. vet. Gyr. Exc. Lucens. pr. erat *Incipit De Lanario.* In reliquis deerat Inscriptio; nihil vero varietatis deprehendere licuit.

NOTÆ

Hujus fragmenti, vel potius centonis, ex Virgilio desumti, sensus difficilis est. Ex Barthio illudit Curetio, et ejus patri, quibus primo exprobrat sordes, et deinde obscœnitatem, per hemistichum *exercentur equis*, quod *equus* et *adhinnire* symbola sint fœdæ libidinis. Vel forsan irridet homines pannis obsitos, et qui tamen nimio equorum studio ducuntur, adeo ut malint eorum colla pectere, quam seipsos lautiore, immo necessario, vestitu induere.

2 *Colla comantia pectunt*] Irridet forte quosdam homines pallio tantum et barba Philosophos.

LXXXIX.

39. DE PAUPERE AMANTE.

PAUPERTAS me sæva domat, dirusque Cupido:
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

Pauperies crudelis agitat me, et crudelis amor, sed pauperies tolerabilis, non amor tolerabilis.

Deest hoc carmen Vat. pr. Lov. superiori annectit. In Florent. tribus Med. Put. et duobus Petav. deest inscriptio.

1 *te sæva* Vat. sec. m. pr. *durusque* Med. sec. Var. LL. ed. Antv. *dirusque* Florent. duo Med. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Var. LL. e marg. Parm. *rursusque* Exc. Lucens. pr.—2 *tolerandus* vel *venerandus* Vat. sec.

XC.

40. DE EODEM

ESURIENS pauper telis incendor Amoris.
  Inter utrumque malum diligo pauperiem.

Ego pauper famelicus uror flammis amoris: inter hæc duo mala præfero paupertatem.

Vat. pr. non habet. in Var. LL. e marg. Parm. erat, *Item De eodem.* In reliquis nulla inscriptio.

1 *tædis* Med. sec. *succendor* Vat. sec.—2 *eligo* Exc. Lucens. pr. *deligo* Ambr. tert. Oxon. sec. duo Petav. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Ald. Raphel. Var. LL. e marg. Parm. Heinsius ascripserat: 'leg. *deligo.* hinc *delectus.* Trebell. Poll. in Valerianis. initio. 'quid vobis videtur P. C. de Censore deligendo.' et Vopiscus in Tacito. 'Referimus ad vos, P. C. quod sæpe retulimus, Imperator est deligendus.' et mox,' 'Tacite Auguste, Dii te servent. te deligimus.' et mox, 'ne obesse mihi incipiat, quod unanimiter me delegistis.''

NOTÆ

1 *Esuriens*] Nihil tamen est, quod potentius 'cæci stimulos avertat amoris,' quam fames, quam vehementer odit Venus, quæ sine Cerere et Libero frigere consuevit.

XCI.

41. IN SEPULCRUM SPECIOSÆ.

PULCHRIS stare diu Parcarum lege negatur.
  Magna repente ruunt: summa cadunt subito.

Lege Parcarum recusatur formosis vigere diu: ingentia statim evertuntur; alta

Deest Vat. pr. et Med. pr. *In sepulchrum Speciosæ* inscribunt inc. Heins. Bonon. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. Var. LL. e marg. Parm. *Epitaphium Speciosæ puellæ* vocatur in Cod. Epigr. Ambr. In Put. Lov. Buslid. duob. Petav. et Exc. Petav. quart. nulla erat inscriptio. Oxon. sec. etiam habet, sed nihil in eo varietatis notatum.

1 *negatum* inc. Heinsii, qui ascripserat locum Lucan. 'summisque negatum

NOTÆ

1 *Negatur*] Lucanus: 'Summisque negatum Stare diu.'

Hic formosa jacet Veneris sortita figuram,
Egregiumque decus invidiamque tulit.

statim decidunt. Hic jacet pulchra habens pulchritudinem Veneris, et tulit honorem eximium simul *et invidiam.*

Stare diu.'—2 *luunt* pro *ruunt* inc. Heins. *cadunt* Ambr. pr.—3 *fortuna* pro *formosa* Put.—4 *invidiam meruit* al. *invidiamque tulit* Ambr. tert. Sched. Gud.

NOTÆ

3 *Veneris*] Et ideo ab hac zelotypa extincta tulit, seu habuit, honorem eximiæ pulchritudinis, sed passa est idcirco invidiam letiferam.

XCII.

42. DE BIRRO CASTOREO.

NOMINIS umbra manet veteris: nam dicere birrum,
Ni Castor niteat, Castoreum nequeo.

Simulacrum velut quoddam *remanet nominis antiqui, etenim non possum birrum appellare Castoreum, nisi Castor eluceat.* Ille Birrus *emtus est sex solidis:*

De Birro Castoreo erat in inc. Heins. Bonon. Lov. Exc. Lucens. pr. Sched. Gud. ed. Parm. *De Birro et Castoreo* Oxon. sec. In Vat. pr. non erat. In Put. Moret. duobus Petav. deerat inscriptio. *De Fibro Castoreo* conjecerat Heinsius.

1 *Numinis* Var. LL. ed. Antv. *Nomen verba* Vat. sec. *veteres* Ald. *vetitis* Petav. sec. *non dicere* vet. Gyr. qui ascripserat 'si Castor recens sit et niteat, nequeo dicere Birrhum Castoreum.' *jam dicere* Vat. tert. Rott. Florent. Med. sec. *jam discere* ed. Parm. *discere* duo Vatt. Rott. Florent. Med. sec. Put. Petav. sec. Oxon. sec. duo Ambr. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *burrhum* Cod. Epigr. Ambr.—2 *niteat* Vat. tert. vet. Gyr. *juret* Exc. Lucens. pr. Var. LL. e marg. Parm. *nitet* duo Ambr. *intret* Bonon. *vitet* Vat. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Oxon. sec. Cod. Epigr. Ambr. Var. LL. ed. Antv. *viret* Ald. *vitet dicere Castoreum* Lov. *vilet* conjicit Heinsius. *Castoreumque*

NOTÆ

Hoc Epigramma valde corruptum est: de hoc alii alia sentiunt; sed sic explicari potest. Birrus, seu Bibrus, est genus vestis, quæ, si nova et nitida fuerit, dicitur Castorea, quia texta ex pilis Castoris seu Fibri, animalis exquisiti.

1 *Umbra*] Non res ipsa, scilicet vestis pretiosa, sed umbra tantum remanet.

Sex emtus solidis: quid sit, jam scire potestis.
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

jam potestis cognoscere quid sit: si non creditur mihi, credite saltem pretio.

queo Ambr. pr. Sched. Gud.—3 *sim* pro *sit* Moret. pr. *scit* Vat. sec. Petav. sec. *potestur* Ald. Var. LL. e marg. Parm. *potestas* Var. LL. ed. Antv.

NOTÆ

4 *Credite vel pretio*] Quod tam vile est, ut vestis illa non dicenda sit Castorea, sed birrus.

XCIII.

43. DE HIPPOPOTAMO.

Utraque fœcundo nutritur bellua Nilo,
Quæque vorat morsu, quæque sub ore fremit.

Bestia utraque alitur in *Nilo feraci; et* illa *quæ devorat dentibus, et* illa *quæ infrendet ore.*

In Vat. pr. sub finem hoc et sequens Epigrammation erat. Vat. Cod. habet Incipit de Hippopotamo. *Utraque fæcundo mutritur bellua Nilo, Quæque vorat morsu, quæque sub ore fremit.* mox linea una vacua relicta.

NOTÆ

Hoc epigramma non extat in quibusdam Codicibus; at ne quid relinquamus intactum, pauca hac de re dicemus. En etymologia Hippopotami: ἵππος, *equus*, et ποταμὸς, *fluvius*, quasi diceretur *equus fluviatilis*, vel *equus marinus:* nam et ποταμὸς sumitur pro Oceano apud Homerum. Claudianus duplex ejusmodi belluarum genus agnoscit; unum quod devoret, alterum quod fremat. Has tamen differentias non refert Aldrovandus Ulysses.

1 *Bellua*] Hippopotamus scilicet, cui tamen contra Solinum, Ælianum, et alios huic belluæ hinnitum tribuentes, neque jubam, neque hinnitum, neque ullam equi similitudinem tribuit doctissimus vir Fabius Columna. Immo hæc fera bovis magnitudinem aut excedit, aut adæquat, et cruribus ursum refert; caputque habet quodammodo suillum, et sic ἵππος non hic proprie significat *equum*, sed *magnum:* habet enim vim augendi; adeo ut ἱπποπόταμος proprie idem sit ac *prægrande animal fluvii aut maris.* Fluvii quidem, quia nascitur in Nilo, et maxime in lacu Dambea, de quibus supra, in Nigro fluvio, Indo, et aliis: nascitur etiam in mari, si Plinio fides: unde et Poëtæ ἱπποποτάμους vocant etiam *Protei pecus.*

Nilo] Nilus abundat Hippopota-

NOTÆ

mis, qui pascuntur in pratis: accolæ lacus Dambeæ hoc venatu aluntur.

2 *Vorat*] Hippopotamus est ex genere Amphibiorum, et partim in aqua, partim in terra degit. Prata, agros, segetes, orizam depascitur: sed et homines, si quos invenit, devorat: sic Alexandri milites, sociis videntibus ac flentibus, absumserunt, ut ad Aristotelem ipse scribebat Alexander.

Fremit] Intelligendum est nescio quod murmur, quod edat istud animal, de quo tamen nihil dixit Aldrovandus Ulysses. Ceterum viro doctissimo assentior, qui asserit in titulo legendum esse, *De Hippopotamo et Crocodilo;* sic enim facilius explicabitur Claudianus de utroque genere belluarum, quas Nilus alit.

XCIV.

44. QUÆ IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE.

Mensa coloratis aquilæ sinuatur in alis,
Quam floris distinguit honos: similisque figura
Texitur: implumem mentitur gemma volatum.

Mensa curvatur in pennis pictis aquilæ, quam mensam *ornat pulchritudo floris; par figura intexitur: gemma repræsentat volatum sine plumis.*

NOTÆ

1 *Mensa*] Mensa est seu pluteus exiguus libro reponendo aptus, qui ornatur Sardonyche gemma: in qua quædam et floris et aquilæ species repræsentari videatur.

2 *Similisque figura*] Similis aut flori, aut aquilæ, aut utrique, ob grandes scilicet maculas florem vel aquilam exhibentes.

3 *Implumem volatum*] Alas explicatas et velut volatum tentantes; sed alæ sunt implumes.

XCV.

45. CARMEN PASCHALE.

CHRISTE potens rerum, redeuntis conditor ævi,
Vox summi sensusque Dei: quem fudit ab alta
Mente Pater, tantique dedit consortia regni.
Impia qui nostræ domuisti crimina vitæ,
Passus corporea mundi vestire figura,
Affarique palam populos, hominemque fateri:
[Quemque utero inclusum Mariæ, mox numine viso,]

Christe princeps mundi, reparator ætatis melioris, Verbum et Sapientia Dei supremi: quem Pater æternus *produxit ex mente excelsa, et dedit societatem tanti Imperii.* Christe, *qui extinxisti scelera impia vitæ nostræ, ferens* in *orbe* te *indui corpore humano, et alloqui aperte populos, et confiteri* te *esse hominem*: *et* per *quem in ventre Mariæ clausum, Angelo mox annuntiante, sinus Virginis in-*

In Vat. pr. inc. Heins. Cod. Epigr. Ambr. Moret. pr. Exc. Lucens. pr. erat *Incipit de Salvatore.* In Put. Ambr. pr. Buslid. duobus Petav. deerat Inscriptio. In Moret. sec. citatur in vita Claudiani.

1 *Conditor orbis* Vat. pr. Pal. Oisel. duo Med. Ambr. pr. Oxon. sec. Vat. Livin. *anni* vet. Gyr.—2 *fundit ab alta* Cod. Bartholin. ed. Parm. *fuderat alta* Pal. duo Med.—3 *Voce pater* Moret. sec. *Magne pater* Petav. pr.—4 *qui nostræ* vet. Gyr. *tu nostræ* tres Vatt. Pal. Rott. Oisel. *qui* vel *tu* Vat. sec. *docuisti* Var. LL. ed. Antv. *sæcula terræ* pro *crimina vitæ* Vat. pr. m. pr.—5 *mundi* vet. Gyr. *mundum vestire* quatuor Vatt. Pal. Pric. Oisel. Bartholin. Exc. Læti. *vestisse* Moret. sec.—7 *Quem verbo* Exc. Læti m. sec. Var. LL. e

NOTÆ

Hoc Carmen, etsi elegans, ex multorum, et præsertim ex Heinsii opinione, non habet Claudianum auctorem: multo minus ea quæ sequuntur, Græca et Latina, in Servatorem, in Christum, laudem et miracula Christi, in Sirenas, laudes Herculis: quæ omnia tamen opera notis quibusdam illustrabimus.

2 *Fudit ab alta*] Ita nempe fudit, ut ab æterno fuderit, genuerit Verbum adorandum Pater omnipotens.

5 *Corporea*] M. Ant. Muretus de Christo, 'qui corporatus ac carne tectus, infinitis sese laboribus, cruciatibus, ærumnis, morti denique teterrimæ atque acerbissimæ exposuit, quo sudore ac sanguine suo ab animis nostris durissimum jugum æternæ depelleret servitutis.'

7 *Numine*] Angelo Gabriele, qui supremi Numinis vices agebat, cum ad beatissimam Virginem orator missus sacra legatione defunctus est.

Quem tumuere sinus] Id est, ob quem, per quem tumuere virginei sinus.

Virginei tumuere sinus, innuptaque mater
Arcano stupuit compleri viscera partu,
Auctorem paritura suum. Mortalia corda
Artificem texere poli, mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuitque sub uno
Pectore, qui totum late complectitur orbem;
Et, qui non spatiis terræ, non æquoris unda,
Non capitur cœlo, parvos confluxit in artus.
Quin et mancipii nomen, nexusque subisti,

tumuit, et mater innupta mirata est uterum suum *impleri fœtu secreto, paritura creatorem suum. Viscera mulieris* Mariæ *ceperunt opificem Cœli, et conditor mundi unus fuit ex hominibus, et delituit sub unis visceribus* ille, *qui continet late totum mundum; et qui non comprehenditur vastitate terræ, non aquis maris, non comprehenditur cælo, descendit in corpus exiguum. Quin etiam,* Christe, *passus*

marg. Parm. Gesn. et ed. Bipont. *Quem verbo* vel *Quemque utero* inc. Heins. *lumine viso* vet. Gyr. *angulo* duo Petav. *angelo* Vat. sec. Bartholin. Oisel. *angelo* Exc. Læti et Lucens. pr. *viso* Vat. pr. Pal. Pric. Vat. tert. m. pr. *misso* Vat. quart. deerat vero hic versus Med. sec. Florent. Exc. Petav. quart. et Oxon. sec.—8 *intumuere* Ambr. pr. *tumuere* Put. Petav. pr. Exc. Petav. quart. *timuere* Petav. sec. Ambr. pr. m. pr. vet. Gyr. *tenuere* Oxon. sec. *patuere* Pric.—9 *compelli* pro *compleri* Cod. Bartbolin.—10 *Actorem* Vat. sec. Pal. Med. pr. inc. Heins. Moret. pr. Buslid. *mortalia membra* vet. Gyr.—11 *texere* Med. pr. Exc. Lucens. pr. *cepere* Oxon. sec. *fudere* Vat. tert. Pric. Oisel. Florent. Med. sec. *mundique reptor* Buslid. *redemptor* conj. Heins.—12 *lavitque sub uno* Oxon. sec. *sub uno* Med. quart. inc. Heins. Petav. sec. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. Ald. Var. LL. e marg. Parm.—13 *totum...latum* Buslid.—14 *spatio* Oisel. Oxon. sec.—15 *Non capitur* Florent. Med. sec. *Nec* tres Vatt. Pal. Exc. Læti. *defluxit* Buslid. *construxit* Med. sec.—16 *Quin et supplicium* Vat. tert. Florent. *supplicium mortis* Pric. *supplicium nomen* Buslid. *supplicii* Gesn. *numen* Florent. *nexumque* Buslid. *noxasque*

NOTÆ

8 *Innuptaque mater*] Falso dicitur innupta, quia scilicet vero legitimoque matrimonii nexu Virgo copulata est S. Josepho; sed forsan innupta dicitur, quod intactum Virginitatis florem conservarit, non secus ac si fuisset innupta.

10 *Corda*] Præcordia, viscera: 'Beatus venter qui portavit Christum,' et texit, occultavit.

15 *Non capitur*] Id nempe canit Ecclesia: 'Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, In tua se clausit viscera factus homo.'

16 *Mancipii*] Alii legunt *Supplicii*. Servum intellige, qui suppliciis obnoxius est, et cujus vicem sustinuit, ut nos liberali causa assereret manu. Hoc carmen Barthius attribuit Damaso viro docto; id fieri non debere Claverius negat. Quod ad versus attinet, ii certe Damasi versibus videntur esse concinniores. In his Poëta pro Imperatore precatur.

Ut nos subriperes leto, mortemque fugares
Morte tua: mox ætherias evectus in auras,
Purgata repetis lætum tellure parentem.
Augustum foveas, festis ut sæpe diebus
Annua sinceri celebret jejunia sacri.

es nomen servi, et vincula, ut liberares nos a *morte, et expelleres mortem* nostram *morte tua*: at *deinde* tu *elatus in sedes cœlestes, mundo expurgato redis* ad *Patrem gaudentem*. O Christe, *conserves Imperatorem Augustum, ut sæpe* in *diebus festis observet jejunia sacri sinceri.*

conjiciebat Heins. *subistis* Florent. Cod. Bartholin.—17 *subriperes* Pal. *eriperes* tres Vatt. Bartholin. Pric. Rott. Oisel. Florent. Med. sec. inc. Heins. Put. duo Petav. Bonon. Ambr. tert. Moret. pr. Oxon. sec. Buslid. Cod. Epigr. Ambr. Exc. Petav. quart. Lucens. pr. et Læti.—18 *in aures* Vat. sec. —19 *purgatam* Florent. tres Med. *repetens* quatuor Vatt. Pal. Pric. Rott. Oisel. Oxon. sec. Cod. Bartholin. Exc. Læti. *lætum* Oxon. sec. Vat. Livin. *lotum* Moret. pr. *lætam* Bonon. *lætantem* Exc. Petav. quart. *læta* Vat. tert. duo Med. Ald. *læta te* Petav. sec. Ambr. tert. Var. LL. e marg. Parm. *te luce* quatuor Vatt. Pal. Cod. Bartholin. Pric. Rott. Oisel. Oxon. sec. Exc. Læti, Parm. Junt. Isingr. Gryph. *læta de luce parentem* Buslid.—20 *Augustus* Pal.—21 *celebrent* Med. sec. Heinsius post hoc carmen manu sua ascripserat aliud; quod in Petav. pr. manu recenti margini ascriptum offenderat cum hac Inscriptione, EUGLERIUS COMES. *O Pater omnipotens celsi dominator Olympi, &c.* ubi in vs. 6. erat *Dirige vela tuo. curvo deducere rectum.* sed edidit, *Dirige vela precor.*

XCVI.

46. ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ.

Ὦ πυρὸς ἀενάοιο σοφὴν ὠδῖνα φυλάσσων,
Ἐμβεβαὼς κόσμοιο παλινδίνητον ἀνάγκην,

IN SERVATOREM.

INTERPRETATIO POETICA

Ignis inexhausti custos, partusque sagacis,
Qui refluos mundi voluisti haurire labores,

INTERPRETATIO PROSA

O *qui* ignis æterni sapientem partum *in te* servas, ingressus mundi

NOTÆ

Εἰς τὸν σωτῆρα] Hæc Epigrammata Græca non reperiuntur in vetustis codicibus, et hæc non solum, sed et carmina sequentia: ex Joannis Ca-

Χριστὲ θεοῤῥήτοιο βίου φυσίζοε πηγή,
Πατρὸς ἀσημάκτοιο Θεοῦ πρωτόσπορε φωνή,
Ὃς μέγα μητρῴων τοκετῶν ἐγκύμονα φόρτον,

INTERPRETATIO POETICA

Christe, immortalis fons fœcundissime vitæ,
Primigenumque Patris, qui temperat omnia, Verbum:
Quo prægnans, mirum! quo facta puerpera Virgo,

INTERPRETATIO PROSA

turbulentam necessitatem, Christe, divinæ vitæ alme fons, Patris æterni Dei primogenitum Verbum; qui, *o* prodigium! matris puerperæ gravi-

---

Ad hæc Græca nullæ Var. LL. notatæ erant. sed in vet. Cod. Pal. erat Scholium marginale. Οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ὁ γράψας τὰ Πατριὰ Τάρσου, Ἀναζάρβου, Βηρούτου, Νικαίας.

NOTÆ

mertis Codice prodiisse putat Heinsius. Camers tamen hæc omnia, ex antiquissimo Codice, Claudiano se asserere testatur. Nec est quod quis objiciat Poëtam hunc, cum paganicæ superstitioni deditus esset, nunquam sibi in mentem inducturum fuisse, ut res Christianas celebraret. Etenim assentatorem hominem Honorio Principi Christiano placendi cupiditas eo facile impulit, ut prædicatis Religionis nostræ mysteriis hujusce Imperatoris benevolentiam aucuparetur. Sic et Triboniani viri a Christiana religione, Suida referente, alienissimi, ex Justiniani sententia, de Christo, et de *summa Trinitate* multa sunt, si non pie cogitata, at dicta præclare. Quicquid sit, his inest etiam versibus et elegantia.

1 Πυρὸς] Ignis, per quem certe intelligendus est Spiritus sanctus; nam Christus ‘ conceptus ex Spiritu Sancto,’ qui in Sacra Scriptura dicitur ignis: apud S. Lucam de Christo, ‘ ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?’ Ubi SS. August. et Greg. ignem interpretantur Spiritum Sanctum. Unde et Ecclesia canit, fons vivus, *ignis*, caritas.

Σοφὴν ὠδῖνα] *Sapientem partum*, nam ὀδύνη et ὠδὶν significat *dolorem partus:* φυλάσσων, *custodiens, servans;* hoc est, o Christe, qui servas et contines in te ipso partum et opus ‘ Spiritus sapientiæ;’ sic in Isaia legimus, ‘ Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini.’

2 Κόσμοιο] S. Joannes: ‘ Misit Deus Filium suum in mundum,’ qui optime comparatur cum mari turbulento.

Ἀνάγκην] *Necessitatem:* ‘ Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?’

3 Φυσίζοε] Φυσίζοος, *qui vitam producit, almus, aut qui alit.* S. Joannes, ‘ Aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.’

4 Ἀσημάντοιο] Ionice pro ἀσημάντου. Ἀσήμαντος autem est *rectore carens, nullo signo notatus, qui a nemine pendet, cui nemo præest.* Theologi vocant ‘ Deum independentem:’ et Ecclesia dicit, ‘ Patrem omnipotentem, æternum.’

Φωνὴ] *Primogenitum Verbum.* S. Joan. ‘ Deus erat Verbum,’ &c.

5 Μέγα] O rem magnam! o prodi-

Καὶ γόνον αὐτοτέλεστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων
Στήσας, Ἀσσυρίης γενεῆς ἑτερόφρονα λύσσαν,
Ὄργια δ' εἰδώλων κενεῶν ψευδώνυμα λύσας,
Αἰθέρος ἀμφιβέβηκας ἐφ' ἑπτάζωνον ὀχῆα,
Ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν ἐν ἀῤῥήτοισι θαάσσων·
Ἵλαθι παγγενέταο Θεοῦ πρεσβήϊον ὄμμα,
Φρουρὲ βίου, σῶτερ μερόπων, αἰῶνος ἀνάσσων.

INTERPRETATIO POETICA

Qui perfectam in te monstras sine conjuge prolem;
Gentis et Assyriæ rabiem et contraria vota,
Vanaque falsorum procul ejicis orgia Divum,
Invectus septemgemino super æthera curru,
Angelicasque premens, non fanda sedilia, pennas,
Eia fave, antiquum lumen Patris omniparentis,
Custos vitæ, hominumque salus, atque arbiter ævi.

INTERPRETATIO PROSA

dum onus, et prolem in se perfectam virginei matrimonii constituisti, Assyriæ gentis aliter sentientem rabiem, et sacra Idolorum vanorum falsa dissolvens, Cœli ascendisti ad septemgeminam portam, in Angelicis alis innumeris *nunc* sedens: fave, *o* omniparentis Dei antiquus oculus, custos vitæ, servator mortalium, sæculorum rex.

NOTÆ

gium! Isaias, 'Dabit Dominus ipse vobis signum.'

6 Ἀνυμφεύτων ὑμεναίων] *Matrimonii virginei:* Virgo enim Joseph habebat conjugem, sed erat quasi sine conjuge, siquidem 'virum non cognoscebat:' et 'Virgo concepit et peperit.'

7 Ἀσσυρίης] Ionice pro Ἀσσυρίας. In veteri Testamento Assyrii passim dicuntur hostes populi Dei, atque adeo Idololatræ. Ieremias, 'Quid tibi cum via Assyriorum,' &c.

8 Ὄργια] De his supra.

9 Ἑπτάζωνον ὀχῆα] Ὀχεὺς, ὀχέος, vel ὀχῆος, *retinaculum*, *lorum*, et sic quodammodo usurpari potest pro *curru*, pars pro toto: vel ὀχεὺς est *vectis*, *pessulus portæ*, et sic pro porta ponitur, pars etiam pro toto. Hinc bifariam locum hunc explicamus: *Ascendis ad portam Cœli septemgeminam*, vel *circumambulas per Cœlum curru septemgemino.* Id quod dicitur a Poëta, quod numerus ille septenarius magni fiat in Sacra Scriptura. Mundi creationi finem imposuit Deus, 'die septimo: Jacob serviit septem annis pro Rachel: Abraham statuit septem agnos: septem millia assignati in beatitate: oculi ejus sunt septemplices: septem plagæ septem Angelorum,' &c. Sed et per ἑπτάζωνον intelliguntur septem cingula, septem virtutes, septem dotes, quibus sese Christus vestiit atque involvit: seu septem dona Spiritus Sancti, de quibus antea; et quæ faciunt ut Ecclesia canat, 'Tu septiformis munere.'

10 Ἀγγελικαῖς πτερύγεσσιν] Ezechiel, 'Egressa est gloria Domini a limine templi, et stetit super Cherubim; et elevantia Cherubim alas suas,' &c. S. Petrus: 'Christus profectus in Cœlum subjectis sibi Angelis,' &c. Sed et Christus 'ambulat super pennas ventorum,' ex Davide Rege.

11 Πρεσβήϊον ὄμμα] Christus est oculus antiquus, vel potius æternus

NOTÆ

æterni Patris. S. Paulus de Christo, 'qui cum sit splendor gloriæ, et substantia figuræ ejus.'

12 Φρουρὲ βίου] *Custos vitæ*. S. Joannes de Christo, 'Ego veni ut vitam habeant.'

Σῶτερ] *Servator;* nam ex S. Matth. 'Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.'

Αἰῶνος ἄνασσον] *Rex æternitatis et sæculorum*. S. Paulus, 'Regi sæculorum immortali.'

Hæc Epigrammata Græca, a nemine adhuc traducta aut notis illustrata, pluribus illustravimus, quod res divinas continerent, quibus certe aut nos totos dedere, aut ad eas omnes nostras cogitationes et vigilias referre deberemus.

XCVII.

47. ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΝ ΧΡΙΣΤΟΝ.

Ἀρτιφανὲς, πολιοῦχε, παλαιγενὲς, υἱὲ νεοττὲ,
Αἰὲν ἐὼν προεὼν τε, ὑπέρτατε, ὕστατε, Χριστὲ,
Ἀθανάτοιο πατρὸς, καὶ ὁμόχρονε, πάμπαν ὅμοιε.

IN CHRISTUM DOMINUM.

INTERPRETATIO POETICA

Lux nova, Rex mundi, puer omni gnatus ab ævo,
Et nuper, semperque manens et sideris instar
Exoriens, supreme simul, simul *ultime Christe,*
Patri immortali similis virtutis et ævi.

INTERPRETATIO PROSA

Nuper apparens, urbium custos, ab omni ævo genite, puer recens a partu, semper existens et nascens, supreme, ultime Christe, immortalis Patris et æquæve et omnino similis.

NOTÆ

1 Παλαιγενὲς] Ad verbum sonat *olim genite:* sed malui dicere *ab omni ævo, ab omni æternitate.* Nam, ut doctrina et virtute spectatissimus et amicissimus mihi Callyus, Eloquentiæ ac Philosophiæ Professor Regius, cujus doctis et salubribus consiliis utor sæpissime, me monebat; cum Arius pessimus diceret de Christo, 'non erat,' et inde impias conclusiones eliceret, repellenda est vel levissima veneni istius aura, quo veneno alias infectus est orbis fere universus.

Νεοττὲ] Prosequitur duplicem Christi nativitatem, unam scilicet ab omni æternitate, et alteram in tempore.

2 Ὑπέρτατε, *&c.*] S. Joannes de Christo: 'Ego sum α et ω, principium et finis.'

3 Ὅμοιε] *Consubstantialis*, vel ejus-

NOTÆ

dem substantiæ, ὁμόουσιος, id quod Ariani negabant. Hinc in l. II. C. de Summa Trinitate, 'incorruptæ Trinitatis indivisa substantia, quæ Græco verbo ὁμουσία recte credentibus dicitur.'

XCVIII.

48. LAUS CHRISTI.

PROLES vera Dei, cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor
Ante tuæ, matrisque parens; quem misit ab astris
Æquævus Genitor, verbique in semina fusum
Virgineos habitare sinus, et corporis arcti
Jussit inire vias, parvaque in sede morari,
Quem sedes non ulla capit: qui lumine primo
Vidisti quicquid mundo nascente crearas.
Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Ætatis sentire vices, et corporis hujus
Dissimiles perferre modos, hominemque subire,

O Christe, *vere Fili Dei, vetustior sæculis omnibus,* qui *nunc natus* es, *qui semper eras; et creator prius luminis proprii, et pater parentis tuæ:* Christe, *quem pater coævus misit ex Cœlo, et Verbum carnem factum jussit claudi in utero Virginis, et intrare meatus corporis angusti, et manere in mansione exigua, quem nulla mansio comprehendit: qui primo aspectu aspexisti ea omnia quæ produxeras, mundo exsurgente. Ipse artifex* sui, *ipse opus suarum* manuum, *sustinuit ferre vicissitudines acerbas temporis, et tolerare mutationes dispares hujusce corporis* mortalis,

Desiderantur hoc et sequens Carmen Mss. omnibus et ed. Parm.—4 *Æquævus genitor verbi, qui* Barth.—9 *sui* edd. vett.—15 *Conscia patris* Barth.—

NOTÆ

4 *Verbique in semina fusum*] Christus nempe ab æterno Patre e Cœlo in terras missus est, et roris instar fusus ad spargenda semina Verbi divini.

11 *Modos*] Varias corporis hujusce mutationes, quibus modo puer est, modo adolescens, modo juvenis; et pro variis illis ætatis mutationibus corpus quadam ratione mutari videtur.

Hominemque] Christus subiit hominem, dum se humano corpori obnoxium reddidit, ut omnibus Deum homi-

Ut possis monstrare Deum, ne lubricus error,
Et decepta diu varii solertia mundi,
Pectora tam multis sineret mortalia sæclis
Auctorem nescire suum. Te conscia partus
Mater, et attoniti pecudum sensere timores.
Te nova solicito lustrantes sidera visu
In cœlo videre prius, lumenque secuti
Invenere Magi. Tu noxia pectora solvis,
Elapsasque animas in corpora functa reducis,
Et vitam remeare jubes. Tu lege recepti
Muneris, ad Manes penetras, mortisque latebras
Immortalis adis: nasci tibi nam fuit uni
Principium, finisque mori: sed nocte refusa,

ac pati incommoda *hominis, quo valeas ostendere Deum, ne error fragilis, et prudentia orbis diversi diu delusa, permitteret animos hominum* per *tot sæcula ignorare suum creatorem. Mater* tua, Christe, *conscia partus te* cognovit, *et pecudes timentes* et *obstupefactæ agnoverunt* te. *Magi observantes oculis curiosis stellam novam aspexerunt te prius in Cœlo, et sequentes lucem repererunt* te. *Tu sanas corda languida, et revocas in membra mortua animas effugientes; atque imperas vitam redire. Tu titulo provinciæ* tibi *demandatæ, descendis ad Inferos,* et *ipse mortis expers intras ergastula mortis: etenim initium fuit tibi uni nasci, et finis mori. At*

22 *Numinis* pro *Muneris* malebat Heins.—23 *non fuit* Barth. *nam haud fuit*

NOTÆ

nem, Deum aspectabilem ostenderet; sicque doceret alios, 'tanquam auctoritatem habens.'

12 *Lubricus error*] Error qui reddit homines lubricos, et casui obnoxios, quasi per viam glacie lubricam incederent.

13 *Decepta solertia*] Id est, prudentes vario errore delusi.

Varii mundi] Id est, hominum diversorum per orbem late dispersorum.

16 *Attoniti pecudum timores*] Timor pecudum attonitorum indicavit Deum esse qui nasceretur.

18 *In cœlo videre prius*] Magi observantes in Cœlo novam stellam, inde conjecerunt justitiæ Solem nasciturum; et secuti eandem stellam 'invenerunt puerum cum Maria Matre ejus,' in stabulo Bethlemitico, 'et procidentes adoraverunt eum.' Magi autem erant Philosophi sapientissimi, iidemque sacerdotes, ipsis Regibus venerandi, atque etiam Regum nomine cohonestati.

19 *Noxia pectora*] Tu solvis et sanas hominum corpora morbo laborantia, et præcipue animas vitiorum noxia peste infectas.

24 *Principium, finisque mori*] Uni Christo initium fuit nasci, et laborum finis mori, moxque virtute propria resurgere; vel Christus eo fine nasci voluit, ut moreretur.

Nocte refusa] Alii legunt *reclusa*, aut *retusa*, id est, discussa, seu mortis tenebris dissipatis.

In cœlum patremque redis, rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus, Patrisque comes: tu Spiritus insons,
Et toties unus, triplicique in nomine simplex:
Quid, nisi pro cunctis, aliud? Quis credere possit,
Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

tenebris mortis *dissipatis reverteris in Cœlum et* ad *Patrem, et iterum serie perpetua eripis contagionem mundo repurgato. Tu solus* es Filius, *et comes Patris; Spiritus sanctissimus, et toties unus* Deus, *et simplex in nomine tergemino. Quid aliud, nisi pro omnibus* personis dicam? *Quis posset credere te potuisse mori, qui poteras restituere vitam?*

conj. Heins.—24 *nocte reclusa*, vel *retusa* conj. Heins.—27 *Spirituum fons* pro *Spiritus insons* Barth.—29 *Quid nisi pro cunctis (aliud quis credere possit)* Barth.

XCIX.

49. MIRACULA CHRISTI.

ANGELUS alloquitur Mariam, quo præscia verbo
  Concipiat, salva virginitate, Deum.
Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges,
  Myrrham homo, rex aurum, suscipe thura Deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Christus:
  Quo primum facto se probat esse Deum.
Quinque explent panes, pisces duo, millia quinque:
  Et Deus ex parvo plus superesse jubet.

Angelus Gabriel *annuntiat Mariæ, oratione qua prius certa facta concipiat Deum, intactu virginitate. Reges Chaldæi* Magi *offerunt tibi*, o *Christe, dona nuntia* magnitudinis futuræ; tu ut *homo recipis myrrham*, ut *rex aurum*, ut *Deus thura. Christus mutat aquam in vinum optimum; quo miraculo primum ostendit se esse Deum. Panes quinque et duo pisces satiant quinque millia* hominum, *et Deus*

NOTÆ

1 *Alloquitur*] In civitate 'Galilææ, cui nomen Nazareth.'

2 *Concipiat*] 'Ecce concipies in utero, et paries,' &c.

3 *Dant Chaldæi munera Reges*] 'Ecce Magi ab oriente venerunt... et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham.'

5 *Permutat lymphas in vina*] 'Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, et manifestavit gloriam suam.'

8 *Plus superesse jubet*] 'Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cophi-

Editus ex utero cæcus nova lumina sensit,
  Et stupet ignotum se meruisse diem.
Lazarus e tumulo, Christo inclamante, resurgit,
  Et duræ mortis lex resoluta perit.
Nutantem quatit unda Petrum: cui Christus in alto
  Et dextra gressus firmat, et ore fidem.
Exsanguis Christi contingit fœmina vestem:
  Stat cruor in venis; fit medicina fides.
Jussus post multos graditur paralyticus annos,
  Mirandum, lecti portitor ipse sui.

ex tam *tenui* cibo *imperat plus restare.* Homo *cæcus* sic *natus ex matre recepit visum novum, et admiratur se promeritum esse lucem incognitam. Lazarus, Christo vocante, resurgit ex sepulcro, et lex mortis severæ sublata evanescit. Aqua concutit Petrum labantem: cui Christus in* mari *profundo confirmat manu pedes* titubantes, *et fidem* suo *ore. Fœmina amittens sanguinem tangit vestimenta Christi: et sanguis remanet in venis; fides fit* ipsi *remedium. Paralyticus jussu* Christi *ambulat* tandem *post annos complures, ipse gestans lectum suum,* rem *admirabilem!*

NOTÆ

nos fragmentorum ex quinque panibus hordaceis, quæ superfuerunt... Manducantium autem *fuit* numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus et parvulis.' Hoc miraculum editum est in deserto Bethsaidæ, trans mare Tiberiadis. Alias Christus septem panibus et quibusdam pisciculis pavit 'quatuor millia hominum, extra parvulos et mulieres.'

9 *Cæcus*] Cæcus ille natus sic loquitur de Christo, 'Lutum mihi posuit super oculos, et lavi et video.'

10 *Meruisse*] Ex misericordia dantis et fide: hos enim sua fides salvos faciebat.

11 *Christo inclamante*] Christus, 'voce magna clamavit, Lazare veni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes,' &c.

12 *Duræ mortis lex*] Quæ neminem sinit resurgere.

13 *Petrum*] Hic 'ambulabat super aquam, sed cum cœpisset mergi, clamavit dicens, Domine salvum me fac: et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum, et ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti?'

15 *Exsanguis*] Hæmorrhoissa, seu 'mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, duodecim annis, nec ab ullo medico potuit curari, tetigit fimbriam vestimenti ejus, et confestim siccatus est fons sanguinis.'

16 *Fit medicina fides*] 'Confide filia,' aiebat Christus: 'fides tua te salvam fecit.'

17 *Paralyticus*] Sic dicitur, ἀπὸ τοῦ παραλύειν, *dissolvere*, quod hic morbus resolvat membra, et ipsis sensum ac motum adimat. Hunc autem, quem 'per tegulas submiserunt,' sic Christus alloquutus est: 'Surge, tolle grabatum tuum, et ambula.' Hinc dicitur, *lecti portitor ipse sui.*

C.

50. IN SIRENAS.

Dulce malum pelago Siren, volucresque puellæ,
Scyllæos inter fremitus, avidamque Charybdin,
Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra,
Blanda pericla maris; terror quoque gratus in undis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis,

Siren, malum jucundum in *pelago, et virgines alatæ inter murmura Scyllæ, et Charybdis rapacis incolebant rupes resonantes* in *freto:* hæ Sirenes erant *monstra grata, pericula dulcia pelagi, timor etiam amabilis in aquis. Quamvis ventus fer-*

Hoc Epigramma erat in Schedis Gudianis, sed in Mss. omnibus, et ed. Parm. desideratur.

1 *Sirenæ* pro *Siren* edd. Ald. Isingr. Gryph.—4 *terrorque gratus in undis*

NOTÆ

1 *Dulce malum*] Nautis jucundum, sed etiam inimicum.

Siren] De Sirenibus jam supra quædam diximus: sed hoc addatur ex diebus Genialibus laudati jam Alexandri ab Alexandro: aiebat 'Theodorus Gaza, vir Græca facundia clarus, et Philosophiæ præceptis imbutus egregie...cum in Peloponneso ageret, et fœda maris tempestate oborta durissimo tempore anni, nonnulla piscium monstra procellæ ad littus illisissent, inter cetera vidisse Nereidem in littore fluctibus expositam, viventem jam et spirantem, vultu haud absimili humano, facie quoque decora, neque invenusta specie, corpore squamis hirto ad pubem usque... Sed eam, cum se in sicco destitutam videret, præ dolore gemitus spirantes et lacrymas uberes dedisse.' At cum aquis admota esset, crescente fluctu ex oculis mirantium evanuit. Sirenes autem et Nereides inter se discrepant. Nereides non sunt alatæ: secus de Sirenibus, quæ ab Euripide dicuntur Πτεροφόροι νεανίδες Παρθένοι, *alatæ puellæ Virgines.* Porro Sirenes dicuntur non ἀπὸ τοῦ σύρειν, *trahere*, etsi cantu nautas attrahere jactentur, alioqui contra veterem scribendi rationem, dicendum esset *Syrenes:* sed sic appellantur ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quod *vinculum est et catena*, quod suis concentibus vinctas audientium aures tenere atque irretire fingantur.

Volucresque puellæ] Ita pingebantur, ut pulchræ inter puellas pulcherrimas, cantu gratæ inter aves canoras haberentur.

2 *Scyllæos, Carybdin*] 'Hinc fabulæ Charybdim et Scyllam peperere; hinc latratus auditus; hinc monstri credita simulacra dum navigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti latrare putant undas, quas sorbentis æstus vorago condidit.'

3 *Fretis habitabant*] Sirenes habitabant saxa in freto Siculo, sed *Musica*

Implessentque sinus venti de puppe ferentes,
Figebat vox una ratem; nec tendere certum
Delectabat iter reditus, odiumque juvabat:
Nec dolor ullus erat: mortem dabat ipsa voluptas.

retur in *hunc locum, navibus impulsis, et flamina prospera ex puppe replevissent vela, cantus unus sistebat navim, et neque placebat ire viam certam reversionis, et odium gratum erat: neque erat dolor ullus; delectatio ipsa afferebat mortem.*

Delatus Ald.—7 *cœptum* pro *certum* conj. Heins.—8 *otiumque* Ald. *ociumque* Isingr. Gryph.—9 *color ullus* Ald. marg. Gryph.

NOTÆ

seu blando concentu resonantia.

6 *Venti ferentes*] Faventes. Virgilius: 'Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes.'

CI.

ANONYMI POETÆ

LAUDES

HERCULIS.

PIERIDUM columen, cujus Parnassia magno
Numine templa sonant, læto, precor, huc age, Phœbe,
Te conjunge choro: penetralia sancta sororum,
Et nova Castalios latices per rura petentem
Hippocrenæum victorem insistere fontem
Me fac: namque tuam non nunc novus advena turbam

Huc verte te, o *Apollo*, qui es *præsidium Musarum, cujus numine magno sacraria Parnassi resonant;* et *junge te cœtui gaudenti, oro* te: *concede mihi adeunti templa sancta Sororum* Musarum, *et aquas Castalias per iter novum, ingredi fontem Hippocrenæum* in morem *triumphantis*. *Etenim* ego *non jam novus hospes venio* in

Deest hoc carmen Mss. omnibus.
2 *Phœbe precor huc age læto* Ald. *Latio...choro* conjecerat Heins.—3 *Tecum cuncta choro* Ald. Isingr. Gryph. *Tecum junge* Claver. *penetralib.* pro *penetralia* Ald.—5 *insistere fonte Me face. namque* Livin. *Hippocrenæo v. insistere fonte* vel *fonti Me fas* malit Heins. *Hippocrenæon v. sistere fontem* Ald. Isingr. Gryph. *Hippocrenæo v. sistere fonti Me dignare tuam.* Delr.—6 *Me famamque*

NOTÆ

Anonymi]. Anonymus dicitur is, cujus nomen incognitum est, vel qui est sine nomine, ab *α, sine*, et *ὄνομα*, quod *nomen* sonat.

2 *Templa Parnassia*] Ipse est Parnassus, in quo, velut in templo et sanctis penetralibus, Phœbus et Musæ seu novem sorores habitant.

5 *Hippocrenæum*] De Hippocrenæo et Castalio fonte supra. Heinsius ta-

Ingredior, laurosque gerens, et florea sertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.
Testor adhuc veteres, quamvis desuetus, honores.
Alcides mihi carmen erit, germana Tonantis
Progenies, dignus credi post viscera numen,
Semper ob immensos invicti roboris æstus.
Nec nasci potuisse vacat: nam lucis in ipsis,
Inclyte, principiis, tardo vix editus ortu,
Fecisti de patre fidem. Sed cur mihi lentis
Ludis adhuc, Cyrrhæe, modis, tenerumque resultans
Luxuriante leves impellis pollice chordas?
Pone habitum, quo mollis amas; et frondis amatæ
Linque nemus, mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare sub umbra.

consessum tuum, ferens lauros, et caput floridum coronatum floribus tuis, quæ præmia sunt *Poëtarum eruditorum.* Ego profero in *testimonium adhuc honores antiquos, etsi non assuetus* amplius. *Hercules erit mihi* argumentum *versuum, filius verus* Jovis *fulminantis, meritus haberi Deus post ortum* suum *semper propter impetus insuetos virium indomitarum. Nec licuit* tibi *potuisse nasci; nam in ipsis initiis vitæ,* o Hercules *illustris, ægre emissus* in lucem *partu lento, probasti patrem. At quare,* o Apollo *Cyrrhæe, ludis adhuc cantibus adeo mollibus, et resonans dulciter pulsas digitis lascivis chordas leves? Depone vestem, qua agis amatorem, et desere sylvam arborum amicarum, et exuens caput lauro leni,* conde *versus*

tuam, nam nunc Ald. *Me famamque tuam* Isingr. Gryph.—10 *Romana Tonantis* Ald. Isingr. Gryph. *non vana* Scalig. Barth.—12 *Cui super immensos* pro *Semper ob* Livin. *Cui semper immensos* Ald. *in immensos* Isingr. Gryph. *actus*

NOTÆ

men mallet *Hippocrenæos victorem insistere fontes.* Id quod etiam mihi magis arrideret.

Insistere fontem] Id est, ingredi; ut apud Virgilium: 'Nulli fas casto sceleratum insistere limen.'

8 *Doctorum munera vatum*] Quæ sunt vel lauri, vel hederæ, ut apud Horatium: 'Doctarumque hederæ præmia frontium.'

9 *Testor*] Quasi diceret, Ego non sum in Parnassi templo novus hospes, novus advena, cum possim id probare testimonio honorum, quos ego sum consecutus.

Desuetus] Jam remotus a condendis carminibus, et desuetus artem reponere videor.

15 *Fecisti de patre fidem*] Ostendisti te patrem habere Deum seu Jovem.

16 *Cyrrhæe*] Alii legunt *Cyrrhæa;* quasi diceret, O Apollo, cur ludis Cyrrhæa carmina, seu more tuo amatoria, sub lauri tegmine; cum debeas potius versus heroicos meditari sub umbra populea, quæ sacra est Herculi?

Tenerumque] Et modo amatorio.

20 *Carmen luctare*] Elabora potentius, et inspira mihi, in laudem Herculis, sub umbra populea: quia popu-

Jam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,
Alcmenam tendebat onus: sed regia Juno
Impedit, et partus prohibet, nascique vetabat,
Ut metus ipse Deum monstret: nec vivida cœli
Semina mortales norunt sentire latebras,
Nec possunt sufferre moras. Datur inde novercæ
Materies; gravibusque odiis augmenta ministrat,
Quod vinci cœpisse pudet. Mox improba binos
In tua membra jubet, dum nasceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi, squamosaque jussus
Armat colla furor: nec, quamvis maxima tractu,
Tardantur spiris: sequitur pars cetera pectus.
Tristis Tartarea vibratur sibilus aura.

mecum velut *luctando sub arbore Herculea. Jam pondus grave distendebat Alcmenam plus etiam quam tempora partus sinerent. At Juno regina obstat, et remoratur partum, ac prohibebat nasci* Herculem, *ut timor ipse* illius *ostendat Deum. Neque semina vigentia Deorum possunt perferre angustias mortales, neque valent pati retardationem: hinc causa* iræ *præbetur novercæ* Junoni, *et suppeditat incrementa odiis asperis, quod erubescat incepisse superari. Statim* illa Juno *maligna imperat serpentes duos invadere in tuum corpus, cum nasceris. Illi* serpentes *veloces incubant, et ira imperata asperat colla* eorum *squamea: et licet longa* sint *reptatu, non tamen retardantur gyro; pars reliqua* corporis *sequitur pectus. Sibilus funestus*

Livin.—16 *Cyrrhæe* Livin.—22 *Alcmenam* Livin. Ald. *Alcmena* Isingr. Gryph. —32 *Tardatum* pro *Tardantur* Livin.—42 *Quod novit* Isingr. Gryph. *nolis*

NOTÆ

lus est sacra Herculi.

21 *Quam ventris tempora*] Plusquam novem menses: nam cum esset in fatis Eurysthei et Herculis, eum imperaturum esse, qui prius nasceretur, Juno, Herculi infensa, Eurystheum mense septimo nasci jussit; Herculis vero ortum in primum diem mensis decimi prorogavit.

22 *Tendebat onus*] Ovidius de Alcmena: 'Tendebat gravitas uterum mihi,' &c.

24 *Metus*] Metus ipse Junonis arguit Deum esse Herculem.

Vivida cœli semina] Hercules, vivido Jovis semine satus, non potest amplius pati angustias uteri mortalis, nec moram quam Juno nectebat: erumpit tandem, et obices omnes frangit. Hinc Juno ejus noverca irata, omni odio puerum persequitur, quod ipsam pudeat jam vinci cœpisse.

32 *Sequitur pars cetera pectus*] Colla serpentum, quos Juno ad Herculem infantem devorandum immiserat, erant maxima: sed tamen non retardantur spiris et voluminibus: quod spectat ad ceteram corporis partem, ea pectus sequebatur. Sic Virgilius de serpentibus geminis: 'Pars cetera pontum Pone legit.'

Morte rubent oculi, trifidisque horrentia linguis
Ora sonant, nigrumque fremens levat ira venenum.
Quid nunc invictis fraudes innectere fatis,
Cœlicolum Regina, juvat? cur objicis angues?
Cur parvo geminos? anne unum posse necari
Jam strato Pythone times? Licet omnia mundi
Monstra voces, ipsamque armes serpentibus Hydram,
Defendet Natura Deum, patremque probabit,
Quod non vis constare, Jovem. Jamque irrita tetri
Jussa parant implere angues, miseroque furore
In sua fata tument. Cernit tua membra petentes,
Horrescitque parens, numenque ignara creasse

ob *vaporem infernum emittitur* ab ipsis. *Oculi eorum rubescunt* igne *mortifero, et ora terribilia linguis trisulcis resonant, et ira sæviens attollit virus atrum. Quid nunc* te *delectat*, o *Regina Deorum, intexere dolos fatis indomitis? Quare immittis serpentes? Quare duos* in *infantem? An metuis unum jam occidi posse, Pythone extincto? Etsi advocas cuncta portenta Orbis, et armas Hydram ipsam colubris, natura* sua *tutabitur Deum, et ostendet Jovem parentem*, id *quod non vis certum esse. Jamque serpentes atri apparant exequi imperium vanum, et tumescunt in mortem tuam rabie miseranda*, o Hercules. *Mater* tua *aspicit et exhorrescit* illos *invadentes corpus tuum, et nescia* sese *edidisse Deum, metuit* sensu *pietatis hu-*

malebat Heins.—43 *miserorumque* [f. *miserumque*] Ald.—44 *tua* edd. aliæ, sed *sua* Ald. Isingr. Gryph.—45 *creasset* Ald. Isingr. Gryph.—46 *superbas* Ald.

NOTÆ

34 *Trifidis linguis*] Virgilius quoque de serpente: 'Linguis micat ore trisulcis.'

35 *Levat ira venenum*] Ira et rabies attollunt corpus tumens, et in corpore tumenti venenum atrum, quo homines infecti livescunt atque nigrescunt.

36 *Invictis fatis*] Heinsius scribendum putat *invitis fatis*, id est, Junoni repugnantibus.

37 *Regina*] O Juno, Deorum Regina, cur te juvat innectere fraudes fatis, seu velle fallere et avertere fata, quæ sunt invicta et indomita, quæ nulla ratione averti possunt, quæque Herculem monstrorum domitorem fore promittunt?

38 *Anne unum posse necari*] An times unum serpentem posse necari ab Hercule, ut Apollo ejusdem Jovis filius occidit Pythonem; ac proinde duos immittis, ne occidantur? De Pythone supra, sicut et de Hydra.

41 *Defendet Natura Deum*] Natura divina, monstris omnibus fortior, Deum defendet: Herculem scilicet, qui Deus est.

Patrem probabit] Ostendet patrem Herculis esse Jovem, cum Hercules elisis monstris se Jove dignum reddat.

42 *Irrita*] Inania, vana jussa; siquidem angues non devorarunt Herculem, ut Juno jusserat.

45 *Numen creasse*] Alcmena nesciebat se peperisse numen, et ideo non sine gravi quodam horrore videbat

Mortali pietate timet. Nil, sancta, superbæ
Pellicis insidias cœlo modo freta tremiscas,
Neve hæc monstra tibi faciant, Alcmena, pavorem.
Sic mater potes esse Dei. Jam tolle serenum
Læta animum, tantoque libens hæc aspice vultu,
Ut deceat genuisse Jovem. Depone timorem
Indignum partu, natum quæ exemplar habebas.
Cui metuis, nil ipse timet: nam numine recto
Ridebas tu, Dive, trucesque, animosque superbos
De genitore tenes, votisque aptissimus orbis

menæ. Sed, o *sancta Alcmena, nunc munita Cœlo non formides dolos pellicis arrogantis, neve hæc portenta incutiant tibi terrorem. Sic potes esse mater Dei. Jam gaudens attolle animum hilarem, et volens vide hæc* omnia, *eo vultu, quo decorum sit peperisse Jovem* alterum. *Pone metum indignum partu, quæ habeas exemplum in filio: ille, cui times, nihil timet: etenim tu,* o *Dive* Hercules, *divinitate vera irridebas* angues, *et habes ex patre spiritus feros et altos, atque*

—47 *tremescas* Ald.—51 *Jovi* volebat Heins. *depone favorem* Ald.—52 *natumque exemplar habeto* malit Heins. et sic Claver. *natumque exemplar habebat* Ald. *habebit* Livin.—53 *lumine recto* Livin.—54 *truces* sine copula Ald.—55 *tenens* conj. Heins. qui sic legendum putat: *nam lumine recto Ridebas tu, Duce, truces,*

NOTÆ

angues filium suum invadentes. *Creare* optime dicitur pro *parere*, ut supra vidimus.

46 *Mortali pietate timet*] Timet ut solent mortales.

Sancta] Alcmena ex Jove gravida, et ideo velut consecrata; vel quæ ab omni injuria defensa ac munita esse debet. Marcianus l. VIII. D. de rerum divisione: 'Sanctum est quod ab injuria hominum defensum atque munitum est.'

47 *Pellicis*] Pellex καταχρηστικῶς, *per abusum*, hic sumitur: nam Alcmena pellex est, non Juno, quæ est Jovis conjux. Pellex autem vel a *pellendo*, quod uxorem legitimam thalamo pellat; vel ἀπὸ τῆς παλλακῆς aut παλλακίδος, quæ voces notant *concubinam*; vel a pelliciendo, quod alienos ad se pelliciat viros.

Cœlo freta] Metonymicῶs: id est, Jove, qui in cœlo est, freta, nihil debes unquam pertimescere, ne ipsa quidem horribiliora monstra.

51 *Ut deceat genuisse Jovem*] O Alcmena, debes ita aspicere hæc monstra, ut deceat te genuisse alterum Jovem, hoc est, Herculem Jovi similem.

52 *Indignum partu*] Indignum tuo Hercule, quem peperisti, et quæ habes in nato non timente exemplum ad metum deponendum.

53 *Numine recto*] Heinsius legit, *lumine recto*, et bene.

55 *Votis aptissimus*] Aptissimus explendis votis hominum, te ad extinguenda orbis monstra expetentium.

Gaudebas tantam jam tum meruisse novercam.
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,
Et quamvis teneris, cogens in brachia pondus,
Corripis, illidens prensos tellure dracones.
Efferat ætherium, quantum volet, orbis in axem
Latoidas, verosque probet sua fabula Divos,
Quod Delo jam stare licet: non æqua laborum
Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt.
Illi unum ferro: geminos hic inermis, et unus.
His cœptis non ulla parat cunabula partus
Diva tibi: sed cum totis jam bruma rigeret
Imbribus, et solidis hærerent flumina lymphis,
Nudum prægelidis durando firmat in undis.
Utque rudis primo tentasti robore gressus,
Frondosæ deserta vagus penetralia sylvæ
Secura jam matre petis, telisque tremendis
Ludis, et ætherias adducto dejicis arcu

idoneus desideriis Orbis lætabaris jam tum meruisse novercam talem. Statim rapis guttura immania manibus parvis, et quamvis tenellis, adducens onus in brachia, rapis serpentes comprehensos, et *elidis* ad *terram. Orbis, quantum volet, extollat ad Cœlum filios Latonæ, et fabula sua ostendat* illos esse *Deos veros, quod concedatur nunc Delo stare:* illis Diis *gloria non* est *similis factorum, neque* illi *occiderunt angues fato pari.* Etenim *illi interfecerunt unum* serpentem jaculis *ferreis: hic* Hercules *solus et inermis interfecit duos. His inceptis,* mater *diva nullas parat tibi cunas* post *partum. At cum hyems jam horresceret pluviis omnibus, et fluvii constringerentur aquis concretis, corroborat* te *nudatum indurando in aquis glaciatis. Et statim atque expertus es primas vires ad incedendum, jam errabundus intrasti solitudines sylvæ* alicujus *opacæ, matre* tua *non metuente, et ludis* cum

animosque superbos De Genitore tenens.—58 Heins. conj. *Et quamvis crebris cogunt se in brachia nodis Porrigis* vel *Projicis. teneri* Ald.—59 *impressos linquens* pro *illidens prensos* Livin.—61 *Læto Idas* pro *Latoidas* Ald.—62 *Quo Delo* Ald. —64 *et inermis* Ald.—71 *telisque tremendum* conj. Heins.—72 *Ludis ætherias*

NOTÆ

56 *Meruisse novercam*] Gaudebas, o Hercules, meruisse novercam tantam; seu merito tuo, tua virtute habuisse occasionem fortitudinis exercendæ.

59 *Corripis, illidens, &c.*] Heinsius ita legit: *Et quamvis crebris cogunt se in brachia nodis, Projicis, illidens, &c.* nec male; nam supra jam præcesserat *Corripis.*

61 *Latoidas*] Latonæ filios, Apollinem et Dianam. Hinc Delos insula, mobilis antea, immobilis facta est, ut vidimus.

64 *Illi unum*] Apollo occidit Pythonem serpentem, 'Exhausta pene pharetra.' Ovidius.

68 *Prægelidis durando, &c.*] Alludit ad illud Virgilianum: 'Natos ad flu-

Aut funda violenter aves; noctemque sub astris
Exigis, et puram fractis bibis amnibus undam.
Immanem interea Nemeæ per lustra leonem
Ipsa Chimæræa cretum de gente noverca
In tua depastis armabat vota juvencis,
Augebatque fero vires, rabiemque juvabat,
Naturam minus esse putans. Heu quanta virorum
Funera! quam multos stravit cum dentibus apros!
Non illum magnæ viduatis montibus urbes
Armorum fregere minis, Martique domando
Assuetas morsu fudit graviore catervas.
Hunc gravis Eurystheus (nam, te quocumque levares,

jaculis timendis, et arcu intento aut funda sternis acrius volucres aërias, et traducis noctem sub Dio, et potas aquam puram fluviis ruptis. Interim noverca tua Juno *ipsa armabat leonem portentosum per sylvas Nemeæas,* leonem *genitum de stirpe Chimeræa,* armabat autem *in desideria tua tauris devoratis, et adjungebat* animali *fero vires, et adjuvabat furorem* ipsius, *existimans naturam non sufficere. Heu! quot mortes hominum! Quam multos* hic leo *prostravit apros dentibus* suis! *Urbes ingentes exhaustis mœnibus non domuerunt illum* leonem *terrore armorum:* immo ille *delevit morsu atrociore turmas assuefactas bello ferendo. Eurystheus acerbus (etenim, quocumque ferres te, fatum sic auxilians orbi jussit* te *pati jussa tyranni se-*

Ald. *Ludis in ætherias* Isingr. Gryph. *et ærias* Claver.—74 *crudam* pro *puram* conj. Heins.—75 *Nemea* Ald. Isingr. Gryph.—77 *fata* pro *vota* Livin.—78 *rabiemque novabat* conjiciebat Heins.—79 *quantaque errorum* Ald.—81 *mœnibus* pro *montibus* Ald.—83 *morsus* Ald.—84 *quo cuncta* Ald. *moveres* conj. Heins.—

NOTÆ

mina primum Deferimus, sævoque gelu duramus et undis.'

74 *Puram undam*] Aquam crudam.

75 *Nemeæ*] *Nemea* vel *Nemee* sylva Achaiæ, in qua Hercules leonem portentosæ magnitudinis confecit: unde et celebrata Nemeæa, qui ludi erant in Herculis honorem instituti.

76 *Chimæræa*] Hic Poëta facit leonem Nemeæum Chimæra satum; alii faciunt Chimæræ fratrem: alii dicunt eum ex globo Lunæ decidisse: alii alia afferunt, ut in re fabulosa fieri solet.

77 *Armabat*] Juno *armabat leonem, naturam minus esse putans;* hoc est, existimans naturalem leonis feritatem minorem esse ad opprimendum Herculem, eum impellebat ad tauros devorandos, quibus devoratis aut depastis ferocior evaderet: sed contingebat ex voto seu desiderio Herculis, quod, confecto monstro ferociore, majorem gloriæ segetem esset collecturus.

80 *Funera*] Quot homines occidit leo Nemeæus!

84 *Levares*] Quocumque te levares, ferres, attolleres; ita fatis volentibus imperabat Eurystheus, qui et dicitur *Tyrannus Argolicus,* quod esset Rex Mycenarum in Peloponneso, cujus pars est *Argia* seu *Argolis.*

Imperium duri voluit sufferre tyranni,
Sic mundo Fortuna favens) hunc sternere leto
Imperat. At nullum virtus reticenda per ævum,
Dignaque sidereos post membra intrare recessus,
Posse mori quam vile putat: namque impiger ultro
Vadis, et immensæ scrutatus devia sylvæ,
In nova sanguineos animasti vulnera rictus.
Admonita feritate, juba, visuque cruentus
Excussis movet arma toris, dubiumque residens
Infremit. Invadis trepidum, solisque lacertis
Grandia corripiens eliso guttura morsu,
Imbellem fractis prosternis faucibus hostem.
Tunc et flavicomis radiantia tergora villis,
Ceu spolium fuso victor rapis. Emicat omnis
In laudes mox turba tuas, longoque relicta
Currit in arva metu. Juvat ire, et libera rura,

veri) jubet te, o Hercules, *mactare nece hunc leonem. At virtus* tua *per nullum tacenda tempus, et digna post corpus* solutum *ingredi sedes cœlestes, quam parvi facit posse mori: etenim volens progrederis fervidus, et rimatus* loca *devia sylvæ magnæ excitasti fauces cruentas ad novas plagas.* Leo *ferocitate provocata, terribilis villis et oculis, movet arma* sua *jubis excussis, et remanens* quasi *dubitando, infrendet:* at tu *irrumpis* in eum *trementem, et brachiis unis rapiens fauces ingentes morsu impedito, sternis hostem* quasi *infirmum gutture rupto. Tum etiam* leone *victo triumphator arripis velut exuvias, pellem micantem jubis flavis. Statim omnis turba exiit ad te laudandum, et cursitat in agros derelictos* ob *longum timorem. Juvat properare, et cernere campos liberatos, et loca defensa, et saltus jam*

87 *O nullum* Livin. *tum nullum* Ald.—89 *putas* Ald.—91 *armantem vulnera* Ald. Isingr. Gryph.—92 *jubas* Ald. *jubis* Livin.—94 *solidisque* conj. Heins.—95 *eluso* malit Heins.—97 *Quin et* Ald.—100 *ore* pro *ire* Ald.—101 *fretamque*

NOTÆ

86 *Mundo Fortuna favens*] Sic fortuna seu fatum favebat Mundo, quia forsan Hercules non tot monstra extinxisset, nisi jussus ab Eurystheo.

89 *Ultro vadis*] Jussus tamen erat, sed ultro et volens vadit ob studium referendæ laudis.

93 *Excussis movet arma toris*] Virgil. 'Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes Excutiens cervice toros.' Arma leonis sunt dentes, ungues, &c.

95 *Eliso morsu*] Id est, elisis faucibus, quæ hiabant ad morsum et ad ipsum devorandum. Heinsius mavult, *eluso morsu*, id est, elusis dentibus ad morsum exertis.

96 *Imbellem*] Leonem frangis et reddis imbellem. Virgilius: 'Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.'

98 *Ceu spolium*] Hercules occisi a se leonis pellem nullo ferro penetrabilem pro scuto gestavit; et inde postea Heroës multi pro scutis, uti

Defensosque videre locos, sylvamque juvencis
Jam facilem, et nullis resonantes fletibus agros.
 Mænalium petis inde nemus, fletamque colonis
Arcadiam, et steriles raro jam robore sylvas.
Namque hic immensa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper, soloque tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos,
Sternebatque suos lugentia rura colonos.
Horrebant trifidis nigrantia corpora setis,
Duratosque armos scopulis, totosque per artus
Difficilis potuisse mori. Non spicula in illum,
Nodosumve rapis clavato pondere robur.
Armati viduatur honos: nec vulnera virtus
Extemplo tibi facta timet. Jamque arripis ultro

faciles bobus, et arva nullis personantia questibus. *Hinc,* o Hercules, *vadis* in *sylvam Mænaliam, et Arcadiam defletam* ab *agricolis, et sylvas jam infœcundas arboribus raris.* *Enimvero aper, invictus* et *crudelis* ob *magnam corporis molem, hic dominabatur, et formidandus corpore solo, fundebat ornos dentibus curvis, et vastabat agros deflentes agricolas suos.* *Corpus* ejus *nigrum horrescebat setis tricuspidibus, et* propter *humeros induratos* ad *saxa, non facile poterat mori per corpus totum.* *Non arripis contra illum jacula, aut stipitem nodosum onere clavæ.* *Gloria* Herois *armati minuitur; neque virtus statim metuit plagas illatas tibi.*

Cujac.—106 *solidoque* conj. Heins.—109 *Horrebant rigidis* Ald.—110 *scapulis* conj. Heins.—112 *gravidato* Claver.—114 *Exemplo* Ald.—116 *Supinando*

NOTÆ

pellibus gloriabantur.

Emicat] Exit gestiens præ lætitia: Virg. 'Juvenum manus emicat ardens.'

100 *Juvat ire*] Sunt hæc ex Virgilio desumta: 'Juvat ire, et Dorica castra Desertosque videre locos littusque relictum.'

102 *Fletibus*] Miserorum, agnos bovesque sæpius amittentium.

103 *Mænalium*] In Arcadia, ubi *Aper Erymantheus* ab Hercule confectus est in monte Erymantho: sed de his supra.

107 *Lunatis dentibus*] Fulmineis, et *instar crescentis Lunæ* tantisper curvatis; nam cum dentes aprorum nimium recurvi sunt, minus timendi sunt.

110 *Duratosque armos*] Aper ad prælium se parare dicitur, vel ad arbores vel ad rupes armos indurando. Virgilius: 'Dentesque Sabellicus exacuit sus, Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas, Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.'

111 *Difficilis*] Tam ferox, tamque durus erat ille aper, ut non facile ita perouteretur, totum ut corpus sterneretur exanimum.

113 *Viduatur honos*] Minuitur, et privatur multa laude, multo gaudio.

Spumantem, cogisque diem sufferre tuendo,
Atque supinato mirantem lumine vinci
Argolici victor portas sub tecta tyranni.
 Fama celer toto victorem sparserat orbe,
Auxiliumque Dei poscebat Creta cruento
Victa malo: taurus medio nam sidere Lunæ
Progenitus Dictæa Jovis possederat arva.
Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet
Spiritus, et terram non cœli flamma perurit,
Sed flatus monstri. * Dextro jam Siria cessent
Sidera, Solque licet glaciali frigore victus
Abstrusum mundo claudat jubar, aurea condens
Lumina, et ignifluo stupefactus in orbe tepescat.
Æstus habet Cretam: pereunt sylvæque lacusque,
Graminaque, et fontes sacri: montesque perurit
Flamma ferox. Idam, Superis spectantibus, ignis

Jamque sponte comprehendis spumantem aprum, *et cogis* hunc *pati lucem videndo, et victor fers in domum Tyranni Argolici* hunc aprum *stupentem se vinci oculis inversis. Fama volans disperserat* per *totum Orbem* nomen *victoris Herculis, et Creta superata monstro crudeli orabat opem Dei* Herculis: *namque taurus natus* ex *medio astro Lunæ invaserat agros Dictæos Jovis. Fulmen prorumpit ex* ejus *ore, et halitus* ejusdem *incenditur ignibus furiosis; et ignis Cœli non adurit terram, sed anhelitus portenti. Jam astra Siria desinant, et Sol superatus glacie hyberna subducat Orbi radios occultos, tegens lucem pulchram, et attonitus tepeat in globo igneo. Calor premit Cretam; sylvæ fatiscunt et lacus, et herbæ, et fontes sacrati, et ignis ardens torret montes: flamma consumit Idam, Diis aspicientibus, et mon-*

Ald. Isingr. Gryph.—118 *Fama volans* Claver.—119 *crudeli* pro *cruento* Ald. contra metrum.—124 *Sed flatus monstri tæter* conj. Heins. *tætri:* Scalig.—125 *Sidere* Ald. Isingr. Gryph.—126 *Claudat. juba aurea* Ald.—127 *igni-*

NOTÆ

117 *Portas sub tecta*] Aprum illum quem Diana irata immiserat, victum, et humeris impositum, vivum detulit ad Eurystheum, qui ita territus est, ut æreo vase se occultarit.

120 *Taurus*] Cretensis scilicet, natus itidem ex Lunæ sidere, ubi majora animalia ali dicebant quidam Philosophi.

121 *Dictæa*] Cretensia, a Dicte monte Cretæ, in qua Jupiter educatus est.

124 *Dextro*] Locus deploratus, donec subsidium ferant Codices antiqui, vel Criticorum felix industria.

Siria sidera] Canicula, de qua supra.

130 *Superis spectantibus*] Ida mons est sacer Cybelæ matri Deorum; et tamen, his inspectantibus, monstrum halitu pestifero illum montem consumit, infestatque etiam locum illum qui consecratus est Jovis cunabulis.

Dissipat, et magno cunabula grata Tonanti
Igne suo monstrum, si fas est dicere, vincit.
Tandem fama celer Dictæa ad littora magnum
Duxerat Alciden, cum Taurum dira minantem
Excipit, et sævum cornu, flammasque vomentem
Corripit, atque artus constringens fortibus ulnis,
Ignifluos flatus animamque in pectore clausit.

Desunt multa.

strum exsuperat ardore suo, si licet dicere, cunas jucundas summo Tonanti Jovi. Tandem fama velox perduxerat magnum Herculem ad littora Dictæa, cum invadit Taurum minitantem crudeliter, et rapit cornu atrox, et ipsum *eructantem ignes; et comprimens brachiis robustis corpus* ejus; *suffocat in pectore spiritus igneos et animam* ipsam.

flaus...tepescet Ald.—132 *Igne suum* Raphel.—135 *Accipit* Ald. Isingr. Gryph.

NICOLAUS HEINSIUS

HADRIANO WALLIO SUO

S. P. D.

Nactus opportune admodum diem, mi Walli, a negotiis publicis feriatum, dum in scriniis meis excutiendis sum totus, et ad Musarum intermissa sacra nonnihil cogitatione convertor, obtulere se mihi, quæ olim inter peregrinandum annotaveram e vetustis exemplaribus ad Elegiam de Phœnice; sive a Lactantio, cujus ea lucubrationibus vulgo subtexitur, sive ab alio quovis conscriptam, dignam profecto meritamque castigatius aliquanto circumferri publice, quam hactenus est factum. In hunc quippe diem maculis frequentibus fœdissime aspersa per manus hominum eruditorum volitabat hæc Elegia. Nos secuti exemplum atque auctoritatem magni Scaligeri, Claudiano secundis curis per nos illustrato eam curabimus addendam. Nam vir ille incomparabilis Francisco Raphelengio dederat consilium, quod alias, ni fallor, ex me cognovisti, Claudiano a se recensito atque emendato id carmen uti subjungeret: credo, quod ejusdem argumenti Idyllium Claudianeum meminisset ad nos pervenisse. Inter codices vetustos hujus poëmatii a me consultos et evolutos principatum facile tenet membraneum exemplar, quod in bibliotheca viri et amici nostri summi Isaaci Vossii asservatur ante annos octingentos descriptum. Proximas partes facile sibi vindicabit Bodleianus Oxoniæ in Britannia codex, qui annorum ætatem quingentorum præ se ferre nobis est visus.

Præter hos duos fuere ad manum exemplaria, unum Wilhelmi Mærani, aliud Episcopi Lincolniensis, bina bibliothecæ Vaticanæ, Mediceæ unicum, alterum Hafniensis in Dania, tum et Thomæ Bartholini, duo denique ex meis scriniis depromta, et hæc quidem recentioris notæ omnia, sed quæ tamen evolvisse non nolim. Incerto auctori ut plurimum hæc Elegia ascribitur, quam sententiam Scaliger quoque est secutus. Barthius Venantio Fortunato asserebat, Theodulo Sirmondus: perperam uterque. Sed aliter longe sues, aliter catuli, quod est in proverbio. Plurimus enim nitor ubique, plurima et felix æmulatio poëtarum optimorum passim in hoc opusculo apparet. Quare Lactantii genuinum esse hunc fœtum dubitari sit nefas, præsertim cum veterrimum Vossii exemplar hanc inscriptionem liquido ostendat, *Versus Lactantii de Ave Phœnice:* sed et Bartholinianus codex, *Lactantii Firmiani de ortu et obitu Phœnicis carmen elegantissimum.* Præter hosce tres alii sub finem poëmatii Lactantio id disertis verbis ascribunt. Nec obnitentes atque in contraria euntes quicquam juvat, quod D. Hieronymus in catalogo operum Lactantianorum hujus libelli ne minimam quidem mentionem facit: quippe qui justorum tantum voluminum illic indicem contexat. Nonnulla etiam in hoc poëmatio occurrunt Ethnicismum redolentia, fateor. Sed et hoc argumentum prorsus invalidum est, nisi ostendant Lactantium Ethnicismo nunquam imbutum fuisse, sed haustam ductamque ab illo cum lacte materno religionem Christianam: quod ægre nobis persuadebunt. Nunc Elegiæ emaculandæ pro virili accingamur. Tu, mi Walli, qua literarum cognitione polles, pulchrene mihi opera hæc processerit, optime, si quis alius, judicabis.

LACTANTII
ELEGIA
DE
PHŒNICE,
VULGO CLAUDIANO ASCRIPTA.

Est locus in primo felix Oriente remotus,
  Qua patet æterni maxima porta poli:
Nec tamen æstivos hyemisve propinquus ad ortus;
  Sed qua Sol verno fundit ab axe diem.
Illic planities tractus diffundit apertos;
  Nec tumulus crescit, nec cava vallis hiat.
Sed nostros montes, quorum juga celsa putantur,
  Per bis sex ulnas eminet ille locus.
Hic Solis nemus est; et consitus arbore multa
  Lucus perpetuæ frondis honore virens.

2 *maxima porta* Medic. Vat. Lambec. Leid. Mæran. Bodlei. Lincoln. Hafn. Bartholin. edd. Junt. Venet. Betul. *janua celsa* Ald. Raphel. Delr. Pith. Barth.—3 *Nec tantum* Lambec. Mæran. alter Cod. Suecic. a m. sec. et utraque ed. Rom. *æstivo* ed. Venet. *hiemisque* Pith. et Buneman. *hiemisve* Bodlei. Leid. Bartholin. et al. *hiemesve propinquus ab ortu* Medic. *hiemesque* Mæran. et Suecic. sec.—4 *In qua* Medic. Vat. sec. Leid. Hafn. Lincoln. *In quam* alter Suecic. *In quo* Lambec. Mæran. Barthol. Vat. sec. pro diversa lectione, ed. Rom. sec. Venet. et Junt. *In quo Sol nervo* Ald. Pith. et al.—8 *imminet* Bodlei. et al. duo. *præminet* conj. Heins.—9 *concitus* ed. Rom.—10 *viret*

Cum Phaëthonteis flagrasset ab ignibus axis;
  Ille locus flammis inviolatus erat.
Et cum diluvium mersisset fluctibus orbem;
  Deucalioneas exsuperavit aquas.
Non huc exsangues morbi, non ægra senectus,
  Nec mors crudelis, nec metus asper adit.
Nec scelus infandum, nec opum vesana cupido,
  Aut Mars, aut ardens cædis amore furor.
Luctus acerbus abest, et egestas obsita pannis,
  Et curæ insomnes, et violenta fames.
Non ibi tempestas, nec vis furit horrida venti;
  Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla super campos tendit sua vellera nubes,
  Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.
Sed fons in medio est, quem Vivum nomine dicunt,
  Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis.
Qui semel erumpens per singula tempora mensum,
  Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum, procero stipite surgens,
  Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phœnix,
  Unica, sed vivit morte refecta sua.
Paret et obsequitur Phœbo memoranda satelles.
  Hoc Natura parens munus habere dedit.

Junt. Ald. *virens* Medic. duo Vatt. Voss. Mæran. Bodlei. Lincoln. Lambec. Hafn. Bartholin. uterque Suecic. et al. item duo edd. Rom.—11 *Phaëtontiadas* Lincoln. *Phaëtontiades* Hafn. *Phaëtontiadis* Medic. Bartholin. Vat. pr. et sec. Suecic. *Phetonteis* prima ed. Rom.—13 *diluvii mersissent* Barth.—15 *Non hic* Medic. Vat. sec. Mæran. Hafn. Bartholin. *Non hunc* Lincoln. Suecic. sec. pro diversa lectione, utraque ed. Rom. Venet. et Junt. *exsanguis morbus* Voss. Cod. Suecic. in Actis Jenens.—18 *Aut Mars* Ald. Junt. et Heins. *Aut metus* omnes scripti cum utraque ed. Rom. et Venet. unde conjecerat Cl. Oudendorp. *Aut Venus*, vel *Injustæ aut.* *cedit* pro *cædis* Medic. Mæran. Bodlei. et Lambec. *venit* Vat. sec. et Hafn.—19 *obscita* ed. Rom. vitiose.—23 *Nullaque per campos tendunt* Bodlei. *tendunt* Medic. Vat. sec. alter Suecic. Hafn. et Bartholin.—25 Τὸ *est* abest a Vat. pr. utroque Suecic. alioque in Act. Jenens. Bartholin. et Voss.—26 *lucens* pro *lenis* Lambec. utraque ed. Rom. Venet. et Junt. *lætus* Lincoln.—27 *densum* pro *mensum* Vat. pr. *mensium* Bodlei.—29 *Hoc* Bodlei.—32 *sic vivit* Lambec. Lincoln. alter Suecic. a m. sec. et utraque ed. Rom.—33 *Phœbi* Lambec. et utraque ed. Rom. *veneranda* Vat.

Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,
Cum primum rosea sidera luce fugat;
Ter quater illa pias immergit corpus in undas;
Ter quater e vivo gurgite libat aquam.
Tollitur, ac summo considit in arboris altæ
Vertice, quæ totum despicit una nemus.
Et conversa novos Phœbi nascentis ad ortus
Expectat radios et jubar exoriens.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portæ,
Et primi emicuit luminis aura levis;
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus,
Et mira lucem voce ciere novam.
Quam nec aëdoniæ voces, nec tibia possit
Musica Cirrhæis assimulare modis.
Sed neque olor moriens imitari posse putetur,
Nec Cyllenææ fila canora lyræ.
Postquam Phœbus equos in aperta refudit Olympi,
Atque orbem totum protulit usque means;

pr.—35 *Lucea* Mæran.—37 *Ter quater irriguas* conj. Heins. *corpus inundans* corrupte Leid.—38 *e pleno gurgite* Barth. *e pro gurgite* Hafn. et a m. sec. superscr. *riguo*. *aquas* prim. Vatic.—39 *conscendit* Mæran. *consedit* Lincoln. Bartholin. utraque ed. Rom. Ven. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Delr. et Barth. sed optime ex Cod. Hafniensi *considit* restituit Heins.—40 *qua totum* Mæran. *inde nemus* Hafn.—41 *Et conversa* Lambec. et ceteri codices. *concursa* male ed. Betulei.—42 *Despectat radios* Cod. Bartholin. *exoriensque jubar* Francius. —43 *Ast ubi* Medic. Lambec. Suecic. sec. pro var. lect. ed. Rom. et Junt. *lumina portæ* male in Vat. pr. et altero Suecico, primis edd. Romm. et Ven. sed recte *limina* ed. Junt. Ald. Demst. Raph. Pith. aliæque, nam *luminis* sequitur.—44 *Et primum* Medic. Mæran. alter Suecic. uterque Vatican. Lincoln. Lambec. Hafn. Barthol. edd. Rom. Ven. et Junt.—46 *ciere* Mss. nonnulli, et edd. vett. *movere* alter Suecic. Hafn. Mæran. duo Vatt. Medic. *referre* al. *monere* Lincoln. quod placebat Cl. Oudendorph. In Bartholin. *Et miram vocem luce movere nova.* *nocte movere* Vat. sec. *nova* alter Suecic.—47 *Idoneæ vocis* Medic. *Idoneæ voces* Hafn. Suecic. sec. et uterque Vatic. *Ydoneæ* Mæran. ut in Bodleiano. *Cidoniæ* Suecic. in Actis Jenens. *Idioneæ voces, nec musica possit Tibia* Barthol. *Idumeæ* ed. Venet. *Julææ* prim. edd. Romm. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Demster. et Barth. *Juleæ* al.—48 *adsimulare* Medic. alter Suecic. Vat. sec. aliique codd. *adsimilare* edd. Venet. Junt. Ald.—49 *Sed nec olor* Bodlei. *Quam neque olor* Francius. *posse putatur* edd. Romm. et Junt. *putetur* Voss. Ald. *nosse putatur* ed. Venet.—51 *apertum* Mæran. *refundit* Medic. Mæran. Suecicus alter, Vat. pr. Hafn. et Bartholin. cum binis edd. Rom. nam *refudit* in prima. *fundit* Vat. sec. *inapertum effundit Olympum* conjecerat Francius.—52 *Ac orbem* Mæran. *Utque* Bodlei.

Illa ter alarum repetito verbere plaudit,
  Innarrabilibus nocte dieque sonis.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas,
  Igniferumque caput ter venerata, silet.
Antistes nemorum, luci veneranda sacerdos,
  Et sola arcanis conscia, Phœbe, tuis.
Quæ postquam vitæ jam mille peregerit annos,
  Ac se reddiderint tempora longa gravem,
Ut reparet lapsum fatis vergentibus ævum,
  Assueti nemoris dulce cubile fugit.
Cumque renascendi studio loca sancta reliquit;
  Tunc petit hunc orbem, Mors ubi regna tenet.
Dirigit in Syriam celeres longæva volatus;
  Phœnices nomen cui dedit ipsa Venus.
Secretosque petit deserta per avia lucos,
  Hic ubi per saltus sylva remota latet.
Tum legit aërio sublimem vertice palmam,
  Quæ Graium Phœnix ex ave nomen habet:

pertulit Lambec. Mæran. et tres edd. Rom. *perpulit* Lincoln.—54 Talis est ordo hujus et duorum versuum seqq., quem codices Mss. Hafn. Barth. aliique, et editio Veneta, Aldina, Pithœi, Demsteri, Rapheleng. et aliæ repræsentant, licet in Mediceo, utroque Vaticano, Vossiano, et altero Suecico, pentameter hic ponatur post vs. 55. quem in hac sede collocant, ut in edit. Heinsii. sed alterum ordinem secutus etiam est Bunemannus. *Innarabilibus* ex Cod. Voss. edidit Heinsius, quod pro *inenarrabilibus* dictum, vel *non enarrabilibus*, ut in Vat. sec. *Non errabilibus* Mæran. tres edd. Rom. Venet. Junt. Ald. Pith. et al.—56 *tunc venerata* alter Suecic.—60 *Ipsam et reddiderint* Francius. *Et se* Bartholin.—61 *Ut reperit* Mæran. *Et reparet* Bodlei. *lapsum* Medic. duo Vatt. Vossian. alter Suecic. Mæran. Oxon. Lincoln. Hafn. Barth. Lambec. Suecic. in Act. Jenens. aliique. *lassum* edd. Romm. Veneta, Junt. Aldina, Pith. et Aldum secutæ reliquæ.—62 *Adsuetum* Medic. uterque Vat. Suecic. sec. Voss. Mæran. Hafn. Barthol. et Suecic. in Act. Jenens.—63 *loca sancta relinquit* Voss. et Vat. pr. *loca quæque relinquit* Medic.—64 *Tum* Voss. Mæran. et Barthol. *mox* pro *Mors* Voss. Suecic. duo Vat. Bodlei. Lincoln. et Hafn. *Mox petit hunc orbem, mox ubi r. t.* Suecic. in Act. Jenens.—66 *Phœnicem* Medic. Mæran. Hafn. Suecic. sec. et Vatt. duo. *Phœnicis* Suecic. in Act. Jenens. edd. Romm. Ven. Junt. Ald. et Gallæi. *Phœnices* Pith. Rapheleng. Demst. Barth. Cl. Oudendorpius per appositionem legebat *Phœnicen nomen cui dedit*. dein *ipsa vetus* corrupte legebatur hactenus in omnibus editis ante salutarem Heinsii manum, qui egregie ex conjectura, a duobus codicibus probata, *ipsa Venus* restituit.—68 *Sic ubi* Medic. duo Vatt. Vossian. Mæran. Suecic. sec. et Bartholin.—69 *Tunc legit aëreas sublimes vertice palmas* Mæran. *surgentem* pro *sublimem* Francius.—70 *gratum* tres primæ edd. Romm. Veneta,

In quam nulla nocens animans perrumpere possit,
  Lubricus aut serpens, aut avis ulla rapax.
Tum ventos claudit pendentibus Æolus antris,
  Ne violent flabris aëra purpureum;
Neu concreta Noto nubes per inania cœli
  Submoveat radios Solis, et obsit avi.
Construit inde sibi seu nidum, sive sepulcrum
  Nam perit, ut vivat; se tamen ipsa creat.
Colligit hinc succos et odores, divite sylva
  Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs;
Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit,
  Aut molli generat terra Sabæa sinu.
Cinnamon hinc, auramque procul spirantis amomi
  Congerit, et mixto balsama cum folio.
Non casiæ mitis, nec olentis vimen acanthi,
  Nec thuris lacrymæ guttaque pinguis abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas,
  Et sociat myrrhæ vim, panacea, tuam.

Junt. Ald. Pith. ceteræque.—71 *prorumpere* Bodlei. *In quam nulla nocens animans perrumpere possit* Voss. *Et quam nulla nocens animans* septem alii, quorum unus *erumpere*, alter *prorumpere*, ut de Oxonio testabamur. *prorumpere* etiam Medic. Vossiani codicis scripturam ab Heinsio probatam firmat Ms. Suecicus in Actis Jenens.—73 *clausit* Voss. sed *claudit* Hafn. Barthol. et ceteri. *Tunc ventos claudit pendentes.* Mæran.—74 *Ne violent flatus aëra purpureum.* Suecic. sec. *Neu violent* Hafn. *Ne flatu violent* Bartholin.—75 *Notus* Voss. et Cod. Suecic. in Actis Jenens. pro *Notis* putat Heins. passim in plurali *Noti* apud poëtas.—76 *Summoveant* Medic. vetus codex Gallæi et Voss. in quo *radius Solis et ussit.* ut vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens.—78 *sed tamen ipsa creat* iidem, quomodo Mæran. Medic. et Lincoln. Francius conjecerat *seque iterum ipsa creat.* qui etiam hunc et præcedentem versum transponendos putabat post vs. 88. et locum hunc ita castigat, *Construit inde sibi nidum, struit inde sepulcrum.* Vat. sec. habet *seu nidum seu inde sepulcrum.* Istos vero duos versus suspectos et ab hoc loco alienos censebat Cl. Oudendorpius.—79 Primæ edd. Romm. Venet. Ald. aliæque distinguunt post *divite silva. devia silvæ* Bodlei. vitiose.—81 *Indica* Medic. alter Suecic. duo Vatt. et Mæran. Francius distinguebat, et legebat, *Quos aut Panchææ gentes, aut India, carpunt, Quos molli generat,* &c.—82 *Sabæa fimo* vitiose Hafn.—83 *Cinnanum hinc* Mæran. *Cinnamomum hinc* Lincoln. *Cinnomon hic* vel *Cinnamomum huic* ex vett. Codd. affert Gallæus. *Cinnamum aurumque* Hafn. *Cinnamomum hic* Medic. et Suecic. sec. *Cinnamomum hic* Voss. *Cinnama dehinc* primæ tres edd. Romm. N. Heins. *Cinnamon hinc* Barthol. unus Vat. Confer cum his Marcellum de Medicina v. 46. *Adde et aromaticas species, quas mittit Eous, Vel quæ Iudaicis fragrant bene condita capsis, Tus, costum, folium, myrram, styracem, crocomagma,* &c. *Et nardum, et casias, et amoma, et cinnama rara, Balsama,* &c.—84 *Congregat* pro *Congerit* Bodlei. *mixta* Mæran.—86 *Non thuris lacrimæ*

Protinus instrato corpus mutabile nido
  Vitalique toro membra quieta locat.
Ore dehinc succos membris circumque supraque
  Injicit, exequiis immoritura suis.
Tunc inter varios animam commendat odores;
  Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremtum
  Æstuat, et flammam parturit ipse calor;
Ætherioque procul de lumine concipit ignem.
  Flagrat, et ambustum solvitur in cinerem:
Quos velut in massam cineres in morte coactos
  Conflat; et effectum seminis instar habent.

Francius.—88 *Et sociat myrrhæ vini panachea ture*, Voss. *Et sociam mirre vim panacea thuris*, Bodlei. *Et sociat mirræ vim bachania tuæ*, Mæran. *Et sociam mirre cum baccharea thure*, Medic. *Et socia mire vim* (vel *cum*) *bachanea ture*, tres alii. *Et sociam mirre vim bachanea tuam*, Bartholin. *Et sociam myrrhæ vim, panacea, tuam* restituit Heinsius. palmaria hæc et dignissima ejus ingenio atque eruditione restitutio est, quæque doceat, corruptas veterum Codicum scripturas sæpe optimas sagacibus Criticis suppeditare emendationes locorum ceteroquin conclamatorum: nam *myrrhæ pascua grata nimis* primæ edd. Romm. Venet. Junt. Ald. Pith. et al. quod in sua editione retinuit Bunemannus. *sociam* præferebat Cl. Oudendorpius, nempe, *vim myrrhæ socium addit*. et quia *ture* in Mss. legitur, conjecerat, *Et sociam myrrhæ vim, panacea, tenes.* vel *tuam cum* Ms. Bartholin. *tuæ* Francio placebat. *panaceam* vero egregie vindicavit Heins. —89 *instractis corpus mobile* Voss. *corpus mortabile* Hafn. Lincoln. Medic. *stratis corpus mirabile* forsan pro *reparabile* unus Vat. *instratus corpus mutabile mole* Mæran. *instrato* tres edd. Romm. *in stratis* Medic. Suecic. sec. *in strato* Ven. Junt. Ald. et ceteræ edd. *instructo* conjecerat Francius.—90 *In talique* Medic. Suecic. sec. et Mæran. unde *Feralique* etiam conjecerat Heins. *In locoque tali* pr. Vat. *Inque tali loco* Vat. sec. *Nidalique* Cod. Suecic. in Act. Jenens. sed *Vitalique toro* recte ab Heinsio assertum, quod et in tribus primis Romanis, Ven. Junt. aliisque edd. vetustis, neque opus est *rogo* substituere cum Barthio. *vitalis* enim Phœnicis *torus* est, quia ab exuviis suis renascitur.—91 *Oreque dehinc* tres edd. Romm. ut supra vs. 83. *Cinnama dehinc. circumquaque supra* Vossian. *supraque circumque* ed. Rom. 1468.—92 *obsequiis* Bodlei.—94 *Depositam* Vossian. *Depositum* Suecic. in Act. Jenens. *finem* vitiose in ed. Venet.—95 *genitale* edd. Rom.—96 *flammam* Voss. Medic. Vatic. Mæran. Lincoln. Bodlei. Barthol. et Suecic. in Act. Jenens. *flammas* edd. Venet. Junt. Ald. ceteræque. *pertulit* Mæran. et Lincoln. *protulit* cod. Lambec. et edd. Romm.—97 *Æthereoque* Voss. Mæran. Bodlei. Suec. sec. Vatic. pr. et Barthol. *Ætherioque* cod. Suec. in Act. Jenens. ut semper scribendum monet Broukh. ad Tibull. III. 4. 17. *Aëreoque* edd. Romm. Ven. Ald. Pith. aliæque. *Aerique* vitiose Junt. *ignes* Mæran.—98 *volvitur* Suecic. sec. *cineres* primus Vat. pr. et Bodlei. sed *in cinerem* magis quidem poëticum. —99 *Quos* Voss. Medic. Vatic. pr. duo Suecic. Mæran. Bodlei. Lincoln. Hafn. et Barthol. *Hos* ed. Ven. Ald. Pith. et ceteræ. *in more coactus* Voss. et Suecic. in Act. Jenens. unde *sine more* elicere tentat Heins. *de more* unus Vat. quod probat Francius.—100 *Constat* cod. Barthol. *Conflat refectum*

Hinc animal primum sine membris fertur oriri,
  Sed fertur vermi lacteus esse color.
Creverit immensum subito cum tempore certo,
  Sese ovi teretis colligit in speciem.
Inde reformatur, qualis fuit ante figura;
  Et Phœnix ruptis pullulat exuviis.
Ac velut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
  Mutari tineæ papilione solent.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe,
  Nec cuiquam implumem pascere cura subest.
Ambrosios libat cœlesti nectare rores,
  Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
  Donec maturam proferat effigiem.
Ast ubi primæva cœpit florere juventa,
  Evolat ad patrias jam reditura domos.

Mæran. *effectum* etiam in Lambec. *at effectum* edidit Bunemannus. *habet* Hafn. Barthol. et edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Pith. aliæque.—102 *vermi* Medic. uterque Vatic. et Suecic. alter a m. pr. Mæran. Lincoln. et Barthol. Francius ascripserat, *Dicitur et vermi lividus esse color.* vel *Cui similis lacti dicitur esse color.*—103 *Creverit immensum* Voss. cum ed. Rom. et aliis quatuor codicibus. *Crescit et immensum subito cum corpore* Mæranus. *Crescit in inmensum* Vat. pr. ut in notis præfert Bunemannus, sed in contextu *Creverit*. *Crevit in immensum* ed. Ven. Junt. Ald. Pith. et al. Sed recte Heinsius *Creverit immensum*. quia id præter Vossianum ex auctoritate reliquorum codicum est, Medicei nempe, Suecici secundi, Hafn. Barthol. Lambec. et Suecici in Act. Jenens. probaturque a tribus primis editionibus Romanis. et hoc magis placebat Cl. Oudendorpio, qui ad firmandam locutionis hujus frequentem variationem ascripserat ex Apuleio lib. IV. p. 63. ‘immensum procedit in dies opinio.’ ubi alii *in immensum*.—107 *agresti* Mæran. *agrestis* Bodlei. *cum solo* Voss. *cum solo ad taxa* cod. Suecic. in Act. Jenens. *taxa* legendum monuit Thomasius, ut in margine ed. Pith. qui in textu edidit *saxa*. *tenetur* Bodlei. Francius vero. *Haud secus agrestes, cum filo in fronde tenentur, Mutari tineæ papilione solent.* —108 *Motari* Bodlei. *Motare* et *papilionis* Vossian. *pennæ* Mæran. Bodlei. edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Gall. et Bunem. item Pith. sed *tineæ* in marg.—109 *est* deest Voss. et Vat. sec.—110 *cuique* Vat. pr. *cuique in pulmen* corrupte in Suecic. sec.—111 *Ambrosiæ* Mæran.—112 *Stellifero tenues* Voss. et Bodlei. *tenues* etiam ex vett. codd. affert Gallæus, et ex Suecico in Act. Jenens. quod probat Heins. *tenues quum cecidere* Francius. *qua cecidere* Hafn.—113 *alitur mediis* Hafn. Barthol. Medic. Voss. Suecic. sec. et in Act. Jen. Mæran. Bodlei. edd. Romm. duo Vatt. et *mediis alitur* edd. Venet. Junt. Ald. Pith. Demst. Rapheleng. Barth. et Gallæi.—114 *perferat* Voss. Suecic. sec. Mæran. Hafn. Barthol. uterque Vatic. et vet. cod. Gallæi. sed perperam.—115 *Has ubi* Voss. Suecic. in Act. Jen. et vet. cod. Gallæi. *Atque ubi* mallet Bunem. *ceperit* Voss. *juventus* idem et Suecic.—116 *ad patrias* omnino legendum, ut in Voss. Suecico utroque, binis Vatic. Mæran. Hafn. Barthol. et Lambec. *Et*

Ante tamen, proprio quicquid de corpore restat,
  Ossaque, vel cineres, exuviasque suas,
Unguine balsameo, myrrhaque et thure soluto
  Condit, et in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus gestans contendit Solis ad urbem,
  Inque ara residens, ponit in æde sacra.
Mirandam sese præstat, præbetque videnti:
  Tantus avi decor est, tantus abundat honor.
Principio color est, qualis sub sidere cœli,
  Mitia quem croceo Punica grana legunt:
Qualis inest foliis, quæ fert agreste papaver,
  Cum pandit vestes Flora rubente solo.
Hoc humeri pectùsque decens velamine fulgent:
  Hoc caput, hoc cervix, summaque terga nitent.

volat ad patrias Bodlei. *Evolat: ad patrias* tres edd. Romm. *ad primas* male in ed. Ven. Junt. Ald. Pith. ceterisque. *nam reditura* Vat. sec.—120 *ære pio* Mæran.—121 *Quæ* Bodlei. *Hanc* Francius. *conscendit* Mæran. *intendit* Hafn. quod, subintellecto *iter*, placebat Heinsio et Oudendorph. ut apud Ter. Andr. II. 2. 6. *quo nunc primum intendam.*—123 pro *videnti* Vossianus *vehementis* cum Mediceo. *vehementem* Hafniensis. *vehentis* Oxonius. editio Romana *vehenti.* unus Vaticanus *volucris.* locus mendosus, nam aut *præbet* aut *præstat* erat dicendum, alterutro omisso. aut hoc aut illud ex scriptura codicum variante videtur obrepsisse huic loco, aut aliud nescio quid vocabuli excidisse. puto *cuicumque tuenti* pro *præbetque videnti* legendum. præterea *Mirandum sese præstat* Vossianus et alii nonnulli. nil muto. Versu proxime subsequenti corrigendum, *Tantus avi decor est. abi* scriptum fuerat antiquitus, hinc *ibi* factum. Faciunt tamen cum vulgatis scripti codices, nisi quod unus Vaticanus *ei.* quomodo conjiciebat Barthius ad Claudian. pag. 978. sed nostram restitutionem veriorem duco. possis etiam, *Tantus ubique decor,* idque arridet, ut verbum substantivum *est* hic amoveatur, quod hexametro proxime subsequenti rursus occurrit. Heins. *Mirandum* Mæran. Lambec. Suecicus Heinsii, et in Act. Jenens. *videndum* Mæran. *præbet vehementes* Suecic. in Act. Jen. *vehementis* Voss. Medic. *vehementem* Hafn. *vehentis* Bodlei. *vehenti* Cod. Lambec. edd. Romm. Ven. et Junt. Cl. Oudendorpio videbantur jungenda esse, *vehenti Tantus avi decor est,* massam nempe paternarum reliquiarum. *vehenti* certe etiam in codd. et edd. vett. apud Buneman. et Ms. Gallæi, qui ex alio vet. cod. affert, *præbet vehementi.*—126 *Mitia qui* Vossian. et tres alii. *sub fœdere cœli Mitia cum* Hafn. *Mitia sub* unus Vat. *legit* Barthol. Heins. conjicit, *Principio color est, qualis sub cortice lævi Mitia quem croceum Punica grana tegunt.* Sequentia octo disticha desiderantur in codice Mærano.—127 *fecit* pro *fert* Medic.—128 *Cum pandit vestes flore rubente cœlo,* Voss. *Cum pandit vestes flore rubente polo,* Bodlei. quomodo et Hafn. cum Bartholin. et duobus Vaticanis. In tribus edd. Romm. Veneta, Juntina, Aldi, Pithœi, et reliquis vulgatum fuit, *Cum pendens vestit sole rubente polus,* quas secutus est Bunemannus.—129 *Huic humeri* Hafniens. ex cod. Oxon. Cl. Oudendorpius conjiciebat *humeros,* ut Phœnix *decens humeros et pectus* dicatur. *fulget* Medic. Suecicus Heinsii, Vat. sec. Hafn. vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens.

Caudaque porrigitur fulvo distenta metallo,
  In cujus maculis purpura mixta rubet.
Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris
  Pingere ceu nubem desuper alta solet.
Albicat insignis mixto viridante smaragdo;
  Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingentes oculi; credas geminos hyacinthos,
  Quorum de medio lucida flamma micat.
Æquatur toto capiti radiata corona,
  Phœbei referens verticis alta decus.
Crura tegunt squamæ fulvo distincta metallo;
  Ast ungues roseo pingit honore color.
Effigies inter pavonis mixta figuram
  Cernitur, et pictam Phasidis inter avem.
Magna etiam, terris Arabum quæ gignitur ales,
  Vix æquare potest, seu fera, seu sit avis.
Non tamen est tarda, ut volucres, quæ corpore magno
  Incessus pigros per grave pondus habent.

—130 *hæc cervix* Hafn.—131 *flavo* Suecicus Heinsii, Bodlei. *distenta* Voss. et Suecic. in Act. Jenens.—133 *Harum pennas insigne superaris* Voss. mutilato versu. tres alii etiam codices *Harum* pro *clarum.* totidem *insigneque desuper. Has inter pennas insignes desuper* Hafn.—134 *aura solet* Voss. Bodlei. *axa* Medic. *archa* Hafn. *ara* tres alii. *atra* unus Vat. Heins. conjicit, *At varium pennas insigne intervenit, Iris Pingere ceu nubem desuper acta solet. Summam petit ardtus arcem, Unde solet latis nubes inducere terris.* ita passim *supera arx*, *ætheria arx*, et sim. de cœlo. vide Patruum ad Ovid. III. Am. 10. 21. et ad Albinov. Epicéd. Drusi vs. 61. Sed pergamus ad sequentia non minus corrupta. —135 *Albicat hinc jaspis* Bartholin. *mirto* Mediceus. *mistis* Vossian. et Suecic. in Act. Jenens.—136 *Et patulo cornu* conj. Heins.—137 Ita hunc versum restituit Heinsius ex cod. Voss. quod confirmatur a vet. cod. Gallæi et Suecico in Act. Jenens. male in vulgatis *Ingentes oculos credas, geminosque hyacinthos.* nam post *oculi* distinctio ponenda, et *credas geminos hyacinthos* jungenda sunt.—139 *Æquatur toto capiti radiata corona*] *Æquataque notho* Voss. et quatuor alii, item vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens. *Æquataque nota* Bodlei. *Æquataque notho* unus Vat. *Æquaturque roteo* alius. *Æquataque noto* Medic. Hafn. et Bartholin. *Æquaturque rotæ capitis radiata corona*, vel *Æquatura rotam* conj. Heins.—141 *fulvo* Voss. uterque Vat. et Suecic. in Act. Jenens. *flavo* Heins.—142 *roseo* Voss. Suec. uterque Vat. Hafn. Bartholin. *tingit* Bodlei. et Suecic. in Act. Jenens.—144 Optime *pictam* e duobus codd. pro *mistam* revocavit Heinsius, quod confirmat vet. cod. Gallæi et Suecicus in Act. Jenens.—145 *Magnitiem* scripti codices fere, nisi quod in Bartholin. *Magniem. Magnitie* Lincoln. edd. Romm. Venet. Junt. Ald. Pith. et al.—146 *seu fera* Suecic. uterque Vatic. et ceteri codd. nam male in ed. Pith, Rapheleng. et aliis, *ceu fera.* in duabus edd. Romm. corrupte *seu vera. sensit avis* Vat. pr.—147 *parva* Voss. Medic. Mæran. Suecicus Heinsii et in Act.

Sed levis et velox, regali plena decore,
Talis in aspectu se tenet usque hominum.
Convenit Ægyptus tanti ad miracula visus;
Et raram volucrem turba salutat ovans.
Protinus exsculpunt sacrato in marmore formam;
Et signant titulo remque diemque novo.
Contrahit in cœtum sese genus omne volantum;
Nec prædæ memor est ulla, nec ulla metus.
Alituum stipata choro volat illa per altum,
Turbaque prosequitur munere læta pio.
Sed postquam puri pervenit ad ætheris auras:
Mox redit ista; suis conditur ille locis.
At fortunatæ sortis filique volucrem!
Cui de se nasci præstitit ipse Deus.

Jenens. vet. cod. Gallæi, et pro varia lect. Vat. pr. *pigra* Vat. sec. *Nec tamen est pigra* Bartholin. Francius legebat, *Tarda tamen non est, ut aves, &c.* —148 *per grave corpus* Suecic. Heinsii.—150 *Talis in adspectu se exhibet usque hominum*] Nonnulli codices *in adspectum. in adspectu se tenet* Voss. cum Oxonio, Heins. *se docet* Mæran. *præbet* Medic. et ed. Rom. 1470. *prebet* Suecic. et duæ edd. Romm. hoc est *probat*, ut Heins. Francius ascripserat, *Talis in adspectum, talis in ora venit. se exhibet* Venet. Junt. Ald. Pith. Rapheleng. Demst. Gallæus et Bunemann. *se tenet* tamen reposuit Heins. ex Voss. et Oxon. quod in vet. cod. Gallæi etiam legitur.—151 *Hic venit* Voss. et Medic. *Huc venit* Mæran. Suecic. uterque Vatic. Hafn. et Barthol. *Hinc venit Æ. t. ad m. nisus* ex Ms. ascripserat Is. Vossius. ut ex vet. cod. notavit Gallæus.—152 *Et clara* Hafn. *resultat* Voss. Suecic. in Act. Jenens. *tuba salutat* ed. Pith. vitio operarum. Francius conjecit, *Et raram volucris turba salutat avem.*—153 *exsculpunt* Voss. Bodlei. Mæran. Suecic. Heinsii, uterque Vatican. Bartholin. vet. cod. Gallæi, et Suecic. in Act. Jenens. quod prætulit Heins. *insculpunt* Medic. Lincoln. Hafn. Lambec. et edd. Romm. Venet. ac Junt. ut correxerat etiam Francius. qui *titulo suo* pro *novo* seq. vers. malebat. *inscalpunt* ed. Ald. Pith. Rapheleng. Demst. Gall. et Bunem. *sacrato marmore* cod. Mæran.—154 *Et titulo signant* Vossian. Bodlei. et Suecio. in Act. Jenens. sed in cod. Hafniensi vitiosa erat scriptura *cœli diemque.* quæ indicium præbeat in aliis fuisse *cælant*, pro *signant.*—155 *cœtus* Voss. et Suecic. in Act. Lips. *in cœlum* Bodlei.—156 *Nec prædæ minor est* Lincoln. dein *nec memor ulla metus* Voss. et Bartholin.—158 *munere* scripti. corrigendum nihilominus *murmure pio* putat Heins. —160 *Mox redit illa* Mæran. Medic. Suec. uterque Vatic. Suec. in Act. Jen. et Hafn. in quo *unde* pro *ille*, quod et in Medic. *Mox redit illa, suis conditur illa locis* Bartholin. *inde* Mæran. *conditur inque locis* conjecerat etiam Heins. *illa locis* etiam in tribus ed. Romm.—161 *At fortunatæ sortis filique volucrem!* et refer ad Parcarum filum. vide annotata ad Nasonis Heroid. XII. vs. 3. Heins. *At fortunatæ sortis* Voss. Medic. Mæran. et Suecic. Act. Jenens. *Hæc* edd. Romm. Ven. Junt. Ald. Pith. aliæque. *filisque* Suec. Jenens. *felixque volucris* Mæran. *felixque volucrum* duo Vatt. cum Bartholin. *natisque* edd. Romm et in Lambec. cod. unde ipse Lambecius legit, *raræque volucris*, Isaac. Vossius libro suo ascripserat, *A fortunatæ sortis finisque volucrem!* cui id tribuere debuisset Gallæus, qui malebat, *O fortunatæ.* ut Francius, cui *finis* placebat.

Fœmina vel mas hæc, seu neutrum, seu sit utrumque,
  Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.
Mors illi Venus est: sola est in morte voluptas:
  Ut possit nasci, appetit ante mori.
Ipsa sibi proles, suus est pater, et suus hæres;
  Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
Ipsa quidem, sed non eadem, quia et ipsa, nec ipsa est;
  Æternam vitam mortis adepta bono.

recte Heinsius *At fortunatæ!*—162 *Cum de se* Medic. et Hafn. *De sese nasci cui dedit ipse Deus* conjecerat Francius.—163 *Femina seu masculus est seu neutrum* Voss. *Femina sit aut masculus seu forte neutrum* Bodlei. neque aliter Mæran. et Medic. nisi quod in illis, *vel masculus.* et sic etiam Hafniensis et alter apud Heinsium. sed ille *neutrumque,* hic *utrumque.* unde edd. Romm. Venet. Junt. aliæque. *Femina sit vel masculus hæc seu forteque neutrum.* Unus apud Heins. *Femina sit seu masculus, seu sit forte neutrum.* Vaticanus prior, *Femina sit vel sit masculus seu forte neutrum.* alter Vaticanus, *Forma sit vel masculus est aut nescio neutrum.* Bartholinius, *Masculus an hæc sit vel femina forteve neutrum.* Edd. Ald. Pith. Rapheleng. et reliquæ *vel neutrum sit mage felix.* Sed feliciter Heinsius locum hunc, corruptissime hactenus exhibitum, restituit, vel, ut codici suo adscripserat, *Femina seu mas sit, seu neutrum, seu sit utrumque.* vel *seu neutrum, fors vel utrumque.*—164 *Felix, quem Veneris fœd. nulla colunt* Mæran.—165 *voluntas* Bodlei.—166 *Ut posset nasci, appetit* Medic. In Mærano Bodlei. Suecic. Vat. aliisque codd. deest *hæc,* relicto hiatu. nam *hæc appetit* in edd. Romm. Venet. Junt. Ald. Pith. ceterisque. *quæ appetit* unus Vat. et Barthol. *se cupit* Francio placebat. *usque mori* Heinsius, *ante mori* omnes edd. probante etiam Cl. Oudendorpio. et hoc Phœnici melius convenit. supra vs. 117. *Ante tamen, proprio quidquid de corpore restat, Ossaque vel cineres, &c.*—168 *Nutrix ipsa sibi* Oxon. *semper* corruptum videbatur Barthio ad Claudian. pag. 995. Francius transponebat, *Ipsa sui nutrix, semper alumna sui.* *alumna sui,* pro *alumna sibi,* Heins.—169 *Quæ nec ipsa est* mutilato versu Voss. cum uno apud Heinsium. *quæ est ipsa, nec ipsa est* Bartholin. *quia est ipsa* duæ edd. Rom. ultimum hoc distichon editioni Nicolai Heinsii, forsan errore typographi, omnino desideratur. *loco* pro *bono* conj. Heins.

FINIS CL. CLAUDIANI OPERUM.

NOTÆ VARIORUM

IN

CL. CLAUDIANI OPERA.

EX EDIT. NICOLAI HEINSII, FILII DAN. HEINSII :
AMSTELODAMI, APUD ELZEVIR. 1665.

NOTÆ VARIORUM

IN

CL. CLAUDIANI OPERA.

I.

IN SEX. ANICII PROBINI ET SEX. ANICII HERMOGENIANI OLYBRII FRATRUM CONSULATUM

PANEGYRIS.

In scriptis exemplaribus post libros in Rufinum legitur hoc carmen: quanquam in plerisque desideratur. Leidensis ac Moreti meliores, unus Petavianus codex, tres Medicei cum Vaticanis et Pulmannianis totidem exhibent. In Gyraldi quoque et Pricæi libro et Farnesiano ac Palatino legebatur. In primo Vaticano manu recentiori erat additum. *D. Heinsius.*

Hæc Panegyris videtur primus esse fœtus Claudiani: ait enim ad Probinum: 'Romanos bibimus primo te Consule fontes:' sed facile credo multa opuscula eidem meditata et composita, priusquam auderet hoc carmen publice recitare. Hic vero Consulatus contigit anno 395. de quo alibi. vide et Symmach. Ep. lib. v. Cæterum Proba, teste Hieronym. trium liberorum fuit mater, Olybrii, Probini, et Probi, ordinariorum Coss. *Claver.*

1 *Sol qui flammiferis*] *Flammigeris* libri scripti constanter: minimum refert. *D. Heins.*

Sol, qui, &c.] Solem compellat invocatque ut lætum diem producat: antiquissimo more felicitatis observandæ, ut momentum Principi laudando faciat non ultimum serenitas diei: inde enim et mores Principis æstimabantur. Sic Papin. XVII. Consulatu Domitiani: 'Aspicis ut templis alius nitor, altior aris Ignis, et ipsa meæ tepeant tibi sidera brumæ, Moribus atque tuis.' Accedit et superstitio prisca, quæ numinum favorem cæli serenitate metiebatur. Deinde *Solis* nomine omnes summos Deos intellige. Oriens etiam universus velut privilegio quodam numinum Solem præcipuum venerabatur, ut nunc quoque

Persæ ignem. *Barth.*

Flammigeris] Sunt qui leg. *flammiferis:* flammiferi hinnitus equorum Solis sunt: ut et Ovid. Metam. II. 'hinnitibus auras Flammiferis implent.'

Mundum complexus] Τὸ πᾶν, universam rerum machinam. *Complexus* scil. luce, radiis, fulgore: sic enim Poëtæ voce complectendi utuntur. Papin. Equo Max. 'Quæ super imposito moles geminata colosso Stat Latium complexa forum.' Cujus nobilissimum decus erat, quodque forum illustrabat. Vel ad cursum aut volatum, ejusque velocitatem spectat.

2 *Volvis inexhausto, &c.*] Longe doctissima temporis periphrasis, quod a Sole per annuos recursus vertitur et constituitur, in orbem immensum rediens ab emenso, seque repetens atque conficiens. Inde annus quasi annulus, quod in se redeat. Sic Virgil. Ge. II. 401. 'redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia volvitur annus.' *Barth.*

3 *Meliore comu*] Radiis nitidioribus.

4 *Blandius elato surgant*] Placet Isingrini lectio, *rubeant:* sic et sequenti versu 'roseum efflantes ignem' dixit: quomodo 'rosea lora' Phœbi equis a Statio dantur, Theb. III. 'laxant roseis humentia loris Pectora:' ita bene scripti; non *calidis.* De Aurora Silius lib. I. 'roseasque movebat habenas.' Apposite noster Gigantomachia, 'flectitque rubentes Phœbus equos.' *Blandum rubere* dixit, ut 'dulce rubere' Statius Theb. IV. 'Dulce rubens viridique genas spectabilis ævo:' et 'dulce rubenti Murice' epicedio Glauciæ: et 'lætum rubere' Achilleide: 'Mulcetur lætumque rubet.' Sic recte Vossianus liber aliique nonnulli a me inspecti: et *crudele rubere* Theb. III. 'quanti crudele rubebitis amnes:' ubi *quantum* perperam vulgati: *sævum rubere* eodem libro: 'incurvi sævum rubuere ligones:' *altum rubere* Theb. VII. 762. et Theb. IX. 439. *forte rubere* Achilleidos II. 'At ferus Æacides radiantem ut cominus orbem, Cælatum pugnas, sævis et forte rubentem Bellorum maculis, acclinem et conspicit hastam.' Ubi τὸ *forte* perperam pro adverbio sumitur: *cælatum pugnas* eleganti Græcismo vetustus codex exhibet: vulgati *pugnis.* D. Heins.

Blandius, &c.] Temonem blandius attollere dicuntur repexi jugales; ne scil. cum furore ineant, aut asperis animis, diei illius cursum. *Barth.*

5 *Roseum ignem*] Rubicundiorem diurno, qualis solet esse Auroræ aspectus. Suavitatis ergo colos est, ipso nomine vernum et hilare aliquid inferens, Veneris Gratiarumque flori concolore conspectu. Ipsi consules vix primo flore vestiti genas, floridum diem, roseumque Solem videbantur exposcere. *Barth.*

6 *Germanis Cons.*] Non tamen hi primi fratres Consules: sub Constantino *Julianum* et *Paulinum* lego Romanas curules tenuisse.

Annus] Nomine suo annum insignire, hoc est, Consulem esse, summus tunc quoque honos. *Barth.*

Vestigia torqueat annus] Legendum videtur *fastigia:* sic consularem dignitatem vocant tam noster quam alii auctores: torquere autem fastigia vel consulatum, pro anno seu consulatus tempore. Infra, hoc ipso panegyrico, 'ad summi quoties fastigia juris Venerit:' ubi male etiam *vestigia* in scriptis quibusdam. Silius *summum jus* vocat consulatum. Atque ita lib. II. in Eutropium lego ex pari conjectura, 'Nullaque calcati starent fastigia juris.' VI. Cons. Honor. 'nulloque magis se colle potestas Æstimat, et summi sentit fastigia juris.' Lib. II. in Stilic. 'Plus ideo sumenda tibi fastigia juris, Ne pereat tam priscus honos.' Nuptiis Celerinæ: 'tenuit summæ fastigia sedis, Eoum stabili moderatus jure senatum:' *fastigia* pro dignitate Impera-

toria Epithalamio Honorii, 'fastigia supplex Deposui, gessique procum.' *D. Heins.*

8 *Scis genus Auchenium*] Mirum, quam exercuerit hic locus viros eruditos. Nos veterum editionum lectionem revocavimus: quam et ex scriptis quidam tuentur. Gyraldi vetustissima et Medicea libri Lucensis excerpta, *Alchenium.* Alii codices *Auchemium, Anthenium, Anchenium, Achenium, Ancherium.* Panuinus in Fastis *Anthemium* legit: quod secutus Raphelengius. Delrius, *Anicium:* quomodo tam hic quam infra in vetusto codice legi testatur Claverius, quod et in editione sua exprimendum duxit. Sed cum nullos ille veteres libros inspexerit, præter exemplar cum libris manu exaratis a magno Cujacio collatum, viri summi conjecturam pro veteris membranæ lectione ab illo arreptam vix dubito; ita enim et alibi deceptus: nam in nostris nihil simile invenias. Quid quod prima in *Anicio* syllaba corripitur, producitur secunda, apud ævi hujus scriptores, nec solum in contraria ivisse Claudianum fit verisimile: etsi non ignoro inscriptiones extare, in quibus *Aniciorum* nomen per duplex *n* scribatur: raro id tamen. Jam quod negant gentem *Auchenium* extitisse viri docti, quo id jure dicant, ipsi viderint. Eandem enim et Aniciæ esse ex lapide antiquo patet, cujus inscriptionem primus, quod sciam, in Variis Lectionibus publicavit Josephus Castalio, et post illum vir celeberrimus Jacobus Sirmondus Dissertatione de Suburbicariis Regionibus: eam ecce:

Ad Forum Trajanum.

AUCHENII
ANICIO. AUCHENIO. BASSO. V. C.
QUAESTORI. CANDIDATO
UNO. EODEMQUE. TEMPORE.
PRAETORI. TUTELARI.
PROCONSULI
CAMPANIAE. PRAEFECTO. URBI.
TRINI MAGISTRATUS
INSIGNIA FACUNDIAE. ET. NATALIUM. SPECIOSA. LUCE
VIRTUTIS. ORNANTI.

Videtur autem is ipsus esse, qui cum Philippo Honorianis temporibus consulatum obtinuit, et pari nominum triga in antiquis fastorum membranis insignitur. Nihil igitur in Claudiano mutandum. Mox *potentes Anniadæ* pro *parentes* edendum curavimus, scriptos secuti, quotquot inspeximus, si unum Palatinum recentioris notæ excipis: male eam lectionem damnat Barthius. De Anniis et Aniciis Ausonius nonnulla Epist. III. et Prudentius non uno loco. Anicii Quæstoris sub Constantio, hominis potentissimi, meminit Ammianus Marcellinus, libr. XVI. 'Quæstor in Urbe Anicius, qui in regiam æmulationem posteritate tendens, satiari numquam potuit cum possessione multo majore:' et sane hæc familia ad imperatoriam dignitatem post evecta est. *D. Heins.*

9 *Anniadæ*] In v. codicib. ita scriptum; sed Ausonii vetus liber de Probo: 'Stirpis novator Amniæ:' et vetus marmor habet: 'Amnios de eadem gente:' at fuit nomen *Annii* olim celebratum, et exstat Annii Paulini monumentum insigne, quem suspicor affinem huic domui: sed lapis antiquus ideone arguetur falsi? forte sculptoris vitium est, aut ejus qui descripsit. Prudentius: 'Anniadum soboles, et semina clara Proborum.' *Claverius.*

Ductoribus] Consulibus, qui duces anni. Papin. IV. Silvar. 1. 'lucemque a Consule ducit Omnis honos.' *Barth.*

10 *Instaurare vias*] Recentare annos, et felicibus titulis mactare. Papinianum est ex eodem carmine, Jano Cæsarem alloquente: 'Salve, magne parens mundi, qui sæcula mecum Instaurare paras.' *Barth.*

Addere nom.] Honoris ipsius anni gratia. Noster alibi, 'ornatur For-

tuna viro.'

11 *His neque per dubium*] Liber Barthio collatus: *His neque per dubium pendi Fortuna pavorem, Nec, &c.* Hoc est, Ignorat æstimari, non solet censeri ab his dubio pavore. Scriptura eleganti, cum de judicio hominum prudentissimorum loquatur, qui Fortunam ipsam in suo habeant arbitrio. *Barth.*

Pendet Fortuna favorem] Sic jam puer olim legendum vidi; quod membranæ septem aut octo confirmant. Vidit et Barthius in priori editione: nam in posteriori pro vulgata pugnat immerito. Perperam hactenus lectum *pavorem.* Tantundem est ac si dixisset, fortuna his non pendet a dubio favore, non debent fortunas suas dubio favori. P et F in manuscriptis promiscue confundi notum: ita apud Val. Flaccum lib. III. non longe a fine, legitur, 'Non ea fax odiis, oblitaque numine fesso Juno sui:' cum *pax* scribendum sit. Sed modus exemplorum non esset: de quibus alibi. Hoc interim ὡς ἐν παρόδῳ. *D. Heins.*

12 *Sed fixus, &c.*] Fato veluti debitus et immobilis.

13 *Procedit honos*] Ordine non interrupto. Hinc cognomen nacta nobilitas Probinorum et Olybriorum, ut *Trabeata* speciatim appellaretur. *Barth.*

Quemcunque requires] *Require* plerique veteres. *D. Heins.*

15 *Per fasces numerantur avi*] Singulos patrum ait Consules fuisse: avos proavosque omnes, nominibus Fastos decorasse. Ab initio enim principatus Constantini Magni, Probi stemma effloruit, eoque IV. Consule fuit Probianus vel Probinus Proconsul Africæ; dein Crispo Consule Probianus; sub Constantio Olybrius Proconsul Africæ, dein P. F. urbi. Exin Probus Præf. Præt. postea Consul cum Gratiano; postea Olybrius Consul cum Ausonio. Is vero Probus longo tempore domum sua luce claravit, donec Olybrius et Probinus fierent Consules. *Claverius.*

Semperque renata, &c.] Nullam obscuritatem subiisse genus hoc, sed sibi quemque per gradus nobilitatem avitam reparasse ait: indicans non tam jactasse stemma quam vindicasse sibi contentione virtutum et gloriæ cum patribus. *Virer* autem, flos, ἀκμὴ cujusque rei memoratur; sic *virens existimatio* apud Symmachum. *Barth.*

16 *Prolem fata seq.*] Auctorem suum æmulatur et παρῳδιάζει Papin. I. Thebaid. 'immutabile sanctis Pondus adest verbis, et vocem fata sequuntur.' *Barth.*

17 *Continuum simili, &c.*] In membranis nobis collatus erat: *Continuum simili signantia lege nepotem;* ut velut characterem aliquem Consularis dignitatis innasci dixerit Aniciorum et Anniorum stirpi. *Barth.*

18 *Nec quisquam procerum tentat*] Malo *tentet:* ut apud Statium, 'nec tu divinam Æneida tenta.' *D. Heins.*

Licet ære vetusto] De imaginum apud Romanos æstimatione et usu lege Polyb. lib. VI. et Lipsium, Elect. lib. I. Papin. 'Quid referam veteres ceræve ærisve figuras, Si quid Apellæi gaudent animasse colores?' *Barth.*

19 *Cingatur Roma*] Ad copiam nobilium Senatorum respicit, qui ipsam Romam velut compleant.

20 *Prima sede relicta*] Anicios suos omnes Romanorum procerum familias nobilitate excellere facit, exceptis Principibus, quos forte fastigium eximebat. *Barth.*

Prima sede] Ait Aucheniis, vel, ut alii volunt, Anniciis, propter nobilitatem generis, illud a Senatu privilegii concessum, ut dicendæ primo loco sententiæ jus haberent. *Delrio.*

21 *Jure licet certare*] Jus, jurisdictionem denotat, Honorem, Magistra-

tum. Scitius tamen, mea opinione legas *secundæ*, sedis nimirum. *Barth.*

22 *Haud secus ac tacitam*] *Atraciam* Leidensis a secunda manu: ut illa Statii respexerit Theb. I. 'qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte labor.' *Arcton* pro nocte posuit, quomodo *Lycaoniam umbram* idem Statius Thebaid. III. *D. Heins.*

Tacitam Luna regnante] Partem cœli intelligit Septentrionalem, ubi propter aëris frigiditatem, lucidiores stellæ, et Lunæ regnum illustrius est. *Barth.*

23 *Fratre retuso*] *Retruso* emendarat in libro suo magnus Scaliger, quod Raphelengius expressit: nolim factum. Barthio majoribus Commentariis arridere video *recusso:* quod Leidensis et Moreti codex cum duobus aliis præferunt: quomodo 'repercussum solem' Ovidius dixit. Vulgatam lectionem primæ editiones et Mediceus unus cum duobus Vaticanis et Farnesiano tuentur: de qua non dubitandum. *Retuso* pro *obtuso:* l. II. Rapt. Proserp. similiter 'hunc fronte retusa Delius, hunc fracta Cephisus arundine luget.' IV. Cons. Hon. 'Visa etiam medio populis mirantibus audax Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso Languida.' Quem locum frustra Delrius tentavit. VI. Cons. Honorii, 'Namque velut stellas Babylonia cura salubres Optima tunc spondet mortalibus edere fata, Cælicolæ cum celsa tenent, summoque feruntur Cardine, nec radios humili statione retundunt.' Quomodo illic quoque loci ex vetustis libris scribendum monui: *radios frangere* dixit Statius Achilleidos II., non dissimili loco, 'Frangebat radios humili jam pronus Olympo Phœbus, et Oceani penetrabile littus anhelis Permittebat equis.' Ita enim malo, quam *Promittebat*, quod nunc legitur. *Contusa sidera* dixit Bello Gildonico noster, 'Et contusa vagos jaculentur sidera crines:' sic enim antiquissimus Gyraldi liber, et multi alii. Vulgo *confusa.* Avienus in Prognosticis de Luna, 'si crassior atque retusis Cornibus ingreditur.' et Virgil. Georg. I. 'Pura nec obtusis per cœlum cornibus ibit:' et ibidem, 'Nam neque tum stellis acies obtusa videtur.' Statius, Theb. X. 'Iris et obtusum multo jubar excitat igni.' Sic et *hebetari sidera* Silio et Avieno dicta, *hebere* Lucano, Statio ac nostro *languere.* D. Heins.

Sidereæ cedunt acies] Matri nimirum: non injuria; stellarum enim mater *Luna.* Ordines dicit *acies* sive chorum. Inepte Delrius, qui comm. in Senecæ Hippolyt. *facies* legit. Comparatio similis in Horatio: 'micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.' *Barth.*

24 *Æmulus orbis*] Plenum Lunæ orbem dicit. Petronius: 'Delectata illa risit tam blandum, ut mihi videretur plenum os extra nubem Luna proferre.' Ergo *Æmulus orbis*, quasi parem splendorem dignitatemque affectaret.

Adversis ignibus] Ab oppositione enim Solis illuminatur Lunæ globus: et tum Luna obscuratur, quum Solem non excipit adversum. *Barth.*

25 *Jubar Arcturi*] Ipse Arcturus: jubar enim stellarum fulgor. Sic et *Leonis ira*, pro ipso Leone. *Barth.*

26 *Intermicat*] Modo micat, modo obscuratur, perque intervalla relucens, tandem cedit Lunæ. *Barth.*

27 *Caligantibus armis*] Orionis sidus armatum fingi, nemo nescit. Ovid. lib. XIII. 'nitidumque Orionis ensem.' *Barth.*

29 *Quis facta*] Ne scil. fatis adscribatur honos virtute partus. Facta enim sunt memoratu dignæ res gestæ. Alii *fata* legunt, per quæ et vitam omnem denotare videntur.

30 *Nimias*] Immensas, summas. Apuleius, lib. VIII. 'Abactum sibi nocte asinum perquirentes, nimio studio cuncta diversoria scrutantur.'

31 *Vivit adhuc*] Integram gloriam

indicat.

32 *Gloria fusa Probi*] Idem Probus, ut patet ex vet. inscriptione fuit Proconsul Africæ, Præfect. Præt. Illyrici, Africæ, Galliarum. Consul ordinarius, Consulum pater, de quo Prudentius: 'Fertur enim ante alios generosus Anicius orbis Instaurasse caput.' Alias *urbis*: contra veritatem: nam Ovid. 'Roma triumphati dum caput orbis erit:' ut obiter hoc indicem. *Claverius.*

Quam nec ventura, &c.] Barthius sic legendum censet: 'quem nec ventura silebunt Lustra, nec ignota rapuit sub nube vetustas.' Nobilitatem vetustissimam modo supra commendavit: *per fasces numerantur avi:* ut ergo nulla ei vetustas nocuerit hactenus, sic spondet illi posterorum porro celebrationem.

33 *Nec ignota rapiet sub nube vetustas*] *Ignotam* Gronovius: *obscura* Isingrini liber: ut apud Silium, lib. XIV. 'Mulciber obscuræ tectus caligine nubis.' Barthius præterea *rapuit* reponi vult pro *rapiet*, aliud agens: non enim de aliquo dudum e vivis sublato verba hic facit Claudianus, sed de patre Olybrii ac Probini, quem ipse Barthius adhuc superstitem fuisse, cum hæc scriberentur a Claudiano, paulo ante asseverabat p. 2. quamquam immerito, ut opinor. *D. Heins.*

Sub nube] Sub obscuritate.

35 *Tethyos ambages*] Ambages sunt exorbitationes et evagationes de via: alibi Claudian. 'longis illuc ambagibus itur.'

Atlanteosque recessus] *Atlantidosque* unus Mediceus. Forte *Atlantiacosque:* sequenti versu *si quis Mæotida* idem liber. *D. Heins.*

36 *Mæotica*] Scilicet *palus.* Barth.

Mæotica pascit] *Mæotia* Claverii editio: paulo rectius, quod et Barthius curis secundis monuit. Adi quæ annotamus infra IV. Cons. Honorii, vs. 180. *D. Heins.*

37 *Sub Jove gelido*] Hoc est, aëre frigido. Sic Horat. 'manet sub Jove frigido Venator, teneræ conjugis immemor.' *Barth.*

Calido si quis conjunctus in axe] Hoc corruptum putant: non ego: *conjunctus*, scilicet nascenti Nilo, quod sequitur. *Conjuncto* disjunctus opponitur. *Conjunctus* igitur contiguus, conterminus; subintellige, nascenti Nilo: primus Vatic. *convinctus.* Barthius ex editionibus nonnullis notat *cognatus*, et interpretatur: sed frustra. *D. Heins.*

38 *Virtutibus ille*] Summa laus in potentissimo homine. Velleius pulchre de Catone: ut et Lucan. lib. IX. 'Fortunaque perdat Opposita virtute minas.'

39 *Nunquamque levantibus, &c.*] Utriusque Fortunæ victor; nec elatus prospera, nec victus adversa. Hinc Horat. 'Rebus angustis animosus atque Fortis appare,' &c.

40 *Circumflua luxu*] Abundantissimam abundantiam dicere vult. *Barth.*

Circumflua luxu] Talis ille, sed vafer, Crispi nepos apud Tacitum, per cultum et mundicias luxu propior, vigore animi par erat ingentibus negotiis, eoque acrior, quo somnum et inertiam magis ostentabat: multi vero, Seneca teste, per ornamenta feriuntur: atque de hoc Probo, quædam sinistra apud Ammian. Marcell. *Claver.*

41 *Intactum vitio servare rigorem*] Non *vigorem* optimus Gyraldi liber: ut Cato apud Lucanum dictus *rigidi servator honesti:* unde et apparet perperam *regnare* hic in nonnullis libris legi. *D. Heins.*

Rigorem] Barthius legit *vigorem*, id est, nobilitatem animi, rebus gerendis aptam.

43 *Sed largior imbre*] Sparsionem intelligit, plena manu, larga mente factam. *Barth.* Et mox 'currentia munera' addet: eleganter et præclara allusione ad missilia et sparsiones.

45 *Denses currentia munera nimbos*] Ita rectius unus Mediceus, et Delrii liber, quam vulgati, *denso nimbo: nimbi* a poëtis passim hæc munera dicuntur, quæ in populum spargebantur; præsertim cum de sparsione theatrali agitur. Martialis, lib. VIII. Ep. LXXVIII. 'Nunc veniunt subiti lasciva numismata nimbi:' sic bene veterrimus Vaticanus, non *subitis nimbis:* sic *nimbus croci* et similia passim apud poëtas. 'Grandinem serenam' dixit Statius Sylvarum lib. I. Saturnalibus: 'Qualis per cuneos hyems Latinos Plebem grandine concutit serena:' perperam illic nunc legere est *serenam:* sic *imbres sereni* apud nostrum Idyllio de Nilo, et *madidum serenum* Raptu Proserp. II. 91. *nubes serenæ*, Virgilio. *D. Heins.*

Currentia munera] Veluti flumine perenni; eorum enim est currere. Tum *nimbi* et *imbres* copiam notant.

46 *Populis undare penates*] Eleganter ex Virgil. 'Mane salutantum totis vomit ædibus undam.' Ex eo dicuntur *vomitoria*, unde populus emittitur. Marcellinus: 'in Amphitheatrali curriculo undatim coëunte plebe.' *Claver.*

48 *Præceps illa manus*] Quod scil. ipsa vota liberalitas Probi præcipere quiverit: qualem in Stilicone laudat, lib. II. ejus laudum, idem Claudianus noster, præcipiens exemplo, non exspectandam necessitatem, sed præcipiendam hominum largitate benevolentiam, cum eam nondum exspectent; tum enim longe acceptissimam cadere. Et veteres *præcipitem* in hunc sensum, pro insigniter benefico, propensique animi, docet auctor Glossarii. *Barth.*

49 *Sic quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum*] Hæc procul dubio corrupta sunt. Claverii lectionem expressimus: nam vulgo *si quis*. Raphelengius *si quid*. Scaliger in ora libri sui, *ut qui*. Petavianus liber, *sed quis*, per interrogationem: quomodo et unus Pulmanni. Leidensis a manu secunda, *quantum*; sed scripti plerique cum vulgatis *si quis* tuentur. Forte, *seu qui tellure revulsa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum:* vel, *ut qui*. Cl. Barthius transpositione huic loco medetur, qui vid

endus: τοῦ *auri* superflua repetitio est, cum jam dixerit 'Aurea dona vomens.' Puto scriptum fuisse *austr*:* quod et pro *auster* et *austrum* capi potuit: τὸ *auster* vero pro *Astur:* quomodo et alibi peccatum. De auri fossoribus Asturibus notum. Lucanus, lib. IV. 'Non se tam penitus, tam longe luce relicta Merserit Asturii scrutator pallidus auri:' ubi perperam *Assyrii auri* nunc circumfertur, etiam in membranis omnibus, quas magno numero consului: pari modo *pallentem Bessum* noster hic vocat. Paulinus in carmine Sapphico ad Nicetam, 'Pallidos auri legulos in aurum vertis:' ubi *Callidos* perperam legitur. Silius lib. I. 'Astur avarus Visceribus laceræ telluris mergitur imis, Et redit infelix effosso concolor auro.' Statius Sylv. IV. ad Junium Maximum de Dalmatis, 'Quando te dulci Latio remittent Dalmatæ montes, ubi Dite viso Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro.' Quibus locis alter alterum manifesta imitatione expressit. Sed *sollicitis collibus* cur dixit? id enim duriusculum videri possit. Quare fuit cum et hoc corruptum arbitrarer, scriptumque *Gallicis* olim pro *Callaicis*, ut sæpe libri veteres habent: atque adeo totum locum sic legendum, *quidquid tellure revulsa Callaïcis fodiens rimatur collibus Astur*. Latinus Pacatus, 'quod de venis montium aut fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaïcus eruisset.' Callaïcis enim Astures vicini: aut, si Paulo Orosio credimus, Callæciæ pars fuerunt. Ita ille lib. VI. c. 21. apposite Martialis lib. X. Ep. 16. 'Accipe Callaïcis quicquid fodit Astur in arvis:' ubi veterrimus codex Thuanus *Galliacis*.

Callaïcum aurum et *Callaïcum metallum* Martialis idem alibi dixit: quomodo et Silius Italicus lib. x. Confirmant ista Lucani, lib. VII. quæ noster respexisse visus: 'Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus expulit auri, Quodque legit dives summis Arimaspus arenis.' *Sollicitis* tamen *collibus* dixisse videtur, quomodo 'carcerem sollicitum' Ovidius Amor. lib. I. El. VII. Certe auri fossoribus plurimum molestiæ devorandum erat, partim ob continuos gravissimosque labores, partim ob aërem pestilentem. Strabo, lib. XII. καὶ θανάσιμον καὶ δύσοιστον εἶναι τὸν ἀέρα φασὶ, ubi de fodinis agit: quibus paria habes et apud Lucretium, lib. VI. adeo quidem ut raro vitales essent hi fossores, et pallorem vultu plerumque præferrent: quod ex Lucani, Silii, ac Statii locis jam prolatis liquido apparet; atque ea de causa *pallentes Bessi* nostro dicuntur. Eo nomine et inter gravissimas pœnas habitum ad metalla damnari. Aliter hæc Barthius. *Sollicitis* ergo *collibus* non tentandum: de cæteris sententiam haud muto. *Rimatur* porro ex Isingrini libro, non *miratur*, Raphelengius bene. Cons. Manlii, 'venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit sollertia Bessi.' IV. Cons. Hon. 'Patulis rimatur faucibus aurum.' *Scrutari* Lucretius de auri fossoribus dixerat. *D. Heins.*

Sic quis tellure revulsa] Barthius sic transponit hos versus: 'Præceps illa manus fluvios superabat Iberos, Aurea dona vomens; quanto pretiosa metallo Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta, Despumat rutilas dives Pactolus arenas: Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluxere decus, si quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum.' Et *effluxere* poëtice positum dicit pro *effluant*.

50 *Sollicitis*] Nam 'itum est in viscera terræ, Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris, Effodiuntur opes, irritamenta malorum.' Ovid.

Fodiens miratur] Sensus est: Si quis in imis terræ radicibus aurum fodiens, inventam quantitatem aliquam miratur; admiretur ille potius liberalitatem Probi, qui tantum quotidie largiebatur, quantum stagna Tagi, &c. *Delrio.*

51 *Stagna Tagi rudibus stillantia venis*] *Pallentia* primus Vatic. a manu secunda: a manu prima *fallentia*. D. Heins.

Rudibus venis] Intactis. Tum *rude* quidvis ut natum est, ornatu nullo extra accedente. *Barth.*

52 *Effluxere decus*] *Decus*, aurum, quod omnia condecorat.

Quanto pretiosa metallo] Sic conjeceram jam olim; atque ita in ora libri sui Livineius: scripti quinque confirmant. Vulgo *metalli*. Sequenti versu durum videtur *quantas rutilas arenas*. Scriptum a nostro igitur putem, *quantum per Lydia culta Despumat rutilæ dives Pactolus arenæ*. D. Heins.

55 *Resonent si vocibus ora*] *Pateant* primæ edd. et scripti aliquot. Mox *Multifideque ruat*, non *Multifidusque* Leidensis et unus Pulmanni: quod arridet Barthio. *D. Heins.*

57 *Acta Probi*] Legi nuper in Ecclesiastica viri inlustriss. historia, Epitaphium hujus Probi, quod Maff. Vegius ab interitu vindicavit: 'Primus eras, nullique patrum virtute secundus: Nunc renovatus habes perpetuam requiem.' Erat et eodem in templo Proba ejus uxor sepulta, quibus hæc posita erant: 'Sublimes quisquis tumuli miraberis arces, Dices, Quantus erat, qui Probus hic situs est. Consulibus proavis, socerisque, et Consule major Quod geminas Consul reddidit ipse domos. Præfectus quartum toto dilectus in orbe, Sed fama emensus quicquid in orbe hominum est. Solamen tanti conjux tamen optima luctus Hoc Proba sortita est, jungat ut urna pares.' *Claver.*

Acta Probi narrare queam] *Numerare* Delrii codex, ut III. Cons. Honor. 'Facta tui numerabat avi.' Mox *lento voto* non *longo* idem Delrii codex et unus Pulmanni: Statius tamen Theb. I. 'longo consumit gaudia voto.' *D. Heins.*

58 *Ad summi fastigia juris*] Consulatum dicit. Quem alibi portum honorum omnium vocat.

59 *Italiæ late cum frena, &c.*] Jam loquitur de Præfectura Prætorii, honore tum re ipsa Imperatoribus proximo. Italia autem non suberat Præfecto P. Illyrici, quo nomine bona pars tum Romani Imperii censebatur.

60 *Quos arat Africa*] Fertilem partem pro universa Romana intelligit.

61 *Nati vicere patrem*] Optabilis grataque parentibus victoria.

Solique merentur] Nec alius enim ea tempestate Patriciorum honoribus pluribus hoc viro functus. *Barth.*

62 *Non contigit illi*] *Nunc* Mediceus et Palatinus. Puto, *num.* D. Heins.

Non contigit illi, &c.] Non habuit fratrem Probus, qui virenti ævo cum eo gereret Consulatum, quam liberorum felicitatem vidit, eaque fruitus est. *Barth.*

63 *Prima ævi*] Primum ævum, prima adolescentia.

65 *Non anxia mentem, &c.*] Pusillanimitatis index. Non votis inanibus perdere momenta rerum, neque aggrediundis cunctari autumat. Spes enim inter summos animi tyrannos. Hinc Joh. Saresburiens. de Nugis Curialium: 'Omnia tutus agit, quem nec spes nec timor angit.' *Barth.*

66 *Longo tendit, &c.*] Et ut recte Papinus ait: 'Spes anxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto.' Delr. *lento.*

67 *Cœpistis, qua, &c.*] Qua alii destiterant, inquit, vos incipiebatis.

68 *Quo finis erat*] *Qua* omnino legendum: et sic Barthius. *D. Heins.*

69 *Flos juvenilis*] Prima barbæ eruptio; quæ cum sit tenuior, obumbrare genas scite dicitur; ita ut quis dubitare possit, utrum vera lanugo sit, an umbra quædam ejus.

70 *Lanugine vestiat*] 'Tunc mihi prima genas vestibat flore juventas.' Festus: 'Vesticeps puer, qui jam vestitus est pubertate. Investis contra.'

73 *Fulmineis impellens, &c.*] Eugenium dicit, quem perperam Cassiodorus tradit his Consulibus debellatum. Cum Claudiano recte Idatius, victoriam eam in annum XVI. Theodosii collocans, qui XVII. Imperii sui his iisdem Consulibus excessit. *Barth.* Postquam ergo Theodosius, tyrannis devictis, Alpes Julias patefecit. *Delr.*

74 *Augustus*] Theodosius.

75 *Dignas persolvere grates*] Tum temporis enim pro præmio ob maximas res gestas Consulatus tribuebatur. *Barth.*

76 *Pro natis*] *Gnatis* unus Pulmanni. *D. Heins.*

Dominum flexura] Consules enim in annum futuri designabantur ab Imperatoribus, missa trabea Consulari. Exemplum habes in Gratiarum Actione Ausonii ad Gratianum. *Barth.*

77 *Famuli currum, &c.*] De curru Martis famulos, ejus soboli, Romæ, adjungit. Vide Papin. lib. VII. Theb. *Idem.*

79 *Romam comitantur*] *Dominam* Gronovius: ut alterum ex glossa sit procusum. *D. Heins.*

80 *Cuspide turbet*] Innuit alluditque picturam urbis, quæ hastata producitur. *Barth.*

81 *Sub juga ferrea nectit*] Isingrini liber *mittit*: quod Raphelengius et Claverius secuti. Vulgatam lectionem non temere damnem: Sic 'nexos ad juga tarda boves,' Avienus dixit fab. 32., et fab. 28. 'cervicem innectere aratro:' noster Nupt. Celerinæ: 'Mollia purpureas adnectunt frena columbas.' *Sub juga vertit* pri. Vatic. *D. Heins.*

83 *Quæ possidet æthera regnis*] *Qua*

legendum ex Leidensi libro bene vidit Cl. Gronovius: nec aliter Aldus. Sic et supra Barthius, 'Cœpistis, qua finis erat.' Infra etiam cum scriptis corrigendum, 'qua fine sub imo Angustant aditum curvis anfractibus Alpes.' *Idem.*

Possidet æthera] Quia consecrata, interque Deos illos egregios relata erat, cum Venere commune fanum sortita.

Triumphatis] Omnibus sub unum redactis. *Barth.*

84 *Ritus imitata Minervæ*] Armaturam, habitum.

85 *Cæsariem*] Incusat vir summus Scaliger in fœmina *Cæsariem* dici, quamcunque etiam comam. In nuptiis Honorii tamen sic loquitur: 'Cæsariem tum forte Venus subnixa corusco Pingebat solio.' *Barth.*

86 *Ornatu retorto*] Torquem intelligit, etymo alluso. *Idem.*

87 *Exserta lacertos*] Talis Romæ figura. Tales ad conflictum paratos, inducit non uno loco Papinius. *Idem.*

88 *Audacem retegit mammam*] Habitu Heroinarum ad prælium euntium, aut armatarum. Sidonius de eadem: 'Sederat exerto bellatrix pectore Roma.'

92 *Armatur terrore pudor*] Palladi propria descriptione, ut viraginem virginem agnoscas.

Galeæque minaci] Nam monstra conis galearum infigebant veteres, Dracones, Leones, Gryphos, &c. *Barth.*

94 *Et formidato*] Terrificum clypei jubar. *Idem.*

96 *Et patrius Mavortis amor*] Quo patrem Romuli et Remi Mars fatetur. *Patrius* enim *amor Mavortis*, qui eum patrem fecit tam nobilium puerorum, quemque ille fatetur Romuli et Remi glorians esse pater. *Idem.*

97 *Romulei: pius amnis inest*] Sic plerique scripti. Moreti liber, *pius amnus:* unus Mediceus, *prius amnis:* proxime verum. Vulgo *post amnis.* *Pius amnis*, quod pueris pepercerit: atque ita curis secundis Barthius. *D. Heins.*

Pius amnis] Ovid. Fast. III. 'Amne jubet mergi geminos: scelus unda refugit: In sicca pueri destituuntur humo.' Hanc pietatem expresserat Vulcanus, Tiberim cedentem fingens. *Barth.*

Bellua nutrix] Lupa.

99 *Fingunt æra lupam*] Hæc magni Scaligeri conjectura, quam Raphelengius et cum Claverio Barthius merito probarunt. Gyraldi liber cum Petaviano, *Pingunt.* Vulgo, *Tingunt.* lib. I. de Rapt. vs. 265. 'Nec non et patrui fingit sacraria ditis.' Sic enim scripti quidam: ante ibidem dixerat, 'tenero clementior ævo Fingitur.' Vera scriptura est in primo Vaticano. *D. Heins.*

100 *Jam simul emissis*] Simul ac Zephyros aërem sereniorem, minime gravibus ventis turbatum, intelligunt. His ferri numina, ut et aliis ventis: Papin. lib. I. Theb. 'Portantes præcede Notos, Cyllenia proles.' *Barth.*

101 *Cursuque rotarum saucia*] Idem dicit Papin. lib. I. 'Nec mora, sublimes raptim per inane volatus Carpit et ingenti dissignat nubila gyro.' Hoc est, dispescit, ut orbita in iis appareat. *Idem.*

102 *Clarescunt nubila*] Semitam enim lucidiorem facit rota perlabens aut pervolans. *Idem.*

104 *Quem poscunt, tetigere*] Sola voluntate: unde scite etiam dixit, *lapsu protenus uno*, quod ipsum omnino tempus considerationi eximit. Dii autem quod vellent, continuo id factum habere dicebantur, effectum illico nacta voluntate, si quid fieri placuisset.

Tetigere locum] Ipsi videlicet equi noverant quo eundum foret.

Fine sub uno] Τὸ *uno* præcesserat proxime, *lapsu protinus uno.* Quare scribendum *fine sub imo.* Barthius malit *fine supino.* Statius Via Domitiana, 'Sed quam fine viæ recentis

imo Albam crinibus infulisque cerno?' qui locus Barthianam conjecturam satis enervat ac jugulat. *Imus finis* pro extremo ponitur, quomodo et *imus angulus* sæpe. Idem Barthius paulo post præfert scriptorum quorundam lectionem, *Crescunt in tumulum strages:* vulgati *in cumulum; sed acervi stragum* passim occurrunt apud poëtas. Bello Gildonico, vs. 39. ex antiquis codicibus *cumulos repletos stragibus* habes. *D. Heins.*

Fine sub imo] Barthius legit, *qua fine supino, &c.* Quasi supini illic montes procumbant.

106 *Conjectis scopulis*] Barthius legit *congestis*, id est, arcte junctis.

107 *Reseranda manu*] Quia *claustra* ante dixit; quorum est injecta clavi reserari.

108 *Geminisque fidem mentita*] Eugenio et eum ducenti Magistro Equitum Arbogasti: hos enim admiserunt Alpes, non transmiserunt, superatos occupanti Theodosio transitum. Possis et de Maximo capere, quem et alibi incessit in gratiam suorum Principum Claudianus.

Tyranni] Usurpatores illegitimi Imperii hoc nomine censentur. *Barth.*

109 *Mœnia fumant*] Urbibus pessumdatis incendio. *Idem.*

111 *Æquavere jugis*] Expletas fuisse valles cadaveribus, ait.

Stagnant immersa cruore] Ita ut sanguis texerit et pene abstulerit cadavera. Sunt qui leg. *immensa*, id est, ultra modum et fidem multa et magna. *Barth.*

112 *Turbantur permixto funere manes*] Sic Isingrinus et scripti aliquot ex nostris. Primæ editiones *truduntur:* quomodo ex conjectura viri illustris Raphelengius, cum *traduntur* in vulgatis libris legeretur insulse. Libro I. in Rufinum sub finem, 'imo barathri trudere recessu:' ita secundus Vaticanus: non *claudere* aut *condere.* IV. Cons. Honorii, 'patria mæstus non truditur exul.' Epist. ad Hadrianum, 'hic undique truditur exul.'

Turbantur funere] Permistum funus, tumultuaria sepultura, raptim per acervum congestis cadaveribus. *Barth.*

114 *Cespite gramineo, &c.*] More heroum veterum spernens sellas Imperatorias, pompamque magnificorum stratorum. Continentiam Theodosii commendat Victor. *Idem.*

115 *Acclines humeros*] Sic optimi Codices. *Acclinis*, rei cuipiam acclinans sese.

Dominum gavisa coronat] Agnoscens legitimum Principem, pulsis tyrannis. Deo acceptis sanctisque mortalibus Coronatio aut cultus talis a Tellure adscribitur. Persius: 'Quicquid calcaverit hic, rosa fiet.' Tacite autem universæ terræ Imperatorem facit Theodosium. *Barth.*

117 *Crebroque recurrit halitus*] *Creberque* Aldus et scripti: rectius, ut lib. II. in Eutrop. 'creberque recurrit Nuncius incassum.' *D. Heins.*

118 *Placidi radiant, &c.*] Etiam in medio fervore belli clementia dulces radios in vultu victoris agnoscit. Papin. 'juvat ora tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.' *Barth.*

119 *Qualis letifera*] Hæc comparatio in laudem Theodosii adhuc viventis, recenti victoria de Eugenio. *Claver.*

120 *Procubat horrendus Getico Gradivus in Hæmo*] Sic Delrii codex et tres ex nostris: non *in arvo;* recte. Illa Statii respexit Theb. IX. 'qualis Getico procumbit in Hæmo Cœlo mixta comas quercus.' Noster lib. I. in Rufin. 'Mavors, nubifero seu tu procumbis in Hæmo.' Hæmus certe Marti sacer, unde *Mavortius* Silio dictus. Statius, Theb. VI. 'adverso risit Gradivus ab Hæmo:' et lib. VII. Martis hospitium describens, 'adverso domus immansueta sub Hæmo.' Cal-

limachus hymno in Delon, Ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἔπι Θρήϊκος Αἵμου Θοῦρος Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἔντεσι. Atque ita passim Poëtæ: quanquam pro vulgata scriptura facere videtur illud Maronis, 'Gradivusque pater, Geticis qui præsidet arvis.' Cæterum pro *horrendus*, *horrendum* Leidensis; optime: *procubare horrendum*, ut Cons. Manlii, 'Nec dentibus unquam Instrepis horrendum.' Æneïdos XII. 'horrendumque intonat armis.' Sic et *blandum rubere* supra: *sævum fremere*, lib. II. de Rapt. Pros. vs. 248. et *præsagum canere*, ibid. vs. 7. ex antiquis codicibus: *cruentum mugire*, lib. I. in Rufin. *regale tumere* et *sævum mutare*, lib. II. *immane fremere*, Cons. Manlii: *fictum anhelare*, lib. I. in Eutrop. *flebile suspirare* et *insanum proclamare*, lib. II. *anile gemere*, lib. I. in Stilic. atque ita passim: quorum et pleni Statius, Silius, alii. Emendandus tamen ille IV. Theb. ex membranis: 'capiti tremit ærea cassis Ter niveum scandente juba.' Jubam triplicem intelligit, cujus et Virgilius mentionem facit. Vulgo, 'Ter nivea scandente juba.' *D. Heins.*

Gradivus in Hæmo] Monte et regione, Martis domicilio notissima, ibique quiescebat post bella.

121 *Exuvias Bellona levat*] *Gerit* Gyrald. pri. Vatic. Farnes. et unus Mediceus: sed præstat alterum. *D. Heins.*

122 *Cornus in hastam porrigitur*] *In hostem* Barthius legit primis curis, secundis *in actam;* alius, *in astra:* nihil mutandum. Hoc vult: Immensam illam cornum Marti pro hasta fuisse, usum hastæ præbuisse. Sic infra, 'turrigeræ surgunt in culmina ripæ.' Vide notas ad lib. I. in Rufin. vs. 151. apud Statium, Achill. I. 'jamque Odrysiam Gradivus in hastam Surgeret.' *D. Heins.*

Cornus in hastam porrigitur] Hasta ex corno facta. Placet tamen *in acten porrigitur:* id est, prope Hebrum in litus hasta ponitur: ut cum quiescente Domino et ipsa respiret. *Barth.*

124 *Discussas Roma per auras*] Dii enim nebulis amicti inter homines versari dicebantur a poëtis. Sic Horatius: 'tandem venias precamur, Nube candentes humeros amictus, Augur Apollo.' *Barth.*

125 *Conscia*] Adventu Deæ; nam et inanimata eos præsentes sentiebant. *Barth.*

Conscia ter sonuit rupes] Sic optimus Moreti liber, ut olim conjeceram: vulgo *tunc sonuit*. Lib. II. de Rapt. 'ter cardine verso Præsagum cecinere fores:' sic et alibi. *Concita* etiam Leidensis: non male. Mox *inhorruit atrum*, non *acri*, cum scriptis legendum: quod Delrius jam vidit et Raphelengius; ut apud Virgil. 'Horrentique atrum nemus imminet umbra.' *D. Heins.*

Inhorruit atrum] Densam illam sylvam inhorruisse tanti numinis accessu, ait. *Barth.*

126 *Prior hic*] Malim *prior huic*. D. Heins.

127 *Dux ait*] Imperator Romanus.

Legum genitrix] Quibus orbis terrarum in unam velut gentem redactus est. *Barth.*

128 *Circumfusa polo*] Ex ambitione Romana, qui limitibus cæli non comprehendi suum jactat Imperium. Epigrammatarius vetus: 'Sol citra nostrum flectitur Imperium.'

Consors adjuncta Tonanti] Roma velut assidens atque affixa ei: recte capitur de templo: alludit enim in monte Palatino juncta Jovis et Romæ fana. *Barth.*

131 *Tolerare vapores*] Sic recte ex suo libro Delrius: perperam vulgo *labores*. Lucanus, lib. IV. 'Quoque minus siccos possent tolerare vapores, Quæsitæ fecistis aquæ.' Lib. IX. 'monstrat tolerare vapores, Non ju-

bet.' Sic vetus liber. Ovidius, lib. II. Metam. 'neque enim tolerare vapores, Ulterius potuit.' 'Æthiopum vapores' sic et noster dixit lib. I. in Stilichonem, et alibi. *D. Heins.*

Vapores] Hæc non ab Honorio, sed Theodosio seniore, qui nondum obierat, dicuntur. *Delr.*

132 *Coros*] Vide Gellium, lib. II. cap. 22.

134 *Nulla sub tempestate*] Quocunque cælo, ait, favente sive adversante.

137 *Quam tua*] Ita pro diversa lectione in Petaviano notatum; et bene. Vulgo, *Quod tua*. *Quam* pro *quantum*: neque aliter Palatinus, et a manu secunda primus Vaticanus. *D. Heins.*

138 *Servitium rursus, furiæque rebelles*] Arbogasten summum belli ducem per *furiarum* vocabulum intellige: per *servitium*, hominem primum tenuis fortunæ et ludimagistrum Eugenium; mox quoque sceptro Romano, instinctu Arbogastis aspirantem, et jam pene positum. Arbogastes quidem sub ipso Theodosio antea præclare fortiterque bellaverat, et sub Eugenii umbra, imperium utique ipse moderaturus erat: vid. Paul. Orosium, &c. *Barth.*

139 *Paribus triumphis*] Priorem simul victoriam de Maximo et Victore intelligit. Utrobique mira virtute et felicitate paucis innumeras hostium copias superavit, ut merito *pares triumphi* dicantur. *Barth.*

140 *Libertate recenti*] Barbarum hominem perstringit, velut in servitutem rapturo Rempub. Arbogaste. *Barth.*

Sed precor hoc donum cum libertate recenti Adjicias] *Adde, precor*, Gyraldinus: vere ut puto. Certe primus Vatic. et Farnes. *Adde* pro *Adjicias*, claudicante versu. Geminatio illa τοῦ *precor* efficax est. *D. Heins.*

142 *Alto de semine*] Generoso, illustri.

143 *Festa quos luce creatos*] Minime omine adverso, aut die nefasto. Natales fratrum horum observatos, et incidisse in diem lætum Reipub. hinc constat. Bonos festos dies et familiæ singulæ peculiares suos habebant, et in iis personæ. Macrob. Saturn. lib. I. cap. 15. *Barth.*

144 *Fovi gremio*] Parentes enim recens natos liberos sublatos gremio imponebant: hos ergo et suscepisse et educasse sese, ait Roma. *Barth.*

146 *Solveret*] Lucina tenebat et solvebat maturos partus. *Aperire* dicit Horat. 'Rite maturos aperire partus,' &c. *Barth.*

Proferrent sidera partus] Sic meliores scripti. Vulgatum *præferrent* admitti non potest, cum *prætulerim* mox sequatur: *præberent* Gyraldi liber. Mox iidem scripti rectius, *His ego nec*, quam *non*. D. Heins.

147 *Decios pulchros, &c.*] Lucan. l. VII. 'Si Curios his fata darent reducesque Camillos Temporibus, Deciosque caput fatale voventes.'

150 *Pieriis pollent studiis*] Omnem humanitatem, omnem ingenii cultum intellige. *Barth.*

151 *Desidiis, &c.*] Voluit omnes ansas et instrumenta omnia nequitiæ, quæ desidia parit ac fovet, semel proloqui; præsertim variis ejus speciebus sese ex opulentia subjicientibus, quam celebrat in iisdem heroibus. *Barth.*

152 *Licentia vitæ Abripit*] Quæ virtus summa est. Laudavit supra in patre: 'Mens circumflua luxu, Noverat intactum vitiis servare rigorem.'

153 *Abripit*] Sequor hic Claverium. Vulgo *Arripit*. Idem Claverius bene *ut relaxet*, non *aut relaxat*: haud dubie ex veteri libro. Certe Palatinus, quem Barthius ubique suum codicem appellat, nescio quo jure, *ut relaxat*: proxime verum. *D. Heins.*

Aut mores relaxat] Ordinem vitæ ad sapientiam compositæ, seu vitam ad præcepta virtutum compositam. *Barth.*

155 *Ignea juventus*] Impetum ef-

fucum et furibundum dicit ad desideriorum expletionem. Alibi: 'Sed quoniam calidæ rapuit te flamma juventæ.' Sic *fucum juventæ* legimus apud Florum.

Longævo corde] Prudentia et sapientia senili. *Barth.*

156 *Ducunt ab origine, sortem*] Debitum stirpi, videlicet Consulatum.

158 *Devoveas*] Nomini ipsorum adscribendum. *Barth.*

159 *Domus hoc*] Non *hæc* scripti meliores. *D. Heins.*

160 *Sic nobis Scythicus*] Clausula voti Romani, usurpata nostro sæpius.

Araxes] A vicinitate Scythiæ. *Araxes* enim Armeniæ fluvius. *Barth.*

161 *Per utrumque latus*] Alterum invictis gentibus cultum, eludebat Romanas vires.

Medisque subactis] Horat. 'Neu sinas Medos equitare inultos Te duce, Cæsar.'

162 *Semiramiæ turres*] Babylonem dicit, seu Parthorum Metropolin.

Timeant insignia turres] Unus Pulmanni *stupeant:* ut VI. Cons. Hon. 'Romanum stupuit Mœotia terra tribunal.' *D. Heins.*

166 *Condunt oblivia mentem*] Malo *condant* cum Livineio. *Idem.*

167 *Quo vindice*] Barthius legendum censet *judice,* atque idem significare quod *præfectum:* nam Probus, ut notum ex superioribus, Præfectus erat Prætoriis, in Italia.

168 *Fessasque resurgere gentes*] *Turres* Moreti liber; elegantius: ut apud Statium, Theb. IV. 'magnæque Amphionis arces Jam fessum senio nudant latus.' De quo alibi in his notis. Hoc tamen loco vulgatæ scripturæ controversia temere movenda non est, cum *turres* præcesserint. *Vindice* etiam pro *judice* Gyraldi liber et tres alii ex nostris: quod Scaliger ac Delrius probant. Barthius improbare non debuit. *D. Heins.*

169 *Ante dabunt*] Producent, mittent. Per hypallagen: pro, *ante Nilus dabit hyemes,* hoc est, Ex ejus partibus spirabit Aquilo, hibernas tempestates ferens.

170 *Glacieque niger damnabitur Indus*] Puto *glacieque piger:* agit enim de Indo flumine. *D. Heins.*

172 *Intercisa dies*] Interrupta, interpolata. Sic *intercisi dies* in veteri jure Pontificio Pompiliano, tam hominibus quam Diis dati: uti in quibus et humana negotia et religiosa tractari possent; veluti non integros dieas; nec huic nec illi parti addictos. Vide et Macrob. Saturn. lib. I. cap. 16. *Barth.*

175 *Strepuere chori*] Divinitus impulsi.

176 *Septena voce*] Mallem *septena valle,* si per libros veteres liceret. *D. Heins.*

177 *Lætatur veneranda parens*] Priscorum heroum more, quibus matres illustriores habitus concinnabant. Successus enim et felicitas liberorum, parentum justa lætitia est. *Barth.*

178 *Auratas trabeas*] Hic graphice depingitur Consularis trabea, qua Consules labente imperio, cœperunt uti. *Delrio.*

Cinctusque micantes] Ita scripti nostri: etiam veterrimus Gyraldi. Vulgo *currusque:* perperam. Cinctum Gabinum intelligit, quem Virgilius quoque cum trabea conjungit: 'Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino Insignis.' Alibi quoque noster sic consularem togam vocat: ut l. I. in Eutrop. 'cum tenderet artus Exangues onerare toga cinctuque gravatos.' L. II. in Stilichonem, 'Hos etiam mirare libens ac suscipe cinctus.' IV. Cons. Honorii Aug. 'Hoc si Mæonias cinctu graderere per urbes.' Quo loco nihil mutandum. L. I. in Eutrop. 'Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus.' VI. Cons. Hon. 'Membraque gemmato trabeæ viridantia cinctu.' *D. Heins.*

179 *Molli tendent de stipite fibres*] Quomodo *molli stipite?* Stipem ergo

Meo mollis, quia abinde sericum tale detondebatur? Alludit crebram aspersionem aquæ, qua materia stipiti hærens molliebatur, ut deduci depective posset. Plin. lib. VI. cap. 17. 'Primi sunt hominum qui noscuntur Seres; lanitio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque retexendi.' Vide et Ammian. lib. XXIII. et Solin. c. 53. *Bart.*

Tondent de stipite Seres] Ita cum vulgatis omnes nostri præter unum Mediceum et Palatinum, in quibus *cespite:* quod frustra probatur Barthio.

181 *Et longum tenues tractus,* [*&c.*] Dicas videre te, ut hoc confiat: non poterat melioribus verbis describi. Aurum tenuare in lamellas subtilissimas, unde decisæ lineolæ circumplicantur filis, *concrescere* elegantissime dixit Claudianus. *Barth.*

182 *Concreto metallo*] Ita enim artificiose aurum circum fila serica ducitur, ut ita natum, nec aliam materiam tegere videatur. Pariter Cataphractis equis cognatum metallum addicit, II. in Rufinum: 'credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' *Barth.*

Squalere] Vide Gellium lib. II. Macrob. lib. VI. cap. 7.

184 *Numinibus Latona suis*] Ex se natis. Erant statim numina cum in vitam prodirent: non per vitam mortalem, fortiter faciendo opus habebant cælum acquirere, ut Hercules, aliique nonnulli Jovis filii. Et hoc voluit Claudian.

Redirent] Venatu et serpentum persequutione. *Barth.*

185 *Jam non errantia*] Latonæ enim partus fixerat insulam eatenus fluctuantem. Senec. Herc. Furent. 'Quibusque natis mobilis tellus stetit.' *Barth.*

186 *Illa feros saltus*] *Feris* legit indubitate, ut ipse putat, conjectura Barthius. Sed *feros montes*, Virgilius, Ecleg. v. dixerat: 'montesque feri silvæque loquuntur.' Naso in Ibin, 'Perque feros montes tauro rapiente traharis.' *D. Heins.*

187 *Lassato certis venatibus arcu*] Sic codices plerique: optime. Insulse vulgo *Cretam:* unde *pharetram* vir doctus. Claverius ex suo libro *centum.* Nos veram lectionem exhibemus. Sic 'certa Phœbus sagitta metuendus' Horatio. Priscianus Periegesi, 'Sacæ nimirum certis gens certa sagittis.' 'Certus mucro' apud nostrum libro I. in Eutrop. 'Advolat Armenius certo mucrone recisos Edoctus mollire mares.' Noster de Scipione, 'Tyrias certa fracturus cuspide vires:' et de arcu alibi, 'certique petitor Vulneris, et jussum mentiri nescius ictum.' Ovid. Amor. lib. III. El. IX. 'Viderat Iasium Cretæa Diva sub Ida Figentem certa terga ferina manu.' Vide quæ notamus ad Remed. Amor. vs. 112. atque ita intelligendum illud Statii Theb. VIII. 'jam palpitat arvis Phœdimus, et certi nondum tacet arcus Amyntæ.' *D. Heins.*

Certis venatibus] Claverius mavult *centum.* Sic enim Ovid. 'Mille feras sylvis Phœbe venata redibat.' Scimus vero *certam sagittam* dici eleganter a Lyrico: sed quia *lassatum arcum* dicit Cl. ei centum convenire arbitror.

188 *Nigris venenis*] Maxime mortiferis.

190 *Lambit amica pedes*] Sordidula scriptio: cani enim aut catello dignius hoc quam Insulæ.

Ægæus] Numen quoddam Ægæo ponto peculiare. *Barth.*

192 *Sic Proba, &c.*] Hæc fuit doctissima, et quæ præcipuo amictu filios exornaverit, id est, virtute et doctrina, velut altera Cornelia, de cujus laude multa B. Hieronym. tum vetus Inscriptio: ANICIÆ FALCONIÆ PROBÆ, FIDEI ET NOBILITATIS ANTIQUÆ, ORNAMENTO ANICIANÆ DOMUS,

FAMILIÆ SERVANDÆ AC DOCENDÆ, CASTITATIS EXEMPLO, CONSULUM PROLI, CONSULUM MATRI. *Claverius.*

193 *Decorat mundum*] Consulum geminorum partu et ornatu et institutione.

Romana potestas] Consulatus.

194 *Augetur*] Veteri sensu, Ornatur, Decoratur. *Barth.*

195 *Stare pudicitiam*] Adstare præsentem, rebus humanis adesse. Sæculo enim ferreo subolescente, Pudicitia cælum petierat, abominata tot mala facta, cædes, raptus, &c. *Barth.*

196 *Junonem Inachiis, &c.*] Græciæ enim præcipue addicta fingebatur Juno, jam inde ab injuria spretæ formæ.

Oculos advertere] Quod cum facit placidissimo ore est, matronalem gravitatem gratiosis temperans arrisibus. *Respectus* enim *Deorum* felicitas mortalium. *Barth.*

197 *Antiquis pagina lib. &c.*] Usitatum doctissimo Vati antiquorum depressione suos extollere heroas, sua commendare tempora. *Barth.*

198 *Latiæ tubæ*] *Tubas* Latio præ cæteris Musices instrumentis assignat, ob ruditatem agrestis Musæ in primis ejus vatibus: tum quod Romani sermonis major omnino asperitas; 'Graiis' enim 'ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui.' *Barth.*

Nec Græca vetustas] Moreti liber *grata*, pro *Graia*; qui error frequentissimus: neque aliter primus Vatic. et Farnes. IV. Cons. Hon. 'nec desinat unquam Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.' *D. Heins.*

199 *Exstat*] Eminet.

201 *Ceu sibi certantes*] Horum quatuor versuum, qui inquinatissime ab Isingrino primum in lucem prolati erant, quosque asteriscis ut deploratos Raphelengius notarat, restitutio Claveriano codici debetur. Male eos alii tentarunt: a nostris scriptis absunt.

Ceu sibi certantes, &c.] His vero accinit locus in laudibus Serenæ, ubi domus Theodosii dicitur, 'Gemino certatim splendida sexu.' *Clav.*

203 *Pelion*] In monte Pelio, celebratæ sunt nuptiæ Pelei et Thetidis, quam *Nereida* vocat Claud.

O duplici] Talis exclamatio in laudem Serenæ: 'o maxima rerum gloria.' *Claver.*

204 *Nomina parturit annis*] Nomina annorum; pro Consulibus dixit, quum ab horum vocabulis illi dicerentur. Sic Lucan. lib. v. 'aut annos a Consule nomen habentes?' Sidonius Panegyrico Anthemii: 'Judiciis populos atque annum nomine rexit.' *Barth.*

205 *Ut sceptrum gess.*] Majestatis Consularis insigne sceptrum ex ebore, cui insidens Aquila erat efficta, Romanæ virtutis avis index. Sic et Juvenal. Sat. x. 'Da nunc et volucrem, sceptro quæ surgit eburno.'

Rigentes togas] Auro ductili.

206 *Signum dat summus hiulca*] Erupta subito nube. *Fulmen sanciens* confirmansque magistratum intelligit: contractibus enim aliisque rerum gerendarum auspiciis secundum fulmen.

207 *Gratamque facem*] Ita omnes nostri: cave igitur Barthium mutantem audias.

208 *Tonuerunt omina nimbi*] Sic vel sine libris scribendum jam olim vidi, quod et Cl. Gronovio in mentem venerat: τὸ *omina* tamen exstat in nonnullis scriptis. Vulgo *tenuerunt omnia*, sine sensu: quomodo et peccatur in Rufo Festo Avieno, descriptione Orbis, 'tremit Indica tellus Pressa pede, et toto tonuerunt classica cælo:' ita enim castigandus is locus: *Tonare omina*, ut 'tonare verba' apud Propertium lib. IV. El. 1. 'tonare minas' apud Ovid. lib. I. Amor. El. VII. et Alcimum Avitum lib. IV. 'tonare bella,' Silius lib. I. de Marte: 'flagrantia bella Cornipedum afflatu tonat et stridoribus axis.' Sic prima editio. Vulgatum, *donat*, merito vir-

gula censoria a Scaligero patre notatum. Dausqueium tamen patronum invenit: ita glandes ille sectatur semper. Mars accendit bella potius quam domat. 'Tonare bella' Martialis dixit, lib. VIII. Ep. 3. et Ep. 23. de Lucano: quæ vera illic lectio, atque ita scribendum puto Ep. 56. ejusdem libri, non *bella sonare*. Noster IV. Cons. Hon. 'Si bella tonant, prius agmina duris Exerce studiis:' ubi libri non audiendi, qui variant. III. Cons. Hon. 'civilia rursus Bella tonant.' Silius lib. XII. 'Dum bellum tonat:' quibus tamen locis aliter sumendum. 'Arma Lethiferum intonuere,' Silio lib. II., et Statio Theb. III. 'tonitru armorum.' Val. Flacc. lib. III. 'Occupat os barbamque viri, clavamque superne Intonat:' sic scripti, non *clava*. 'Jovis Enceladique tumultus Intonet,' Propertius lib. II. El. 1. noster denique Epigrammate in Olybrium ex veteri libro, 'Carmina seu fundis, seu Cicerona tonas:' nam vulgati *Cicerone* agnoscunt. *D. Heins.*

209 *Tiberinus*] Tiberis fluvius: Tiberinus ipsum numen.

210 *Arrectisque auribus*] Licet minus proprie de hominibus dicatur *aures arrigere*, ut quæ nunquam jaceant, id tamen attente audientes agunt, ut auribus adsint, auditumque acuant, sensibus cæteris eo se velut conducentibus. Sic Terent. 'arrige aures, Pamphile.' *Barth.*

211 *Unde repentinus populi fragor*] *Scopulis* legunt: sed Puteanea excerpta *cœli;* quod sequor: agit enim de tonitru. Statius Theb. X. 'non hic pelagi licet horrida clament Litora, non illic cæli fragor.' Pro *arrectis* bene Raphelengius *arrectisque* superiori versu: eadem id excerpta confirmant. Phædrus libro IV. Fab. LXXIV. de tonitru, 'Canes confusi, subitus quod ruerat fragor, Repente odorem mixtum cum merdis cacant:' qui locus in vulgatis exemplaribus male affectus est, cum legatur *Canes, confusus subito quod fuerat fragor.* D. Heins.

212 *Pallentes thalamos*] Lego *squalentes*, ut et apud Ovid. lib. I. Met. 'Ad delubra deæ, quorum fastigia turpi Squallebant musco:' nam et ibi *Pallebant* in editionibus. Noster Nupt. Honorii, 'vivo squallentia murice terga.' lib. II. in Entrop. etiam videtur scribendum, *infelix etiamnum squallet Orontes.* Idem.

Pallentes thal.] Veteri musco obsitos. *Barth.*

213 *Urnam*] Alii *domum* leg. Et notum Nymphis talia antra data. Alii leg. *Dominam herilem,* et intelligunt Iliam, Tiberini uxorem.

Urnam commendat herilem] Sic Gyraldi liber, primus Vatic. et novem præterea: vulgo *dominam*. De Urnis fluviorum notissimum. Lib. I. in Rufin. 'Rhenus projecta torpuit urna.' Lib. II. in Eutrop. 'aurata Pactolus inhorruit urna.' Perperam utroque loco in vulgatis *unda*. Statius Theb. II. 'In lævum prona nixus sedet Inachus urna.' Theb. V. 'emissæque indulgens Inachus urnæ:' quæ ex illis Virgilianis hausit, 'Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.' Claverius ex suo libro hic ediderat, *atque domum nymphis commendat:* non probamus, quamvis applaudente Barthio.

216 *Densantur gramine colla*] *Densatur* Leidensis, eleganti obvioque apud Poëtas Græcismo. Sic lib. II. de Rapt. ex veteri libro, 'primo signatur tempora cornu:' non *signantur;* et apud Ovid. lib. II. Fast. 'positis urgetur pectora palmis:' non *urgentur*. Moreti liber, 'crispo densantur gramina collo:' recte etiam, dummodo *densatur* retineamus. *D. Heins.*

217 *Crinalis arundo*] Quæ loco crinis.

219 *Æstivo candore*] Incandescente velut aëre.

Mori] Deficere, exsiccescere, quæ mors et abolitio fluviorum. *Barth.*

220 *Taurina levantur Cornua*] Videntur Romani Tiberinum homini cornuto assimilasse: quemadmodum Athenienses, Æliano teste, Cephissum. Alii aliis fluminibus cornua adscribunt: rationem Sophoclis in Trachiniis interpres reddit. *Delrio.*

221 *Raucos sudantia rivos*] Rauci rivi ebullientes cornibus aquas. Tamen *sudare* coactum quid et rarum; *rauci rivi* vim profluam aquarum notant. *Barth.*

Raucos sudantia rivos] Non placent isti *rauci rivi:* libri veteres nil juvant. *Glauci rivi* possent reponi, sed ea vox jam præcessit. Curis secundis ad Nasonem Met. XIV. vs. 447. monui videri scribendum, *flavos rivos.* D. Heins.

223 *Se barba reflectit*] *Repectit;* et mox pro *Illi, Ilia* legendum docti jam viderunt: libri nostri utrumque confirmant. Manifesta æmulatione hæc imitatus est Sidonius Apollinaris Panegyrico Majoriani, de Tybride, 'Pectus palla tegit, quam neverat Ilia conjunx,' et quæ ibi sequuntur. Plura ad rem collegit Barthius. Sic initio hujus Panegyrici solis equi *crinem repexi* dicti. Statius Theb. II. 'Libyco Tritone repexas Lota comas.' Lib. VI. 'stantesque repectit Aura comas.' Ita bene scripti. Prudentius Hymno in Romanum, 'Mitra infulatus, festa vittis tempora Nexus, corona tum repexus aurea.' Sic totus ille locus ex optimis membranis scribendus: perperam *replexus* Indice Lucretiano Giphanius. *Idem.*

Se barba repectit] Sponte sua componit, velut pectine depressa atque discriminata. *Barth.*

226 *Procumbens*] Scite, ob planitiem. Sic de Nilo per plana exeunte Valer. Flaccus: 'septem projectus in amnes Nilus.' *Barth.*

Insula] Hæc primum nasci cœpit, pulsis Tarquiniis, autore Dionys. Hal. fuitque Æsculapio sacra, teste Ovidio: 'Accepit Phœbo nymphaque Coronide natum Insula, dividua quam premit amnis aqua.' Ibi adhuc visitur (ait Leander) navis e lapide Tasio, cujus uno in latere serpens in honorem Epidaurii, atque hæc insula ad formam navis redacta fuit. Vid. Ovid. Metam. *Claverius.*

228 *Subeunte freto*] Fluvio non admodum late.

Minantes] Excelsæ. *Barth.*

229 *Surgunt in culmina*] Tiberis ripa, qua amnis urbem transit, amœnissimis prætoriis et villis erat prævelata. Sic Claud. II. Stilich. 'Thybridis in morem domibus prævelet amœnis.' *Barth.*

230 *Votum*] Rem diu votis omnibus desideratam. *Barth.* Antiquo more, illis etiamnum temporibus, Consules, cum magistratum iniissent, vota pro salute principis et civium, atque pro imperii æternitate, nuncupabant: eo respicit. *Delrio.*

231 *Juncto stipante senatu*] Frequens Senatus ante ædes fratrum Consulum convenerat, iis producendis in Curiam, aut ad Rostra, ubi ad populum aut Patres verba facerent. *Barth.*

Juncto stipante senatu] Ita scripti: vulgo, *junctos:* Barthius *cuncto:* unus Vatic. *juxta.* Lib. I. in Rufin. 'junctoque sequor tentoria curru.' Lib. I. in Stilich. 'Tyrrhenum poteras junctis transmittere signis.' Sic legendum. *D. Heins.*

237 *Eurota Spartane*] Fluvium fluvius alloquitur, Græcum Romanus, Castoras provocans contra gloriam Probi filiorum. Eurotas notus Laconiæ fluvius. *Barth.*

238 *Falsus olor*] Jupiter, qui oloris forma Ledam compressit. Euripid. in Helena. *Delrio.*

241 *Signifer optat Adventum*] Moreti liber inter emendatissimos, *aptat.* Puto, *aptat adventu,* scilicet convexa. *D. Heins.*

242 *Stellisque parat convexa*] Ut in Deorum numerum referantur, choris astrorum adscripti.

245 *Ipsi vela regant*] Navium magisterio imperia omnia humana, multis locis scriptorum, comparantur; non minus incertis quippe dilata ut plurimum turbinibus vita nostra, quam rates in pelago solent. *Barth.*

248 *Niveos jam pandite cœtus*] Occlusos ante velut choros. Sic alibi, victoria reparatis temporibus: 'Pandite defensum reduces Helicona sorores, Pandite, permissis jam licet ire choris.' *Niveus* autem habitus ob restitutam libertatem, et lætissimæ ætatis Consules. Festos etiam lætosque dies Romani colebant niveis togis aut comparatis aut reparatis. *Barth.*

Pandite cœtus] Vir incomparabilis in ora libri sui, *pandite cinctus.* Cl. Barthius, *pangite cœtus:* quod tamen secundis curis damnavit. In Prirceano, *niveo jam plaudite cœtu.* Nihil mutandum. Sic 'pandere Helicona,' Virg. Æn. VII. et nostro præfatione libri II. in Rufin. 'pandere mentis penetralia;' idem lib. I. de Rapt. quam veram lectionem puto. 'Pandere aciem' pro explicare, Livius. 'Picta pandit spectacula cauda,' de pavone Horat. lib. II. Sat. 2. 'pandere vestigia' Gratius de Cane, 'Effuge, qui lata pandit vestigia planta.' noster lib. I. in Rufin. 'hic mollis panditur herba.'

249 *Violis prætexite*] Velate. Postes ita myrto obducere imperat nuptiali festo Venus, Epithalamio Honorii. *Barth.*

250 *Mella ferant sylvæ*] Cave *fluant* admittas cum Barthio, cum *profluat* sequatur: quod ille affirmat in Palatino, quem suum appellat, sic legi, falsum est. Ex Pulmannianis Pamelii codex sic agnoscit, et unus Susii pro diversa lectione. Nostri omnes vulgatam scripturam exhibent. *D. Heins.*

252 *Spirantia balsama*] Suaveolentia.

256 *Vulturnusque rapax*] Campaniæ fluvius.

Et Nar] Virgil. 'Sulfurea Nar albus aqua.' Sic Silius Italicus: 'Narque albescentibus undis In Tiberim properans.'

259 *Tenens querceta Maricæ*] *Terens* cum scriptis octo nostris et Delriano codice: miror dubitasse Barthium: pari modo idem versu proximo *temperat* non *reparat.* Virgilius de Galeso, 'scatebrisque arentia temperat arva.' *D. Heins.*

Terens querceta Maricæ] Sciendum etiam ab aliis legi, *tenens.* Lucan. 'et umbrosæ Liris per regna Maricæ Vestinis impulsus aquis.' Maricam Nympham, Fauni uxorem fuisse, tradit Servius.

261 *Semper honoratus*] Annuo, perpetuoque cultu. Sic Sidonius: 'Quicquid agis, quocunque loci es, semper mihi faustus, Semper honoratus, semper quoque maximus esto.'

263 *Et Nymphæ*] Regnatori fluviorum adscribuntur, quæ alioquin mari. *Barth.*

264 *Tecta parant epulis*] Raphelengius *peplis,* secutus conjecturam viri maximi: male. Lib. II. in Rufin. 'Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parari Munera.' Lucanus lib. VII. 'epulisque paratur Ille locus.' Virgil. Æn. VI. 'Epulæque paratæ Regifico luxu.' Val. Flaccus, lib. VIII. 'Mox epulas et sacra parant.' Ovid. II. Fast. 'Dumque parant epulas potandaque vina ministri:' et eodem libro idem Naso: 'parat inscia rerum Infelix epulas hostibus illa suis.' Virgilius lib. I. 'mediisque parant convivia tectis.' 'Dapibus paratis' supra habuimus. Seneca Agamemnone, 'Parantur epulæ: caussa natalis tui, Ægisthe, venit.' *D. Heins.*

265 *Gemmiferis*] Gemmis in pocula cavatis veteres usos nemo nescit. Virgil. 'Ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.'

267 *Consanguineis*] Fratribus. Etsi Germanos potius fuisse puto. *Barth.*

Anne] Pro *annus.*

Felix auctoribus anne] Sic Gyraldi

liber et Puteanea excerpta. Vicetina editio *annæ*. Vulgo *annus*: sic et *Dee* quinto casu dixit Prudentius. *D. Heins.*

268 *Quadrifidum*] Totum annum, qui quatuor constat temporibus.

271 *Sed tepido calefacta noto*] Ita Scaliger: confirmant primæ editiones et scripti. Vulgo *trepido*. Tibull. 'Et jubeat tepidos irrita ferre notos:' mox *ambiat uvis*, non *imbuat*, Aldus et scripti; bene: perperam pro vulgatis stat Barthius. *D. Heins.*

272 *Liquidi Favoni*] Clari, sereni. Virgil. Eclog. VI. 'Et liquidi simul ignis.'

273 *Pratis te croceis*] Picturatis, pulchris. Omnem grati coloris aspectum *Croceum* vocare Poëtas, notum. *Barth.*

274 *Madentibus uvis*] Vino fluentibus, uberantibus. *Barth.*

275 *Tibi gloria soli, &c.*] Dubia non tam, quam prorsus falsa hæc assertio. Poëtice scil. laudans, non historice describens: ut videre est in notis Barthii.

278 *Scribent in floribus Horæ*] Malim *inscribent floribus*, ut apud Virgil. 'inscripti nomina regum Nascuntur flores:' quanquam et 'scripti flores' apud Ausonium occurrunt Cupidine crucifixo. Naso Met. XI. 'Ipse suos geminis foliis inscribit.' *D. Heins.*

Horæ] Ut priscorum Heroum nomina æternitati consecrare valentes, floribus inscriptas finxerunt indidem literas primi Poëtarum. Horæ temporum moderatrices Græcis vatibus notæ. Iidem eleganter commenti sunt Virgines esse Horas, Virgines illas Horas perpetuæ vacare textrinæ; textrinam illam variorum minutiorum omnis generis esse florum, qui in corollam tandem egregiæ pulchritudinis evadant. Easdem lanificii ritu texere stamina et subtemina. Stamina illa et subtemina in nobile tandem textum sive pannum aliquem procedere. Corollam post sive texturam illam eximiam esse Annum ipsum Solarem, perpetuo suo se obitu repetentem, unde lustra tandem seculaque perennia conficiantur. *Barth.*

279 *Longaque*] Æterna, perpetua. *Barth.*

II.

IN RUFINUM LIB. I. PRÆFAT.

RUFINUS genere Gallus, ex Aquitania Oceano Pyreneisque proxima, auctoritate valuit apud Theodosium Aug. qui præfectura Prætorii ornatus, Consul extraordinarius designatus fuit, ad quem scripta est lex, *si major annis* 41. C. de transact. ut putat Alciatus. Cæterum Theodosio decedente, immaturo Arcadio Aug. jam Constantinopolim adepto, tutor designatus, Alaricum regem Gothorum ad arma capienda sollicitavit; ut aut bello, aut dolo, pupillo suo sublato, Orientis Imperio, quod cupidissime affectabat, potiretur: sed re explorata, artibus Stilichonis, quem alteri filio Honorio tutorem Theodosius scripserat, periit cum sociis factionis, et caput pompa solenni hastæ affixum. *Dempster.*

1 *Decidit arcu*] Ad molem monstri. Dejici enim dicuntur, quæ non sine labore sternuntur. *Barth.*

2 *Cyrrhæo jugo*] Ad Delphos famosum illum serpentem dejecit Apollo. *Barth.*

Fudit] Explicuit, porrexit.

3 *Spiris tegeret*] Immania de immani illo monstro commenti sunt Poëtæ. Spiræ sunt flexus, quum procedunt Dracones. *Barth.*

4 *Tangeret astra jubis*] Male quidam cum scriptis nonnullis *tingeret* legunt: quod et Aldinam Editionem insedit. *Tangere sidera, cælum, astra,* obvium apud poëtas; nec locus Virgilii illos juvat: aliud enim *sanguine cultros tingere,* aliud *astra jubis.* Oxoniensis tamen liber pro diversa lectione *tergeret;* elegantissime: quod quartus et quintus Vaticanus quoque exhibebant: hoc est, Raderet. lib. II. in Stilich. 'tremit orbe corusco Jam domus, et summæ tergunt laquearia cristæ.' Ita et illic optime vetus liber. Martialis, lib. II. Ep. XI. 'Lugubre quiddam quod tacet piger vultus, Quod pene terram tergit indecens nasus.' Sic Vaticanus: vulgo *tangit.* 'Tergere palatum gallina,' Horatio, lib. II. Sat. 2. pari significatione: nam interpretes, qui aliter capiunt, non sunt audiendi. 'Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin Hoc potius, quam gallina tergere palatum.' Sic Persius Sat. III. 'tenero latet ulcus in ore Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.' 'Tergere limina pectore' eodem modo Statius Pietate Abascantii: 'tergere pectore curas' apud eundem Epicedio Glauciæ, 'Noverat effigiem generosique ardua Blæsi Ora puer, dum sæpe domi nova serta ligantem Te videt, et similes tergentem pectore curas.' Ita libri veteres; etiam Parmensis editio ex optimis membranis expressa; nec sollicitanda ea scriptura. Vulgati *volventem:* poterat eadem significatione dixisse, *simili tergentem pectora cura,* pro Detergentem curas ac solantem: nisi simpliciter sumi mavis; quomodo *pertergere oculos et pupillas* pro Perstringere Lucretius non semel. Idem Statius Epicedio in Vernam puerum: 'Nunc tempus, amici, Quorum ego manantes oculos et saucia tersi Pectora, reddere opem, sævasque exsolvere grates:' ubi *pectora tergere* pro *detergere* posuit. Minus bene nunc legitur *reddite opem.* Idem Statius Sylv. libro I. Tiburtino Manlii Vopisci, 'sic docta frequentes Otia, sic omni detersus pectora nube Finem Nestoreæ precor egrediare senectæ:' quomodo illic quoque castigandum esse censeo, cum perperam scribatur *detectus pectora.* 'Detergere sterilis soli pudorem,' Via Domitiana. Initio libri VI. Theb. 'Pulvereumque fera crinem detersit oliva:' non *detorsit;* ita castigaveram, cum vidi Gronovium nostrum id occupasse jam in editione sua. *Detersus pectora nube* pro *nubem pectore detersus:* quomodo apud nostrum Consulatu Manlii, 'fœdo detergis sæcula victu,' pro *fœdum victum sæculo deterges.* 'Detergere nubila cælo' Horat. lib. I. Od. VII. et noster alibi, 'Principis et solis radiis detersa removit Nubila:' quod *tergere* dixerat Silius libro XVI. 'Aurora obscuri tergebat nubila cæli.' Sed jam nimii sumus. *D. Heins.*

5 *Nexuque soluto*] Malim *solutum:* quomodo optimus Moreti pro diversa lectione. *Idem.*

Nexuque soluto] Nexus, quibus implicabat serpens arbores, solvebantur ejus morte. *Barth.*

7 *Spatiosis tractibus*] Vel *squamosis* primus Vaticanus: quomodo Statius Theb. I. in hac ipsa narratione, 'squammis annosa terentem Robora,' Pythonem describit. *D. Heins.*

9 *Spumavit sæpe veneno*] *Fumavit* sex scripti. Patavinus, *spiravit.* Apud Silium tamen lib. VI. 'Lentus arenoso spumabat Bagrada campo Viperea sanie.' Mox pro *Cephisus* meliores *Cephisos:* ut apud Lucanum, 'Fatidica Cephisos aqua:' et *liquidis,* non *nitidis;* quod glossema alterius. *Nitidis* tamen in primo Vat. *D. Heins.*

Vipereo] Pythonis ab Apolline sagittis confixi.

10 *Cephissos*] Fluvius Delphicus,

per medium Phociorum urbem labens, ut scribit Vibius Sequester.

Liquidis purior, &c.] Nigro veneno fontes illos tumentes facit, ob potantem inde draconem, cui atrum virus ascribunt. *Barth.*

11 *Omnis Io Pæan*] Prima gratulatio incolarum Delphicorum Apollini victori serpentis. *Barth.*

13 *Carmine ducti*] Ita olim ex vestigiis Isingriniani codicis correxi, in quo *docti.* Confirmant sex scripti, neque aliter primus Vaticanus et Rottendorphianus pro diversa lectione, quod et Barthius curis secundis approbat. Vulgo *dulci.* Ovid. XI. Met. ' Carmine dum tali sylvas animosque ferarum Threïcius vates et saxa sequentia ducit:' quæ illic vera lectio, non *traxit:* ubi plura diximus. Silius lib. XIII. ' ducit stabula omnia cantu.' Idem lib. XI. de Amphione, ' lapidem testudine felix Ducere et in muros posuisse volentia saxa.' Quomodo locus ille ex antiquissimo libro scribendus: *volentia* pro *volantia* legendum parens meus in Crepundiis Silianis jam viderat, quod Dausqueius concoquere non potuit, ut nullius est judicii. Idem Amphion apud Horatium dictus ' Saxa movere sono testudinis et prece blanda Ducere quo vellet.' Noster Cons. Manlii, ' attonitas sermo qui duceret aures.'

14 *Themidos antra*] Ante Apollinem enim Themis Delphis colebatur.

Dei] Omne genus Deorum, non solas Deas confluxisse huc ait Poëta: *Barth.* Hic locus curiam Romanam, ubi justitiæ templum fingitur, aperte designat. *Claver.*

Antra severa Deæ] *Dei* libri omnes: et recte: *antra sonora* fors sit ut scripserit Claudianus: sic Epistola ad Serenam de Orpheo, ' Quippe antri memores, cautes ubi sæpe sonoræ Præbuerant dulci mira theatra lyræ.'

15 *Pythone*] Rufino.

16 *Sacra caterva*] Nihil aliud quam pacis et armorum præsides, vel sanctum Senatum indicat; quo præsente hæc et pene reliqua admirabilis poëta recitavit: sed et poëseos candidati forte intererant.

Lyram] Hæc dictio non Lyrica sed heröica nobis significat. Anacreon: δότε μοι λύραν Ὁμήρου. *Claver.*

17 *Augustis fratribus*] Hinc patet jam obiisse Theodosium Imp. relictis Arcadio et Honorio. Ceterum hi duo libri in Rufinum editi sunt Olybrio et Probino Coss. anno CCC. XC. V. *Claver.*

III.

IN RUFINUM LIB. I.

1 *Sæpe mihi dubiam, &c.*] Quoties aut læta aut tristia obveniebant, toties varia de diis opinio. Plin. lib. II. cap. 7. qua de re exstat Oratio Mureti. Seneca, l. II. nat. quæst. c. 1.: ' videbimus an Diis humana sint curæ,' &c. et lib. de Providentia, c. 1.: ' supervacuum est ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare; nec hunc siderum cursum certum fortuiti impetus esse.' Lucan. l. VII.: ' mentimur regnare Jovem,' &c. cum antea dixisset, ' mortalia nulli Sunt curata Deo.' Suadet ergo impiorum felicitas, vexatio piorum, nullos esse Deos, ex stultorum quorundam sententia: at stabilis rerum cursus divinitatem arguit; denique sic apud

Tull. concludit Poëta: 'nam si curent, bonis bene fit, malis male.' *Dempster.*

Sententia] Opinio, agitur enim de divina providentia.

2 *Curarent superi*] Omissa est vocula *ne*, aut *an*, absolutam reddituræ interrogationem. *Barth.*

3 *Rector*] Expressit Juvenalis versus, Sat. XIII.: 'Sunt in Fortunæ qui casibus omnia ponant, Et nullo credant mundum Rectore moveri.'

Fluerent mortalia] Instar mobilis a qualibet aura æquoris aquæve, nec uspiam constantis per naturam suam, nisi cum corrumpenda est. Sic Tacit. Hist. XI.: 'unde primum creditur Cæcinæ fides fluitasse.' Manilius lib. IV.: 'Tunc et opes et regna fluunt.' Hinc *fluxus*, mollis, incertus, instabilis. Salust. 'Divitiarum et formæ gloria fluxa atque instabilis.' *Barth.*

5 *Præscriptosque mari fines*] Sic Aldus cum Barthio, et sedecim scripti. Vulgo, *maris*. IV. Cons. Honor. 'Ne pete præscriptos homini transcendere fines.' Mox pro *annique meatus*, Gyraldi liber et unus Mediceus *amnisque*: unde *annisque* conjeci, scilicet *præscriptos*. Thuaneus confirmat: quintus Vaticanus *annoque*. Sequenti etiam versu forsan legendum, *Et luci noctique vices*, ut a superioribus hæc dependeant. *D. Heins.*

Annisque meatus] Ob tarditatem per signa annum absolventia, verbo sedato et considerato, Solis cursum proposuit: ut et Virgil. VI.: 'cælique meatus Describent radio, et surgentia sidera dicent.' *Barth.*

6 *Et lucis noctisque vices*] Rectissime *vices*, cum alternatim succedant, nec sit quod interrumpat ordinem. Sic Minutius Felix Octavio: 'Quid tenebrarum et luminum dicam recursanteis vices, ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio?' Juvenal. Satyr. XIII.: 'Natura volvente vices et Lucis et Anni.'

7 *Qui lege moveri*] Sunt illi ordinati præscriptique cursus sui et momenta procedendi, quæ leges vocant doctissimi scriptores. *Barth.*

9 *Qui variam Phœben*] Quia toties crescit, decrescit, colorem, vultum variat.

Alieno igni] Solis scil. *Barth.*

Jusserit igni] Non *igne* scripti potiores. Hæc tam levia imposterum non monebo, ne otio lectoris et meo abutar. Satis est, si tester, nihil a me tacite mutatum in poëta nostro contra auctoritatem librorum veterum, quos diligenter semper fideliterque expressi. *D. Heins.*

12 *Tanta caligine volvi*] Quia penetrari humanæ mentis acumine non possunt, cæcum tenebrisque obsitum rerum ordinem facit.

Volvi] Argumentum contra providentiam a felicitate malorum. *Barth.*

13 *Lætosque diu florere nocentes*] Senec. 'Cum videris, inquit, bonos laborare, malos lascivire, cogita nos filiorum modestia, vernularum licentia delectari; ut ut sit, Deus nulli unquam injurius est; idque Plato innuit: Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος.' *Claver.*

14 *Vexarique pios*] Quocumque modo affligi aut cruciari. Vide Gellium, Macrob. et Lactant. v. 23.

15 *Relligio*] Qualiscumque opinio de Diis, quæ eos tamen esse crederet, et curam humanarum rerum gerere.

Caussæ] Opinionis, argumenti.

Non sponte] Quippe integri judicii homo, Platonicorum præterea præceptis imbutus; cumque vix ullus tam rudis tamque fatuus natus sit, quin conscientia suapte pro teste convictus, fateatur Deum creata omnia gubernare. *Barth.*

16 *Vacuo motu*] Inani rationis, minime providentia quapiam ordinato.

Currere] Moveri hinc inde, nullo rectore aut auctore, ut casu conglobentur deinceps, et rerum formas extundant.

Semina] Insecabiles quasdam par-

ticulas, aut minima quæpiam frustilla, sive ἀτόμους, quæ primorum instar, atque compacta faciant omne genus corporum. Quæ Virgil. Eclog. VI. expressit, inquiens: 'Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina terrarumque animæque marisque fuissent, Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis Omnia'

17 *Novas figuras*] Rudes illas, quæ sursum et deorsum pervolantibus atomis reguntur et fiunt fortuito, secundum stultissimam Atheorum doctrinam.

Per inane] Quid sit hoc spatium, docet nos ex opinione principis hujus sectæ Galen. lib. I. de Elementis. *Barth.*

18 *Qui numina censet ambigua, vel nulla putat, vel nescia veri*] Optime Ms. meus Codex: *qui numina sensu Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia veri.* Dempst.

19 *Nescia nostri*] Multi veteres *veri.* Primus Vaticanus utramque scripturam refert, *veri vel nostri.* Vulgatam merito tuetur curis secundis Barthius. *D Heins.*

20 *Tumultus*] Est quasi dissidentium cogitationum quædam pugna.

21 *Absolvitque*] Intra cogitationem nimirum æstimantis: nam judicium quoddam advocarat, taciti animi libra perpensurus Deorum caussam. Sic caussa Deorum sæpius disceptatur a stupidissimis Sophistis penes Lucianum. *Id.*

Ad culmina rerum] Summam auctoritatem magistratumque. *Barth.*

22 *Tolluntur in altum, &c.*] Minut. Felix Octavio: 'Nisi forte vos decipit, quod Deum nescienteis divitiis affluant, honoribus floreant, polleant potestatibus. Miseri! in hoc tolluntur altius, ut decidant altius: hi enim ut victimæ saginantur, ut hostiæ coronantur.' Sic et Horat. 'Et celsæ graviore casu Decidunt turres,' &c. Juvenal. Sat. x. de Sejano: 'numerosa parabat Excelsæ turris tabulata, unde altior esset Casus,' &c.

24 *Lues*] Pestis mala. Homo enim malus, potentiam nactus, sævit instar mali morbi. *Id.*

Eruperit] Purulentæ materiæ instar, quæ affectis corporis locis erumpit. *Barth.*

25 *Incanduit*] Ut furiosum pectus igneis stimulis agitatum. Est autem *incandere*, totum igne concipi, et veluti in eum mutari.

Atrox] Trux, feralis. *Barth.*

26 *Placidas late, &c.*] Hoc invidiæ erat maxime contrarium, quæ gaudet malis successibus rerum. Vide Ovid. Metam. II.

27 *Limina tetra*] Vivis abominabilia. Omne enim jam vita functum, vivis est abominabile. *Barth.*

29 *Pestes Erebi*] Sic distinguit Barthius.

Innumeræ pestes, Erebi quascunque sinistro, &c.] Erebus enim pater, Nox mater dicitur illarum pestium.

Sinistro] Infelici. Alluduntur scita genethliacorum, qui sinistros dextrosque, hoc est, felicitatis et infelicitatis indices aspectus in nascentibus considerant siderum. *Barth.*

Pestes Erebi] De inferno, monstrisque incolis, abunde Maro toto lib. VI. Æneid. Silius lib. XIII. Senec. Herc. Fur. Act. 3. scen. 2. Lucan. lib. VI. ad finem: quos si cum nostro conferas, apertum erit, quid intersit inter hunc et illos: nam hic et mira brevitas, et aptissima epithetorum energia: quum apud eos quædam sint languida, nonnulla trita. *Dempster.*

Erebi quascunque sinistro] Bene sic distinguit Barthius. *D. Heins.*

32 *Impatiensque sui*] Morborum omne genus unius appellatione notavit. Sic vero *impatiens*, quia excutere se sibi velut laborat, vel quia de malo in malum semper exscendit. *Barth.*

Livorque secundis anxius] Aliena felicitate cor suum edens.

33 *Scisso velamine*] Mos omnium fere gentium antiquus, scindere in

luctuoso aliquo nuncio aut mœrore singulari vestimenta. *Barth.*

34 *Cæco vultu*] Non enim videt præ furore.

35 *Quem semper adhærens*] Sic scripti constanter omnes: et ex Alani Anticlaudiano Cl. Barthius confirmat. Vulgo *cui semper:* potuit ἀρχαϊκῶς sic loqui, ut apud Lucret. lib. III.: 'Quandoquidem connexus corpus adhæret.' Simplicius tamen τὸ *quem* τῷ *comitatur* conjungas. Sic apud Ovid. lib. XIV. Met. 'nactusque hoc littus adhæsi:' 'inhærere laqueos' Apuleio Met. VIII.: 'timore hoc inani perfuncti longe pejores inhæsimus laqueos:' Virgil. 'clavumque adfixus et hærens Nusquam amittebat:' ubi *clavoque* perperam nonnulli codices: apud Nasonem, Met. XII.: 'Instantique sequens instat,' non, Instantemque. *D. Heins.*

Semper adhærens] Quid mirum? cum nihil parcere egestatis sit initium. Et ut Martial. lib. III. Ep. 10.: 'Luxuriam premeret cum crastina semper egestas.'

37 *Complexæ pectora matris*] *Viscera* quinque veteres: sic apud Statium Sylv. libro III. ad Uxorem, 'ter me, victrici Albana ferentem Serta coma, sanctoque indutum Cæsaris auro, Visceribus complexa tuis:' quomodo restituendus ille locus: vulgo scribitur, 'ter me vidisti Albana ferentem Serta comes:' in aliis codicibus est *nitidis comes:* sed *victrici coma* Statium scripsisse sum certus. Pietate Abascantii, libro V.: 'sed te seu virginitate jugatum Visceribus totis animoque amplexa fovebat:' et Epicedio Vernæ pueri, 'ecce lacertis Viscera nostra tenens animaque avellitur infans:' lacertis pariter et anima complexus mea viscera: nihil ergo necesse *animamque* legi, quod in editionibus quibusdam vetustis exstat. *D. Heins.*

Complexæ pectora] Alii leg. *viscera.* Scite enim viscera matris Avaritiæ complexæ sunt Curæ, intimis ejus penetralibus nimirum insitæ: et est mos auctorum filios filiasve, aut qui eorum loco, ob intimam charitatem, *viscera* appellare. *Barth.*

38 *Insomnes Curæ*] Similiter curas aviditati jungit Virg. in Culice: 'Curæ Quæ lacerant avidas inimico pectore mentes.'

39 *Ferrata sedilia*] Inferorum habitacula ferrea. Virgil. VI. Æneid. 'Ferreique Eumenidum thalami.' *Barth.*

Ferrata sedilia] Vel *secreta* pri. Vaticanus. *D. Heins.*

41 *Alecto stetit in mediis*] Scripti quidam *in medio:* frustra. Statius Theb. II.: *Constitit in mediis:* et sic non raro poëtæ noto Græcismo. Homerus Iliad. Υ. Ἷζε δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι, Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν· atque ita ille sæpe: *in medios* prim. Vatic. Virg. Æn. V.: 'Æneas quibus in mediis sic deinde locutus.' Æneid. I.: 'magno Calchanta tumultu Protrahit in medios.' *Idem.*

Vulgusque tacere] Nutu, manu, voce.

42 *Reppulit angues*] *Hydros* Oxoniensis: omnino rectius: noster alibi de Furia: 'Illyricis pingues pectebat stragibus hydros.' Cons. Manlii: 'laceris morientes crinibus hydri:' sic passim poëtæ. *Id.*

44 *Inclusam iram*] Tectam hactenus et nutritam. *Barth.*

45 *Tranquillo*] Inoffenso cursu. Tum *ducere* est verbum ei negotio aptum. Sic Catullus: 'Currite ducentes subtemina, currite fusi.' *Barth.*

47 *Quo*] Quorsum? qua de caussa? Horat. 'Quo mihi fortuna, si non conceditur uti?'

Nova] Incognita, non nota hactenus. *Barth.*

Quo nova corrumpit] Ita veteres nonnulli, ut *quo* pro *cur* sumatur. Sequentia confirmant, *Quo rabies innata perit?* Vulgo, *quæ nova corrupit:* quintus Vatic. *corripuit.* D. Heins.

49 *Verbera*] His exagitari crede-

bantur malefici a furiis aut manibus peremptorum. Et his quidem conscientiæ stimuli describuntur, qui quiescere non sinunt, sed velut verberibus animum lancinant, ne securus sit ullibi.

Facibus] Igneis stimulis.

Cingimur] Armamur.

Facibus nequicquam cingimur atris] *Accingimur* Thuaneus: utrumque probum est. Videatur hic Barthius magno commentario. *D. Heins.*

50 *Quas Jupiter arcet Olympo*] Sic veterrimus Lucensis: cæteri, cum vulgatis, *quas cælo Jupiter arcet:* sic IV. Cons. Hon. 'Sinceram patrio mentem furatus Olympo:' et sæpe alibi. *Idem.*

51 *Theudosius*] Pro Theodosius.

53 *Cumque Fide Pietas*] Duæ sorores Justitiæ, nam post aureum sæculum cum iis ad cœlum abiisse poëtæ finxerunt: Juvenal. Sat. VI.: 'Paulatim deinde ad superos Astræa recessit, Hac comite, atque duæ pariter fugere sorores.'

Alta cervice] Erecto animo, et successibus rerum confidente. *Barth.*

55 *Liquidas per auras*] Cœlum purum, quod invidens Furia commemorat. Sic Horat. 'Ferar Penna biformis per liquidum æthera.' *Idem.*

56 *A stirpe*] Ab et cum ipsis radicibus. *Idem.*

57 *Tenebroso e carcere*] Sane Theodosio principe refloruit quodammodo Respubl. Romana: unde alibi: 'ponunt Caniciem leges, emendanturque venustæ, Acceduntque novæ.' *Idem.*

Tenebroso e carcere leges] Scripti non agnoscunt τὸ *e:* primus tamen Vatic. aliique complures *in carcere.* D. Heins.

58 *Indecores*] Sine vigore aut gloria.

60 *Quid furias deceat*] Mala scil. omnia, nil omnino probum.

61 *Conventu*] Concilio, seu potius conluvie. *Barth.*

62 *Jam cupio, &c.*] Sic Virgil. Æn. l. VII. 'cui tristia bella Iræque insidiæque et noxia crimina cordi.'

63 *Flatu violare diem*] Afflatus Furiarum aut inferorum diem violare credebatur. Vide illud de raptu Proserp. 'afflataque curru Sidera Tænario.' Contra *afflatum lucis* cœlestis inferi non patiebantur. *Barth.*

65 *Et rerum vexare fidem*] Ita recte Claverius: nec scripti meliores dissentiunt. Vulgatum *laxare* ferri non potest, quod præcesserit. Alii *lapsare* pro *lassare* etiam non male. Duo *turbare:* Barthius *luxare. Vexandi* verbum Claudiano non novum: l. I. in Stilic. de navi: 'Nubilus Ægæo quam turbine vexat Orion.' Lib. II. 'Vexatum corpus laceri regni' dixit: et 'urbem legionibus vexare,' l. III. Lib. I. de Rapt. 'Obvia centeno vexasset fulmina motu.' Ibid. 'Et nullo rigidi vexabere vomeris ictu.' Sic vetus liber. bello Getico, 'Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?' unde et apparet infra libro II. 'Solito pacem vexare tumultu,' veram lectionem esse. Adeatur A. Gellius Noct. Attic. II. 6. plura alibi dicemus. *D. Heins.*

66 *Et tortos serpentum, &c.*] Vide Virg. Æneid. VI. 'Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.'

Hiatus tortos] Pro tortis serpentibus dixit, qui hiatu orium maxime timentur. *Barth.*

Tortos serpentum erexit hiatus] Ita prior Leid. unus Petav. et Oxon. non *totos.* Furiis tortos angues a poëtis dari obvium. Ovid. in Ibin: 'Quasque ferunt torto vittatis angue capillis Carceris obscuras ante sedere fores.' Et alibi de Tisiphone, 'tortoque incingitur angue:' quomodo et de eadem Virgilius, 'tortosque sinistra Intentans angues,' ut vetustiores libri scribunt. Seneca Thyeste, 'Quid ora terres verbere, et tortos ferox Minaris angues?' Medea, 'agmen infernum faces Intentat: ingens anguis

excusso sonat Tortus flagello.' Sed aliud est *torti angues*, aliud *torti hiatus*: nihil igitur mutandum. *D. Heins.*

68 *Anceps motus erat*] Ex Marone: 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.'

69 *Ditis jura tuentur*] Quia sub ejus imperio vis eorum constabat. *Barth.*

Ditis jura tuentur] Sic Lucensis: alii multi ex melioribus *tuetur*. Vulgati minus bene *veretur*, quicquid dissentit vir doctus: *verentur* Farnesianus. Naso l. III. Amor. El. 4. 'vultusque severos Exue: nec rigidi jura tuere viri:' sic *legem defendere* Val. Flacc. lib. I. 'Æquoreos vocat ecce deos Neptunus et ingens Concilium: fremere et legem defendere cuncti.' *D. Heins.*

70 *Dissensuque alitur rumor*] Sonus quispiam tumultuosus, nec distinguendus auditu; qualem scite maris tumoribus mox æquat. Est ergo *rumor* obscurus quidam strepitus absque certis vocibus audiendus. *Barth.*

71 *Impacata quies Pelagi*] Quies quæpiam, quam tamen pacem, pacatamque dicere non possis, ob pelagus incertum, quod mox proverbio extulit 'flavis incertius undis.' Sic et apud Horat. 'Magnas inter opes inops.' *Barth.*

Flamine fracto] Ita Cujaciani, Aldini, Bentiniani, Lugdunensesque antiqui. Tres vero Belgæ, Delrianus, Nosterque *flumine*. Lucanus, libro I. 'molli tum cætera rumpit Turba vado fracti faciles jam fluminis undas.' Nescio tamen an pro æquoreo fluctu voluerit *flumen* dicere. Quare alterum malim. *Idem.*

72 *Sævitque tumor*] Relliquiæ tempestatis in immenso æquore post eam tumore quopiam sævitiam præteritam referentes. Sic *tumor æquoris* prædixit tempestatem. *Idem.*

Dubiumque per æstum] Incertum velut resurgat an considat penitus. Virgil. Georg. I. 'Hinc tempestates dubio prænoscere cœlo Possumus.' *Idem.*

73 *Vestigia venti*] Relliquiæ, ultima indicia. *Idem.*

75 *Animi profanus error*] Cum animus sede sua motus errat velut, nihil neque sanctum neque profanum æstimat. Error animi, insania. *Idem.*

76 *Spumis furialibus*] 'Ira furor brevis est;' de quo infra. *Spumare* iracundorum in extremis furiis. Gellius, I. XXVI. 'neque in spumam ruboremque effervesco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neque omnino trepido ira aut gestio, hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent.' *Idem.*

78 *Illicitumque*] Non hostilem sed amicorum. *Idem.*

79 *Terruit Herculis ora*] Megæra insaniam movebat. *Idem.*

80 *Et defensores*] Ita cum Lucensi malo quam *Hæc:* de Hercule enim adhuc sermo. Pro *Tædæ*, *Thebæ* mox cum primo Vaticano quatuor scripti: male. *D. Heins.*

Defensores terrarum] Omnem orbem terrarum pacavit Hercules. *Barth.*

Polluit] Parricidio. Vide Euripidem et Senecam in Furente.

81 *Spicula dextræ*] Athamas Thebarum rex, primis nuptiis Nephelen duxit, ex qua suscepit Phryxum et Hellen: ea vero dimissa Ino uxorem cepit, quæ illi peperit Learchum et Palæmonem, quorum primum furens interfecit; alterum simili fato functurus, nisi cum eo mater Ino fugisset: sed nil opus in re nota immorari. Stat. lib. II. Sylv. 1. 'Torvus adhuc Athamas insanos flecteret arcus:' et lib. Theb. princ. Qui plura cupis, evolve Natal. Com. VI. 9. *Dempster.*

Spicula] Nullis ambagibus opus. Vide Ovidium, l. IV., &c. Intelligit sagittas quibus conjugem liberosque peremit Athamas. Lege Apollodorum, lib. I. Hyginum, Scholiastas

Tragicorum, alios. *Barth.*

82 *Inter bacchata penates*] Malo, *intra*: lib. II. ‘major oberrat Intra tecta timor.’ *D. Heins.*

83 *Alternis lusit jugulis*] Fabulæ notissimæ. Agamemnon a conjuge Clytemnestra in gratiam adulteri Ægistei occisus est, ipse prius adulteriis infamis. Clytemnestræ mariticidium ulturus parricidio interficit Orestes, matrem filius, in vindictam paternæ cædis. Revera lusus furiarum. *Barth.*

Hac auspice] Nuptiæ honesta atque eximia aliqua persona auspice conciliabantur moribus Romanis. Vide Brissonii, Hotomani, aliorum, nuptiales Observationes. *Barth.*

Hac auspice, &c.] Tantum olim religioni tribuebatur, ut sponsalia contrahere, citra Deorum voluntatem exploratam, nefas duceretur; ideoque et prima luce auspices auguria captabant. Tull. l. I. de Divin. Serv. ad Æn. IV. post princ. et ad illud Æn. I. ‘primisque jugarat Ominibus.’ Tacit. lib. de nuptiis Silii et Messalinæ, et lib. XIII. de nuptiis Neronis et Pythagoræ cujusdam obsoleti. Juv. Sat. X. ‘Veniet cum signatoribus auspex.’ Et Lucan. lib. II. de Bruti et Porciæ nuptiis, ‘contentique auspice Bruto.’ Senec. Troad. Act. IV. sc. I. optimum autem augurium ab *accipitre* ducitur. Plin. X. 6. Hisce autem auguriis Pilumnus et Picumnus Dii deputati, ex Varrone Nonius, c. 12. *Dempster.*

86 *Signa quidem, o sociæ*] Præstantiores τὸ *o* non agnoscunt. *D. Heins.*

87 *Nec fas est, nec posse reor*] Æquæ potestatis hæc duo. Alioquin apud Furiarum maximam nullum fas. Latinis nefas idem sonat quod ἀδύνατον. Horatius: ‘levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas.’ Tamen et Furiis sua sunt crimina, cum potestas ipsarum alienæ subdita sit. *Barth.*

Mundum] Humanum genus. *Barth.*

89 *Cunctis immanius hydris*] *Natis hydris* argute Pricæanus: ut hydros natos suos appellet. *D. Heins.*

Immanius Hydris] Immanitas omnium immanissima serpente terminatur. Hinc Hydrus δεινὸν δράμα apud Tigretem Carem, ei enim inscribi Batrachomyomachiam in priscis exemplaribus notatum eruditissimo Nunnesio ad Phrynichum. Et monuit ante Henricus Stephanus Schediasmatis. *Barth.*

90 *Mobilius*] Celerius ad rapinam et perniciem miserorum. *Barth.*

Violentius Austris acribus, Euripi refluis incertius undis] Gyraldini et Lucensis libri lectionem expressimus: nisi quod in illo *fulvis*, in hoc *flavis*, quomodo vulgati: *refluis* ab Isingrino est: qui et *velocius Austris* habet: sed male: lib. II. de Rapt. ‘quantas violentior Auster Decutit arboribus frondes:’ sic enim scripti, non *truculentior*. Statii illa cogitabat, ‘refluumque meatu Euripum:’ hinc castigandus idem Statius Sylv. libro I. de eodem Euripo, ‘sic Chalcida fluctus Dispescunt reflui: sic dissociata profundo Brutia Sicanium circumspicit ora Pelorum:’ ubi perperam nunc scribitur *Expellunt fluvii:* possit et refingi, *fluctus refugi:* nam Senecæ in Hercule Furenti, ‘Vicibus alternis fugax Euripus:’ ‘æstuantem Euripum’ dixit Boëthius de consolatione Philosophiæ. Chalcida enim a Bœotia dispescit. De Chalcide Mela, libro II. cap. 7. ‘Cæterum longa, totique Bœotiæ opposita, angusto freto distat a littore. Euripon vocant, rapidum mare, et alterno cursu, septies die ac septies nocte, fluctibus invicem versis, adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur.’ Ad quem locum multa erudite, ut solet, vir summus Isaacus Vossius. Videatur ille, et alii Geographi de Euripo: nos alio properamus. Vulgati, *Acrius Harpyiis*, in hoc Claudiani loco. *D. Heins.*

91 *Flavis incertius undis*] Dubium non est pelagi undas intelligi, cum proverbium quoque sit, mari esse leviorem. *Barth.*

92 *De matre cadentem Suscepi gremio*] Susceptio solemnis infantis recens nati in gremium Parentum, indicium prolis agnitæ et educandæ. Alioqui exponebatur. *Barth.*

93 *Suscepi gremio*] Notum omnibus infantem natum in humum deponi solitum, atque e terra levari manu patris; atque illud est, quod *cadentem* ait poëta, et *terram tangere*. Sueton. Aug. cap. 5. et in Nerone, cap. 6. Plin. lib. II. cap. 63. pr. 'quæ nos nascentes excipit Terra, natos alit.' et in Præfat. ad lib. VII. 'hominem,' inquit, 'nudum et in nuda humo natali die natura abjicit.' Deinde *Statina* erat Dea, cujus numine e terra sublatus puellus, rectus constituebatur: ex Tertull. Cujacius lib. II. observ. cap. 30. Locus est elegans apud Varr. l. II. de vita pop. Rom. 'Natus si erat vitalis, ac sublatus ab obstetrice, stâtuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse: diis conjugalibus Pilumno et Picumno in ædibus lectus sternebatur.' Lege Stat. lib. I. Thebaïd. v. 60. &c. unde *tollere* pro educare usurpant, Juvenal. Sat. VI. Senec. de Provid. cap. 4. et 5. ad Marciam, cap. 17. fine, &c. *Dempster.*

94 *Teneroque per ardua colla volutus*] Minus salebrosi erunt numeri, si leges cum secundo Vaticano, *tenero perque ardua colla volutus:* paulo ante *parvus reptavit* scripti: pro *Ubera quæsivit fletu*, septem aut octo codices *Oscula quæsivit*. D. Heins.

96 *Finxerunt membra cerastæ*] Isingrini liber, et ex nostris quidam cum primo Vaticano, *ora:* ut Prudent. Hamart. 'virides adlambunt ora cerastæ.' *Id.*

Finxerunt membra] Instar ursorum lambendo informeis parteis fingentium. Gellius, lib. VII. cap. 10. et Ælianus, lib. II. cap. 19. *Barth.*

Cerastæ]. De his quædam cognitione digna Nicander.

97 *Meque etiam tradente dolos artesque*] Sic idem Isingrinus, prim. Vaticanus, aliique præstantiores: quarum nonnulli tamen *artemque:* pro *Edidicit, Et didicit* est in quibusdam: sed nil necesse: sensus magis erigetur, si legis, *Me me etiam:* ut apud Virgil. 'Me me, adsum qui feci:' sed hoc timide adfirmo. Vulgo legebatur, 'Me tradente dolos gestus artemque nocendi:' quod si sequimur, pro *gestus* forte *astus* erit reponendum: aliter hæc Barthius. *D. Heins.*

99 *Fraudem prætexere*] A vestibus aliisve rebus quibus tegendis aut velandis aliquid induitur. Hinc ad abditas et nobiliore specie delitentes res traducitur. Virgil. l. IV. 'Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.'

Risu] Fuit revera malitiosus, atque truculentæ avaritiæ homo, quæ vitia per ambages Poëticas illi a Claudiano objiciuntur. *Barth.*

100 *Lucrique cupidine fervens*] Servile ingenium lucro omnia facere. De avaritia Rufini, quæ et aliorum ejus nominis velut hereditaria, vide Franciscum Juretum ad Symmachum, libro VI. Epist. 14. 'Prædonem annosum et ærarii expilatorem.' *Barth.*

101 *Satiaret arenis*] *Satiarit* rectius quatuor libri: uti et Barthio visum: mox *rabido ingenio* pro *rapido*. Isingrinus, et scripti quidam: sic 'rabida Megæra' apud Statium Theb. I. Supra *rabidas voces* jam habuimus, v. 44. sed recte *rapido ingenio* Barthius tuetur. Horatius, ni fallor, 'rapido torrentius amni Ingenium:' paulo ante probo illud ejusdem Barthii, *Ipsa equidem fateor vinci*, pro *quidem:* deinde *unanimos sodales* Mazarinianus liber. *D. Heins.*

102 *Tempestas*] Inundatio: si totus Tagus fluctibus ingrueret auriferis: imitatur Papinium primo Silvarum, quamvis alia re: 'Huic Hermum fulvoque Tagum decurrere limo Nec

satis ad cultus, &c. jussi.' *Barth.*

104 *Majore siti*] Avaritia. Maro: 'auri sacra fames.' Infra: 'Crescebat scelerata sitis, prædæque recentis Incestus flagrabat Amor.'

105 *Unanimes*] Quorum una anima in duobus corporibus divisa. Sane ad exprimendam veram amicitiam uno hoc vocabulo omnia Latinitas complexa est, eamque pariter magna vis scriptorum expressit. *Barth.*

106 *Talem progenies hominum*] *Hominem* nonnulli: quod Barthius amplexus est. *D. Heins.*

107 *Pirithoüm fugeret Theseus, &c.*] Horum disjunctio monstrosissimis ingeniis adscribitur. Martialis, l. VII. Epigramm. 23. 'Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes, Thesea Pirithoï destituisset Amor.' Ausonius ad Pontium Paulinum, Epist. 24. 'Impie, Pirithoo disjungere Thesea posses, Euryalumque suo socium secernere Niso. Te suadente fugam, Pylades liquisset Orestem, Nec custodisset Siculus vadimonia Damon.' *Barth.*

109 *Rabidoque*] Consentiunt libri omnes *rapido* scribendum: rapaci, igneo velut, atque ad prehendenda mala nimiopere celeri atque apto. *Barth.*

Rabidoque] Membranæ *rapidoque*, hoc est, omnem in partem mobili et expedito. *Delrio.*

110 *Plus*] Diutius, amplius. *Barth.*

111 *Solus habet scelerum*] Hæc de Rufino capitali Stilichonis patroni sui inimico. *Barth.*

112 *Accommoda*] Utilis, proficua, acceptabilis. Glossarium Philoxeni: *accommodatissimum, ἐπιτηδειότατον*. *Barth.*

113 *Regalem ad summi*] Versus mirifice rei majestatem spondæorum gravitate et concinnitate lente procedentium syllabarum exprimens. *Bart.*

Producam principis aulam] Non *perducam*: ita olim conjeceram: confirmant duo Medicei cum primo Vaticano et Rottendorphiano. *Producam*, promovebo. Cicero pro domo sua: 'Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras:' noster lib. I. in Eutrop. de Abundantio: 'qui rebus Eois Exitium primoque sibi produxit:' is enim Eutropium promoverat. Lib. I. in Stilich. 'cujus producere famam sufficeret natus Stilicho.' Ita illic scripti: *proferre* dixit alibi. 'Nullius Eutropius, quam qui se protulit, ante Direptas possedit opes.' *D. Heins.*

114 *Numa gravior*] Martialis: 'Ardua res certe est opibus non tradere mores, Et cum tot Crœsos viceris, esse Numam.'

Sis denique Minos] Τὸ *denique* arguit nihil sanctius superesse. Sic Martialis: 'Nasutus sis usque licet, sis denique nasus, Qualem noluerit ferre rogatus Atlas.' Nil majus in rerum natura dicere poterat quam cœlum immensum, infinitum. De Minoë vide brevem sed divinum Dialogum Platonis. *Barth.*

115 *Flectetur*] In Avaritiam.

116 *Orantem sequitur clamor*] Nota probati sermonis acclamatio. *Barth.*

117 *Porrexere manus*] Adfectus fere omnes manibus protentis significantur. Lucanus, lib. I. Pharsaliæ: 'cunctæ simul assensere cohortes, Elatasque alte, quæcunque in bella vocaret, Promisere manus.' Xenophon, Anabasi, v. testis, manus protensionem injunctam ad signum probatæ sententiæ: et erigebant dexteras milites ad ardorem pugnandi indicandum. *Barth.*

119 *Nodavitque adamante comas*] Iis nempe opus erat in tergum rejectis ad expeditionem cujuscunque negotii. Quare veteres retro nodatis comis plerumque procedebant, qui quidem pendulis utebantur. *Barth.*

Nodavitque adamante comas] *Nodatamque comam* prim. Vatic. *D. Heins.*

120 *Poscit*] Ab ripa ipsius funestam pinum poscit. *Barth.*

122 *Pigraque veloces*] Mos Poëta-

rum contraria jungere. Horatius: 'ardentem frigidus Ætnam Insiluit.' *Barth.*

123 *Est locus extremum pandit qua Gallia litus*] Haud dubie Galliam ideo nominat Claudianus, quod exinde ducti natales Rufino. *Extremam* Galliam dicit Oceano finitimam.

124 *Oceani prætentus aquis*] Cinctus Oceano. *Barth.*

Ubi fertur Ulysses] Sic Isingrinianus et Lucensis. Vulgatum *quo* duriusculum, quia *qua* præcesserat: mox idem Lucensis rectius *populumque silentem* quam vulgati *silentum:* lib. II. de Rapt. 'populoque silenti Traderis.' Statius Theb. IV. 'In speculis Mors atra sedet, dominisque silentes Annumerat populos:' ita minima mutatione scribo; nam scripti, *dominique silentes.* Vulgati *dominique silentis.* Plutonem et Proserpinam intelligit: noster de Rapt. lib. II. 'dominis intrantibus ingens Adsurgit Phlegethon.' Possis et *domino:* quomodo Theb. XII. 'Umbrarum custos inhumataque corpora regi Annumerat:' sed alterum præstat. Seneca Hercule Fur. Act. III. sc. 2. 'Tristi silentem nubilo liquit domum,' cum antiquis libris. *Umbras silentes* Virgilius dixit lib. VI.; et Ovid XIII. Metam. 'Æacus huic pater est, qui jura silentibus umbris Reddit.' Male vulgo, *silentibus illic:* plura ibi dicemus. *D. Heins.*

125 *Sanguine libato*] Necessario more ad evocationem umbrarum: vide Arnobium, lib. VII. *Barth.*

Populum] Omne genus. *Barth.*

127 *Flebilis auditur questus*] *Auditu* quartus Vaticanus. *D. Heins.*

Simulacra pallida] Umbras mortuorum quas fingebant miris formis veteres. Ovidius: 'Persequar et vultus ossea forma tuos.' Lucretius, I.: 'Sed quædam simulacra modis pallentia miris.' *Barth.*

128 *Migrare figuras*] *Catervas* primus Vaticanus: *mugire* Rottendorph. et secundus Mediceus: male. *D. Heins.*

129 *Dea prosiliit*] Totus hic locus expressus est ad similitudinem Statii, lib. I. Thebaid. vs. 125. quæque ille de Græciæ regionibus, noster de Britannia, Gallia, Germaniaque dicit. *Dempster.*

131 *Britannia*] Utpote vicina illi Galliæ loco. *Barth.*

132 *Revolutaque Thetys*] Sursum versum, contra æstum venientem retroacta. Pulcerrime Lucanus hinc illustrandus lib. I. 'Quaque jacet littus dubium quod terra fretumque Vendicat alternis vicibus, cum funditur ingens Oceanus, vel cum refluis se fluctibus aufert,' &c. *Barth.*

133 *Rhenus projecta torpuit urna*] At cum Rhenus aquas suas si quis alius fluviorum deorsum agat, miraculum facit Claudianus ipsa illa profiua aqua obtorpuisse, non secus atque mare æstui jam imminens, et littora inundaturum. *Barth.*

Projecta torpuit urna] Sic Gyrald. Lucens. et sex alii. Vulgo *unda:* diximus Cons. Olybr. vs. 213. perperam vulgatam scripturam tuetur Barthius. *D. Heins.*

135 *Severas*] Seniles. Senes enim κατὰ παντὸς severi, superciliosi, queruli, rixosi. Horatius: 'Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod Quærit,' &c. *Barth.*

136 *Ficto languida passu*] Qualis ætate affectorum gradus. Serpere senes, non incedere ait Euripides Bacchis. *Barth.*

137 *Invadit*] Vadit in muros. Virgilius: 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.' *Barth.*

Elusæ] Civitas Galliæ provinciæ Novempopuloniæ, quondam nobilissima, hæc scribente Claudiano, patria Rufini hujus, hodie *la ville d'Euse en Gascogne.* Barth.

Elusæ] Cæsar, lib. III. Tarbelli, Bigerri, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, quos neque Plinius neque

Ammianus ignorant.

138 *Oculis liventibus*] Ex Invidiæ Ovidianæ descriptione. *Barth.*

139 *Tunc talia*] Τὸ *tunc* collectionem quampiam spiritus insinuat, antequam oratio aliquid proponat. Sæpius ita Virgilius: 'Tunc sic orsa loqui vates.' *Barth.*

140 *Frustraque juventæ Consumis florem*] Ipsam vitæ ἀκμὴν, summum decus, tempusque nobilissimum. Ætatulam vocat Apuleius hunc florem, quia brevissimum vita tempus habet in sese, ad apicem aut ascendens cæteroqui aut descendens. Apuleius: 'Ætatis florem floribus ut decores.' *Barth.*

141 *Patriis arvis*] *Elusæ* nimirum. *Barth.*

142 *Quid sidera donent*] Gyrald. et Isingr. *debent:* etiam prim. Vatic. pro diversa lectione: quod secutus frustra Raphelengius. Lucens. *dedent:* prior Moreti, *spondent.* Cæteri pro vulgata lectione stant, quam et nos amplectimur. Sequenti versu *toto denabere mundo* scripti nonnulli: quos inter primus Vaticanus: unus *dotabere:* frustra. *D. Heins.*

Sidera donent] Fingit Furia Chaldæum aliquem aut astrispicem, ut ex sequentibus clarum. Tria Verba posuit, quibus omnem de Eventibus humanam Speculationem Philosophia complexa est: Fata, quæ sunt Stoicorum: Sidera, seu Deos, quæ Academicorum pluriumque eo redeuntium scita faciunt: Fortunam, quæ Epicuræorum, et ejus gregis cæterorum. *Barth.*

143 *Toti dominabere mundo, Si parere velis*] Neque abit quod de Cæsare scribit Dio Cassius, lib. XXXVII. parum sollicitum fuisse quorsum se demitteret, quamque humilitatem præ se ferret, modo per eam potentia augeretur. *Barth.*

146 *Præscius ardor*] Flammæ divinæ particula. Non enim humanarum virium præscientia futurorum. *Ardorem* dixit, quia Deus Igneum quippiam Pagani sciscebant. Vide Macrobium, lib. I. in Somnium Scipionis, cap. 14. Ita a Deorum cultu vaticinia petebantur: vide Jamblichum, lib. I. de vita Pyth. c. 28. *Barth.*

Inest] *Adest.* Sic alibi *amethystus inest.* Barth.

Quo Thessala cantu] Thessalia studiis Magicæ deditissima, et ejus gentis incantationes celeberrimæ. *Barth.*

147 *Eripiat lunare jubar*] Cœlo detrahat. Lunam enim cœlo detrahi carminibus Magicis credebant. *Barth.*

Signa sagacis Ægypti] Characteres.

Eripiat lunare jubar] Vetus gentium error, Lunam magicis cantibus vexari, et e cælo deduci. Mart. lib. XII. Epigr. 57. Ovid. lib. II. El. 5. Amor. Ideoque ne illa audiret incantamenta, tinnitibus sacra ejus peragebantur. Ovid. lib. VII. Met. Fab. 2. Senec. Med. Act. IV. Scen. 2. 'inque auxilium Dictimna tuum pretiosa sonent æra Corinthi.' Juvenal. Sat. VI. 'Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Hinc defectum putabant proficisci. Serv. ad II. Georg. Stat. VI. Theb. 'quoties avellitur astris Solis opaca soror procul auxiliantia gentes Æra crepant.' Quod autem *Thessalam* ponat Claud. pro qualibet saga, docte quidem; nam Thessalia veneficiis devota. *Dempster.* Hieroglyphicæ notæ, varia rerum indicia, quæ vulgus obscuris ductibus figurarum consignata, etiam cum edita essent, fallerent. *Sagacem Ægyptum* propter omnium fere artium initia inde petita nuncupat, hærentia nimirum inibi a primorum Patriarcharum Judæorumque cultu, unde mater artium dicitur a Macrobio, lib. I. Saturn. cap. 15. Gellius, lib. XI. cap. 18. 'apud veteres Ægyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis sollertes exstitisse, et in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita.' Hinc Αἰγυπτιάζειν, malum malignumque esse, proverbio lo-

cum fecit. *Barth.*

Eripiat lunare jubar] Puto *Deripiat,* quanquam dissentientibus libris. *Detrahere cælo Lunam et deducere,* passim poëtæ: pari modo et Barthius conjecit. Horat. Epod. v. 'Quæ sidera excantata voce Thessala Lunamque cœlo deripit.' Idem Epod. ult. 'Refixa cœlo devocare sidera.' *D. Heins.*

148 *Gens Chaldæa*] Magicis sacrificiis tum quoque celebris. *Barth.*

149 *Fluenteis Arboribus succi*] Primum numen, nobiliusque nutrimentum generis humani Arbores, post in abusum Magicarum præstigiarum venit. Plinius lib. XII. 1. *Barth.*

151 *Quicquid lethali gramine pollens Caucasus, et Scythicæ vernant in carmina rupes*] Hæc inquinatissima erant: nam hactenus legitur, *germine pollens Caucasus et Scythiæ vernant in gramine rupes:* pro *germine, gramine* scripti omnes agnoscunt priori versu, et recte: nisi quod Isingrinianus et tres ex nostris *carmine:* quam vocem posteriori versu reddendam existimo, unde exciderat, legoque minima mutatione, *in carmina,* id est, in usum carminum, in usum magicum. Amat hos loquendi modos noster: ut Cons. Olybr. vs. 122. dictum. Cons. Manlii, 'Vecte laborantes in carmina concitat undas:' ubi de Organo Hydraulico agit: infra hoc ipso libro, 'Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes:' hoc est, in usum poculorum: lib. III. de Rapt. 'totæ fremerent in pocula ripæ.' 'Seges crescit in prælia' Idyllio Hystricis. IV. Cons. Honor. 'In civem rubuere genæ.' Lib. II. Raptus: 'omnis in herbas Turget humus.' Cons. Olybrii: 'Cornus in hastam Porrigitur:' atque ita sæpe. Horum et plenus Statius et Apuleius: apud quem emenda in transcursu locum male affectum, lib. VIII. Met. 'Interea quidam senex de summo colle prospectat, quem circum capellas pascentes opilionem esse professione (vel *ex professo,* vulgati *profecto*) clamabant. Eum rogavit unus ex nostris, haberetne vænui lacte, vel adhuc liquidum vel in caseum recenter coagulatum.' Eleganter 'lac in caseum coagulari' dicitur. Vulgo 'in caseum recentem incoactum.' *Inchoatum* scripti codices et prima editio: lib. IX. 'misceri in Venerem.' Statius Sylv. lib. I. Epithalamio stellæ: 'Excludunt radios silvis decussa vetustis Frigora: perspicui vivunt in murmura fontes.' Ita opinor a manu Statiana esse: nunc legitur *in marmore:* quæ scriptura minus elegans. 'Vivere in Venerem frondes' pari modo Claudianus Nuptiis Honorii: sic 'motæ in murmura voces' eidem Statio lib. III. ad Claudiam Uxorem, 'in procurrentia primis Carmina nostra sonis, motasque in murmura voces Aure rapis vigili.' Sciolus aliquis, qui ignorabat aurem vigilem poëtis pro attenta frequenter poni, illic loci refinxit, 'totasque in carmine noctes:' quomodo nunc legitur: quasi Statius totis noctibus aliud nihil egisset. Epicedio Glauciæ, vs. 105. 'mutas murmure voces' habes Theb. VI. 'Audiit et vocis decerpsit murmura primæ.' Epicedio Glauciæ, 'desunt in munera flammæ.' Theb. lib. I. 'paulum in verba minasque Cunctantur.' lib. IV. 'rejicitque canes in vulnus hiantes.' lib. V. 'in solam patuerunt lumina noctem.' lib. XI. 'miseræ crescunt in pabula fibræ:' atque ita ille passim: sed ad rem. Plura qui cupit, adeat hoc loco Barthii curas secundas. Duplicem igitur magiam tangit; alteram quæ herbis, alteram quæ incantationibus perficiebatur: utramque poëtæ ut plurimum conjungunt. Lucensis liber conjecturam meam confirmat; is enim, *in gramina. Gramina* pro *Carmina,* et vice versa, frequenter scribi in antiquis membranis nemo nescit: male etiam vulgo *Scythiæ rupes* pro *Scythicæ.* Lucensem lib. si audimus, priori versu re-

tinendum, *germine:* ut per *germen Caucaseum*, aconiton intelligat ex Promethei cruore natum. Seneca Medea, 'Congerit in unum frugis infaustæ mala Quæ fert opertis hyeme perpetua jugis Sparsus cruore Caucasus Promethei.' *D. Heins.*

152 *Caucasus*] In eo monte omnium Magicarum herbarum potentissima Promethæis nascitur. Est et cæterarum eodem facientium feracissimus. *Barth.*

Vernant in carmina rupes] Efficaciora ad toxica, germina montana, quod observatum est a Turneb. lib. XVIII. cap. 12. et videtur consentire Virgil. VII. Æneid. 'Marsis quæsitæ in montibus herbæ.' De herbarum vi in veneficiis, lege Plin. lib. XXIV. cap. 2. qui Homerum citat. *Dempster.*

153 *Legit Medea*] Medeæ veneficia et furores notissimi ex Ovid. lib. VII. Fab. 2. ex Seneca, Ovid. κακοτεχνίας lib. II. 'Non faciens ut vivat amor Medeides herbæ.' Tibull. lib. I. Eleg. 2. 'Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas.' Quibus locis moveor, ut errorem ex Propertio tollam; apud quem lib. IV. Eleg. 7. depravate, ut puto, legitur: 'si te non totum Chloridos herba regit,' repone *Colchidos*, id est, Medeæ. *Dempst.*

Ferox] Ob cædeis plurimas. *Callida Circe* ob dolosas hospitum captiones. *Barth.*

154 *Sacrisque citavi nocturnis Hecaten*] Loci hujus restitutio Claveriano codici debetur. Vulgatum *litavi* σολοικίζει. Seneca Œdipo, ex fide optimarum membranarum, 'fundit et Bacchum manu Læva; canitque rursus, et terram intuens Graviore manes voce et attonita citat:' ubi *ciet* in vulgatis, etsi minimum refert. Isingr. et Lucens. *levari:* quomodo et Pricæanus pro diversa lectione: prim. Vatic. *litando:* non male: alii quidam *litatis*. Forte *citatam:* ut ad τὸ *traxi* referatur. Noster lib. I. de Rapt. 'patefacta ciebo Tartara.' Val. Flaccus, lib. III. 'furias ditemque ciebo:' ubi frustra *movebo* Carrionis liber. Barthius nova distinctione parum huic loco consulit. Idem Valerius, libro VII. 'Noctis heram Ditemque ciens.' Virgil. 'Nocturnosque ciet manes.' et Ecl. VIII. 'manes excire sepulchris.' Ammianus, libro XXIX. 'Pollentinianum tribunum iisdem diebus convictum confessumque quod infernis manibus excitis de permutatione imperii consulere ausus est, abire jussit illæsum.'

155 *Nocturnus*] Noctu enim placabatur Hecates numen, aut illa exciebatur ad Magicas præstigias. Vide Apollonium Argonaut. III.

Condita funera] Fallaces mortuorum figuras. Hoc enim inter ludibria eorum quibus Satanas fascinabat mentem, posse eos jam sepulta cadavera carminibus reducere in vitam. Tibull. lib. I. 'Hæc cantu finditque solum, manesque sepulcris Elicit, et tepido devocat ossa rogo.' *Barth.*

157 *Quamvis Parcarum restarent fila*] Contra fati ordinem, contra tempus vitæ præfixum. *Barth.*

158 *Ire vagas quercus*] Nemesianus. Ecloga IV. 'Cantavit quod Luna timet, quo rumpitur anguis, Quo currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbor.' Pariter Poëtæ alii, de translatis arboribus et segetibus, campo nempe in suo. *Barth.*

Et fulmina stare coëgi] Sic Aldus et Isingrin. Alii, *flumina*. Lucensis, *fulmen*. Vulgo, *flamina*. Seneca Hercule Œtæo, 'Et bruma messes videat, et cantum fugax Stet deprehensum fulmen.' Ita optimus codex: non *sit*. Naso Epist. VI. 'Illa refrenat aquas, obliquaque fulmina sistit:' quomodo illic scripti nonnulli. Barthius in hoc Claudiani loco vulgatam scripturam frustra tuetur. *D. Heins.*

160 *Locutum*] Ita libri manu exarati: et exigit res ipsa. In senem enim non anum mutavit formam Megæra. *Barth.*

161 *Penates*] Ipsum domicilium, ipsos postes. Virgil. lib. VIII. 'ac nostris succede penatibus hospes.' *Barth.*

163 *Metallo*] Auro κατ' ἐξοχήν. *Barth.*

164 *Avaro Pascitur intuitu*] Summam cupiditatem oculi velut prælibant: et partem ex re cupita ipso intuitu hauriunt. *Barth.*

165 *Pascitur intuitu*] Gyrald. et Lucens. *aspectu.*

165 *Ad prima*] Græcanicum: εἰς τὰ πρῶτα, *primo.* Maro, lib. V. 'Non jam prima peto Mnesteus.' Et alibi, 'Prima tenet plausuque volat, fremituque secundo.'

Tumebat] Elatus superbia, ob accessionem tantarum opum. *Barth.*

166 *Mæonius*] Midas Rex Phrygiæ; Lydiæve, ut alii. Vel utriusque, ut Ovidius. *Barth.*

167 *Revinctos*] Idem est ac si *vinctos* dixisset. Virgil. lib. XII. 'recalent nostro Tiberina fluenta Sanguine adhuc.' *Barth.* quod tantumdem est ac si *calent* dixisset. *Barth.*

168 *Munus acerbum*] Noxium, nocuum, contrarium sibi. *Barth.*

169 *Inviso votum damnavit*] Fulgentius, Mytholog. lib. II. cap. 14. 'Mida Rex Apollinem petiit, ut quicquid tetigisset, aurum fieret. Cumque promeruisset, munus in ultionem conversum est, cœpitque sui voti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat, aurum statim efficiebatur; erat ergo necessitas aurea, locuplesque penuria,' &c.

Inviso auro] Ovidiusque: 'divesque miserque Effugere optat opes, et quæ modo voverat, odit, Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur Urit, et inviso meritus torquetur ab auro.' Scite vero glaciem fulvam, aurum ex aqua vinove factum nuncupat, ut niveam.

Inviso votum damnavit in auro] Scripti quidam *invito:* perperam. Ovid. de eodem Mida, 'et inviso meritus torquetur in auro.' *D. Heins.*

170 *Ergo animi victus*] *Animum* Pricæanus: frustra. Virgil. 'Immemor heu, victusque animi respexit.' Adeantur quæ bello Gildonico notamus v. 281. *Id.*

Animi victus] Maronianum Georg. IV. 'Immemor heu, victusque animi respexit.' Sic Apuleius, libro IV. 'animi saucia.'

Sequimur quocunque vocabis] Exclamatio victæ voluntatis, Virgil. IV. 'sequimur te, sancte Deorum, Quisquis es, imperioque iterum paremus ovanteis.'

173 *Instabilesque olim*] *Diu* duo veteres, tres *vocaris* pro *vocabis* paulo ante. *Instabiles* prim. Vatic. et tres alii. *D. Heins.*

Instabilesque olim Symplegades] Cyanei scopuli, quia fingebantur collidi, Symplegadum nomen nactæ. Strabo, lib. III. De Cyaneis Symplegadibus vide Apollonium late lib. II. Valerium Flaccum, et Scholiastas. *Barth.*

Instabilesque olim] Ante navigationem Argonautarum, testibus iis qui Argonautica conscripserunt. *Delrio.*

174 *Thessalicis*] Minyarum, quo nomine censetur flos universæ Græciæ ea tempestate. Catullus: 'Cum lecti juvenes, Argivæ robora pubis, Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.' Jason autem expeditionis auctor Thessalus. Valer. Flaccus: 'Debitus Eois dux Thessalus appulit oris.'

Celsa Bosporus urbe] *Bosporus,* a bovis meabili transitu sic dictus, ut ait Plin. lib. VI. cap. 1. duplex erat, Cimmerius et Thracius; hic autem de posteriore, qui Asiam ab Europa sejungit. Isid. de eo lib. XIII. cap. 16. et Petronius Satyr. 'Veneratus erat submissa Bosporus unda.' Othrysiæ oræ sunt Europa: nam *Othrys* mons est Thessaliæ, Lapitharum sedes, Plin. lib. IV. cap. 8. Valer. Flacc. Argon. lib. I. de Pelia: 'Ille

Othryn et Hæmum, Atque imum felix versabat vomere Olympum:' et alii. Intelligit autem poëta Byzantium seu Constantinopolim, non longe a Bosporo situm. *Dempst.*

Qua Bosphorus urbe] Non *arce* scripti: et recte; nam *Eoas arces* ante dixerat: mox *Odrysiis* pro *Otrysiis* lege. Odrysia, Thracia. Miror Barthium aliis scriptorum locis pariter mendosis in medium prolatis corruptæ scripturæ patrocinari. Vide Stephanum Byzantium in Ὀδρυσαι: inde enim Odrysius deducitur. *Disterminat* etiam pro *discriminat*, Moreti liber et Farnesianus: quod placet. Plinius, lib. XII. cap. 21. 'Arabia Judæam ab Ægypto disterminat.' Lucan. lib. I. 'Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis.' Sic et 'Tartessos distermina' Silio lib. V.

175 *Odrysiis*] Thraciis, quæ in Europa. Ausonius Epigramm. I. 'Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis Othrysii, Thressæque viraginis arma retractat.' Martialis, lib. VII. 'nunc ludite, Musæ, Victor ab Odrysio reditur orbe Deus.' *Barth.*

177 *Subrepsit in aulam*] Malis artibus. *Ilicet*, quia Furiæ adventus mores mutabat: animo ejus illapsæ, quod innuit dicens *ergo animi victus*. Idem.

178 *Ambitio nasci*] Expulsatrix justitiæ. Unde pulcre in Laudibus Stilichonis: 'Trudis avaritiam cujus fœdissima nutrix Ambitio, quæ vestibulis foribusque potentum Excubat, et pretiis commercia pascit honorum.' Sic hoc loco: *Venum cuncta dari*, Ambitione ingruente. Et Petronius: 'Venalis populus, venalis Curia Patrum, Ipsaque majestas auro corrupta jacebat.' *Barth.* Nil sane turpius quam nundinatio Magistratuum; illa iniquitatis principium et finis; illa omnium scelerum fons Justiniano dicitur. *Claver.*

Rectum] Regula justitiæ, juris administratio nusquam flexa. Inde rectum, ipsa justitia. Horatius, lib. IV. Carm. 4. 'Doctrina sed vim promovet insitam Rectique cultus pectora roborant.'

179 *Profert arcana*] *Proferre* excerpta Medicea: ut legendus sic totus locus videatur, 'proferre arcana, clientes Fallere, et ambitos a principe vendere honores:' ita sæpe noster historicorum exemplo. Τὸ *ambitos* male in *indeptos* Claverius mutavit. *D. Heins.*

Profert arcana] Aulæ Regnique, quæ plurima. Hæc vero sceleratus homo ob pretium hostibus populoque prostituit. At sapientissime Horat. I. Epistolar. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius umquam, Commissumque teges et vino tortus et ira.' Idem alibi: 'Regibus hic mos est multis urgere culullis Et torquere mero quem perspexisse laborant.'

Clienteis Fallit] Summum crimen hominum potentium, usque adeo ut vix ullum a Sacris Prophetis abominabilius proclametur, quam afflictos miserosque homines se et sua fidei alicujus committentes, ab eo decipi et deprædari. *Barth.*

181 *Ingeminat crimen*] Delator hominum, quorum errata veritati additis immensis mendaciis in prodigialia crimina apud Principem extendit. Talis Sejani animus apud Tacitum, Annal. IV. 'inflando odio Tiberii in Germanici sobolem.' Pulcre vere Titus, qui traductos per Amphitheatrum Delatores flagellis cecidit in foro, et in servos vendidit, ut auctor Suetonius, cap. 8.

Ignem] Odium iracundiamque principis. *Barth.*

182 *Nutrit*] Auget consentiendo.

Stimulando] Ab equis quos stimulis fodiebant veteres. *Barth.*

Stimulando vulnus acerbat] Codices nonnulli *cumulando*. D. Heins.

183 *Velut innumeros amnes*] Insatiabilem Avaritiæ gurgitem pelago

comparat. Ambrosius: 'Mare fœnerator est, omnium patrimonia tanquam fluctus absorbet.' *Barth.*

184 *Nescit*] Non sentit. Virgil. Georg. I. 'Nescivere hyemem.' Cur autem mare non crescat tot fluviis ingredientibus caussam dat ex aliis Nicephorus Blemmydes Physicis.

Undantem Istrum] Ob copiam. Est enim comprimis ingens fluvius Danubius. *Barth.*

185 *Septeno gurgite Nilum*] *Littore* Isingrini codex: ut infra lib. II. 'Ignotaque littora Nili:' de laud. Stilich. 'Nilique ad littora tendens,' pro *similisque meat*, præter Lucensem et duos aut tres alios, reliqui *manet*, approbante Barthio. Pro *Expleri calor ille nequit*, Priscœnus *sitis ista*. D. Heins.

Æstivum Nilum] Ab Æthiopibus oriundum, ut putarunt veteres, vel quod æstivo tempore augetur. *Barth.*

Æstivum Nilum] Nilus Ægyptum irrigaturus, primo vere aut solstitio autumnali excurrit, hyeme nunquam. Solin. cap. 35. Polyhist. Lucan. lib. X. v. 210. Tibull. lib. I. Eleg. 7. 'Fertilis æstiva Nilus abundat aqua.' Plin. lib. XVIII. cap. 18. princip. 'septeno gurgite,' quod septem ostiis se in mare exoneret. Noster Epithal. Honorii et Mariæ princip. 'Septem despectans cornua Nili.' Maro, Æn. VI. 'septem geminum' vocat: at Plin. lib. V. cap. 9. 'multas tantum fauces' ponit. Strabo lib. I. στόματα. *Dempst.*

186 *Par semper similisque*] Et magnitudine et figura.

Fluctibus auri] Magnis confluxibus.

187 *Expleri calor ille nequit*] Hoc maxime vexantur avaritiæ mancipia, semper possidendo plura cupiunt, nec minuitur habendi cupido ullis opibus. Seneca Furente: 'nullo fine beatus Gazis inhians componit opes, Et congesto pauper in auro est.' Horat. Epist. lib. I. 'Semper avarus eget: certum voto pete finem.'

Cuicunque monile Contextum gemmis] Sordidam publici prædonis rapacitatem dicit, etiam muliebribus ornamentis non parsuram. *Barth.*

188 *Aut prædia culta fuissent*] Suidas ad verbum, voce Ῥουφῖνος, καὶ πολὺς ἦν ὄχλος τῶν περιθεόντων εἴ που τινὶ χωρίον ὑπάρχοι παντομιγές τε καὶ εὔκαρπον. Ubi et plura in hanc rem. *D. Heins.*

189 *Rufino populandus erat*] Sic Prædo annosus idem dicitur, et voluisse ærarium urbanum spoliare, a Symmacho, lib. VI. Epist. 14. Sic enim Claudianus noster mox ad verbum, 'orbisque ruinas Accipit una domus.' Quid mirum autem Præsidi alicui hoc crimen fuisse, cum Romani eam legem fere tenuerint, satis caussæ ad spoliandum aliquem, quod foret dives. *Barth.*

190 *Metuenda colonis Fertilitas*] Evertebantur enim fundis suis qui singulari aliqua fœcunditate nobiliores habebant. *Idem.*

191 *Laribus pellit*] Similia omnia de Gildone: 'perturbat avita Quemque domo, vetereis detrudit rure colonos.'

Detrudit avitis finibus] Pacatus Panegyr. 'non contenti miseros avitis evolvisse patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, et vitas premebant reorum jam pauperum.' Fines possessiones ipsas notant, alioqui termini eas circumscribentes. Celsus JC. c. 18. de acq. vel am. poss. 'si vicinum mihi fundum mercator in mea turri demonstret, vacuamque se possessionem tradere dicat, non minus possidere cœpi, quam si pedem finibus intulissem.' Hoc est ipsi fundo. *Barth.*

192 *Occupat hæres*] Gildonico: 'Instat terribilis vivis, morientibus hæres, Virginibus raptor, Nuptis obscœnus adulter.' Miserrima coactio etiam mortuorum sub principibus impotentissimæ vecordiæ, si quis salvas ex aliqua saltim parte necessitudines suas vellet, testamento Principi hereditatem vel integram, vel potiorem, cedere necesse habebat. *Idem.*

193 *Orbisque ruinas*] Divitiarum exsuctiones et conturbationes opum, unde Conturbare quoque dicuntur qui bonis exciderunt. *Barth.*

Orbisque ruinas] Isingr. et Patavin. *rapinas*: recte, nisi *ruinam* mavis. Pro *domus* etiam *manus* quatuor alii: placet: lib. I. in Eutrop. 'nunc uberiore rapina Peccat in orbe manus.' *D. Heins.*

194 *Accipit una domus*] Rufini domus erat quasi spelunca latrocinii.

Populi servire coacti] Venditos vult pretio; parum sollicito Rufino quomodo provinciæ regerentur, modo pretium a Præsidibus ante ingressum, postque administrationem, et in ea, grande ad se rediret. Hôc vere est deglubere oves. *Barth.*

197 *Oceanum*] Limites hos credebant τῆς οἰκουμένης, tam inepti talium rerum indagatione, ut Britanniam quæ ex Galliæ confiniis conspici eminus potuerit, alium orbem putarint. Itaque Oceanum navigaturos jam Solem relinquere, et in Deorum non hominum sedes ire dicebant. Pedo. Itaque ad Oceanum venire, erat ultimas τῆς οἰκουμένης oras tenere, quo et fabulosa quæque removebantur.

Rutilos tibi Lydia] Ob Pactolum Χρυσόῤῥοαν cognominatum. Similia IV. Cons. Hon. 'Tu licet extremos late dominere per Indos, Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent, Si metuis, si prava cupis, si duceris ira, Servitii patiere jugum,' &c. *Barth.*

198 *Cyrique tiara*] Scripti *solium Cyri Crœsique tiara*, vel *tiaræ*: nihil muto, nisi quod *tiaras* malim: ut IV. Cons. Hon. 'Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras.' Vulgatam in cæteris scripturam jure Barthius præfert. *D. Heins.*

199 *Nunquam dives eris*] Pulcre ex Rutilio Lupo, lib. II. 'Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi neque modum statuit utendi. Nam et multum desiderare est egentis signum, et nihil parcere egestatis est initium.' Hinc Horat. recte dicit, lib. III. od. 9. 'Non possidentem multa vocaveris Recte beatum: rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter uti, Duramque callet pauperiem pati, Pejusque letho flagitium timet,' &c. *Barth.*

200 *Semper inops quicunque cupit*] Et hæc traducta videntur omnia ex divinis monitis Senecæ, Epist. XVI. 'Ab Epicuro dictum est: Si ad naturam vives, nunquam eris pauper; si ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat, opinio immensum,' &c. Apuleius Apolog. 'Is plurimum habebit qui minimum desiderabit; habebit enim quantum volet, qui volet minimum.' *Idem.*

201 *Fabritius parvo*] Lucanus libro X. 'Pone duces priscos et numina pauperis ævi Fabritios, Curiosque graves, hic ille recumbat Sordidus Hetruscis abductus Consul aratris.' Quos tres ejus imitatione Claudianus hoc loco protulit.

Munera Regum] Quæcunque a Regibus dari poterant, non solum Pyrrhi illius, sed quicquid regali ambitu morum regulæ nocere posse videbat. *Barth.*

202 *Serranus*] Rutilius Itinerar. I. 'Exiguus Regum Rectores cespes alebat, Et Cincinnatos jugera pauca dabant. Hæc etiam nobis non inferiora feruntur Vomere Serrani Fabritiique foco.' *Sudabat* dixit, ut ipsum manum operi admovisse declaret. *Idem.*

203 *Casa*] Vilis, plebeia, de ruris similitudine, imo in ipso rure domuncula.

Pugnaces Curios] Mares vocat inde Horatius: 'Et maribus Curiis et decantata Camillis:' in opprobrium seculi sui. Erant enim qui vultu et incessu fœminas morbumque, ut Juvenalis appellat, fatebantur. *Barth.*

204 *Hæc mihi paupertas augustior*] *Opulentior* Isingrin. Lucens. Gyrald.

Helmæstadiensis, et Puteaneus: placet. *Augustum* proprie sanctum: quod hic locum non habet, etsi Barthio sic volente: auctor Panegyrici ad Pisonem, 'Ipsaque possesso mens est opulentior auro.' *Tenebat* pro *tegebat* paulo ante multi veteres ex nostris cum Aldo et Isingrino. *D. Heins.*

Hæc mihi paupertas augustior] Vetustissima Philosophia hæc est, Sapientiam censere Naturæ bonis contentum esse, nec fines Felicitatis extra eam in divitiis aut gloria ponere. Prudentius: 'O felix nimium Sapiens et Rusticus idem, Qui terras animumque colens, impendit utrisque Curam pervigilem, quales quos imbuit auctor Christus, et assumtis dedit hæc præcepta colonis.' Virgil. 'O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas.'

Augustior] Splendidior meo animo. *Barth.*

205 *Culminibus*] Diversa duo hæc vox notat: ingentia et splendida; *vilia*, pastoralia, humillima.

Tibi quærit] Terra marique luxuries Romana ciborum genera conquirit; non fami, sed gulæ: quare *ignes cibos* dixit Claudianus.

Quærit] Ob laborem ea placent. Petronius: 'Ales Phasiacis petita Colchis Atque Afræ volucres placent palato, Quod non sunt faciles,' &c. Lucanus, lib. IV. 'Et quæsitorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames.' *Barth.*

206 *Luxuries nocitura*] Pro confesso inter eos qui humani status naturam inquirunt, morborum tam varia genera non aliunde quam ab ciborum varietate et gulæ intemperantia venire. Senec. Epist. XXIV. 'ipsæ voluptates in tormenta vertuntur. Epulæ cruditatem afferunt, Ebrietates nervorum torporem tremoremque, libidines, pedum, manuum, articulorum omnium depravationes,' &c.

Inemtas Terra dapes] Prisca frugalitate, eaque beatissima. Horatius: 'Et horna dulci vina promens dolio, Dapes inemptas apparet.'

207 *Tibi vellera succos*] *Ibi* cum scriptis legendum, ut τῷ *hic* respondeat, quod sequitur: sic et infra *latas ibi perstrepit ædes*, non *tibi*. *Fucos* etiam optime quatuor scripti agnoscunt. *Tyrios fucos*, ut Ovid. Met. lib. VI. 'Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco Terga premunt:' sic omnino scribendum: plura illic. In Catalectis Pithœi: 'Intertexta rosa Tyrii subtemina fuci Involvit quoties nobile zona latus.' Lucanus etiam lib. X.: Strata micant, Tyrio quorum pars maxima fuco Cocta diu, virus non uno duxit aheno.' Ita enim legendus, vel, ut in aliis scriptis, prior versus, 'Hic torus, Assyrio cujus pars maxima fuco.' Nam et Assyria purpura in pretio: sic Festus Avienus Phænom. 'Assyriumque bibunt nova vellera fucum:' et noster de Rapt. 'Assyrii spumis fucantur aheni:' et *Assyrium venenum* apud Virgil. II. Georg. Petronius: 'Assyria concham laudabat miles in unda.' Virgilius Ciri, 'Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.' In Culice: 'Si non Assyrio fuerint bis lauta colore Vellera.' 'Assyrii succi unguentum,' Statio, Theb. VI. Ovid. lib. I. El. 1. Trist. *purpureum fucum* dixit: 'Nec te purpureo velent vaccinia fuco.' Sic bene veteres libri. Sidonius Apollinar. ad Majoranum: 'Sic te purpureo recocta fuco Multos purpura vestiat per annos.' *Roseum fucum* dixit Catull. nuptiis Pelei: *rubens* Seneca Hippol. 'Longum rubenti spargitur fuco lacus.' Ubi fucum tauro marino erudite dat. Fucus enim proprie herba marina, Græcis φῦκος θαλάσσιον, teste Plinio. Petronius: 'Quæsitus tellure nitor certaverat ostro.' Avienus Ora Maritima: 'Adjicit et illud, plurimum inter gurgites Exstare fucum, et sæpe virgulti vice Retinere puppim.' *Sanguineum* Virgil. Ciri: 'Horrida sanguineo pinguntur prælia fuco.' Sic

enim scribendum puto, cum in antiquis editionibus sit, *succo*, unde *cocco* fecerunt. *Tænarium fucum* Val. Flacc. lib. I. Statius Propemptico Metii Celeris: 'Quo pretiosa Tyros rubeat, quo purpura fuco Sidoniis iterata cadis:' sic scribendum jam alii, puto, viderunt. Hinc et *fucare*, pro quo *fuscare* sæpe perperam legitur, ut dicemus ad lib. II. de Rapt. vs. 96. *D. Heins.*

208 *Picturatæ saturantur*] Purpureæ illæ vestes non solum tinctæ erant murice apud Romanos, sed variis etiam picturis textæ, acuque pictæ: unde picturatas demum satiatas ait Claudianus. *Saturantur*, ad iterationem coloris. *Barth.*

209 *Prati viva voluptas*] Vivum est et perhibetur omne quod nativum est, neque alieno fuco inquinatur, aut mutatur a natura sua. Marius Victor ad Salmoneum: 'Cui fratrum ad requiem frondosæ vitis in antro Herbida cespitibus sunt strueta sedilia vivis.' *Idem.*

210 *Ingenio variata suo*] Naturali venustate. Sic Petronius: 'crines ingenio flexi.' *Idem.*

211 *Mollis panditur herba*] Tenax gramen scitissime ob summam in eo cubandi voluptatem vocat Horat. Od. II. Epodon. Et otia ista nimium Philosophice *dia* omnino Lucretius, lib. v. de tibia pastorali: 'Avia per nemora ac silvas saltusque reperta, Per loca pastorum deserta atque otia dia.' Talia strata vel ad sedendum vel ad cubandum feliciora habentur, a veris Philosophis, omnibus thoris fortunatorum hominum. *Idem.*

212 *Sollicitum*] Procul omnibus anxietatibus, curis, sollicitudinibus, animus compositus ad veram Sapientiam, summa est felicitas. *Idem.*

213 *Turba salutantum*] Ambitu, comitatu, et salutantium agminibus contenditur apud Tacitum: at in pectore amicus, non in atrio. *Salve* aut *Ave* matutinum est, *Vale*, vespertinum, ut probant Martial. et Suet. Et hunc cultum ambitio miserorum mortalium in numeros absolvendæ Felicitatis referebat. *Idem.*

214 *Avium cantus*] Maxima accessio voluptatis in animo soluto curis et ad quietem composito.

Labentis murmura rivi] Horatius: 'Labuntur altis interim ripis aquæ, Queruntur in silvis aves.' *Barth.*

215 *Vivitur exiguo melius*] Hic jam summa quapiam omnia comprehendit: veram vitæ voluptatem in parvo esse et secundum Naturam, cætera ludibria mentis humanæ rapere eam variis illecebris ad inania deliramenta. Respexisse de proximo videtur ista Lucani, lib. IV.: 'o prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu, Et quæsitorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames, et lautæ gloria mensæ, Discite quam parvo liceat producere vitam, Et quantum Natura petat,' &c.

Beatis omnibus esse dedit] Seneca ad Helviam, cap. 5.: 'id agit rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset,' &c. Vide illum Epist. 90. quæ huic rei scripta videtur. *Barth.*

217 *Simplice cultu*] *Victu* Oxoniensis, probe: huc alludit et prim. Vaticanus in quo *vultu*. 'Victus' enim 'verbo continentur, quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria,' teste Ulpiano de verb. signif. Silius lib. VIII.: 'Tu campum noscas ante, exploresque trahendo, Quantum hostis victu valeat, quæ copia rerum:' sic emendo. Vulgo, *quantum hostis ritus:* prima enim editio, *ictus hostis:* liber Oxoniensis, *hostis rictus:* mox dicturus est, *eget improbus arcto Jam victu Libys:* sequenti versu *gemerent* pro *fremerent* Isingrin. et prim. Vatic. *D. Heins.*

218 *Classica non fremerent*] Horat. Epod. 'Beatus ille qui procul negotiis, &c. Non excitatur classico miles

truci.'

Fraxinus] Hastarum omne genus unius earum usu excellentis arboris posuit. Papinius, lib. VI.: 'belli potura cruores Fraxinus.' *Barth.*

219 *Non ventus quateret puppes*] Avaritia excogitavit maria navigiis transgredi, mercaturæ gratiæ; quam inter caussas turbatæ vitæ humanæ ponebant vel maximam veteres. *Idem.*

220 *Crescebat scelerata sitis*] Pacatus de eadem cupiditate: 'Spes inter hæc nulla prædonis explendi: nec enim, ut natura fert, copiam satietas sequebatur: crescebat indies habendi fames, et parandi rabiem parta irritabant.' Qui idem mox Charybdi comparat, ut noster supra Pelago. Ætnæ Boëthius: 'Sed sævior ignibus Ætnæ Fervens Amor ardet habendi.' *Sceleratam sitim* impiam et abhorrentem a communi vita vocat. *Idem.*

221 *Petendi*] A Principe nimirum Arcadio. *Idem.*

222 *Perjuria*] Hominem Reipublicæ in parte sibi commissa præsidentem maxime hoc genus dedecet. *Idem.*

Perjuria nectit Blanditiis] Ita Aldus, et omnes scripti, uno Moreti excepto, in quo *nutrit*. Vulgo, *miscet*. Sic apud Statium, Theb. V.: 'quid longa malis exordia necto.' Lib. IX.: 'Graiis Sidoniisque simul nectebat funera Mavors.' Lib. VIII.: 'Talia nectebant, subito cum pigra tumultu Expavit domus:' ita meliores scripti, non *jactabant*. Achilleidos I. vs. 185.: 'Tum libare dapes Baccheaque munera Chiron Orat, et attonitæ varia oblectamina nectens, Elicit extremo chelyn:' ita castigaram, quod in veteri codice deprehendissem, *attonitam varia oblectamina nectens*, cum vidi me præventum gustu Statiano Gronovii nostri. Vulgo, *attonitam vario oblectamine mulcens:* quod ferri non potest, cum *pectora mulcens* paulo ante præcessisset: sic 'nectere fraudes' Silio, 'nectere dolos' Livio, 'nectere nefas' Val. Flacco: et similia. Sequenti versu Oxon. et Regius *perituras*, non *perituro:* quod non displicet: neque aliter prim. Vaticanus a manu secunda. Versum proxime sequentem non immerito suspectum habet Barthius. *D. Heins.*

223 *Fœdere dextras*] Manus, ut nostris moribus hodie, sic priscis quoque seculis, fidei et amicitiæ sponsionem facit. *Fœdera* hic dicit Claudianus, quia juramenta manibus datis concipiebantur. *Barth.*

224 *Semel*] Aliquando. Virgilius: 'Semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam.' *Tanti* tot signant. *Idem.*

226 *Quæ sic Getuli jaculo*] *Getulo* legebam olim: nunc placet Bononiensis libri lectio, *gentili*. *Getulis* Rottendorphianus. Juvenal. Sat. III. de Oronte, 'gentilia tympana secum Vexit.' Seneca Hercule Fur. 'Te ramus oleæ fronde gentili tegat Thesea:' *populari* Ovidius dixisset: ut lib. VII. Met. de Cephalo: 'ramumque ferens popularis olivæ.' Glossæ Stephani bene, *Gentilis*, ὁμοεθνής. Nemesianus Cynegetico, 'Sit tibi præterea sonipes, Maurusica tellus Quem mittit, modo sit gentili sanguine firmus.' Ammianus, libro XVII.: 'Occuparunt latibula Sarmatarum, quos repentinus fefellit aspectus, gentiles lembos et remigia conspicantes.' 'Gentile fretum' Statius Surrentino Pollii: et Hercule Surrentino, 'ridetque benigna Parthenope gentile sacrum:' quia Graia Parthenope: *gentiles terræ* hominibus respectu æquoris Propemptico Metii Celeris: 'Smyrna tibi gentile solum' Pietate Etrusci; atque ita ille infinitis propemodum locis. Calpurnius, Eclog. II. 'non gentilia poma' vocat, quæ 'adoptiva' non uno loco Ovidius, hoc est insitiva, et ex arbore in qua nascuntur originem non ducentia. 'Non minus arte mea mutabilis induit arbor Ignotas frondes et non gentilia poma.' Ita enim scribendum ex an-

tiquis libris. Vulgo *genitalia*. Illa Virgilii respexit: 'Miraturque novas frondes et non sua poma.' Imitatur Maximianus Eleg. prima, etsi diverso sensu: 'Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis Pervigil observat non sua poma draco:' quibus paria habes Anthol. I. 20. in Caltinii Epigrammate: 'Ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος, ἥμερα θάλλω· Οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος. Loquitur pirus silvestris. Idem Virgil. Æn. VI. 'Quale solet silvis brumali frigore viscum Fronde virere nova, quod non sua seminat arbor:' *adultera arbusta* Manilius vocat eleganter: 'Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis:' ἑτεροφύτων δένδρων γενέσεις, Juliano, Ep. XXIV. Ennodius: 'Inserit externas peregrino in cespite plantas, Advena conjunctis sociatur nexibus arbos, Truncantur stirpes, demessum falce maritat Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu, Germine nobilitas consurgit non sua parvo.' Sed redeamus in orbitam. *D. Heins.*

Getuli jaculo] Getuli Leones celeberrimi. *Barth.*

Leæna] Hoc genus fœminam sæviorem mare faciunt. *Idem.*

227 *Hyrcana bellua*] Tigrim dicit, quæ nobilis de Hyrcania. Martial. 'Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo.' *Idem.*

228 *Jurata Deorum Majestas teritur*] Prius jurat omnium numinum majestatem, deinde proculcat eam pedibus, homo vecors et impurus, nihil non lucri gratia ausus. Rufinum quasi imminutæ majestatis videtur accusare, sprevit enim Arcadium non solum, sed et memoriam retro principum, qui divorum loco post obitum habiti; quinimo Theodosii viventis parum fuit reverens, quem tamen Athalaricus Gothorum rex Deum pronunciavit. Silius Italicus, lib. I.: 'Juratumque Jovi fœdus, conventaque Patrum Sidonii fregere duces,' Claver. *Idem.*

229 *Nunquam reverentia mensæ*] Nusquam rectius libri aliquot: quod Barthius vidit. Post hæc aliquid deesse suspicor, non enim cohærent: nec Claverii lectio quicquam juvat. Paulo ante pro *raptorem partus*, *Parthum* Gyrald. Lucens. prim. Vatican. et sex alii: sequor. Mox *non pignora cæsi* pro *cæsa* prim. Vatic. *D. Heins.*

Nusquam reverentia mensæ] Reverentia mensæ jungitur divino cultui: non sane principalis, neque de Cæsaribus hic sermo, ut Claverio visum, sed proximam a Templis arisque Deorum immortalium consecrationem veterum Religio habebat in mensæ communis participatione. Itaque Rufinum invitatos ad mensam suam et numine adjurato extractos cum uxoribus et liberis tradidisse carnifici ob quæstum sit. Tacitus Annal. II. 'per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, et postquam dolum intellexerat, sacra Regni, ejusdem familiæ Deos et hospitales mensas obtestantem catenis onerat.' Sic mensis suis Romani proceres non aliter Deorum imagines præponebant atque altaribus arisque Templorum. Sic in salis convictu habebant jus prisci, et eo illato mensam consecrari arbitrabantur. *Barth.*

230 *Non conjux, non ipse simul*] Non explent odia cæsi conjugibus liberisque mixtis in eorum sanguine miseri parentes et mariti. Non convenit hæc uni alicui adscribere cum Claverio; nam de avaritia Rufini sermo est, nefandis cædibus per orbem universum bacchante, ut satis tenor ipse sententiæ sequentis arguit. *Idem.*

231 *Odiis*] His carere laudi contra dat Stilichoni, etiam in iis qui supplicium meriti: non enim sibi vindictam præstant homines cordati, sed legibus. *Idem.*

232 *Notos*] Amicos, clientes. *Egisse*, exsulatum. Vel est Græcanicum ἄγειν καὶ φέρειν, quorum ἄγειν ad ani-

mantium prædam, φέρειν ad rerum prædam pertinet. Junctaque hæc summam et capitalem atque immanissimam prorsus vastationem sonant, atque direptionem. *Barth.*

Extinguere cives] *Extinxisse* jam præcesserat. Recte ergo Barthius cum Isingrino, *exscindere:* atque ita Gyrald. Lucens. prim. Vatic. et Delrii codex.

234 *Nec celeri mittit letho*] Gyrald. prim. Vatic. Isingr. et edd. quædam, cum tribus aliis scriptis, *celeri perimit letho:* nihil muto tamen. Ovid. Fast. II. 'Corpora non letho missa trecenta forent:' et lib. v. 'manus missuras Hectora letho' dixit. Statius, Theb. VII. 'quem fas dimittere letho.' Postea *cruciatum* prim. Vatic. mox *retardet* quam *retardat* malo. *D. Heins.*

Nec perimit celeri letho] Explicat caussam sequentibus *concessaque vita dolori.* Exemplum in Tiberio, Dio lib. LVIII. Et eodem lib. 'Inter eos qui tum necati sunt, Asinius etiam Gallus fuit, cum quo vix tandem, ita enim ipse loquebatur, in gratiam redierat. Ita modo quodam inusitato efficiebat ut vita nonnullis supplicium, mors esset beneficium.' *Barth.*

237 *Parcendi rabies*] Ammian. 'Nulla crudelior sententia est ea qua parcere videtur.'

Parcendi rabies] Dum se, ut iis parcat, mortem differre simulat, multo sævit crudelius, quam si subito vitam evitaret, quemadmodum dixit vetus Tragœdus.

Concessaque vita dolori] Tyrannorum ars et lætitia homines miseros, quos excarnificare omni genere dolorum volunt, a morte prohibere, ne finem accipiant optatum tormentis. *Barth.*

Concessa dolori] Supplicio. *Delrio.*

238 *Mors adeone parum est*] Sic Cæsar apud Salust. 'De pœna possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem non, cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere, ultra neque curæ neque gaudio locum esse.' Mors optatissimum perfugium vitæ ærumnosæ. Est vero exclamatio Virgilii: 'Usque adeone mori miserum est?'

Caussis fallacibus] Per delatores et insidiatores. Quia sub alieno Imperio erat Rufinus, et alieno id nomine moderabatur, nectendæ erant caussæ ut homines innocentes in judicium traheret, subornatis qui crimina objicerent, ut jure facultatibus spoliati videri possent. Cum autem in judicium protracti essent, ipse Judex erat: itaque cum scirent ab illo perniciem strui, et ad caussam decidendam ipsum præsidere, percellebantur animi. *Barth.*

239 *Cætera segnis, Ad facinus velox*] Talem astutiam exosam Deo sapientissimus mortalium Salomon, Rex, Proverb. VI. testatur: 'Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus: Oculos sublimes, Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium sanguinem, Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendum in malum,' &c. *Idem.*

240 *Penitus regione remotas Impiger ire vias*] *Regione* itaque est, habitatione omni, οἰκουμένῃ, remotas ab omnibus terram colentibus. *Regio* est clima cœli. Itaque Rufinum inaccessa etiam cultui mortalium loca penetrasse ducente avaritia dicit. *Regionem* notum tramitem dicere Claudianus potuit, ut Virgil. Æn. II. 'namque avia cursu Dum sequor, et nota excedo regione viarum.' *Idem.*

241 *Impiger ire vias*] Ob avaritiam. Horat. 'Impiger extremos currit mercator ad Indos.' *Idem.*

242 *Riphæo stridens Aquilone*] Aquiloni Riphæos montes et Thraciam pro domicilio consensu assignavit vetustissimorum Poëtarum chorus. Avaritiam autem nulla pericula metuere, omnia terra marique exquirere, non

nuo loco lamentatur, acerrimus ejus hostis, Seneca. *Barth.*

243 *Effera torquebant*] Supra: 'Effera prætumido quatiebat corda furore.' Jam vero avaritiam etiam cumularat crudelitate et sanguinis siti. *Idem.*

244 *Effugeret ne quis gladios*] Gladius et ferrum idem apud JC. L. nemo potest. ff. de Reg. Jur. et qui ad ferrum damnatur, ad gladium damnari dicitur: Paulus lib. v. sent. tit. 17. et 'gladio puniri.' i. capitali sententia. L. aut damnum. princ. ff. de pœnis. Salvian. l. VII. 'gladio impudicitiam exercere:' quæ verba sunt L. quamvis 2. C. ad legem Juliam de adulteriis: neque omiserim ignominiosiorem et graviorem pœnam securis, leviorem gladii: quare Caracalla, Papiniano securi percusso, lictori dixit, 'gladio meum jussum exequi oportebat.' Spartian. in eo et in Geta. Vide Juvenal. Sat. VIII. fine: et Serv. ad VI. Æneid. 'Sævumque securi Aspice Torquatum.' *Dempst.*

Ne perderet ullum] Tanquam lucrum aliquod in cædum patratione habens. Ita *perdendi* verbo sæpius utuntur optimi scriptores. Statius, l. v. Silv. 'ne perderet ullum Libertas tam parva diem.' *Libido* non minus in cædibus est quam opibus aut voluptate. Arnobius: 'libidinose hominis inhiatum est cruori.'

245 *Augusto*] Arcadio.

Non flectitur annis: Non ætate labat] Neque juventa neque senecta ætate furor cædisque aviditas movetur. *Barth.*

247 *Ante patrum vultus*] Hoc maximum crudelitatis exemplum Virgilianus Priamus jam moriturus non tamen abstinuit Pyrrho exprobrare: 'Dii debita reddant Præmia, qui nati coram me cernere lethum Fecisti, et patrios fœdasti sanguine vultus.' Ubi atrocitatem maxime exprimit, quod, observante Servio, non de cæde sed de spectaculo querentem Patrem inducit. *Idem.*

248 *Ibat grandævus nato moriente superstes*] Sceleratissimum hoc, tum sua natura, tum ideo etiam rebantur Romani, quod ordinem fatorum eum facerent, ut pater sine turbatis iis non posset ante filium obire; eumque ordinem turbari, superiorum suorum nedum hominum crimen appellabant. Papinius, l. v. Sylvar. 5. 'Nonne horridus ipsos Invidia superos injustaque Tartara pulsem? Nonne gemam te, care puer?' *Idem.*

249 *Post trabeas exul*] Consulares viros in exilium pulsos dicit, nec unum aliquem; aut de Poëta veritas Historica exigenda in unius alicujus persona. Omnes ordines, honores, omnia jura, omnia denique divina et humana conturbasse avaritiam et crudelitatem Rufini declamat.

Post trabeas] Defunctus consulatu. Trabea vestis regum Latii, ante Romam conditam. Pici, Æneid. VII. 'parvaque sedebat Succinctus trabea:' postea a Romulo recepta, et ad alios transmissa. Isid. XIX. c. 24. Plin. l. VIII. c. 48. 'Trabeis usos accipio reges.' Tertio, equitum gestamen. Valer. Max. l. II. c. 2. Mart. l. v. Ep. 42. ideo equites, 'trabeata agmina,' dicta. Stat. lib. IV. Sil. 2. Idem lib. v. Sil. 2. 'neque sanguine certus Turmali, trabeaque Remi:' sic enim legendum docuere viri docti: et de transvectione equitum, Pers. Sat. III. 'Censoremque tuum, quem tu, Trabeate, salutas.' Quarto, Consulum vestis. Auson. in Consulatu suo: 'trabeam non magis auro suo, quam munere tuo, splendidam:' noster de tertio Honor. Consulatu princ. l. II. de laudib. Stilich. 'Innumeras trabearum insignia terras Certatim petiere tibi.' I. L. in Eutrop. 'Flabella perosi Aspirant trabeis,' id est, ad Consulatum. Adde aurum trabeis intertextum. Auson. epist. XXIII. ad Paulinum: 'quos sacra Quirini Purpura et auratæ trabeæ velavit amic-

tus.' Idem in Protreptico ad Nepotem, in fine, videtur confundere cum toga picta. De auro noster de laudib. Stilichon. l. II. 'graves auro trabeas, insigne Minervæ Spirat opus:' adde et gemmas insertas, ex nostro de VI. Honorii Consulatu: 'Membraque gemmato trabeæ viridantia cinctu.' *Dempst.*

Tanta] Tot: ait omnia verba minora esse tantis totque sceleribus. Plautus Amphitr. 'ita tanta mira in ædibus sunt facta.'

251 *Immanes*] Vide Macrobium, l. I. Saturn. c. 3. Tacitus de Caligula, l. VI. 'immanem animum subdola modestia tegens.' *Barth.*

252 *Vel Sinis*] Scinis arbores in terram vi premebat infixas, quibus impositi homines, brachiis arborum sursum nitentibus, crudelissime discerpebantur. Plutarch. Theseo. Ovid. Metam. l. VII. Fab. 23. Senec. Hippolyt. act. V. scen. 1. vs. 1164. 'membra quis sævus Scinis, Aut quis Procrustes sparsit?' Immanissimis ergo Tyrannis sæviorem facit Rufinum, Scini, Scirone, Phalari, &c. de Syllæ etiam feritate multa Senec. lib. V. de benef. c. 16. et l. I. de Clement. c. 12. Valer. Florus, et inter poëtas Lucanus, l. II. 'Gnati maduere paterno sanguine,' &c. Illud vero superat fidem, quod non tantum in hostes sæviit, sed et occisorum filios e repub. submovit. Senec. l. II. de Ira, c. 34. *Dempst.*

Sinis Isthmiaca pinu] De Sini autem seu Scini hoc Pausanias Corinthiacis: 'In prima Isthmi fronte locus est ubi Sinis latro curvatis ad terram diversarum picearum ramis ad eos quos pugnando vicisset arctis utrinque vinculis alligabat, ut cum in suam naturam arbores rediissent, miserabilem illi in modum distraherentur: quo ipse Sinis postea supplicii genere a Theseo affectus est.'

Rupe profunda Sciron] De hoc Latrone idem Pausanias Atticis: 'Nam alia saxa quæ Moluridi adjacent infamia et conscelerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde quoscunque nactus esset hospites, in mare detruderet; eos vero adnatans marina testudo conficere dicebatur. Sed Sciron eodem postea mortis genere scelus luit, in idem mare projectus a Theseo.' Virgilius in Ceiri: 'Præterit abruptas Scironis protenus arces, Infestumque suis diræ testudinis exit Spelæum, multoque cruentas hospite cauteis.' *Barth.*

253 *Sciron*] Consule si lubet Diodorum lib. V. Pausaniam in Attica, Plutarchum in Theseo, et Ovid. Met. VII. qui crudelia tetri latronis facinora recensent. *Delrio.*

Vel Phalaris tauro] Norunt omnes hæc portenta. *Barth.*

255 *Spartace, lenis*] Gladiatorum emotor, vir fortissimus, inter exempla quoque crudelitatis refertur. *Idem.*

256 *Dejecerat amens*] Sic meliores libri præter primum Vaticanum, non *omnes*, quod glossema: *amentem metum* simili modo Lucanus, lib. I. dixit. Paulo ante Mediceus unus eleganter: 'O mites Diomedis equos, Busiridis aras.' *D. Heins.*

Dejecerat omnes] Omnes dejecti erant, quia versutiam belluæ norant, occultissime odia sua gerentis, ne in herba perirent aliquando, aut cavere possent quia exitio destinabantur. *Barth.*

257 *Tacitique sepultos Suspirant gemitus*] Oppressa libertate, nulli sermones, ne gemitus quidem concessi sunt aperti. Claudian. lib. II. hujus operis, vs. 86. 'Quis populi tunc vultus erat, quæ murmura furtim? Nam miseris nec flere quidem aut lenire dolorem Colloquiis impune licet.' Tacitus, Ann. VI. 'Ne fœminæ quidem exsortes periculi; quæ occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lacrymas incusabantur; necataque est anus Vitia Fufii Gemini mater, quod filii necem flevisset.' *Idem.*

Tabitique sepultae] Ore conclusae, neque inde in auras prodeuntes. *Delrio.*

258 *Indignarique verentur*] Metu delatorum. Metus enim malæ necis tormentorumque instantium lætitiam fingere cogit. Cæterum elegantissima etiam scriptura est, quam in nostro Codice reperio, *indignatique.* Cum intus in imo pectore indignati fuerint, circumspiciunt et verentur ne quis sit intimarum etiam cogitationum delator. *Barth.*

Indignarique verentur] *Indignatique* in nonnullis codicibus: quod cur placuerit Barthio, causam non video. *D. Heins.*

259 *At non magnanimi*] Estque hæc transgressio ducta ex Lucano, lib. II. vs. 234. 'At non magnanimi percussit pectora Bruti Terror, et in tanta pavidi formidine motus Pars populi lugentis erat.' *Barth.*

Virtus Stilichonis] Hunc belli ducem toto orbe clarissimum, cujus fidei commissus erat Oriens et Occidens ex ultima Theodosii voluntate, cujus sub quasi tutela juvenculi Impp. fuerant, multi in crimen vocavere. *Cluver.*

260 *Solus medioque in turbine rerum*] *Medio solus sed turbine rerum* Aldus et scripti quidam: prim. Vatican. *solus medio sed.* Alii *medio sese.* Primæ editiones, *sese medio sed turbine.* Lucensis *solus medio de.* Gyrald. *sese medio de:* legendum opinor, *solus medio qui turbine rerum.* Barthius vulgatum tuetur, nisi quod distinguit post τὸ *metu:* mox *contra pestiferos rictus,* non *lethiferos,* primus Vaticanus pro diversa lectione. *D. Heins.*

Turbine rerum] Bello, aut infortunio publico. Sic *turbide agere* est cum tumultu et offensione pacis publicæ. *Barth.*

262 *Feram*] Ob avaritiæ ingluviem. *Idem.*

Volucris] Non adjutus monstrosis equis aut portentis, ut Deorum natos fingunt Poëtæ. Contra omnes antiquos Heroas Stilichonem laudat, et ita non semel alibi. *Idem.*

265 *Turris erat*] Perfugii locus tutus: Rex Psalmographus, Psal. LX.

Porrectus] Vibratus, extensus. *Barth.*

266 *Adversaque signa furori*] Lucens. Oxon. et Ambrosianum unum secuti sumus cum primo Vatic. Vulgo *regna:* alibi dixit, *signa deis adversa.* Putean. *tela:* unus Petav. *adversa hic signa.* D. Heins.

268 *Hærebat*] Opposita immobili mole. Sic alibi 'nullis Victoria nodis Hæsit.'

269 *Hiberno tumidus cum vertice*] Nec tamen ego montem aliquem hibernum dici sed fluvium existimo, et Claudiani scripturam esse *vortice:* χειμαῤῥοὺς enim ποταμὸς Græcorum describitur, torrens hiberna glacie et concursu nivalium aquarum auctus.

Vortice torrens] Ita scribendum, non *vertice,* monent Grammatici: nec aliter libri meliores.

271 *Frangitur objectu scopuli*] Ex illo Virgilii: 'objectu laterum, quibus omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.'

272 *Illisa montem circumtonat unda*] *Elisa montem circumtonat* pri. Vaticanus: cave *circumsonat* admittas, quod in multis veterum: mox *humeros subjeceris* Pricæanus, non *objeceris.* D. Heins.

274 *Tuos humeros*] Pariter primo Stilichoniarum: 'Ancipites rerum ruituro culmine lapsus Æquali cervice subis.' *Barth.*

275 *Ceu sidus dulce*] Sidus dulce est Castor et Pollux: auspicium navigantibus desideratum, quod vulgatissimum est. Hinc Horat. 'quorum simul alba nautis stella refulsit, Defluit saxis agitatus humor, Concidunt venti,' &c. At ego puto posse exponi de Helena, licet Solin. Polyhist. c. 4. perniciosissimum navigantibus sidus Helenas' vocet: et Plin. II. 37. 'di-

ram ac minacem stellam:' quod ex iis observavit Natal. Com. VIII. 9. tamen Eurip. in Oreste contra sentit, cujus locum vide apud Muret. in var. lect. VI. 12. ναυτίλοις σωτήριος, *salutaris nautis*. Comparat ergo Rempub. navi: ut Horat. lib. I. Od. 14. Rufinum tempestati; Stilichonem, Castoribus, aut Helenæ. *Dempst.*

276 *Ostendere Dei*] Ostendi est subito a Diis adferri. Ut de Marcello Virgilius: 'Ostendent terris hunc tantum fata.'

Geminis quæ lapsa procellis] Lapsabunda. Simile de duabus tempestatibus navem concutientibus legitur in Themistio. *Cæca* significat obscuram, non videndam. *Barth.*

Geminis quæ lassa procellis] Vulgo *lapsa*. Unde *quassa* olim legebam: ut *quassæ rates* apud Horatium: 'Quassas eripiunt æquoribus rates:' et apud Statium, 'blandamque quietem Intravit non quassa ratis:' utque passim poëtæ. Nunc quatuor scriptos sequor et Barthii conjecturam, cum primo Vaticano: ipse tamen Barthius conjecturam hanc secundis curis videtur damnasse, cum ejus non meminerit. Stat. Theb. I. 'lassatisque diu tamen aura superstes Immoritur velis.' *D. Heins.*

Geminis procellis] Fortasse undarum et venti. *Delrio.*

278 *Inachius*] Inachi nepos. Fabulam eleganter doctis versibus Manilius expressit, ut et Ovid. *Idem.*

279 *Pecus*] Omnia marina monstra pecori Neptuni adscribebant, et iis pastorem Protheum. Horatius de diluvio: 'Omne cum Protheus pecus egit altos Visere montes.' Etiam monstrosos plerosque homines eo natos. Gellius, XV. 21. Fabula Persei apud Higynum, c. 64. Apollodorum, lib. II. Ovid. lib. IX. *Barth.*

280 *Rigida*] Ab effectu quod obrigescebant in Lapides qui eam intuebantur. *Idem.*

282 *Suspensæ virginis*] Suspensionem autem elegantissime descripsit Manilius, cum dixit: 'Et cruce virginea moritura puella pependit.' Velut in patibulo expansa. *Idem.*

Egit] Adegit. *Idem.*

Suspensæ virginis] Andromedis, seu, ut nonnullis placet, sospes, quæ non cum monstro marino esset exposita; sed demum interempto ceto, liberata, Persei conjunx fuit. *Delrio.*

283 *Taceat*] Sic Panegyrico Probini et Olybrii: 'Taceat Nereida nuptam Peleus.' *Barth.*

284 *Actus*] Nobilia et memoria digna gesta. Lucanus, lib. V. 'licet ingentes abruperit actus Festinata dies fatis.' *Idem.*

285 *Cleonæum leonem*] Ad Cleonas erat Leo ille famosissimus, inter Labores Herculis non postremus. Apollodorus breviter omnia enarrat, libro II.

286 *Arcadiæ aper*] Erymanthæus. Est autem mons Arcadiæ Erymanthus. *Barth.*

287 *Compressa matre rebellis*] Raphelengius cum viro incomparabili, *comprensa*: nulla opus mutatione: post terram enim a se tactam pressamque vires Antæus recolligebat: obstat præterea membranarum auctoritas. *D. Heins.*

Compressa matre rebellis] Late hanc fabulam exsequitur Lucanus, ut velut dedita opera eam describens lib. IV. Albericus barbaro ævo satis argutus Mythologus: 'Antæus erat Gigas filius Terræ, cui mater concesserat ut quoties terræ prostratus occumberet, viribus duplicatis exsurgeret. Cum hoc Hercules pugnans in lucta, eumque bis presternens, comperit illum exsurgere fortiorem. Unde illum brachiis apprehendens elevatum a terra constrinxit ad pectus, et tamdiu tenuit suspensum donec deficiens exspiraret.' *Barth.*

289 *Fulmineo*] Ignivomo: de quo legitur: 'Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus,' &c. *Delrio.*

Resonabat Creta] Celebrabatur, famosa erat. Virgil. lib. VII. 'Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu.' *Barth.*

292 *Latia quicquid ditione subactum Vivit*] Videri vult omnia viva subdita Romanæ ditioni esse. Quamvis enim rem aliter se habere scirent, ita tamen loquebantur. *Idem.*

293 *Primis Ganges horrebat Iberis*] Occidentem primum vocat a dignitate Romani Imperii, cujus sedes illic vetustissima. Sic Primum Occidentem non loco sed auctoritate dicit. Nam alioqui prior Oriens, ut Virgil. de Ænea: 'Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris.' *Idem.*

Et a primis, &c.] Quotquot eum sinum terræ incolunt, qui ab initio Orientis ad Occidentis usque finem porrigitur. *Delrio.*

294 *Hoc neque Geryones*] Non *Geryon:* recte Raphelengius: et confirmat primus Vatican. et prima editio. *Geryon* quidem bis Seneca dixit in Tragœdiis, sed secunda syllaba correpta: *æquabunt* etiam ex primo Vaticano aliisque nonnullis, non *æquabat* legendum. *D. Heins.*

Turbidus Orci Janitor] Cerberus extractus inter labores Herculis. Virgil. lib. VIII. 'Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci.' *Barth.*

296 *Vis Hydræ*] Id est, Hydra ipsa. Collectio in unum versum pluribus modo narratorum. Et hæc modo suo constricta, orationem magnificam non dedecet. Estque ita aliquoties a nostro Poëta cum gratia usurpata. *Idem.*

Scyllæque fames] *Canes* Regius et Oxon. placet. Nota de Scyllæ canibus fabula, quorum meminisse plerumque poëtæ solent, quoties Scyllæ meminerunt: noster lib. I. in Eutrop. 'Scylla novos mirata canes.' Laude Serenæ, 'quot stagna Charybdis Armarit, quot Scylla canes.' Silius, l. V. 'Scylla super sævosque canum pandebat hiatus.' Lib. XIV. 'Scyllæi tacuere canes.' Ovid. Fast. IV. 'Et vos Scyllæi naufraga monstra canes:' atque ita alii.

297 *Sed moribus impar*] Nemo hoc nesciat dispares mores esse vitiorum atque virtutum; Lucanus, lib. IX. 'Tunc respicit omnes In cœtu motuque viros.' Et sane non de moribus, sed de pugna contrariarum inter se partium loquitur Poëta. *Sublime* autem certamen dixit quod ad clavos Reip. gereretur, omnium animis in eventum arrectis, et gloriosum, celebre, notat. Horat. 'Sublimi feriam sidera vertice.'

Sed moribus impar Virtutum scelerumque fuit] Tres scripti *motibus:* quod Barthius amplexus est: nil muto: *mores invidiæ* apud Martialem: *mores æquoris:* de quibus erudite Gronovius Diatribes Statianæ, c. 29. *D. Heins.*

301 *Infecto cœlo*] Aëre. Lucret. lib. VI. 'mortifer æstus Aëris emensus spatium camposque natantes.'

302 *Primos pecudum depascitur artus*] Ita meliores scripti: non *primo:* lib. I. in Eutrop. 'rebus Eois Exitium primoque sibi produxit.' lib. II. in Stilich. 'primam scelerum matrem trudis Avaritiam:' sic utroque loco cum membranis legendum. Virgil. lib. VI. 'primam qui legibus urbem Fundabit.' Ita citant Grammatici, et Spartianus in vita Hadriani, non *primus:* nec aliter illic optimus Mediceus. Silius, lib. X. 'Jam maria ac terras primamque invaserat urbem.' Cicero Philipp. II. 'ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus:' non *primo*, optimæ membranæ. *D. Heins.*

303 *Urbesque rapit*] Habitatores. *Barth.*

Ventisque perustis] *Venisque* excerpta Pomponii Læti: quale mendum ex Nasone sustulimus Met. VII. 557. hoc loco tamen nil mutari placet. *D. Heins.*

305 *Avidus prædo*] Symmachus,

lib. IV. Ep. 14. *Barth.*

307 *Ardent prosternere vires*] Sic scripti omnes, non *audent*. Statius; 'Sternere, ferre domos ardent:' amat valde noster id verbum: alibi de leonibus, 'alacres ardent cum sternere tauros:' sic *calent prosternere* de leonibus in simili comparatione Epistola deprecatoria ad Hadrianum: 'Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt.' Ita enim illic loci monebitur in optimis membranis exstare: *flagrant elidere*, lib. II. in Rufinum, vs. 437. præeuntibus priscis exemplaribus castigavi. Silius, lib. IV. 'Marte probare genus factisque Lacona parentem Ardebant.' Noster libro proximo, 'Illyricis ardet succurrere damnis.' Apud Virgil. Æn. XI. 895. 'primæque mori pro mœnibus ardent.' Ita optimæ membranæ, cum pari modo *audent* illic etiam loci in vulgatis libris circumferatur: sequenti versu pro *Jam gentes, Jamque Getas* Gyrald. ac Lucens. cum Pricæano et Læti excerptis: et pro *receptat*, nonnulli *retentat*: nihil muta. Laudib. Serenæ: 'gentes quas fœdere Roma recepit.' *D. Heins.*

308 *Gentes*] Alienos ab Imperio Romano, Barbaros.

Gentes Istrumque movet] Propter Rhadagaisum Scytham hoc dicit, qui a Rufino cum CC. millibus Scytharum et Gothorum in Italiam excitus venit. Orosius, VII. 37. Is autem Radagaisus a Stilichone exercitu deleto captus est; Rufinus autem tum jam receperat meritas pœnas, ad urbis CP. obtruncatus.

Receptat] Recipit. More Poëtarum. Virg. l. X. 'hastamque receptat Ossibus hærentem.' *Barth.*

310 *Descendit*] Daciam montanam innuit. Et omnis iste tractus Getis, Dacis, Tauriscis, Thracibus, quondam cultus, montibus præaltis habitatus. Vide Strabonem, l. VII. Plin. IV. 12.

Mixtis] Unus enim jam dum Plinii ætate idemque populus erat. *Barth.*

Mixtis Dacis] Daci, populi Septentrionales, Gothis vicini. Isid. XXIV. 4. sub Arcadio et Honorio AA. parebant Romanis, tamen sub Augusto nondum victi. II. Georg. 'Aut conjurato descendens Dacus ab Istro:' quare et idem Augustus expeditionem in Dacos meditatus est. Sueton. in eo cap. 8. Flor. l. IV. c. 12. Iidem aut rebelles sub Nerone, aut nondum subacti. Senec. Thyeste Act. III. in choro: et qui sub eodem scripsit Senec. epist. 71. fine: ut *bellicosos* eos celebrat: neque enim puto *Dahas* legendum. Dacos non superavit, sed tentavit tantum Domitianus, licet aduletur Stat. lib. I. Thebaid. princ. 'et conjurato dejectos vertice Dacos.' Veruntamen a Trajano primum domitos, præter historicos, noster de VI. Cons. Honor. 'Dacia bellipotens quum fregerit Ulpius arma:' deque his idem triumphavit: de VI. Cons. Hon. 'Alta quod invectus stratis capitolia Dacis.' *Dempst.*

311 *Cornipedes in pocula vulnerat*] Omnium fere Thraciæ Scythiæque gentium apud Poëtas consuetudo sanguine equino lacti mixto pro potu uti. De Massagetis pariter Seneca Œdipo: 'Lactea Massagetas qui pocula sanguine miscet.' *Barth.*

312 *Patriamque bibens Mæotin Alanus*] Quidam scripti, *patriumque bibens Mæotis Orontem:* ut Mæotides fœminas intelligat: quomodo apud Senecam Troad. *Tanaitis et Mæotis:* et Ovid. 'Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis:' sed nihil illis cum Oronte: proba igitur vulgata lectio: at Lucensis liber pro *patriamque*, *cæsamque:* optime. Statii illa respexit Theb. XII. 'Et tristes ducuntur equi truncæque bipennes, Queis nemora et solidam Mæotida cædere suetæ:' *solidam*, glacie concretam. Noster infra lib. II. 'per terga ferocis Danubii solidata ruunt:' *frangere* lib. II. de Raptu dixit: ut hic *cædere:* 'seu forte rigentem Thermodontiaca Ta-

malia fregere bipenni.' Sidonius Panegyrico Majoriani: 'Ligerimque bipenni Excisum per frusta bibit.' Idem Panegyrico Aviti, 'flavus in pocula, fracte Sicambris, Rhene tumens:' sic et apud Statium Protreptico Crispini: 'Rheni fracta natabis Flumina.' *D. Heins.*

Mæotis Alanus] Josephus, lib. VII. Halos. c. 27. Egesipp. lib. V. cap. 50. 'Per idem tempus Alani gens fera et diu nostris ignota, quod interiorum locorum difficultate et claustro portæ ferreæ, quam Magnus Alexander prærupto Tauri Montis imposuit jugo, cum cæteris feris et indomitis introrsum gentibus cohibebantur. Incolebant Scythicum Tanaim, finitimasque ejus et Mæotidis paludes, velut quodam carcere clausi memorati Regis ingenio ut suas terras exercerent, alienas non incursarent.' Bellica autem laus hujus gentis celebratur a Claudiano nostro alibi non uno loco; quo refero quod Marius Victor canit ad Salmoneum celeritatem ejus laudans: 'si quid vastavit Sarmata, si quid Vandalus incendit, veloxque abduxit Alanus.'

313 *Gaudet pinxisse Gelonus*] Vibius Sequester: 'Geloni Thraciæ populi picti corporis parte:' Virgilius Georg. II. 'Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos:' Servius, 'Stigmata habentes.' Et id clare ei genti peculiare facit Claudianus. *Barth.*

314 *Rufino collecta manus*] *Collata* Isingrin. et decem ex nostris. Lucan. lib. I. 'Ipsum omne auxilium collataque signa ferentem, Nec qualem meminere vident:' noster bello Gildonico: 'Qui stetit, æquatur campo, collataque nescit Majestatem acies.' *D. Heins.*

Rufino collecta manus] Contra Stilichonem pro Honorio Orientem recipere cupientem, Zosimus, lib. V. narrat omnia quæ huc faciunt. Nam multitudinem Barbarorum illam immensam Rufinus excivisse scribitur, licet mors ejus adventum hujus præverterit.

315 *Innectitque moras*] Idem hoc de Alarico objicitur vel imputatur Stilichoni ab Orosio et ejus asseclis Chronologis. Me si quis sententiam roget, dicam non credere. Non occidit Alaricum, non delevit ejus copias, ais, cum posset? Sane prudenter. Et contra Rufinum enim, et contra Constantinum, tyrannos, irrumpentesque barbaros, eo uti volebat; quod consilium ejus clare apparet ex Zosimo. Cum enim omnes fere suaderent bello Alaricum persequi, ille data pecunia placandum dixit, cum Radagaisum modo delevisset. Quo fine? Ut molitionibus ineptorum hominum, Rufino et Eutropio succedentium in Arcadio moderando, obviam iret, utque Constantinum jam Arelate regnantem eo misso provincia expelleret, et hoc quidem urgebat cum extrema pericula illum felicitati suæ exemerunt. Eucherio, ais, imperium parabat. Minime vero, cum et hostis ipsius Zosimus testetur nunquam Tribuni Notariorum dignitatem illi altiorem indulsisse, unde sane ad Imperium nullus omnino gradus erat. *Barth.*

316 *Geticas stravisset dextra catervas*] Sic Lucensis: vulgo *dextera turmas:* infra lib. II. 'Geticis Europa catervis Ludibrio prædæque datur:' in Epigrammat. 'Sic Geticas ultrix feriat rhomphæa catervas.' *D. Heins.*

317 *Ulta Ducis socii lethum*] Est *Prometus*, de quo hic sermo, Dux reipublicæ utilissimus, scelere Rufini impactum colaphum ulciscentis, interfectus, non aliter quam Drusus postquam alapam duxisset Sejano, ut scribit Tacit. Annal. IV. Ejus historiam habes apud Zosim. lib. IV. 'Ex iis autem quibus erant commissi magistratus summo apud Theodosium loco erat Rufinus,' &c. *Barth.*

321 *Hunnorum laturus opem*] Ita meliores constanter: quidam *ablatu-*

rus vel *allaturus:* quos nollem audiisset Barthius: nam *ferre* et pro *auferre* et pro *afferre* frequenter ponitur. *D. Heins.*

Hunnorum allaturus] Hunnos enim accersiisse Rufinum, rebus Getarum Stilichonis victoria accisis, dicit, an ex communi fama nescio; certe cum Rufinus occideretur non longe aberant. Hunnorum militia tum apud Romanos magni æstimabatur, Stilicho enim ipse armigeros ex iis lectos habebat. Zosim. lib. v.

322 *Mox se conjungere*] Conjuncturos esse. Est figura commutati temporis in sermone, qualis auctoribus optimis familiaris.

Invisis] Principi, Reique Romanæ, quibus illudebat Proditor imperii. *Barth.*

Conjungere castris] *Dextris* Moreti prior: quomodo et infra lib. II. milites vocat: 'tradisne tuas, dux optime, dextras?' sed τὸ *dextra* paulo ante præcesserat. *D. Heins.*

323 *Est genus extremos*] Hunnorum descriptio hæc videtur esse eruditis. Ammian. l. XXXI. 'Hunnorum gens monumentis veterum leviter nota ultra paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens omnem modum feritatis excedit,' &c.

Scythiæ vergentis in ortus] Ex illis tractibus notissimum plerasque omnes eas gentes venisse, quæ Romanum Imperium pessumdederunt, Gothos, Alanos, Herulos, Gepidas, Hunnos, Gothunos, Caycos, et magnam vim aliarum, quarum ipsa etiam nomina Romano ori portentosa sint. *Barth.*

324 *Quo non famosius ullum*] Ita scripti omnes, prim. Vatic. et Pricæano exceptis, qui *animosius*. Mazarin. *violentius*. Vulgo, *deformius:* mox *turpes habitus*, non *tristes*, quatuor veterrimi: cur *turpes habitus*, addit causam illis, *frontemque secari Ludus:* sic enim optime Lucensis et primus Vaticanus cum Isingriniano: alii multi ex melioribus *frontemque secare* proxime verum: nonnulli cum vulgatis *fratresque necare*, vel *fratremque secare:* noster bello Get. de Alanis: 'rescissaque contis Gloria fœdati splendet jactantior oris:' quæ illic vera lectio: ut nihil omnino causæ sit, cur hoc loco de vera lectione dubitet Barthius. Recte ergo *turpes habitus*, cum nihil æque probrosum apud Romanos haberetur, quam facies stigmate notata, quæ delatorum olim ac calumniatorum pœna, et servis propria: notus iste barbarorum mos: sed nec recte codices quidam mox pro *occisos pulchrum jurare parentes*, præferunt *jugulare*. Per manes parentum jurare pulchrum iis, quos tamen ipsi occiderant. Alaricus bello Getico: 'Non ita dii Getici faxint manesque parentum.' Patres senio oppressos ac viribus defectos a liberis occisos notum: qua de re capiendus et emendandus Val. Flaccus, l. VI. 'Aut mecum mediam, juvenes, agite ite per urbem Argolicamque manum, aut charis occumbite natis:' sic recte veterrimus Vaticanus, et Carrionis liber: quod ille non intellexit. Vulgo, *aut claris occumbite factis:* ante dixerat: 'Magnanimis mos ductus avis, haud segnia mortis Jura pati, charæ sed dextra occumbere prolis.'

325 *Obscenaque visu*] Talium enim obviæ facies pro malo omine habebantur. Priore in Eutropium: 'cum pallida nudis Ossibus horrorem dominis præberet imago Decolor et macies occursu læderet omnes,' &c. *Barth.*

326 *Nunquam cessura labori*] Ammianus, l. XXXI. legendus. *Idem.*

327 *Vitanda Ceres*] Velut ex lege quapiam. Radicibus enim tantum herbarum, et semicruda cujusvis pecoris carne vescebantur, ut ex Ammiano retulimus.

Fratresque necare] Itaque et Aldus, Belgæ Quatuor, connumerato Delriano Ms. *frontemque secare*. Ego vero minime minus probo; quorsum enim frons secta criminis immanissimi loco

componatur parricidio, juramento quopiam jactato? Frustra autem hæc Claudiani ad Historicam veritatem exigas; cum enim ficte pleraque Rufini facinora exaggeret, et hostes ab eodem Romano Imperio inductos, quam maxime atroces potest, describit. Potest et τὸ *secare* retineri, quod Poëtice valet *occidere*. Barth.

328 *Ludus*] Ludus erat, formula loquendi nota Maroni, Æn. IX. 'flectere ludus equos.' Sidon. Apollin. Carm. V. 'Clypeosque rotare Ludus.' Carm. VII. 'albentes niveo sub pectore lunas Frangere ludus erat:' et nostro de III. Cons. Hon. 'regumque feroces Exuviæ tibi ludus erant.' De laudib. Serenæ: 'Veterum tibi carmina vatum Ludus erant.' *Dempst.*

Jurare parentes] Solenne jusjurandum concipiebatur per defunctorum umbras: Lucan. de Pompeio, lib. IX. 'per quem nunquam jurare pudebit.' Ovid. Fast. II. 'Perque tuos manes, qui mihi numen erant.' Stat. V. Thebaid. 'Jam ponere manibus aras Concessum, et multum cineres jurare sepultos:' qui ritus profluxit a Spartanis ex Demosthene. Quintil. IX. 11. et exemplum notissimum exstat apud Athen. XII. 10. *Idem.*

329 *Nec plus nubigenas*] Non ipsi, ait, Centauri arctius natura juncti equis erant quam Hunnorum gens assuetudine equitandi. Curabant Hunni omnia negotia equis insidentes, et vix stare firmiter solo poterant. Ammianus, lib. XXXI. *Barth.*

Natura bimembres] Sic ex suo libro Claverius. Vulgo, *biformes*: parum refert. IV. Cons. Hon. 'non ipsi poterunt æquare bimembres.' *D. Heins.*

331 *Mobilitas*] Celeritas.

Insperatique recursus] Zosimus, libro IV. *Barth.*

332 *Spumantis ad Hebri*] Alludit doctissimus Poëta turbines et volutiones crebras hujus fluvii, ob quas, antea quam Hebrus Cassandri Regis filius patrem falsa novercæ accusatione cædem intentantem fugiens, in eo periret, Rhombus vocabatur. *Idem.*

333 *Ante tubas ferrumque precatus*] Quatuor veterrimi, Isingr. Gyrald. Lucens. prim. Vatican. cum Puteaneo, *aciemque precatus*. Vulgatam lectionem Statius tuetur Theb. VI: 'Primitias egomet lacrymarum et cædis acerbæ Ante tubas ferrumque tuli.' *D. Heins.*

Ante tubas] Antequam tubæ occinerent, ferrumque expediretur. *Delrio.*

334 *Nubifero seu tu procumbis in Hæmo*] Propter altitudinem, qua quidem omnes ejus regionis montes excellit Hæmus, proximo Rhodope, ut auctor est Strabo, lib. VII. *Procumbere* autem ibi Martem et habitare facit propter perpetua bella quibus inter se gentes illæ digladiabantur. Inde Lucanus 'æterni Martis Alanos' dixit. *Barth.*

335 *Cana gelu Rhodope*] Mons Thraciæ, nivibus diu servatis nobilis in scriptoribus.

Remige Medo Sollicitatus Athos] Quomodo autem Xerxes Persa effosso Atho ex continentem tenentibus urbibus insulas fecerit, ipsumque montem remige sollicitaverit, lege apud Herodotum, Diodorum Siculum, lib. XI. Hoc facinus cum Græca vanitate in immensum augeretur, tanquam rem maximam celebrare cœperunt et incredibilem Poëtæ, ut et alii scriptores. Virgilius Culice: 'Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto Jacta, meo quærent jam sera volumine famam.' Juvenalis, Sat. X. 'creditur olim Velificatus Athos, et quicquid Græcia mendax Audet in Historia.' *Barth.*

336 *Nigris ilicibus*] Opacis. Virgil. de ramo aureo: 'Talis erat species auri frondentis opacæ Ilice.' Vel, *nigris*, quia, Theophrasto teste, ilices nigram medullam habent, lib. I. de hist. plant. cap. 9. *Delrio.*

337 *Pangæa*] Vibius Sequester: 'Pangæus Thraciæ et Macedoniæ mons.'

Accingere mecum] Socium enim Sti-

lichonem Marti dat in profligandis hostibus, ad felicitatem indicandam. Infra: 'Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebant.'

338 *Thracas defende tuos*] Thracia fertilis Heroum ora, ut ab Sidonio appellatur. Marti proprium a scriptoribus dedicata erat, utpote hominum præ cæteris animosorum mater, ut scribit Niceforus Callisti, XI. 14. Manil. lib. IV. 'Thrace Martem sortita colonum.' *Barth.*

339 *Vestita spoliis donabere quercu*] Tropæum innuit, qualia Marti post victoriam e quercu erigebant qui hostem pepulissent. Virgil. lib. XI. 'Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma, Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropæum, Bellipotens; aptat roranteis sanguine cristas,' &c.

Vestita] Tecta, induta. *Barth.*

Quercu] Trophæo.

340 *Pater*] Ex Romanorum persona loquitur. Erynna Lesbia: Χαιρέ μοι Ῥώμα θυγάτηρ Ἄρηος.

Scopulisque nivalibus anni] Inibi habitatio Martis. Papinius, lib. VII. 'Hic steriles delubra notat Mavortia silvas, Horrescitque tuens, ubi mille furoribus illi Cingitur adverso domus immansueta sub Æmo,' &c. *Barth.*

341 *Hortatur celeres clamore ministros*] *Celeri clamore* prim. Vatican. et Pomponii Læti excerpta. *D. Heins.*

Clamore] Quo gaudere Mars sæpissime Homero fingitur. *Barth.*

342 *Fer galeam, Bellona*] Hæc armatrix et auriga Martis. Papin. lib. VII. 'regit atra jugales Sanguinea Bellona manu, longaque fatigat Cuspide.' Quin prorsus ipsi in conjugium datur Valer. Flacc. lib. II. 'Intonuit, signumque dedit Mavortia conjux,' &c. Hanc nulli pugnantium parti favere fingebant, sed cædibus ubique delectari: vides apud Quintum Smyrn. lib. VIII. παραλ. Eo respicit quod hujus Dæmonis sacerdotes sese ferro vulnerabant, cruoris visu eam delectari credentes.

Nexusque rotarum] Quibus nectebantur currui rotæ. *Nexus* autem tendere est lora capitibus axis adnectere, quibus currus trahebatur, non enim temonibus erant alligata ea lora, sed capitibus axium, ut clarum ex nummis aliisque picturis priscis. *Bart.*

343 *Tende, Pavor*] Hic armigerorum Martis unus. *Idem.*

Tende, Pavor] Pavorem et Formidinem Martis famulos facit, Hesiodum secutus. Currum Martis et famulos descripsere etiam Homer. Iliad. 14. qui δεῖνον, φόβον, ἔριδα, *terrorem, pavorem, contentionem* ponit. Et Maro, Æn. VIII. 'Tristesque ex æthere Diræ; Et scissa gaudens vadit Discordia palla: Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.' Et noster lib. II. de laudib. Stilich. 'Currum Bellona cruentum Ditibus exuviis, tendentem ad sidera quercum, Præcedit lictorque Metus, cum fratre Pavore, Barbara ferratis innectunt colla catenis, Formido ingentem vibrat succincta securim.' *Dempst.*

344 *Urgete manus*] Operas, pro quibus manus ipsas dicunt scriptores. *Barth.*

345 *Ad bellum Stilichon*] Cum aspiratione ubique scribendum id nomen: quomodo fere antiquæ inscriptiones; quicquid Barthius obloquitur. Græcis Στελιχών· male ergo Portus apud Suidam Στιλικὼν reponi jubet. Scripti etiam nonnulli cum Pomponianis excerptis *Stilichon*, tam hic quam alibi, Græcorum more: quomodo etiam *Gildon* et *Aquilon* iidem non raro scribunt. Sequenti versu *Ditet* et *suspendat*, non *ditat* et *suspendit*, legendum puto. Paulo ante *frena rapidos* pro *frænet* duo Medicei: bene: superiora confirmant. *D. Heins.*

346 *Arbore*] Tropæa de lignis facta.

Cristas] Galeas hostium cristatas. Virgil. lib. XI. 'Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropæum; Bellipotens; aptat rorantes sanguine cristas.'

347 *Communes semper litui*] Ut non interruptum cursum victoriarum Sti-

lichonis designet. *Barth.*

349 *Campo*] Aciei. *Idem.*

350 *Turbas, illinc Gradivus agebat*] *Turmas agebant* omnes fere scripti: sequor: approbavit et Barthius. *D. Heins.*

351 *Et clypeis et mole pares*] Clypeus, cum armati fere totum corpus tegat, ejus molem ipse ingens præcipue repræsentat. Papinius, lib. VII. vs. 310. Molem autem dicit, ut humano corpore majorem Heroem suum faciat. Virgil. 'ingenti mole Latinus Quadrijugo vehitur curru.' Figmentum autem eo pertinet, ut opinio divinitatis quædam Stilichoni concilietur. Deis enim formas quidem humanas, sed communibus tamen hominum majores, ascribunt, et ita viris Principibus sapientia et virtute.

Stat cassis utrique] Τὸ *stare* horrorem infert, velut constitisset minabundus, vel ut minaretur fulgor in galea. Legendi J. Durantius Variarum, II. 15. J. Gulielmus Verisimilium, I. 21. ut et Adr. Turneb. lib. XXXIII. Adversar. cap. 32. *Barth.*

352 *Sidereis hirsuta jubis*] *Jubas* prim. Vaticanus: ut fortassis a manu Claudiani sit, *Sidereas hirsuta jubas.* D. Heins.

Loricaque cursu Æstuat] *Cursum* Tholosanus: eleganter. In primo Vaticano sic etiam a manu prima videbatur fuisse: nam post τὸ *cursu* litera una erat erasa: cum accusativo etiam id verbum Statius conjunxit: 'Pisæumque domus non æstuat annum.' Et Prudentius Hymno Laurentii, 'quid ille fervens ambitu Sitemque honoris æstuans.' Sic vere antiquissimus Puteanorum codex ante mille et plures annos litteris majusculis Romanis scriptus. Vulgo, *Sitique.* Idem Cathem. Hymn. x. 'Rex ipse Coos æstuantem murices Lenam revulsa dissipabat fibula:' ubi male Torrentius, *Coo exæstuantem murice.* Idem.

Sidereis hirsuta jubis] Instar siderum fulgorem quempiam emittens. Sæpius de Heroum suorum armis talia Silius Italicus. Virgil. lib. X. 'Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes.' *Barth.*

Hirsuta jubis] Cassides pellibus hirsutis ornabantur, docuit abunde Lipsius de militia Rom. Silius, lib. III. 'Ore ferarum Et rictu horrificant galeas.' Propert. lib. IV. El. 11. 'Et galea hirsuta compta lupina juba.' Stat. lib. VII. 'Tela rudes trunci galeæ, vacua ora leonum.' Sed et pennis: noster de VI. Consul. Hon. 'Quod picturatas galeæ Junonia aristas Ornet avis.' *Dempst.*

353 *Satiatur vulnere cornus*] Ita loquebantur veteres de armis Heroum, quæ instar animantium quorundam cupere cædem hostium dicebant. Sic et Esaias cap. XXXIV. 'Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe,' &c. *Barth.*

354 *Acrior interea voto*] Hoc est successione voti. Sic *votivus*, quod minus notum, felicem sonat. Apuleius, lib. v. 'cunctisque ocius tecum relatis votivis nuptiis hominem te jungemus homini.' Et sic contra devotare est infelicem aliquem reddere. *Idem.*

Multoque Megæra Luxuriata malo] Non *multis malis* scripti: si primum Vaticanum et excerpta Pomponii excipias: *acrior* etiam *voti* pro *voto* corrigendum puto, quomodo sæpe Claudianus. Exempla ex aliis scriptoribus congessit nonnulla Barthius ad vs. 377. hujus libri. *D. Heins.*

355 *In arce*] Aulæ Imperatoriæ, ut supra vs. 52. vel et poli aut cœli, quæ ubique Poëtis in ore est. Arx vero quivis tutus munitus et editus locus. *Barth.*

356 *Diroque prior sic ore lacessit*] Ita quatuor veterrimi: vulgati, *atque prior diro:* mox *renovataque sæcula rursum* non *revocataque rursus.* primus Vaticanus. *D. Heins.*

357 *En tibi*] Etiam Furiæ ipsius omnium malorum anctricis sermone blanditur principibus suis, aureum seculum eorum temporibus tribuens, homo ad adulandum factus.

Revocataque secula rursus] Παρέλκει τὸ *rursus*. Apuleius, lib. III. ' nec qui laverim, qui terserim, qui domum rursum reverterim præ rubore memini.'

360 *Barbaricis*] Barbararum nationum irruptionibus, quas excivisse Rufinum supra dixit. *Barth.*

363 *Sortemque meam*] Portionem, quasi sorte divisæ essent regiones. *Idem.*

364 *Vergit in Austrum Signifer*] Zodiacus circulus signifer, a signis duodecim nomen habet. Plin. lib. II. cap. 4. et cap. 16. ' hinc connexa latitudinum signiferi obliquitatisque caussa est.' et cap. 77.: ' positio signiferi circa media sui obliquior est.' Tull. ex Arato, lib. I. de Divinat. Serv. ad Georg. I. ' Obliquus qua se signorum flecteret ordo:' noster de sphæra Archimedis: ' Percurrit varium mentitus signifer annum.' Lib. I. de laudib. Stilichonis: ' nec dubiis titubavit signifer astris.' *Dempst.*

365 *Sedes vicina leoni*] Cessat videlicet, quod ἀπὸ κοινοῦ advocandum ex sequenti versu. *Barth.*

366 *Jamdudum geminæ cessant*] Sic ed. Vicent. Gyrald. Patavin. Eccles. Cathed. excerpta Pomponii, et Claverii codex, qui tamen *egelidæ* præfert. Sed docere nos debuisset, cur *egelida libra* vocetur. Vulgati *gelidæ*. Lucens. et Regius *gelidæque vacant*. Lego, *geminæque vacant:* ut Lucan. lib. I. *pars ætheris illa sereni Tota vacet:* ubi plura habes in hanc rem. Distinctione etiam locum juvimus. Barthianum *sedeas* pro *sedes* quid sibi velit non assequor. *D. Heins.*

Geminæ Libræ] Justitiam enim qui vel pingunt vel fingunt, τὰ ζυγὰ καὶ τὰ σταθμὰ addunt, indicantes cuncta illam hominum facta cogitationesque σταθμίζειν καὶ ζυγοστατεῖν. *Geminæ* ergo propter duas lances a staterae jugo æqualiter dependentes: tum quum Sol in Libræ domo versatur, diei noctisque vices æquales esse. Sin *gelidæ* legas, dicendum, quia autumnale signum, et idcirco frigidum. *Delrio.*

369 *Tuus iste*] Τὸ *iste* ignominiosum est. Eo enim utuntur scriptores cum ludibrio adversarium habent, aut contemtus gratia nomen reticent. *Barth.*

370 *Ipsumque fatigat æthera*] Virgil. ' et cœlum territat armis.'

371 *Nec vili moriens condetur arena*] Indicat Rufinum, diis et hominibus invisum, ne vilissima quidem arena sepultum iri; quæ certe extrema et miseria et pœna. Horatius, lib. I. Od. 28. Arenæ autem tenuis inspersio quamvis sepultura non erat, jus tamen ejus obtinebat persuasione Paganæ superstitionis. Unde Archytas precatur apud Horatium: ' Quamquam festinas, non est mora longa, licebit Injecto ter pulvere curras.' *Barth.*

372 *Jamque aderit*] Quasi divinitus rebus infelicibus Sospitator adventurus. *Idem.*

373 *Fratre corusco*] Glorioso, illustri. Sidereum sæpe Heroëm vocat eodem sensu. Alluditur simul juvenilis decor, quem ubique in principum ætate illa laudat adulator. *Idem.*

374 *Qui subiget*] *Subigat* et *proterat* Lucens. rectius: *qui proteret*, non *et* Moreti prior, nervose, et sic Rapheleng. *D. Heins.*

375 *Asper*] Glacie concretus, frigidissimo enim loco situs, unde et quondam Arcturo huic fluvio nomen fuit, ut auctor Plutarchus περὶ ποταμῶν. *Barth.*

376 *Pontemque pati cogetur Araxes*] Fluminis pernicitas et violentia proverbium quoddam de re maxime operosa et gloriosa Poëtis dedere, Araxem ponte sternere. Virgil. lib. VIII.:

'pontem indignatus Araxes.' *Araxis* autem nomine postremis seculis *Parthia* seu *Persia* omnis censebatur. *Idem.*

377 *Gravibus ferri*] Idem ac si *ferro* dixisset. Sic Horatius, lib. III. Carm. 27. 'abstineto, Dixit, irarum calidæque rixæ.' Statius v. Silvarum: 'laudum festinus et audax Ingenii.'

Religata catenis] Exemplo Virgilii: 'furor impius intus Sæva sedens super arma et centum vinctus ahenis Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.' Intelligit autem altissimam pacem quam Theodosius Magnus confecit Imperio priusquam excessit: de qua Orosius, lib. VII. cap. 34. *Barth.*

378 *Draconum*] Serpentum. *Idem.*

379 *Tonsa comas*] *Jubas* Oxon. Placet: sic et anguineam Medusæ comam *jubas* Ovidius vocat: *sanguineas jubas* anguium habes apud Virgilium, et apud Plautum Amphitryone, *angues jubatos*: *condere* etiam pro *claudere* quatuor scripti: non male: nisi quod *condetur arena* præcesserat: *trudere* sec. Vatican. de quo Cons. Olybrii, vs. 3. *D. Heins.*

Tonsa comas] Victarum gentium effigies in dehonestamentum detonsæ in triumphum ducebantur; hinc *tonsus* victum, triumphatumque designat. Propertius: 'Quorum sub titulis Africa tonsa jacet.' *Barth.*

380 *Tellus communis erit*] Ut fuisse aureo seculo tradunt quicumque illud Poëtæ descripserunt. *Idem.*

Tum tellus] Omnia hæc de sæculi aurei felicitate translata sunt ex lib. I. Metam. Fab. 3. Tibull. lib. I. El. 3. Senec. Octav. act. II. scen. 1. Vulgata sunt omnia. *Dempst.*

381 *Discernetur ager*] Sidonius: 'indescriptosque per agros Fragrat odor.' *Barth.*

Vomere sulcus adunco] *Obunco* Delrii codex et ex nostris nonnulli, cum primo Vaticano et Pomponii excerptis. *Frangetur* etiam pro *Findetur* duo scripti: ut apud Alcimum Avitum, lib. III. 'Aut si frangenti cedens succumbet aratro.' Maro, Ge. I. 'rastris glebas qui frangit inertes.' Ge. III. 'Et campum horrentem fractis invertere glebis.' *D. Heins.*

383 *Rorabunt querceta favis*] *Favos* eleganter unus Mediceus, et pro diversa lectione primus Vaticanus. Plinius, lib. XVII. cap. 10. 'Si roraverit qualemcunque imbrem:' sic 'rorantem saxa cruore' Silius lib. X. modo tamen diverso. Val. Flacc. lib. V. 'densæque sequuntur Pleiades, et madidis rorant e crinibus ignes.' qui locus vulgo mendosus circumfertur; quanquam τὸ *ignes* primi casus esse illic potest. Apuleius Metam. II. 'Licet Venus ipsa fuerit, et toto Cupidinum populo stipata, et baltheo suo cincta, et cinnama fragrans, et balsama rorans, calva processerit.' Fulgentius initio Mythologiæ: 'Ubi guttas florulentæ mane rorant purpuræ. Humor algens, quem serenis astra sudant noctibus:' qui posterior versus ad verbum pæne desumptus est ex Auctore Pervigilii Veneris: 'Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus.' Ausonius in Eclogis: 'Quem sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari:' pro irrorantem. sic et Propertius, l. IV. El. 1. 'Quam nebulosa cavo rorat Mevania campo.' Ita vetus codex meus: sic et *manare* cum quarto casu jungebant, de quo ad Nasonem, Met. VI. vs. 312.

Stagnantia passim Vina fluent] Elegantissime hoc expressit Sidonius: 'Et sine se natis invidit pampinus uvis.' Pariter vero Deus Optimus Maximus populo suo promisit Terram lacte et melle fluentem, hoc est, naturali ubertate præcellentissimam. Ex ea vero promissione quis negabit Ovidium suum suavissimum illum versiculum duxisse? 'Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,' &c. *Barth.*

384 *Oleique lacus*] Apposite ad ma-

turam olei. Junxit autem vinum oleo, quod his duobus, pane quidem adintellecto, contenta possit esse vita humana. *Barth.*

385 *Velleribus quæretur honos*] Non honor scripti: Reg. et Oxon. *ovis*, cum uno Vatic. *D. Heins.*

387 *Videbunt virides*] Risum viridibus dat, quia oculis humanis is color gratissimus, et solius præterea hominis ridere est. *Barth.*

IV.

IN RUFINUM LIB. II. PRÆFAT.

Secuti auctoritatem Lucens. Gyrald. et aliquot aliorum codicum, præfationem, quæ bello Gildonico præfixa hactenus legebatur, huic loco inserendam curavimus. Barthius existimat ad aliquem ex deperditis libris pertinere. *D. Heins.*

2 Pro *permissis choris* perperam *permixtis* ante legebatur contra fidem meliorum codicum: diximus, IV. Cons. Hon. vs. 618. *permissis rotis* pro diversa lectione prim. Vatican. Paulo post: *Et Geticam sensit*, cum Claverii libro meliores nostri, non *Gildonis sensit*: unde patet hanc præfationem ad Gildonicum bellum non pertinere: paulo ante pro *mugitu deteriore vetat*, idem prim. Vatican. pro diversa scriptura, *canat*. Idem.

12 *Et Geticam, &c.*] Imperiti homines, licet alterius sæculi, quum viderent hunc librum de Gildone agere, nomen Gildonis substituere ausi sunt; quod fuit in causa, cur elegans notarum scriptor putaverit hoc procemium non esse hujus loci. *Claver.*

V.

IN RUFINUM LIB. II.

Initio hujus libri maximæ res gestæ Theodosio stringuntur, velut tyrannorum expellendorum et Imperii filiis constituendi gratia in terris fuisset is Imperator; quo negotio utroque confecto in cœlum redierit.

1 *Jam post edomitas Alpeis*] Hoc est, prorsus planeque domitas, uti jam nulla ulteriore pugna opus habeant. Sic in III. Hon. Cons. 'Ille leveis Mauros nec falso nomine Pictos Edomuit.' lib. I. de Laud. Stilich. 'totidemque diebus Edomuit Rhenum quot vos potuistis in annis.' Corippus, lib. III. 'Sub quo Vandalici ceciderunt strage tyranni, Edomitique Getæ.'

Alpes] Victoriam Theodosii de Eu-

genio intelligit: meminit ejusdem in III. et IV. Consulatu Honorii, aliisque Panegyricis.

Defensaque regna Hesperiæ] Ab Arbogasto, III. Cons. 'Proh crimen superum, longi proh dedecus ævi, Barbarus Hesperias exsul possederat urbes,' &c.

2 *Merita*] Victoriis enim adiri cœlestes sedes gentiles censebant, ex quorum dogmatis ubique etiam de optimis et Christianissimis Principibus loquitur Claudianus. De Sapientibus idem erat judicium, studio enim Sapientiæ mereri cœlestia templa putabantur. *Barth.*

3 *Sidere*] Apotheosin intelligit Claverius; cujus opinionem tamen vulgo hæsisse potius quam ceremonias priscas usu frequentatas sub principibus serio Christianis credibile est. Theodosio autem decedente jam Basilicas plerasque omnes tenebant Antistites Christiani, nec superstitio consecrationum Paganarum supererat. *Idem.*

Adjecto sidere] Valer. præfat. *paterno avitoque sideri par videtur*, id est, Augusto Cæsarique jam diis. Theodosii mortem significat, qui Stilichonem Honorio præposuit. *Sidere* autem, ad ritum apotheoseos, nam principes suos, bonos malosve, gentiles in Deos referebant: noster in bello Gildonico: 'Tum si quos Roma recepit, aut dedit ipsa Deos.' Serv. ad Georg. I. fine. Horat. lib. II.: 'Romulus et Liber nec non cum Castore Pollux,' post ingentia facta deorum in templa relati. Theodosium ergo Poëta ob insignem virtutem in Deorum numerum relatum ait; et vero ascensum ejus in cælum eleganter describit, de III. Cons. Hon. in fine. *Dempst.*

Mundus] Divinas animas mortalium virtute præditorum e stellis oriundas, et in eorum numerum redire, persuasio Philosophiæ Humanæ. Mundus cœlum sonat. Sic Manilius mundum meruisse dixit Augustum post Cæsarem, cujus filius audire gestiebat. *Barth.*

4 *Jamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis, Et rerum commissus apex*] Dubium vix est, ex Imperii partitione et consensu plerorumque scriptorum, Theodosium decedentem Rufino Orientis, Stilichoni vero Occidentis curam, sub adolescentibus Principibus, commendasse. Claudianus vero soli Stilichoni utrumque orbem adscribit, quia noverat hoc eum adfectare, et Theodosii hanc mentem fuisse persuasum voluisse populo. *Idem.*

5 *Rerum commissus apex*] Credibile sane hoc est, nam et Arcadius tum tutore magnopere ob ætatem non egebat, vicennium jam agens; ut ferme assentiar Illustriss. Baronio, qui Suidam et alios de Rufino, tutore ipsi ab Theodosio relicto, scribentes, erroris etiam hinc convincit. *Apex* summam dignitatem notat. Marius Victor: *Tu victor, virtutis apex.* Idem.

6 *Utraque majestas*] Majestas Imperatoria jam olim pro ipso principe sumta, velut nominari ipsum minus esset. Tacit. Annal. V. 'questus apud Patres, quod Senatoris unius fraude Imperatoria majestas elusa publice foret.' Ante quidem Populi Romani aut Reipubl. erat, ut notum vel ex formula, 'Majestatem Pop. Rom. comiter conservare.' Ejus vero potestate et auctoritate omni in Principem collata, hoc quoque splendidi nominis hujus personæ accessit. Sic 'Augustalis Majestas' apud Justinianum, cap. 3. Cod. Est *majestas* venerabilitas quædam, ipso aspectu animos invadens, præter vulgarem formam cœleste quid et inusitatum præ se ferens. *Idem.*

Utraque majestas] Majestas non tantum Deorum, sed et principum. l. 7. ff. de captiv. L. in pluribus. pen. ff. de just. et jure: itaque 'majestas in omni imperio est.' Tull. pro Aulo Cluentio. Quint. VII. 3. fine. noster in Eutrop. lib. I. 'tenero tractari

pectore nescit Publica majestas:' et de Consul. Manlii Theodori, princ. 'nec dignius unquam Majestas meminit sese Romana locutam.' Fratres sunt Arcadius et Honorius Augusti, filii Theodosii magni. *Dempst.*

Geminæque exercitus aulæ] Hunc divisisse, partibus licet jam tumentibus, inter fratres Stilichonem, in ejus laudibus recenset, lib. II. v. 96. *Barth.*

Geminæque exercitus aulæ] Gemina aula, id est, imperium: Constantinopolitanum seu Orientale, et Romanum seu Occidentale: nam illa Theodosius moriens distraxit: præter historicos, noster de VI. Hon. Cons. princ. et de III. Cons. fine. et de bello Gildonico: 'Quum subito par Roma mihi, divisaque cepit Æquales Aurora togas.' *Dempst.*

7 *Nec enim patiuntur sæva quietem Crimina*] Conscientiæ læsæ more, quæ quietem non habet, sed e scelere in scelus transit. Salustius de Catilina: 'animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.' *Barth.*

8 *Pollutæque negant mansuescere fauceis*] A feris sanguinariis, quas semel haustum sanguinem semper sitire aiunt. Lucanus lib. I. 'nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauceis.' *Idem.*

Negant arescere fauces] Unus Petav. et Med. *mansuescere:* sic apud Lucan. lib. I. 'nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces:' hic tamen infra vs. 41. *mansuescere* denuo sequitur. *D. Heins.*

9 *Terras*] Mundum, humanas res. *Barth.*

10 *Pacem turbare tumultu*] *Vexare* scripti plerique: probe. jam dictum superiori libro, vs. 65. *D. Heins.*

Pacem turbare tumultu] Tumultui enim turbatio est aptissima.

12 *Fluctus*] Mala cumulo quopiam ingruentia et obruentia rationem, fluctibus æquantur. Sicque vita omnis humana nihil censetur nisi Pontus, mutabilitate rerum omnia alternante. *Barth.*

13 *Premor hinc odiis*] Domesticorum Aulæ procerum. Nec mirum omnium odia incurrere qui avaritiæ studio omnia postposuerit. Ipsum etiam principem infensum habebat, si vera sunt quæ subjungit istic Claudianus. *Idem.*

15 *Mutura*] Quæ caveri vix jam possint quin in caput meum cadant; non de longinquo minantia, sed coram imminentia.

Surgunt undique] Suapte velut natura. A nubibus in tempestatem undique consurgentibus, aut undarum fluctibus. *Barth.*

16 *Impositi radiant cervicibus enseis*] Exemplo Damoclis a Dionysio invitati. Horat. lib. III. Od. 1. 'Districtus ensis cui semper impia Cervice pendet.' *Idem.*

17 *Cuncta novo confundere luctu*] Incendium ruina restinguere, quod nefarie jactavit Catilina, convictus scelerum, exitio propinquus. Tacitus: 'Difficile est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum.'

19 *Solatia letho Exitium commune dabit*] Seneca Troadibus: 'Lentius luctus lacrymæque mordent Turba quas fletu simili frequentat, &c. Ferre quam sortem patiuntur omnes Nemo recusat,' &c. *Barth.*

Solatia letho] *Fato* Mazarinianus: quod magis poëticum. *D. Heins.*

21 *Potestas*] Tyrannis. *Potestas* quandoque injustam et vi usurpatam dominationem notat, qualem in Rufino proponit Claudianus noster. *Barth.*

22 *Si frena remittat*] *Resolvat* Lucens. Gyrald. prim. Vatic. ut nuptiis Honor. 'Nec frena resolvit Gratia.' Vulgata tamen lectio etiam proba. Ovid. Met. II. 'cui victa remisit Frena suus rector.' Trist. El. I. 3.: 'Cervicis rigidæ frena remittit equo.' noster VI. Cons. Hon. 'Ergo ubi præclusæ voci laxata remisit Fræna do-

lor:' paulo ante *decedam* pro *discedam* nonnulli scripti. Glossæ Stephani, *decedit*, ἀποθνήσκει: meliores tamen pro vulgata stant. *D. Heins.*

23 *Objice*] Male uno iota hæc vox scribitur, cum producitur: per licentiam enim altera ejicitur; quod cum in *subicere*, *adicere* viderint, in hac miror non animadvertisse doctos. *Barth.*

25 *Cladem divisit in orbem*] Hæc vera lectio, quam scripti meliores tuentur et Raphelengius. Alii, *dimisit*. Vir doctus, qui dubitat, an Latinum sit, *cladem dividere*, crassa nimis Minerva usus est: noster de piis fratribus: 'Divisit vultus cum pietate faber.' Stat. Theb. II. 'Partes pariter divisus in omnes.' Catull. 'Nos alio mentes, alio divisimus aures.' Sic *dividere oscula*, Horat. lib. I. Od. 36. Noster infra, 'Diviso stat quisque loco:' quomodo legendum: ut et lib. III. in Stilich. 'omnibus illis Præterea divisus erat favor.' Silius, lib. II. 'Ille vagam cœlo divisit sæpe volucrem:' ut recte prima editio: *dividere* dixit, pro jaculo transigere. Adeantur quæ notamus ad Metam. lib. III. Nasonis, v. 380. infra plura. Pro *in orbem*, *in urbes* tres antiquissimi libri: sequor. nisi mavis *clades divisit in orbem*. D. Heins.

26 *Nefas*] Bellum nefarium. Lucan. lib. VII. 'Et fugiens civile nefas redituraque nunquam Libertas.'

Terga Danubii] Glacie solidata. *Barth.*

27 *Expertaque remos*] Sæpius remis navigata. *Idem.*

28 *Caspia claustra*] Κλεῖδας vocat Dionysius. *Idem.*

30 *Orientis opes*] *Anatoliæ:* nam Constantinopolitanis Imperatoribus rerum potientibus, Asia minor ἀνατολὴ appellabatur. Potest tamen universus Oriens barbarorum incursibus impetitus intelligi. *Idem.*

Pascua Cappadocum] Ea enim regio, pascua magnam partem, non Cerealis, et idcirco equorum copia nobilis. Solinus, cap. 47.: 'Cappadocia terra ante alias altrix equorum et proventui equino accommodatissima est,' &c. *Idem.*

31 *Volucrumque parens Argeus equorum*] *Equarum* sec. Vatican. Virgiliano exemplo; etiam Oiselii liber. *D. Heins.*

Parens Argeus equorum] Argeus mons Cappadociæ, equitibus celebris. *Barth.*

32 *Jam rubet altus Halys*] De Haly fluvio Herodotus, Strabo, Plinius, &c.

Iniquo Monte Cilix] Taurum, Ciliciæ montem, ob difficultatem transitus iniquum vocat; est enim maximus. Ovid. lib. X. 'per juga montis iniqui Ire comes, longaque alit assuetudine flammas.' *Barth.*

34 *Adsuetumque choris*] Syrorum mollities et deliciæ notissimæ, præcipue Antiochiæ, quam alluit Orontes. Unde Juvenalis pulcre de moribus iis Romanam severitatem superantibus: 'Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.' *Idem.*

36 *Geticis Europa catervis Ludibrio datur*] Omnibus ejus generis populis barbaris parumque tum cognitis. Geticæ enim gentes appellabantur, Honorio rerum potiente, Gothi, Vandali, Visigothi, Sarmatæ, &c. ut tradit Procopius, lib. I. de Bello Vandalico. *Idem.*

37 *Frondentis ad usque Dalmatiæ*] Silvosæ. Vide Geographos. *Idem.*

38 *Omnis qua*] Omnis tellus intra Pontum et Mare Adriaticum sita; quæ sit illa videre potes in tabulis, et apud Melam. *Idem.*

41 *Instar anhelantis Libyæ*] *Libya* autem pars semper torrida, arenis squalentibus et æstuantibus obsita, nullum humani cultus vestigium agnoscit. Unde *anhelantem* quasi æstu fatiscentem vocat. Martian. Capell. l. IV. 'Hæc autem ex arenis Libyæ anhelantis adducitur,' &c. Vide Macrobium in Somnium, II. 7. Lucan.

l. IX. &c.

43 *Reticet Pelion*] Mira de Panis cantibus et Thessalorum pastorum in hoc sive spelæo sive monte fabulantur Poëtæ Græci et Latini.

46 *Arvaque Mysorum*] *Mœsorum* in nonnullis. *D. Heins.*

47 *Cursus solennis*] Solennis temporis cursus: adsueti jam populationibus et incursibus Barbarorum, nihil novi sibi videbantur pati. Alibi *gurgitem ævi* vocat. *Barth.*

48 *Sensumque malis detraxerat usus*] Nimirum quæ diu passi sumus, vix sentimus, et tempus ipsum consumit doloris sensum. Cicero Familiar. l. IV. 'Nullus dolor est quem non longinquitas temporis tollat atque minuat.' Terent. 'Dies adimit ægritudinem hominibus.' *Idem.*

49 *Eheu quam brevibus*] Divina exclamatio. Confirmationem hujus sententiæ undique ingerit Dei Omnipotentis ordo, cui placet momento uno evertere multis annis parata. *Idem.*

Pereunt ingentia causis] *Fatis* Lucens. et Gyrald. Placet. *D. Heins.*

54 *Urbs etiam*] Homines eam inhabitantes.

Quæ dicitur æmula Romæ] Constantinopolis utique Romæ æmula, nova, secunda, renascens Roma: nam et ipsa toti Orbi Domina. *Barth.*

Quæ dicitur æmula Romæ] *Ducitur* prim. Vatic. *D. Heins.*

55 *Et Chalcedonias contra despectat arenas*] Situm Constantinopolis ex adverso Chalcedonis describit. *Arenas* autem dixisse videtur allusione ad magnam vim earum, qua in altum projecta ampliorem urbem Imperator fecit. *Barth.*

57 *Propius lucere faces*] In castris hostilibus, aut excursionibus Barbarorum flammis omnia vastantium. VI. Cons. Hon. 'Mox et per Latium stellarum more videbam Barbaricos ardere focos.' Hinc non raro strategemata fallendo hosti excogitata, ignibus castrorum mentitis aut dissimulatis. Nam ab his æstimabantur copiæ. *Barth.*

60 *Portus munire carinis*] Junctæ enim et concatenatæ rates idem præstant quod catenæ. *Idem.*

62 *Summoque a culmine*] *E culmine* Gyrald. recte: malim etiam, *summæque:* quomodo prim. Vatican. in quo et *ex culmine.* D. Heins.

63 *Spectat certamina campi*] Sic Delrii Cod. unus Petav. et Tholos. cum duobus Vaticanis: *cernit spectacula* Lucens. Isingr. et prim. Vatic. Vulgo *cernit certamina.* Idem.

64 *Hunc per vada cærula mergi*] *Hunc in vada proxima mergi* Lucens. et Gyrald. *vaga cærula* prim. et sec. Vaticani: pro *nurus* etiam *manus* nonnulli, cum Pomponianis excerptis. *Idem.*

Vinctas ire nurus] Miserabilior rei atrocis facies est in τῷ *nurus*, quod minime mutandum. *Barth.*

Vinctas ire nurus, &c.] Alii *hunc per vada cærula mergi.* Susianæ membranæ, *Vinctas ire manus.* Schott.

Per vada] Plus est quam si *in* dixisset. Nam tractum per vada nec uno statim loco mersum dicit. *Barth.*

66 *Portis efflare sub ipsis*] *Spirare* octo scripti cum excerptis Pomponii: pro expirare: ut apud Val. Flacc. 'Tunc tenuem spirans animam, salve o mihi longum Expectata manus:' nihil muto tamen: mox scripti totidem *puerumque cruore maternos fœdare sinus;* utrumque elegans. Vulgatum magis Claudianeum. *D. Heins.*

67 *Puerique cruore Maternos undare sinus*] *Puerumque cruore Maternos fœdare sinus* in nonnullis: *undante* Farnesianis: ut fortasse scripserit noster, *Puerique cruore Maternos fœdante sinus.* Idem.

Puerique cruore Maternos undare sinus] Immanissimum supplicii genus in conspectu parentum trucidare liberos. *Barth.*

71 *Præceptis incensa suis*] *Exceptis* Lucens. et Gyrald. argute: solis Rufini villis parcebatur. Argumentum prope invictum, quo fœderis cum

hoste initi convinceretur. Noverat hoc callidissimus Imperatorum Hannibal, qui cum flammis omnia late dedisset, villas Fabii intactas reliquit, quo suspectum Romanis redderet. *D. Heins.*

72 *Non abnegat hostem*] Lucens. Gyrald. prim. Vatic. et quatuor alii, *abnuit:* vere: ita Virgilius, Silius, Val. Flaccus, alii sæpe: alterum glossema: noster lib. II. de Rapt. 'vincique suos non abnuat hortos.' Cons. Hon. VI. 'Fucati sermonis opem mens conscia laudis Abnuit.' Laude Serenæ: 'Inque suos migrare virum non abnuit annos.' Ubi eodem modo peccant nonnulli codices. *Idem.*

74 *Vicibus*] Ultro citroque, vicissim, per pares vices. *Barth.*

Permissa potestas] Rectius *facultas* Lucens. et Gyrald. cum pr. Vat. Lib. II. de Rapt. *cui tanta facultas In me sævitiæ:* ubi plura. *D. Heins.*

76 *Stipatur sociis*] Lege *Stipatus* cum Isingr. prim. Vatic. et duodecim aliis: ut superioribus hæc cohæreant: male vulgo distinguuntur. *Idem.*

76 *Armata clientum Agmina*] Potentiam hominis impuri privata majorem inducit. Stipati enim clientibus incedebant principes, qui nec a sedentibus aberant. *Barth.*

79 *Revocat fulvas in pectore vestes*] *Pectora* prim. Vatic. prior Leid. et unus Petav. cum Pomponianis excerptis et Oiseliano libro: quomodo et Claverius ex suo libro, et ex conjectura Barthius. Silius, lib. XII. 'revocate in pectora Cannas,' cum optimo codice. Statius, Theb. I. 'Palla et cærulei redeunt in pectora nodi:' quomodo castigatiores membranæ: non *pectore.* Idem lib. II. 'cervixque recepto Sanguine magna redit, fractæque in pectora vires.' lib. V. 'nullæ redeunt in gaudia noctes:' et postea, 'redeuntem in pocula Bacchum:' et deinde, 'redeunt in pectora sexus:' lib. VIII. 'cuique suæ rediere in pectora curæ:' lib. IX. 'Oraque et abscissæ redeunt in pectora dextræ.' *D. Heins.*

Revocat] Rufinus, ut gratiam a Getis ineat, eorum habitum imitatur.

Pelles] More atque habitu gentium Septentrionalium fere omnium, ob frigoris vehementiam in locis patriis; unde habitus moresque suos Romanis provinciis intulerunt, a ducibus ipsis imitatos per vecordiam, ut de Rufino ingerit Claudianus. Ovid. lib. III. Tristium, Eleg. X. 'Pellibus et sutis arcent mala frigora braccis, Oraque de toto corpore sola patent.' *Barth.*

81 *Assimulat*] Scripti nonnulli *Assimilat* cum Barthio: mox *testatur amictu* non *amictus* Gyrald. et Oxon. quod et Barthius vidit: sed curis secundis damnavit. Lucens. *proclamat amictu.* D. Heins.

Mentemque palam testatur amictus] Jan. Gulielm. Verisim. lib. I. cap. 15. Barbariæ faventem, proditricem Romani Imperii. *Barth.*

82 *Nec pudet*] *Nil* Oxon. ut Ovid. 'Nil pudet hunc:' pro *currus Ausonios regentem* Fornerius reponi velit *Ausonias curas:* minime audiendus. *D. Heins.*

Ausonios currus] *Curules.* Non vero concluditur hinc Consularem potestatem sumsisse Rufinum in eum annum, cum illius potentia tanta fuerit, ut omnes magistratus sub se habuerit, itaque regnum etiam quasi de proximo affectavit. Loquitur autem per *curules* de omni Romano Imperio, quia stante Republica (cujus formam in sermone semper sequitur Claudianus, juxta quod etiam alibi ait, 'nunquam libertas gratior exstat Quam sub Rege pio'), summum inter ea erat Curule, Consulatus nimirum. Curulis magistratus, omnis major, quia minoribus jus non erat curru in curiam vehi, sed pedibus itabant; unde et pedarii oppositi illis appellabantur. Vide quæ ex Gabio Basso refert Gellius, lib. III. cap. 18. *Barth.*

Nec pudet Ausonios currus, &c.] Licet sciam eleganter de officio Præfecti Prætorio intelligendum, tamen Ms.

meus et Guil. Fornerius præferunt, *Ausonias curas et jura, &c. Regere jura*, est Magistratuum : sic enim loquitur *Lex* II. §. 13. *ff. de orig. juris*. Sidon. Carm. VII. 'præfectus jura regebat.' Horat. lib. III. od. 3. 'Roma ferox dare jura Medis.' Noster in Eutrop. lib. I. fine : 'Eunuchi si jura dabunt :' ad quem locum plura dicturi. *Dempst.*

Jura] Præfectus Prætorio erat Rufinus, nomine, re ipsa moderator universi Orientalis Imperii ; ita autem de summo principatu solebant loqui veteres, *Jus regere*, eum, qui absolutam velut aut ei proximam potestatem gereret, qualem sane habebat Præfectus Prætorio, utpote a quo appellari non poterat, uti auctor Charisius Arcadius cap. JC. un. de Off. Præf. Prætor. *Barth.*

83 *Vestemque Getarum*] Rufino vituperium, quod 'vestem patriam aspernatus, peregrinam induerit :' qua labe notatur ab Hermolao Alexander apud Curtium, lib. VIII. et Tiber. August. a Suet. cap. 13. Porro pelliti Getæ, quod confirmatur ex Sidon. Apollin. coætaneo hujus, lib. I. Ep. 2. 'pellitorum turba satellitum ne absit.' Et Carm. 7. 'Ibant pellitæ per classica Romula turmæ.' Rutilius, Itinerar. lib. II. 'Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat :' noster de bello Getico : 'pellita Getarum Curia,' ad quem locum plura : et de IV. Honor. Consul. 'Castra cruore natant, moritur pellita juventus.' Sic tempore Senecæ, Scythæ pellibus vulpium et murium amiciebantur, Ep. XC. et D. Hieronym, in Epitaphio Nepotiani. *Dempst.*

84 *Insignem habitum Latii*] Quo Latialis imperii pars discerneretur ab aliis aliarum gentium. Munia autem et officia pleraque Romanorum a Togatis expediebantur, quod Toga vestis forensis, et in foro negotiorum cura, unde per summum nefas pellitum juri dicundo præsedisse Rufinum ait. *Toga* vero ex usu eo ipsa forensia negotia denotat. Martial. in vitæ Beatæ descriptione : 'Lis nunquam, toga rara, mens quieta.' *Barth.*

Latii mutare togæque] *Coactæ* Lucensis liber: quod secuti sumus. *Latii togati* tamen a Claudiano scriptum puto. *Mærent mutare*, ut alibi, '*dolet ille paterna Bithynos mutasse domo:*' *se* subintelligitur. *Mutare Getæque*, Pricæanus : mox *Mærent pellito captivæ* prim. Vatic. *D. Heins.*

85 *Pellito judice*] Pellitos enim videre proceres Romanos, indicium certum erat Imperii barbaris occupati ; et eorum vicem gerebat hic latro.

Captivæ leges] Velut a Barbaro in potestatem redactæ.

87 *Nam miseris nec flere quidem*] Summa tyrannis etiam doloribus factis fletu interdicere. Lacrymæ vero malorum levamen aliquod. Seneca Agamemnone, Act. III. 'Lacrymas lacrymis miscere juvat. Magis exurunt, quos secretæ Lacerant curæ ; juvat in medium Deflere.' *Barth.*

89 *Duræ quis terminus unquam*] *Diræ* tres scripti : quod efficacius. *D. Heins.*

91 *Aut tantis solvet*] *A tantis* multi codices. Forte pro *Ah:* nam olim sine adspiratione scribebant. Meliores tamen *aut ;* opinor *Heu.* Mox *negantur* pro *negatur* iidem recte. *Idem.*

Barbarus illinc Hinc Rufinus agit] ἄγει καὶ φέρει. Arbitrio suo sursum et deorsum torquet et fatigat. *Barth.*

95 *Heu patriæ, Stilicho*] Claver. de Patria hic Stilichonis inquirit. Verum non opus ullis ambagibus, cum Patrem Patriæ tum verum in eo Heroë agnosceret universus Orbis Romanus. *Idem.*

96 *Thalamis proprium genialibus*] Conveniens, debitum, acceptum. *Genialis* autem usque adeo thalami nuptialis proprium est epitheton, ut etiam sine eo lectum sponsalem notet. *Idem.*

Primum genialibus omen] Non *pro-*

prium scripti meliores: quomodo legendum Barthius et Gronovius jam viderunt. Adi hujus Diatriben Statianam, cap. 44. Ille curis posterioribus immerito fluctuavit dubius veræ ac genuinæ lectionis. sequenti versu *Hic* pro *Hæc* bene scripti. *D. Heins.*

97 *Erexit regia tædas*] Ut faustum omen coëuntibus novis nuptis daretur, faceis nuptialis moris erat alte elevari a matribus sponsarum. Claudianus alibi: 'Per tædas quas ipsa tuo Regina levavit Conjugio.' *Barth.*

98 *Vel solus sperate veni*] *Superare* uterque Oxon. ac Regius eleganti Græcismo: quo et alludit quartus Vaticanus, qui *sperare* exhibet. Statius, Theb. II. 'Seu Pandionio nostras invisere cædes Monte venis.' Frustra alii, *velis.* Lib. v. 'cui gloria tanta Venimus innumeræ fatum debere cohortes.' Lib. VII. 'Vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis Addere rebus opem.' Sic *eo fateri* apud eundem Theb. I. 'Seu fortuna fuit, seu, quod pudet ire fateri, Vis invicta viri.' Ita veterrimus Cantabrigiensis vere; non *ore* aut *ira:* mox dicet, 'Vobis ventura atque omne quod ultra est Pandere mœstus eo:' de quo alibi. Martialis: 'Tunc ego non oculos, sed ventrem pascere veni.' B. Eugenius: 'Ut cum flamma vorax veniet comburere terras.' In Claudiani tamen loco nil temere mutarim, cum præstantiores libri pro recepta scriptura stent. *D. Heins.*

Sperate] Æmulatur desiderium nubentium. *Speratus* enim sponsum sonat.

Te prœlia viso Languescent] Summam virtutis existimationem circumscribunt hoc modo auctores optimi. Silius Italicus, l. XIV. 'Laus sola datur si viso vincitis hoste.' Et tale illud Cæsaris, 'Veni, Vidi, Vici.' *Barth.*

103 *Tranquilla in pace locatis*] *Tuta sub pace relictis* Lucens. et Gyrald. *tranquilla in pace relictis.* Isingr. et prim. Vatic. *D. Heins.*

108 *Illic Armeniæ*] *Illinc* alii nonnulli. Versu proximo pro *Fervida*, *Herbida*, ex Isingrini libro Raphelengius, et ex suo Claverius; optime: nec aliter ex nostris Lucens. Putean. et Bononiensis. prim. Vatican. *Ferbida:* ut et Helmæstadiensis. Patavin. *Findia* mendose: et in marg. *Florida.* unus Ambros. *Rubea* vel *Tenuia:* quod postremum elegans etiam; qualia multa apud Statium occurrunt. Adi notata a nobis ad Nasonem Met. IV. 221. curis alteris. *Herbida velamina*, quomodo apud Martialem; 'Herbarum fueras indutus, Basse, colores.' Statius in Silvis, Epicedio Glauciæ, 'Herbas imitantem sinum' dixit: quæ loca Barthio quoque animadversa; qui *Pervida velamina* insigni nugamento hic nobis non debebat obtrudere. *Idem.*

Armeniæ alæ] Miles inde oriundus.

Vibratis crinibus] Ferro crispatorum instar vibratorum. Orientalium autem nationum pleræque vibrato crine natura gaudebant. Martialis Spectaculis: 'Crinibus in nodum tortis venere Sicambri, Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.' *Barth.*

109 *Herbida collectæ*] *Herbidus* coloris herbei viridem designat, qui non inusitatus in vestibus priscorum: vide Martial. Epigr. l. v. 23. Ex eo discimus viridem colorem in vestitu vilem habitum et pauperiorum apud Romanos, Græcis mulieres meretrices et delicatæ modo talibus vestibus utebantur. *Idem.*

110 *Truces flavo vertice Galli*] Laudem animositatis et bellicositatis Gallis largiuntur omne genus scriptores prisci. Flavum iisdem, ut et Germanis, capillum multi adscribunt. Truces vocat imitatione Lucani, lib. VII. 'Inde truces Galli solitum prodistis in hostem.' Duras mentes Gallis assignat Lampridius in Alexandro Severo. Animos crudeles, corpora plusquam humana, Florus, Histor.

l. II. *Barth.*

Flavo vertice Galli] Servius ad Æn. VIII. fine: 'Aurea cæsaries ollis.' Galli autem a candore corporis sic dicti: nam γάλα, *lac* significat. Isid. XIV. 4. quæ appellatio comprehendit quosvis septentrionis populos, præsertim Germanos, a quibus crines sumebant matronæ Romanæ, ut speciosiores apparerent. Juvenal. Sat. VI. Martial. l. v. Epigr. 69. quod alibi dicam fuse: nunc tantum locus Silii e lib. IV. ponendus: 'Colla viri fulvo radiabant lactea torque.' *Dempst.*

111 *Quos Rhodanus velox*] Rhodani nobilissimi Gallorum amnis velocitas testata scriptoribus priscis, Araris autem tardior; unde pro miraculo magico memoratur a Lucano, l. VI. 'Nilum non extulit æstas, Mæander direxit aquas, Rhodanumque morantem Præcipitavit Arar.'

Araris tardior] Et sic mutata per incantationes rerum natura intelligendus Lucani locus, qui *Rhodanum Arari confusum* dicit, quod factum aliquando etiam vi pluviarum. *Barth.*

Araris quos, &c.] Galliam Lugdunensem notat, ea enim alluitur, imo secatur Rhodano rapidissimo amne, nisi Arar infusus vires relentaret. Mela, II. 5. Plin. III. 4. 'Fertilissimus amnis Rhodanus, rapiens se ex Alpibus per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim.' Silius lib. III. 'Spumanti Rhodanus proscindit gurgite campos, Auget opes, stanti similis, tacitoque liquore Mixtus Arar.' Lucan. I. 'qua Rhodanus raptum velocibus undis In mare fert Ararim:' et lib. VI. sensu contrario: 'Rhodanumque morantem Præcipitavit Arar.' noster lib. II. in Eutrop. 'Qua Rhodano stimulatus Arar.' Idem de Cons. Manlii Theod. princ. 'Lentus Arar Rhodanusque celer,' &c. nec te moveat, quod Isid. XXV. 4. dicat, Ararim fluvium esse Germaniæ ex Marone, Eclog. I. nam olim confundebantur Burgundi cum Germanis vicinis. *Dempst.*

112 *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus*] Germanicarum et Gallicarum nationum accolæ, Rhenensis tractus, moris habuisse dicuntur, infantes genitos recens fluvio imponere, ut si natare scirent, vel enatassent alveum, pro legitima sobole haberentur; contra, si cederent flumini. *Barthius.*

113 *Quosque rigat*] *Ligat* sec. Vatic. et novem alii ex nostris: quomodo Giphanium castigare Pulmannus in ora codicis sui annotarat; sed frustra. Nam quod infra vs. 148. legitur, 'quicquid legat ultima Tethys;' illic prim. Vatican. exhibebat *rigat*. Cons. Manlii, vs. 200. 'Prima Padum Tiberimque ligat.' *D. Heins.*

Retro pernicior] Impellente refluxu Oceani, ut versu sequente docetur. Eam vero repulsionem fieri ad spatium Leucarum centum memini legere in Itinerario vetustissimo, et Claudiano antiquiore. *Barth.*

115 *Mens eadem*] Una et eadem voluntas. Id enim præcipuum est in exercitu: 'nam nihil præstare hosti Fortuna majus potest, quam hostium discordiam.' Tacit.

Animique] Mentem ab animo sejungit Philosophica doctrina. *Barth.*

116 *Vulnera*] Injurias. Vetus est versus usus crebritate in proverbium quoddam redactus: Ξίφος τιτρώσκειν σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ὕβρις. Rufinus, l. I. in Hieronymum: 'Ad hæc vulnera quæ infliguntur ex lingua medicus pene nullus est.' *Idem.*

117 *Præsens tumor*] Iracundiæ reliquiæ; a mari translatum: ut supra lib. I. 'Ceu murmurat alti Impacata quies pelagi, cum flamine fracto Durat adhuc sævitque tumor.' *Idem.*

119 *In ducis eximium conspiravere favorem*] *In ducis eximii* duo Vaticani, et quatuor alii: ut infra: 'Insignemque ducem populus defendit uterque.' *D. Heins.*

Conspiravere] In unam venere sententiam.

120 *Xerxem toto simul orbe secutus*] *Orbis*, maximum Imperium.

121 *Narratur rapuisse*] *Potasse* excerpta Pomponiana. *D. Heins.*

Rapuisse amnes] Diodorus Siculus, l. XI. Quantæ vero numero eæ copiæ fuerint, a pluribus scriptoribus varie relatum est: videas Brisson. lib. III. Persicorum. Juvenalis de exhaustis amnibus historiam innuit Satyr. X. 'credimus altos Defecisse amneis, exhaustaque flumina Medo Prandente.' *Barth.*

Rapuisse vagos amnes] Xerxis tam numerosæ copiæ, ut integros amnes epotarent. Juvenal. Sat. X. 'Epotaque flumina Medo Prandente.' Herod. l. VII. numerat fluvios Scamandrum et Onochonum in Thessalia, Simoënta in Phrygia, Chydorum in Bœotia, Lysum in Samothracia; et in alio loco ejusdem libri nominat Epidamum maximum flumen in Achaïa; et lacum triginta stadiorum in sinu Persico a jumentis exsiccatum: et nonnihil super ea re Diodor. Sicul. l. XII. sed et illud magis mirandum, tantum exercitum magnificis epulis a Pythio Bithyno exceptum, et frumento adjutum, vestibusque. Justin. l. II. Herod. l. VII. Oros. IV. 1. tectum autem æquor, pro Hellesponto, quem navibus texit Xerxes, vincula Neptuno minatus. *Dempst.*

122 *Cum classibus iret Per*] Deciso monte Atho, ponte vero strato Hellesponto. *Barth.*

124 *Vix Alpes transgressus erat*] Stilicho cum Gallicis in collectitiis aliis copiis. *Idem.*

Vix Alpes transgressus erat] Lucens. *egressus.* D. Heins.

125 *Adventumque tremens*] *Timens* nonnulli scripti: quod perperam secutus Raphelengius: supra l. I. 'Hoc monstrum non una palus, non una tremebat Insula.' Lib. II. in Eutrop. 'mortem pœnasque tremebant:' atque ita sæpe. *Idem.*

Barbarus] Exercitus Barbarorum quem a Rufino evocatum consedisse ad muros urbis Constantinopolitanæ supra dixit. *Barth.*

126 *Tutoque includit pascua gyro*] Non video caussam ullam cur ista mutem: quia enim plerique barbarorum istorum equestres erant, ut in moribus Hunnorum descriptis supra vidimus, ait maxime pascuis sibi prævidisse. Simul innuit copiarum multitudinem barbararum. *Idem.*

127 *Tum duplicem fossam*] Non *duplici fossa* prim. Vatic. eleganter: vide notas bello Gild. vs. 136. Pro *tutoque*, Oxon. *tortoque:* alii nonnulli *totoque*. *Locata* etiam cum scriptis melioribus bene Raphelengius, non *locatum:* vidit id Barthius etiam. *D. Heins.*

128 *Asperat alternis sudibus*] Est descriptio barbarici munimenti: fossa circumducta duplici, vallum ex egesta humo compingere, ei vallo spatio plaustri unius distantes pali erant infixi; in vacuum statuebantur plaustra, coriis taurinis obtenta, quam *carraginem* barbaricam vocant Ammianus, lib. XXXI. et alii. *Barth.*

129 *Cæsis juvencis*] Juvencorum pellibus. *Idem.*

130 *At procul*] Abruptus sermo auget rei pondus, et imitatio est Maroniana. *Idem.*

At procul exsanguis, &c.] Ex Ms. Dempsteri lege: *At procul exsanguem, &c.* Idem.

131 *Infectæ pallore genæ*] *Tenore* nonnulli: puto pro *torpore*. D. Heins.

Ore gelato Incertus] Metu atque desperatione ob conscientiam scelerum. Nimius timor congelat velut membra. Cicero in Arato: 'tremulo quatietur frigore corpus.' Petronius: 'Ego autem frigidior hieme Gallica factus.' *Barth.*

133 *At tantos sese transferret in hostes*] Dubitat Rufinus utrum palam castris hostilibus accedat; *transferret*

se, transiret. Utrum transiret in tot hostes ab se Reipublicæ factos, et ita palam hostem profiteretur. *Transferre se*, transire. Poëticum. *Barth.*

Tantos sese transferret in hostes] *Fidos* alter Leid. Patavin. et Gevart. cum primo Vaticano: argute *fidos hostes* vocat Getas, quos occulto fœdere Rufinus sibi sociarat. Inficeti interpolatores non intellexere argutum dictum: sic apud Paulinum Natali Felicis quinto, 'Fraude bona fallax animo mentita fideli.' Vide Barthium infra hoc libro vs. 226. Mox pro *purpureis columnis* excerpta Pompeiana *porphireis*. D. Heins.

134 *Quid nunc divitiæ*] Philosophica admonitio et digressio: opum quamlibet magnos acervos animi curas non emendare. *Barth.*

135 *Congeries*] Inconditus immanisque acervus. Qualibus divitiarum undique congestarum copiæ a Poëtis æquantur.

Purpureis columnis] Marmore coloris punicei. Quinque autem marmorum colores præcipue amatos docet Sidonius: 'Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores: purpureus, viridis, maculosus, eburnus, et albus.' *Barth.*

136 *Atria*] Horum maxima cura in magnificis structuris, propter clientium multitudinem, quorum agmina in iis patronum præstolari solebant. Statius: 'Montibus aut late Graiis effulta nitebant Atria, congestos satis explicitura clientes.' *Idem.*

Atria, &c.] Hæc non de porticu illa insigni, quam in urbe Antiochia ad placandos cives excitavit, teste Zosimo, accipienda sunt: sed de Byzantino opere structuræ admirabilis. *Claver.*

Ad sidera] Sic de magnificis ædificiis Hyperbolice loquebantur. *Barth.*

137 *Audit iter*] Sonitum strepitumque venientis, imaginatione malæ conscientiæ. Petronius: 'Dii Deæque, quam male est extra legem viventibus! quod semel meruerunt, semper exspectant.' Sic isti omnis sonus referebat adventum Stilichonis. Paria Solomon, Sapient. c. 17. *Barth.*

Spatioque viarum] Stilicho vero eo consilio Italia moverat, ut occideret Rufinum. *Idem.*

138 *Peste futura*] *Pace* Lucens. quam Stilicho Orienti esset redditurus. *D. Heins.*

139 *Nec recipit somnos*] Salust. de Catilina: 'animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.'

Sæpe cubilibus amens Excutitur] Conscientia meritorum. *Barth.*

140 *Pœnamque luit formidine pœnæ*] Conscientia meritorum noxium animum instar carnificis ipsius torquente. Ovidius pulcre hoc extulit: 'Multa miser timeo, quia feci multa proterve, Exemplique metu torqueor ipse mei.' *Idem.*

141 *Sed redit in rabiem*] Mutatus maximo Stilichonis metu Rufinus, non ultra malos suos mores abstinuit quam primus terror externavit; redit mox ad consuetudinem facinorum, et qui vitæ modo incertus erat, jam de Imperio invadendo Principem alloquitur. *Idem.*

Sed redit in rabiem] Sic Isingr. Gyrald. prim. Vatican. et septem ex nostris. Cæteri cum vulgatis *faciem*: nisi quod Regius *facinus*: etiam bene. Vulgatam scripturam si quis invitis melioribus membranis amplectendam censet, adeat pro ea non infeliciter digladiantem Barthium. *D. Heins.*

142 *Ingenium*] Ingenitum amorem malorum morum.

Sacrasque fores prædivitis aulæ Intrat] Magnæ potentiæ indicium, intrare cum lubet ad principem. Cæterum epitheton istud aulæ, vox nimirum *prædivitis*, mihi hoc loco valde suspecta est, licet neminem librum videam qui eam mutet. Putem inter omnia maxime excellens Regiæ con-

clave innuere voluisse Claudianum, ut etiam in Sacrarium ipsum et secretissimum Arcadii thalamum introiisse Rufinum censeat; nullam enim vel minimum etiam occasionem gravandi ejus audaciam omisit ingeniosissimus vates. *Barth.*

144 *Per fratris*] Exquisita adulatio Honorii, quem in mediis Arcadii rebus non solum illi, licet natu minorem, præponit, sed plane Deum facit.

Per facta parentis] Sic scripti omnes; non *fata*. D. Heins.

Fata parentis Ætherei] Intererat enim jam divis Theodosius, et conscius fatorum cœlo res humanas regentium. *Barth.*

146 *Eripe me gladiis*] Quasi jam iis cinctus orat, aut cædis instrumenta jam coram videns expedita. Alioquin *gladii* insidias notant, qua facie etiam hic accipit Rufinus, invidiam fortissimo Stilichoni facturus videlicet. *Idem.*

147 *Excitare manus*] *Minas* Lucens. Gyrald. prim. Vatic. placet. Mox *rigat* pro *ligat* idem prim. Vatican. *D. Heins.*

Gallia conjurata] Universæ Galliarum copiæ. *Barth.*

148 *Ligat*] Ultra Thulen enim mare impervium. *Idem.*

149 *Volitat gens si qua*] Ad vitam vagam et erraticam earum gentium respicit minus cultarum atque legibus certis parentium, quæ quamvis tales fortasse non fuerint, finxit tamen rumor, et jactantia hominum peregre venientium, qui inusitata et inaudita narrant, ut magnos se stolidæ plebi faciant. *Idem.*

150 *Mota mihi*] In meam perniciem. *Idem.*

Tantis capiendi credimur armis] Aldus *digni capiendi*. Scriptorum major pars *dignis capiendi*. Patav. Eccles. Cath. *digni capiendis:* quomodo Barthius conjiciebat. Ut forte scripserit, *tantis cur digni credimur armis?* quomodo apud Statium, Theb. II. 'Macte animi, tantis dignus qui crederis armis:' sed vulgata proba est, modo interrogatione erigatur. *Credimur* pro tradimur dixit; quod verbum noster eo sensu amat. Sequenti versu pro *petitur*, *petimur* Ambros. venuste. *D. Heins.*

152 *Geminum cœli sibi vindicat axem*] Alibi autem non semel Claudianus utrumque cœli convexum imperio Fratrum asscribit Stilich. II. 'At Stilicho non divitias aurique relictum Pondus, sed geminos axeis, tantumque reservat Depositum teneris, quantum Sol igneus ambit.' *Barth.*

Geminum cœli] Ita scripti. Vulgatum *Stilicho* ex glossa natum. *Libyenque* mox pro *Libyamque* iidem. *D. Heins.*

155 *Hispanis Gallisque jubet*] Sic Silius lib. VII. 'Et belli summam primasque jubebat habenas.' Alioqui idem absolute est *jubere*, quod regnare, imperare, præesse, uti hoc loco Claudiani.

Non orbita solis] De Alexandro Magno Juvenal. Sat. X. 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis; Æstuat infelix angusto limite mundi,' &c. Hæc autem, callida adulatione, licet Rufini hostis verbis, ita profert Claudianus, uti simul etiam honori Stilichonis cedant.

Orbita Solis] 'Qua sidus currit utrumque.' Petronius. *Barth.*

158 *Non reddere curat*] Ἔμφασις magna est in voce *curat*, omni enim cura atque ope eo niti dicit, ne quid reddat semel arreptum. *Idem.*

159 *Scilicet ille quidem*] Vera hujus loci scriptura hæc erit: *Si licet, ille quidem secura pace fruatur, Nos premat obsidio! Quid partem invadere tentat?* Quamdiu, ait, quæ ejus curæ tradita est provincia, ab hostibus publicis non incurritur, quiescat sane, et felicitate fruatur, nec nostris sese partibus ingerat. Et quid aliud quærat nisi ut te meque excussis, sese uni-

verso Imperio dominum hac occasione imponat? *Barth.*

160 *Quid partem*] Pars enim est proportio hereditatis uni alicui assignata. Sed et Orientalis Occidentalisque partes mundi sunt, in quas velut divisus, dimidiumque ita Arcadii, et mox sibiipsi Rufinus adscribit. *Idem.*

Quid partem invadere tentat] Versum unum alterumque excidisse puto. Claverianus *parem*. Isingrinianus *spartem*: paulo ante Barthius interrogationis notam tollendam censet, et pro *scilicet* reponit, *si licet*: quomodo ex nostris Rottendorpianus: pro *fruatur* plerique scripti *fruetur*, et pro *premat* iidem *premet*. D. Heins.

161 *Illyricos fines*] Græciam. Nam prope Thessalonicam erat tum exercitus Stilichonis. Illyricum autem ipsum Honorio adscriptum et Occidentali parti fuisse non est dubium, tum propinquum videlicet Italiæ.

Eoa remittat Agmina] Contradicit sibi. Nam in laudibus Stilichonis alibi recenset, militem a Theodosio relictum æque inter fratres ab eo divisum. Lib. II. Sed etiam manifesta Calumnia Rufino pudori non est: ex mente quidem Poëtæ nostri, qui de traditione militis etiam non juratus est testis. *Barth.*

162 *Fraternas dividat hastas*] Hasta hic est sceptrum, ad tempora prisca allusum: nam Justin. lib. XLIII. 'per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα vocant.' Et de sceptro Latini, Maro Æn. XII. Et Valer. Flacc. lib. III. id ipsum expressit: quare et 'hastæ Deorum simulacris additæ ad auctoritatem exprimendam.' Turneb. XXII. 12. Serv. ad illud Æn. I. 'Hic illius arma, hic currus fuit.' *Dempster.*

Hastas] Exercitum a Theodosio relictum. *Barth.*

164 *Quod si dissimulas*] Ita meliores, non *dissimules*: non audiendus ergo Barthius. *D. Heins.*

165 *Manes et sidera testor*] Hominis desperati juramentum. *Barth.*

166 *Hæc cervix non sola cadet*] More potentium et ferocium hominum plurimos involvere pernicie sua minatur. Florus, l. III. c. 5. de Mithridate: 'totum pene Orientem et Septentrionem ruina sua involvit.'

Miscebitur alter Sanguis] Ipsum principem dicit, quem nominare non audet, indicat tamen τῷ *alter*. Nec huic modo minatur, sed et Stilichoni, quem victurum quidem Barbaros suos ominatur, tamen eos adeo sibi obligatos, ex egregiis videlicet illis pactis, quæ secuti in Græciam venerant, nihil non prius ausuros. *Barth.*

167 *Stygias umbras*] Primus Vaticanus *undas*. D. Heins.

169 *Hæc ubi, dictatur facinus*] Epistola principalis concipitur, qua mandatur Stilichoni cedat partibus Arcadianis. Epistolæ proprium *dictari*. Barth.

170 *Invito principe*] Metus causa. *Idem.*

171 *Jam lætior hoste propinquo*] Magnanimitatem Herois sui prædicat tendentis in hostes, quos Constantinopoli admoverat Rufinus. *Idem.*

172 *Nec multo spatii*] In τῷ *spatii* nescio quid superfluum paret. Nec enim verum est castra castris tam vicina fuisse. Et versum quidem totum damnare non ausim, at eo remoto neque sententiam quicquam damni pati negari non potest. *Æquor* autem planities est. *Idem.*

173 *Accendit voce cohortes*] Hoc enim in animis hominum, præcipue virtute præditorum, oratio valet, quod sufflatus in igne sepulto, aut qui consederit.

Voce] Eloquentiæ hæc vis. *Barth.*

175 *Spumis ignescere fræna*] Poëtarum est phantasia, qui igneum quidpiam in equorum concitatorum flatu agnoscere videntur sibi. Gratius: 'Os magnum ex patulis agitatos naribus

ignes Spirent.' *Barth.*

177 *Surgere purpureis*] Forte rectius *fervere*: ut IV. Consul. Honorii, vs. 544. 'ferventesque tument post terga dracones.' Cave audias libros in quibus *cœlum servire* pro *sævire*: sunt enim pauci numero et notæ deterioris; quibus nolim auscultasse Barthium. *D. Heins.*

Purpureis unguibus] Draconum nota vexilla: illa signis ipsis circumvolitabant. Numesianus Cynegetico: 'Signa micant, sinuatque truces levis aura Dracones.' *Barth.*

Undantes hastas] Signa prima Romanorum *manipuli fœni* erant, I. Fast. deinde *Aquila*, *Lupus*, *Minotaurus*, *Equus*, *Aper*. Plin. x. 4. Fest. lib. XI. licet idem l. XIV. *porcum* inter signa reponat: sed forte idem est porcus et aper: tertio *dracones* gestari cœpti, sed serius. Ammian. l. XVII. Sidon. Carm. II. 'Ut primum vestras Aquilas provincia vidit, Desiit hostiles confestim horrere Dracones.' quod pulchrum videri posset, nisi noster dixisset de III. Hon. Cons. ad finem: 'Hi picta Draconum Colla levant, multusque tumet per nubila serpens Iratus stimulante noto, vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu.' Ex quibus apparet non fuisse ex auro argentove, ut Aquilam; sed assutam intextamve panno effigiem. Expresse noster de eodem III. Cons. 'spirisque remissis Mansuescunt varii vento cessante Dracones.' Et de IV. Hon. Cons. 'ferventesque tument post terga Dracones.' Imo una cum Aquila in eodem exercitu Draco. noster de nuptiis Hon. et Mariæ: 'Stent bellatrices Aquilæ, sævire Dracones.' Denique ubi Aquilæ a Constantino crux suffecta, Dracones retenti. *Dempster.*

Purpureos angues] Vocat ad colorem significandum, nam peditum *vexilla rosea*, equitum *cærulea*. Serv. ad principium VIII. Æneid. quod *is color sit aquæ* seu *Neptuni*, qui equum bellicis usibus adhibuit: quare M. Agrippa cæruleo vexillo ab Augusto donatus, Suet. Aug. c. 27. *purpurea* autem, quod 'sanguineus color Marti conveniat.' Isid. l. XVIII. c. 41. lego tamen aureum fuisse colorem Draconum. Ammian. lib. XVI. 'alios,' ait, 'purpureis subtegminibus texti, circumdedere Dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigatos, hiatu vasto perflatiles, et veluti ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.' *Dempst.*

179 *Ferri nitor*] Splendor armorum, decus egregium militis; quod non ignoravit Pyrgopolynices Comici ferri sui aciem poliri jubens, ut aciem hostibus in acie præstringeret scilicet. *Barth.*

180 *Teneroque amnis reptatus Achilli*] Alibi: 'Cretaque se jactet tenero reptata Tonanti.' *Idem.*

Cornipedis] Chironis Centauri.

Amnis] Sperchius forte. *Delrio.*

181 *Et nemus Œtæum radiat*] Ita legunt hæc et distinguunt scripti. Vulgo, *resonat*. D. Heins.

Clamore] Vide Onosandrum, c. 29. *Barth.*

183 *Intumuit virtus et lucis, &c.*] Ex Papinio sunt hæc l. VIII. 'At postquam rabies et vitæ prodiga virtus Emisere animos.' Infinita talia sunt in hoc Poëta, quæ qui conferre voluerit, videbit aliam longe veterum etiam ingeniosissimorum curam fuisse, quam qua hodie in Parnassum ascendere viles et meræ animæ nituntur. *Idem.*

184 *Haud illos rupes, haud*] Sensus est, illius notissimi, 'invia virtuti nulla est via.' Nec enim virtus vera sine periculis agnoscitur. *Idem.*

187 *Prodita non tantas*] Scribit enim Orosius, qui tum vivebat, VII. 37. 'Quid uterque Rufinus et Stilicho egerit, quidque agere conatus sit, exitus utriusque docuit, cum alius

sibi, alias filio suo affectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas Reipublicæ scelus ambitus tegeret, genteis barbaras ille immisit, hic fovit.' *Barth.*

Vidisset Græcia] Stilicho, ut succurreret Achaiæ, in Peloponnesum appulit, fugavitque barbaros in Pholoën; sed nihilominus spatium datur Alaricho in Epirum transeundi. Rufinus autem Alarichum, offensum alioqui, solicitaverat ut cum suis accederet, occupaturus, nemine repugnante, omnia. *Claver.*

Græcia clades] *Cædes* Lucens. Gyrald. prim. Vatican. nam *Cladibus* mox sequitur, vs. 193. et mox pro *Lacedæmonis arces, agri* scriptorum potior pars: pro *oppida vigerent* malim *sinerent;* etsi et vulgatum defendi potest, præsertim pro constantibus membranis. *D. Heins.*

190 *Mare fumasset geminum*] Corinthus bimaris. Seneca Medea: 'Gemino Corinthus littori opponens moras, Cremata flammis maria committat duo.' Per *Pelopeia oppida* Peloponnesum universam intelligit. Quæ Pelopis insula alioqui appellatur. *Cecropiæ* matres neminem fugiunt esse Athenienses, vide Apollodorum, Hyginum. *Barth.*

191 *Fera traxissent vincula*] Captivandi, ut loquitur, mirificam in Gothis cupiditatem. *Idem.*

193 *Sceleris caussas auferre futuri*] Scelesti belli. *Idem.*

195 *Inter equos interque tubas*] Inter equestria exercitia, et progredientium ardorem, dum jam equos quisque hortatur, et tuba signum datur ad invadendum hostem. *Idem.*

197 *Obstupuit*] Veteres quidam *obstipuit:* quomodo passim in antiquissimis codicibus id verbum scribitur. *D. Heins.*

Simul ira virum, simul obruit ingens Mæror] Ut duo concurrentes affectuum violenti motus ostendant animi perculsionem. *Barth.*

198 *Ignavo nocenti*] Nocentiscriptoribus jam convictus scelerum et condemnationi proximus. *Idem.*

200 *Fortia cœpta Deserat*] *Differat* Thuan. quod placet: sic infra, 'desistite, quæso, Atque avidam differte manum.' III. in Stilich. 'cædis sitientem differat arcum:' ubi plura. Neque aliter Rottendorpianus: qui non minus eleganter pro diversa lectione *Desinat cœpta:* de quo loquendi modo multa nos congessimus ad vs. 725, lib. II. Artis Amatoriæ Nasonis. *D. Heins.*

201 *Illyricis*] Illyricum: tum temporis amplissima erat, ex XI. Regionibus in quas imperium Rom. erat distinctum. In eo enim XIX. erant Provinciæ. Inter eas, Creta, Achaïa, Macedonia, Thessalia, Dacia, utraque Pannonia, Dalmatia, Epirus. Quare clarum est cur Illyrica damna dicat Claudianus vastatam Græciam. *Barth.*

Ardet succurrere] Stilicho, principis Honorii socer futurus, pupilli sui jus tueri cupit; atque Illyricum sub ditione Rufini ab Alarico vi armata positam, recuperare; ne quis vero putet hoc injurium. *Claver.*

202 *Præceptis obstare timet*] Alibi in Heroë suo reverentiam etiam pupillorum principum commendat, his aureis versibus IV. de Laudibus: 'Quem tu sic placida formas, sic mente severa, Ut neque desidiæ tradas, dum pronus ad omne Quodlibet obsequeris,' &c.

204 *Ad astra Adtollit palmas et ab imo pectore fatur*] Longe antiquissimus mos orantium Deum, manus cœlo attollere, qui ex Moysis libris apparet, etiam Gentilibus frequentatus. *Barth.*

205 *Extollit palmas*] Palmas tendere, gestus precantium. Liv. I. Dec. l. IV. 'Supinas manus ad cœlum et Deos tendentes.' Virgil. Æneid. III. 'passis de littore palmis, Numina magna vocat:' et alibi: 'tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus:'

unde id sit sumptum, explicat Serv. ad Æn. I. vs. 487. ‘Tendentemque manus inermes,’ aut sine insignibus regiis, sceptro, &c. aut supplices: ut, ‘Dextras tendamus inermes.’ Quod tractum est de historia. Qui enim victi se dedunt, inermes supplicant. *Dempster.*

206 *Numina*] Nota eruptionem Heroicam pectoris indigna pati videntis. Incipit enim audacter a semiinjuriosa adversorum Numinum compellatione. Talis vehementiæ est repetitio illius *Si. Si juvat, si placet,* ab indignitate rei non potest avelli vox. *Barth.*

207 *Imperium*] Romanum Regnum. Id peculiariter hoc titulo gaudet, et gavisum est usque ad extrema tempora. Sic Principes Constantinopolitani cum de se et majestate sua loquerentur, non se ipsos, sed Imperium suum nominabant. *Idem.*

Penitus de stirpe] *Penita* Barthius: aliter codices vetusti. Quod si velimus hujusmodi archaïsmos passim revocare, mille ad minimum optimorum scriptorum loca erunt interpolanda, ubi *penitus* pari significatione occurrit. *D. Heins.*

208 *Deleri secula*] Humanum genus, quod modo enarravimus Romano Imperio per ambitionem censeri. Sic Lucan. lib. VII. ‘sunt nobis nulla profecto Numina, cum cæco rapiantur secula casu. Mentimur regnare Jovem.’ *Barth.*

209 *Humani generis*] Quod complexum Romanum Imperium putabatur, adeoque cum hoc ipso vivere, florere, vigere. *Idem.*

210 *Libertas effrena maris*] *Tempestas væsana;* prim. Vatican. et pro *limite nullo, justo* idem cum Gyrald. Lucens. et duobus Florent. ac tribus aliis: optime. *Justum limitem* præscriptum vocat: sic lib. I. de Rapt. ‘Cum semina justis Discessere locis:’ quomodo illic idem Vaticanus, non *jussis;* sic *justam temperiem* Nuptiis Honorii, et *Justum discrimen;* ibid. ‘Quam justo leviter sese discrimine confert Umbra supercilii:’ ita enim Isingrini codex. *D. Heins.*

Effræna maris] Nam velut frænis aut habenis cursum Oceani detineri a Deo credebant, ne prolueret universum orbem. Vide ad illud lib. I. supra: ‘Præscriptosque mari fines.’ *Barth.*

Limite nullo Devius] Idem Lucanus de errore Phaëthontis in Iliaco: ‘raptum transverso limite cœli Flammati Phaëthonta poli videre.’ *Idem.*

211 *Phaëthon confundat habenas*] Tali modo periturum mundum ariolabantur veteres, ut sidera ordinario suo cursu emota omnia forent combustura. Lucanus: ‘cum compage soluta Secula tot mundi suprema coëgerit horas, Antiquum repetent iterum Chaos: omnia mistis Sidera sideribus concurrent,’ &c. *Idem.*

213 *Hoc auctore pudet*] Imitatio est ejusdem Lucani contrariæ sententiæ in adulationem Neronis prolatæ: ‘scelera ipsa nefasque Hac mercede placent.’ *Idem.*

Mediis revocamur ab armis Pro dolor] Primus Vaticanus *revocatus ab armis Ardor, et adstrictos.* D. Heins.

216 *Permitto cladibus orbem*] *Casibus* Lucensis: bene: Gyrald. *casibus hostem.* Stat. Theb. v.: ‘victam projecit casibus artem.’ Mox pro *Eous, Eois* scripti meliores: ut Barthio scrupulus jam sit exemptus super hoc loco: et *Parcere* pro *Parcite* Lucens. *Idem.*

Permitto cladibus orbem] Imitatio Lucani, lib. VII.: ‘morbosque fluenteis Insanamque famem, permissasque ignibus urbes.’ Summa autem Laus Stilichonis imminentem orbi terrarum perniciem non sine ipsius permissione immitti spatiis suis posse. *Barth.*

217 *Redeat jam miles Eous*] Hoc est, jam Romanarum et vere virilium partium transfuga, jam Orientalium morum famulus, redeat, præceptis

imbellium hominum et aulæ improbæ velut devictus. Orientalium luxus et mollities nota, et alibi nostro exagitata. Tamen verum etiam est mixtum Orientalibus militibus exercitum hunc Stilichonis fuisse, qui non veniebant primum in partes Arcadianas, sed redibant. Hoc libro vs. 369. ita loquitur miles : ' Unde redii nescis ? patiarne audire satelles, Qui leges aliis libertatemque reduxi ?' Eugenium enim ex magistro literarum Imperatorem hoc exercitu devicerat Theodosius. Et Gallias Alpinosque tractus ejus jugo liberaverat. Videbatur vero Stilicho cæterum militem secum reduxisse, Legionem modo unicam in Rufini regione reliquisse, ex eo versu 257 dicitur : ' Ut sese legio vidit disjuncta relinqui.' Sed Poëtice illud dictum, cum non unam sed plures agnoscat, vs. 312. : ' Nunc Epulas tempus, socii, nunc larga parare Munera, donandumque novis legionibus aurum.' Suspicamur tamen vere per exprobrationem quampiam occultam *Eoum* appellare suum militem, veluti ab homine deinceps molliori et effœminato regendum, ejusque imperio assentientem. *Idem.*

219 *Contiguo*] Tam propinquo ut velut manu contingi possit. Virgil. ' Hunc ubi contiguum missæ fore credidit hastæ.' *Idem.*

221 *Ceraunia*] Epiri montes famosi naufragiis et tempestatibus. Unde Lucanus : ' Scopulosa Ceraunia nautæ Summa timent.' Horatius : ' Infameis scopulos Acroceraunia.' *Idem.*

222 *Elisa tonitrua Coris*] Non *illisa* Lucens. et Gyrald. sic *elisa unda* ex optimis membranis supra lib. I. vs. 274. habuimus. *D. Heins.*

Illisa tonitrua coris] Φυσικὸν hoc. *Vento* enim calor humori, imo ignis impactus undæ gignit tonitrua. Lege Lucret. lib. VI. *Barth.*

223 *Ereptaque prælia*] Discedente Stilichone. *Idem.*

224 *Populus defendit uterque*] Miles tam Arcadianus quam Honorianus. Arcadianum potest ut supra vocaverit ' Eoum militem.' Sic ' Utraque castra' movisse Stilichonem dicit vers. 104. Et in querela Rufini, vs. 161. ' Eoum militem' reposci vides. Unde nescio an superior vs. 217. interpretatio nostra satis sit commoda, cum remittere Eoum modo militem voluerit Stilicho. *Idem.*

226 *Non illaudata lacessit Seditio*] Poterat alio nomine hoc certamen indicare. Verum hoc Poëtarum maximorum est, aliquid contrarium accersere, et ipsum velut vitium quadam virtute nova induere. *Idem.*

227 *Clamore moventur*] *Queruntur* iidem Lucens. et Gyrald. cum excerptis Pomponii : scripti cæteri, *movetur :* prim. Vat. *moventur.* D. Heins.

228 *Lacertis*] Manibus, potius quam lacertis. Estque de pilis dictum, quæ extensis lacertis excutiebantur. *Barth.*

230 *Leges vibrato imponere ferro*] Sic cum Isingrino Claver. et Raphelengius : quod confirmant Lucens. et prim. Vatic. Cæteri cum vulgatis, *stricto leges imponere ferro :* utrumque probum. Illud tamen malo ; quia ' strictos deponere cogimur enses,' jam præcessit. *D. Heins.*

231 *Inflammata semel nescit mitescere virtus*] Nec enim virtus philosophica quæpiam aut animi beatitudinem concernens hic intelligenda est ; sed militaris potius ferocia et ira sequens mucronem jam strictum. Nam virtutis vocabulo Poëtæ fortitudinem militarem, animum cædis hosticæ avidum, contemtoremque lucis, sæpissime indicant. *Barth.*

232 *Jamjam barbaricos*] *Jam mihi* Aldus et scripti plerique ; pro *ultraque* Ed. Parm. aliæque nonnullæ, ac Puteanus, *ultrixque ;* quod Raphelengius secutus, subscribente et Barthio. Sed quod vir ille doctissimus affirmat universum Belgicorum codicum gregem τὸ *ultrix* agnoscere, aliter res sese habet. Illi enim *ultro* constan-

ter exhibent, ut videre est in Isingriniana editione cum libris scriptis a Pulmanno collata, quam a Barthio redemit ac mihi donavit elegantis vir ingenii et mihi amicissimus Lucas Langermannus. *D. Heins.*

233 *Ultroque manus mucrone furente Ducitur*] Quæ alioqui mucronem ducebat. Ita capiendum quod paullo ante ex Lucano produximus. 'Vibrant tela manus:' contra communem enim legem ait manus a telis vibratas, ut hic Claudianus *ductas*. *Ducitur* autem mitem tractionem notat, ut colorem *ducere* uvam dixit Virgilius. *Barth.*

235 *Non patiar*] Ex abrupto. Qualis sermo indignationem præpingit. Consuetudinem autem cædis hostilis indicat, cum ait 'siccum gladium vagina recusat.' *Idem.*

Semperne Getis proderit] Getæ pro Scythis passim, ex quibus oriundi Gothi, qui ob id Getæ dicuntur. Oros. I. 16. Paulus Diacon. in vita Leonis Imp. Spart. in Carac. et in Geta, D. Hieron. in Præfat. ad Epist. II. ad Galatas. Sidon. Carm. 2.: 'a genitrice Gethes.' Carm. 5.: 'qui dictat modo jura Getis:' noster de bello Getico, 'Geticas avertere fauces:' et de bello Gildonico princ. 'lugenda Getis et flenda Suedis Hausimus:' et de III. Honorii Cons. 'Getico fœdavimus Hebrum Sanguine.' *Dempster.*

236 *Belli civilis imago*] Terror, formido. Virgil. 'plurima mortis imago.' *Barth.*

237 *Consanguineas acies*] Ex Lucano et Papinio. *Olim*, tamdiu ut nullius dissensionis jam memoria exstet. *Idem.*

238 *Concordes aquilas*] Ex hoc loco placet conjicere, Aquilam Imperialem non ab ratione duplicem aut bicipitem effingi, indicat enim duorum Impp. Orientis scil. et Occidentis (quales fuere Arcad. et Honor. fratres) concordiam. *Claver.*

Non dissociabile corpus] Corpus, conjunctio plurium inter se congruentium. Sic Corpus operum Poëticorum. *Barth.*

240 *Hyperboreo damnatum sidere Thulen*] Adeo quidem ut ἀρκτικωτάτην τῶν ὀνομαζομένων dicat Eustathius ad Dionysium, et toto hiberno tempore ibi Solem non videri. *Sidus* constitutionem aëris notat. *Idem.*

241 *Incensas Libyæ arenas*] Lege Lucanum, lib. IX. *Idem.*

242 *Stagna*] Oceanum. At contra contemtim ille apud Lucanum, lib. II.: 'Oceanumque vocant incerti stagna profundi.' Quasi Oceano hoc indignum sit ut stagni nomine censeatur. *Idem.*

Rubrique recessus Littoris] *Æquoris* prior Moreti inter optimos bene: alterum ferri non potest, quia sequitur, 'secretaque littora Nili;' quod et Barthius vidit: nisi illic cum altero Moreti et prim. Vatican. legas *nescere Nili*; ut *secreta Nili* dixerit, quomodo *clausa rerum*, et similia, quorum noster plenus. Vulgatam tamen lectionem tuentur quæ notamus supr. lib. I. vs. 184. *D. Heins.*

244 *Calcare Notum*] Meridiem, Australem terram; cujus tanti recessus, ut post tot experimenta, et veteribus incredibilia itinera, ne nunc quidem pateat. Eam post terga etiam Noti collocat, gnarus nimirum Cosmographiæ non vulgariter, Lucan. lib. X. 'licet usque sub Arcton Regnemus, Zephyrique domos, terrasque premamus Flagrantis post terga Noti, cedemus in ortus Arsacidum Domino.'

Secretaque littora Nili] De Nili fonte dubitatum etiam ab ipsis Ægypti regibus, quod fuse alibi ex Græcis Latinisque dicam. *Dempst.*

245 *Mundum post terga relinquam*] Quæ summa omnia itinerum ὑπερβολικῶς censebatur. *Barth.*

Post terga relinquam] Ammian. lib. XXI.: 'nullo relicto post terga, quem formidaret.' Spartian. in Severo:

'quas post tergum relinquebat provincias.' Plin. in Panegyr. 'relictaque post tergum totius generis humani securitate, mœreret.' Et Prudent. Cassiano: 'Et post terga domum dubia sub sorte relictam.' Juvenal. Satyr. XIII. 'qui jam post terga reliquit Sexaginta annos.' *Dempst.*

Mundum post terga relinquam] *Annum* Lucens. placet. Virgil. Æn. VI. 'patet extra sidera tellus, Extra anni solisque vias.' Nec dissimile illud Pedonis Albinovani: 'Jampridem post terga diem solemque relictum.' Mox *Hæc patria est*, non *Hic* prim. Vatican. *D. Heins.*

247 *Heic patria est*] Fortissimi viri jam propinqui adfectibus (ut posterior ætas omnes caros, sanguine junctos appellavit) suis, ut amorem Ducis et virtutem suam demonstrent, etiam Patriam ubique in ejus comitatu se habituros aiunt, modo ne ab iis separetur. Sic Ovid. 'Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,' &c. Cicero: 'Patria est ubicumque cui bene est.' *Barth.*

248 *Avidam differte manum*] Vim, cædem, irruptionem.

249 *Cumulus*] A rebus facile corruentibus. Vel innuit antea se gravatum invidia, ut hic velut cumulus omnibus cæteris accedat. Sed ego summam tanti Ducis prudentiam innui existimo, parcant animis, parcant manu rem exsequi, invidiam istius minacis balatronis sua sponte concisuram. *Cumulus*, arenæ congeries, facilis turbatu. *Barth.*

Non est victoria tanti] Senec. lib. II. de benef. cap. 5. 'Nihil est tanti; malo mihi jam neges.' Lib. II. de Clementia, cap. 9. 'Non est tanti vita,' &c. Ovid. l. II. Amor. Eleg. V. princip. 'Nullus amor tanti est.' Auson. de Cæsaribus, in Domitiano; 'vix tanti est habuisse duos.' *Dempst.*

250 *Mihi*] Meo commodo, fructu, emolumento.

Juventus] Militaris. Bello Gildonico *pubem* vocat. *Barth.*

251 *Ite mei quondam socii*] Miserabilem abscessum fingit artifex militum animis tractandis. *Idem.*

Ite mei quondam socii] Blandæ ducum voces, milites *socios* vocantium. *Dempst.*

Socii] Commilitones. Ut solebant Imperatores appellare blandimento quopiam solenni suos milites.

Nec plura locutus] Velut dolore abscessus impeditus. Prudenter et caute. *Barth.*

252 *Flexit iter*] *Flectit* rectius pri. Vatic. et duo alii. *D. Heins.*

254 *Populerunt*] Ignis autem maxime Leoni infestus et odiosus. *Barth.*

255 *Lumina velat*] Non claudit, quod nimii foret terroris. *Idem.*

258 *Galeasque solutis Humectat lacrymis*] Cum verisimile enim tanto amore in Ducem, solvisse in gratiam discedentis et valedicentis galeas, et ita etiam solutas lacrymis perfudisse, quod sane majorem earum copiam designat, quam si non fuissent solutæ. *Idem.*

Galeasque solutis Humectat lacrymis] Forte *volutis*; ut in illo, 'lacrymæ volvuntur inanes:' vel *solutas*; quod ex Palatino probavit Barthius. Sic apud Statium, Theb. VII. 'postquam permissa gemendi Copia, qui fletus galeis cecidere solutis!' *D. Heins.*

260 *Thoracum valides, &c.*] Pulchre videtur exprimere cordati militis singultus. Statius: 'crepat singultibus aurum,' id est, ut alibi, arma sub auro, seu inaurata. *Claver.*

261 *Prodimur, heu*] Sic prior Moreti: *prodimur* deserimur. Is est usus cum aliis multis ejus verbi. Claverii editio *spernimur*. Vulgatum certe *Trudimur* ferri non potest, quia sequitur 'tradisne tuas, dux optime, dextras?' nisi illic cum Lucens. Gyrald. prim. Vatic. et altero Moreti, *sperni(s)ne* legendum: quod verum arbitror. *D. Heins.*

Amorem] Do in ducem suo af-

fectu incomparabili loquuntur milites. *Barth.*

262 *Tradis*] Deseris, prodis velut et hosti exponis. *Idem.*

Tuas dextras] Tibi tam fideles. *Dextra* enim fidem innuit. *Idem.*

264 *Nos adeo viles*] Simile in expostulatione Tydei cum Etheocle apud Papinium, Thebaid. II. 'horum miseret, quos sanguine viles Projicis excidio, bone Rex.' *Idem.*

266 *Quid nobis patriam*] Huc collocanda distinctio; et est abruptus sermo. Quid, ait, nobis patriam recenses? 'Quid juvat?' &c. Nam alioquin τὸ *juvat* cum τὸ *nobis* componere est Solœcismum orationi immittere. Militum pars Græca erat, quam relinquebat Stilicho Græciæ suæ. *Idem.*

268 *Te sine dulce nihil*] Virgilian. lib. VII. 'haud quicquam mihi dulce meorum Te sine, frater, erit.'

Formidata tyranni Tempestas] Mores hominis improbi turbulentos, impuros, varios, sævos, et truculentos, tempestati maritimæ comparat. *Barth.*

271 *Aut impacatis*] Pacem exosis.

Famulos præstabit] Loquitur ex ambitione barbarica immanium illarum et ferarum gentium, quarum principes. Sic Attila Hunnorum Rex cum irasceretur, duces Romanorum servos suos appellabat, qui tamen ipso dignitate non erant inferiores, etsi Principi Romano subjecti: ut scribit Priscus ejus ævi Historicus. Quid putas horum principem militibus non facturum, qui Duces Romanos pro servis habeat? Habebat autem tum temporis Attila titulum Romani Ducis, ut ex eodem Prisci fragmento apparet. *Barth.*

Alanis] Ammian. Marcell. Alani et montium appellatione cognominati, proceri pæne omnes, crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate: judicatur ab iis beatus, qui in prælio animam fudit. *Claver.*

273 *Tantave gestandi*] *Gestati* Lucens. qui et supra pro *præstabit*, *præbebit* cum Gyrald. et prim. Vatic. minus probo. *D. Heins.*

Penuria ferri] Confidentia hæc loquentis pro omnibus unius militis ea est, ut dicat malle se occidere Rufinum, quam exauctorationem ab eo exspectare. *Barth.*

274 *Tu licet occiduo*] *Occidui* unus Mediceus, concinnius. *Cœli* etiam pro *Solis* Lucens. Gyrald. et septem alii: nil muto. Noster in Eutrop. l. I. 'alio Phœbi de cardine surgunt Crimina.' *D. Heins.*

276 *Fidem*] Sacramento militari datam. Ejus formulam antiquam habes apud Gellium, XVI. 4.

Tibi debita pridem Victima] Quasi ex pacto quopiam aut consponsione. Virgil. l. XII. 'Turnum jam debent hæc mihi sacra.' Victimam dixit, quia Heroum iræ victimis placabantur. *Barth.*

277 *Promissis longe*] *Longum* idem Mediceus; non male: id est, diu promissis. *D. Heins.*

Longe] E longinquo. *Barth.*

279 *Tangebat Macetum fines*] Macedonia tum erat inter provincias XIX. quibus Illyricum censebatur. *Macetia*, Macedonia. Hesych. Μακετία Μακεδόνια. Alii *Macetiam* partem Macedoniæ fuisse tradunt, ut Marsyas Historicus apud Constantinum Porphyrogenetem, l. II. *Idem.*

Tangebat Macetum fines] Non *Macedum* Lucens. prim. Vatic. et duo alii; quod et Barthius vidit. Nec aliter in antiquissimis libris Prudentii, Silii, Val. Flacci, Statii, Lucani, aliorum poëtarum scribitur: qua de re magnus Scaliger ad Manilium: sic et lib. II. in Eutrop. emendavimus. *D. Heins.*

280 *Thessalonica, tuos*] Prima hæc omnium urbium a Constantino modo nominato Imperatore collocatur. Civitatem amplissimam et Macedoniæ principem vocat Nicephorus Gregoras, lib. II. In hac Rufinum cæsum,

vel prope eam, prolixe errat Ludov. Vives. Clarius Otho Frisingens. Hist. IV. 20. 'Rufinus vero postmodum detectus ante portas urbis Constantinopolitanæ decollatur, caputque ejus cum dextera manu ad ludibrium in urbe circumfertur.' *Barth.*

281 *Vindictæ præstruit iras*] Idem dicit l. I. supra: 'commoti pectoris ignem Nutrit, et exiguum stimulando vulnus acerbat.' Quamvis in alia re.

282 *Spectaturque*] Exspectatur, probatur. Omnia agit ne Stilichonem auctorem cædis faciat, sed militem sua sponte eam patrantem. *Idem.*

283 *Tanta de plebe repertus*] *Pube* Lucens. Gyrald. Vatic. et duo alii: sic bello Gild. 'præcipuos electa pube maniplos' dixit. Vulgata lectio ferri etiam potest: *vulgus* enim mox eosdem milites vocat. Mox *corda minacia* Pricæanus, non *minantia*: *micantia* prim. Vatican. *D. Heins.*

284 *Corda minantia*] Interiorem affectum et sensum.

286 *Tanti consilium vulgi potuisse taceri*] Modestus Compendio Rei Militaris: 'Raro enim manet absconditum quod ad notitiam multitudinis jam pervenit.' *Barth.*

287 *Mentisque calorem*] Mentis calorem non rumpi. Nimirum in fervorem et iram quæ effutiat dicenda. Sed si *mentis calor* Impetum sonat, rumpere aut erumpere dicendum erat. Imo calor mentis Temperiem tonat suam, reticendo tanto negotio aptam. *Mentis calor* est fervidum propositum intra mentem conceptum; sed quomodo id non rumpi dicit, dum siletur, cum facessatur facto non sermone? nec rumpatur nisi effectu? Mentis calor, generositas, vigor ejus. *Idem.*

288 *Sermone viæ*] Quali animus laxari assolet, cum diu comites socium iter faciunt. Qui hunc nescit, nunquam comite idoneo ullibi iter fecit; qui non cavit, sæpe captus est. *Idem.*

289 *Tantam turbam*] *Turmam* idem Pricæanus: *mentem* tertius Vatic. forte *gentem*. D. Heins.

290 *Arcanum populo*] Acute. Qualia in hoc Poëta incomparabilis gratiæ sunt, quia nec affectata nec nimia. *Barth.*

291 *Rhodope*] Non solus mons tum hoc nomine censebatur; sed et ex Provinciis Thraciæ ultima. *Idem.*

292 *Herculei cognominis urbem*] Heracleam; quam secundam Thraciæ illustrium civitatum censet Constantinus modo nominato loco. Et Heraclea ista non procul erat Byzantio: imo Claverius Byzantem esse indicat. *Idem.*

294 *Magna cervice*] Stoliditatem hominis in duobus extremis proponit, nimia elatione, et nimio metu. Scitum est veterum Sapientum homines extreme audaces, extreme etiam timidos esse; contraque. Et hoc est quod Seneca paucis dicit Epist. 60. 'Stultitia nil pacatum habet.' *Idem.*

295 *Omnia tuta ratus*] Adulatur Stilichonem. Uno enim illo absente cursum integrum facinoribus suis spondet.

Sceptrumque capessere] Regnum sive Imperium Constantinopolitanum. Sceptrum quod ejus partis principes gestabant, Regiorum instar cæterorum erat, præter quod in summo, crucis effigiem habebat. *Barth.*

296 *Conjuratos clientes*] *Conjuratas cohortes* multi ex scriptis; sed male. Supra, 'circumque armata clientum agmina;' pro *hortatur*, *ostendit* novem scripti: tres *affatur*: *accendit* uterque Oxon. et pro diversa lectione prim. Vaticanus; quod verum: ut apud Virgil. 'Martem accendere cantu' tubicen dicitur. Supra l. I. 'Eruit, instauras: accendit prælia, vincis:' et hoc ipso libro; 'Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.' Silius, l. XII. 'Isque ubi Torquatum raptim properata ferentem Signa videt, pugnæque avidas accendere dextras.' Ita

prima editio. Lib. XVII. 'Dux vetus armorum scitusque accendere corda Laudibus:' atque hoc modo ille sæpe. *D. Heins.*

297 *Vicimus, expulimus*] 'Επινίκιον velut sibi ipse canit. *Barth.*

298 *Quem vincere solum*] Lucens. Gyrald. Isingr. *poscere:* quod quid ni sequamur? ut apud Virgil. 'Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum:' et, 'solum densa in caligine Turnum Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.' Lucanus, l. IV. 'qui vincula ferro Rumpere conatus poscit spe prælia nulla.' Statius, Theb. VIII. de equis: 'prælia poscunt Hinnitu, tolluntque armos:' amat hoc verbum noster; quandoque tamen sumit pro desiderare, aut libenter adire, vel etiam requirere, l. III. de Rapt. 'Cadmi seu mœnia poscit, Sive Thyesteis properet sævire Mycenis:' et supra l. I. 'Phlegethonta sonorum Poscit.' Nuptiis Celerinæ: 'interque suorum Agmen et innumeros Hymenæum poscit amores:' ut illic meliores libri legunt, non *quærit:* 'poscere spectacula,' l. II. in Eutrop. 'poscere verbera' Cons. Manlii. Cæterum nondum integer aut plane sanatus est locus. Legendum videlicet: 'quid enim, quem poscere solum Horruit, hunc tanti munitum milite vincat?' Perperam quis enim in editis scriptisque legitur hactenus: quam conjecturam codex v. cl. Antonii Oiselii ab Emerico Bigotio nostro ad me missus confirmat; et paulo post pro *quis ferat armatum* opinor a Claudiano nobis fuisse relictum, *Qui ferat* pro quomodo: est enim de Stilichone sermo; nisi mavis *Quid ferat.* D. Heins.

300 *Quis ferat armatum*] Usurpavit hoc Saresburiensis Elegia, ad librum Policraticum: 'Quis ferat armatam quæ sola triumphat inermis, Armatamque manum vincere sola solet.' *Barth.*

303 *Nereus interstrepat undis*] *Interfluat* prim. Vatican. Puto *interluit.* D. Heins.

306 *Quære ferox ensem*] Virg. 'non me tua fervida terrent Dicta ferox.' *Barth.*

307 *Monumenta priorum*] Lucens. *documenta:* quod magis placet. IV. Cons. Hon. 'quæ tunc documenta futuri?' *D. Heins.*

308 *Quisquam conatus adire Has jactat*] Adire manus nostras. Nostram potentiam sollicitare. *Barth.*

Quis nam conatus adire] *Quis par* Vaticanus optimus; et optime quidem: ad paria gladiatorum alludit. Ut Lucan. 'nam par quod semper habemus, Libertas et Cæsar erunt.' Contra Troïlus apud Virgilium 'impar congressus Achilli' dicitur. *D. Heins.*

309 *Has jactat vitasse manus*] *Vitare* Lucens. Sic infra: 'hac Stilicho quem jactas pellere dextra:' pro pepulisse. *Idem.*

Detrusimus orbe Te medio] Decem scripti *detrusimus orbem Te medio:* et tum *Te medio,* te intercedente, interpretandum. Silius l. XVI. apposite: 'Haud deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator mediusque Syphax.' Val. Flaccus, lib. v. 'Sed me mutua fides sanctique potentia juris Huc tulit, et medii sociatrix gratia Phryxi.' Ubi perperam Carrio ex veteri libro, *atque mei.* Statius sic sæpe. Propert. l. II. El. 9. 'Non ob regna magis diris cecidere sub armis Thebani, media non sine matre duces.' Lucan. lib. I. 'Crassus erat belli medius mora:' atque ita frequenter poëtæ. Noster Cons. Manlii: 'quam dissona ritu Barbaries, medii quam non reverentia frangat?' Ita verissime restituit Cl. Gevartius, qui omnino videndus de hac voce Elect. lib. II. 7. Confirmat ejus conjecturam Sidonius Apollinaris Narbone: 'Pacem te medio darent feroces Chrinus, Sauromates, Getes, Gelonus.' Multa

horum quoque congessit Barthius Cons. Manlii, vs. 247. sed quod eodem trahit illud Horatii, Od. II. 19. 'pacis eras mediusque belli,' vix assentior; cum aliter intelligenda sint: *Medius pacis* quomodo *sequester pacis*: de quo pluribus egi ad Nasonem Fastor. I. hoc tamen loco vulgatam lectionem non prorsus damnarim. *Idem.*

Orbe Te medio] Græcia meditullium fere Romani Imperii. *Barth.*

311 *Nunc epulas tempus socii*] Non solum de privatis quibusdam epulis [illegible] populo dandis; ad novi, quem sibi bona fide spondet, Principatus faustum et favorabile initium scilicet. Populo enim epulum, militibus donativum spondet, instar Principum priorum. *Idem.*

Nunc larga parare] Malo *parari*: atque ita secundus Vatican. *D. Heins.*

312 *Donandumque novis legionibus aurum*] Tanta horum donativorum vis atque consuetudo fuit, ut iis fere Imperatorum et auctoritas et vita ipsa censeretur, militibus præsertim Urbanis, et inter hos Prætorianis, in eos faventibus qui pecuniosi essent et largi. *Barth.*

313 *Opportuna meis*] Augusto nimirum de more exercitui ex Occidente redituro obviam ituro. *Idem.*

314 *Quod nolit rex ipse velit*] Tantum jam sibi tribuit sceleratus homo, ut exercitu circumfundere principem et participationem Imperii extorquere præsumat.

Rex] Imperator, Princeps. Ita *Regia mandata* dixit supra, et sæpius alibi: *Regia Urbs* Constantinopolis sæpe Justiniano, quomodo non raro scriptores Panegyricorum. Apud Græcos frequentius βασιλεὺς quam apud Latinos Rex principem Romanum sonat. Notasse et abstinuisse Latini aliquamdiu videntur, quia exactis urbe regibus cautum dirisque devotionibus sancitum, ne quis se ejus gentis Regem appellaret. *Barthius.*

Jubeatque coactus] *Subactus* prior Leidensis longe elegantius. Virgil. Æn. IV. 'Aut hos versa fuga victor dare terga subegit.' Sic optimus Mediceus et alii. *Coactus* ex Glossa est: sic et lib. VI. 'subigitque fateri,' pro, cogit. Lib. VIII. 'quæ causa subegit Ignotas tentare vias.' Silius, lib. I. 'populi ferro parere subacti,' ex optimo codice. Noster lib. III. in Stilich. 'quod nullo potuit terrore subacta Libertas Romana pati:' vulgo et ille locus corruptus. Tacitus sic sæpe, et alii ex Historicis. *D. Heins.*

317 *Talibus acclamat*] *Acclamant* Pricæi liber. *Concilium acclamant*, ut 'vulgus famulantur' lib. I. de Rapt. nam sic legendum, 'turba ruunt,' 'vicinia celebrant festum,' et similia apud Ovidium; de quibus illic. Noster supra, 'galeasque solutis Humectant lacrymis,' scilicet, *legio*: nam sic Lucens. unus Petav. et Delrii codex cum quarto Vaticano: vulgo, *Humectat.* Idem.

318 *Perpetuis crevere rapinis*] Ad dignitates pertinet, quas vendidisse sui similibus tradit Rufinum superiore libro. *Barth.*

320 *Delicta fuere*] *Funesta tacere* Lucens. quod non capio: et mox, *jamque et connubia*, et *quæ quisque petat*. D. Heins.

Delicta fuere Nexus amicitiæ] *Connexi* dicuntur animis maxime consentientibus amici. Nexus, amicitia ipsa. *Barth.*

323 *Quas devoret urbes*] Cicer. l. III. in Verrem: 'non reperietis hominem timide nec leviter hæc improbissima lucra ligurientem; devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit.' *Barth.*

324 *Labores*] Quibus sine non sunt unquam mortales nisi cum dormiunt. Exemplum est Maronis Æneid. XI. 'Aurora interea miseris mortalibus almam Extulerat lucem, referens ope-

ra atque labores.' *Barth.*

325 *Gremio*] Velut vestis aliquo gremio involvens. *Gremio* noster summam quietem circumloquitur. Ut alibi 'gremium pacis' dixit. *Idem.*

Pigrasque sopor diffuderat alas] *Somnum pigrum* recte dici et eleganter, haud nego. Sed *alas pigras* minus approbamus. Quare *nigras alas* censeo reponendas esse: atque ita prim. Vatican. et Palat. apud Maronem: 'Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis.' Hinc et castiganda vulgata Tibulli exemplaria, lib. II. El. 1. 'Postque venit tacitus furvis circumdatus alis Somnus, et incerto somnia pigra pede.' *Fulvis alis*, et *somnia nigra* perperam nunc legitur. Apud Horat. Sat. II. 1. 'atris nox circumvolat alis.' De Alecto Virgil. l. VII. 'Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis:' et apud Silium lib. III. 'Corus In media ora nives fuscis agit horridus alis.' Noster alibi: 'Famaque nigrantes succincta pavoribus alas.' *D. Heins.*

326 *Ille diu curis animum stimulantibus æger*] Hæ sunt stimulatrices illæ quæ beatitudine exuunt animum vel in mediis divitiis, quibus infestiores etiam deprehenduntur: apud Senec. Epist. 17. 'Nihil refert utrum animus æger in divitiis an in paupertate ponatur; malum suum illum sequitur.' *Barth.*

Ille diu curis, &c.] Instantibus curis, ait Curtius, agitant sæpe per somnium species imminentium rerum. *Claver.*

Curis animum stimulantibus æger] *Ægrum* Aldus et scripti fere omnes: quod frustra improbant viri docti: sic Ovid. lib. I. Rem. Am. 'Cum dederit lacrymas animumque expleverit ægrum:' et apposite Val. Flacc. lib. VI. 'Talibus ægra movens nequicquam pectora curis.' Prior Leidensis *ægre*, etiam non male. *D. Heins.*

329 *Clarior una*] In Palatino *sævior*. D. Heins.

330 *Visa loqui*] Audita potius. Notat loquendi morem ad præstantiam visus declarandam Claudianus Mamertus, I. 6. Solent Poëtæ duos hos sensus commutare. *Barth.*

333 *Læti manibus portabere vulgi*] More Principum recens creatorum. IV. Consul. 'quantæ miracula pompæ Vidimus, Ausonio cum jam succinctus amictu Per Ligurum populos solito conspectior ires, Atque inter niveas alte veherere cohortes. Obnixisque simul pubes electa lacertis Sidereum gestaret onus.' *Idem.*

334 *Canit ambages*] Canere de omnibus præsagiis dicitur. *Idem.*

335 *Nec capitis fixi*] At enim Artemidoro, somniantibus quid tale, portenditur diadema. *Claver.*

Sentit præsagia fixi] Sic Lucens. Gyrald. et quatuor alii: vulgo, *fixi præsagia sensit.* Vatic. *sensit præsagia diri:* nec sequor tamen. Hoc vult, quod Capitolinus in Pertinace, 'caput ejus conto fixum milites in castra pertulerunt.' Notus mos ille veterum: noster ipse de Rufino infra. *D. Heins.*

337 *Festinamque rotam*] Sic Oceano exire Solem ob imminentem stragem Pharsalicam facit Lucan. l. VII. 'Segnior Oceano, quam lex æterna vocabat, Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos.'

339 *Prosiluit stratis*] *Desiluit* Lucensis: non male. Fescenninis tamen, 'Tum victor madido prosilias toro.' *D. Heins.*

Densæque capacia turbæ Atria] Romanis atria ita disposita, ut pluribus interstitiis admissos in prima loca sustinerent ab ulterioribus. Neque id alia ratione, quam ut amici salutatum venientes alii aliis propius admitterentur; distinxerant enim eorum agmina, et pro affectu ingenti habebatur, propius Patronum accedere posse. Senec. de Benef. VI. 33. *Barth.*

340 *Atria jussit splendere*] Ad mo-

rem insuetum; nam in atriis salutationes quidem fiebant, sed convivia in cœnaculo seu triclinio; sed tamen epulæ triumphales in atrio Capitolii exhibebantur, ex Zonara l. II. Annal. in Camillo. Faber l. I. Semestr. c. 6. et nonnihil Serv. ad illud Maronis: 'illos porticibus rex accipiebat in amplis.' Vide convivium Didus Æn. I. in fine. *Dempst.*

342 *Inscribi propriis aurum*] *Insculpi* Lucens. Gyrald. et prim. Vatic. non audio. Juvenal. Sat. VI. 'scripto radiat Germanicus auro.' Martial. l. XI. Ep. 5. 'Scriptus es æterno nunc primum Jupiter auro.' Ovid. Epist. Hyperm. 'Scriptaque sint titulo nostra sepulchra brevi:' quæ ibi vera lectio, non *Sculptaque*. Sic et Statius Equo Domitiani: 'Apelleæ cuperent te scribere ceræ.' *D. Heins.*

Inscribi propriis aurum fatale] *Fatale* vocat, quia nemini licebat nisi Imperatori effigiem suam nummis impingere. Rufinus non sperabat aliter rem casuram, quam ut particeps Imperii declaratus ipse, domum rediens militi donativum, Populo epulum, ob initia principatus, daret. Huic Regio privilegio aptabat omnia, etiam nummos sua imagine percuti faciebat, quos rediens jactaret in vulgus, et militi donaret. Ergo *fatale aurum* non alia ratione dicitur, quam quia immobile solius Principis in eo privilegium. *Barth.*

Inscribi aurum] Hic notabis, quanta fuerit prærogativa P. F. qui nummos aureos sua figura cudere, ac donativum militibus, more Imperatorum, dare constituerit. *Claver.*

Figuris] Effigie capitis. Nam alioquin aut Numinum aliquorum figuris, aut judiciis rerum feliciter gestarum nummi insigniebantur. Scite has tales figuras *ænigmata* appellat Prudentius. *Barth.*

342 *Salutatum reduces*] Eum honorem legionibus ab Imperatoribus habitum supra notavimus. *Idem.*

344 *Principe celsior*] Animo magis elato, cujus signa incessu prodebat stolidus homo et impuræ arrogantiæ. *Barth.*

345 *Collaque fœmineo jactabat mollia gestu*] Vides, cur jactationem colli fœmineis gestibus asscribat Claudianus, nimirum cinædico aliquo habitu velut in scenam ducens suum Rufinum. Erant prostituti pudoris nebulones inter Romanos, qui vulgo habitu incessuque agnoscebantur, et gestus omnes fœmineos assimilabant. *Idem.*

Jactabat mollia gestu] Ita scripti fere omnes et editiones nonnullæ. *gestabat* ante legebatur: quod durum, propter τὸ *gestu*. Ovid. Met. III. 'Collaque jactavit, crinemque per aëra movit.' Lucensis tamen *solvebat:* optime. Sic *luxu solvi:* quo verbo eleganter effeminatos ac molles Rufini gestus expressit. Sic 'molli languore solutus' apud Nasonem. *D. Heins.*

346 *Tegeret ceu purpura dudum Corpus*] *Tutum* Claverius: *numdum* excerpta Pomponiana: tert. Vatican. Palat. et quatuor alii *nudum:* unus *nundum*. Viderint acutiores. *Idem.*

Tegeret ceu purpura dudum Corpus] Quasi dudum jam, ait, purpura Imperatoria insignitus, et ita jam Imperii securus, nec ambiguam adhuc spem fovens. *Barth.*

347 *Ambirent ardentes tempora gemmæ*] De diademate loquitur, quod gemmis cultum fuisse notum ex nummis Imperatorum. *Idem.*

351 *Ornatu fulgida ferri*] *Martis* Aldus et plerique scripti: placet. 'Ornatum Martis,' arma vocat. Pro *tramite, limite* Lucens. *D. Heins.*

Ornatu fulgida] Acies instructa omnibus suis ordinibus, ut Martem ipsum exigere, atque inde voluptatem capere censeas. *Barth.*

355 *Sævum cristato vertice nutant*] Elegantissime. Apparet enim in tot galearum fulgentium cristisque nu-

tantum majestate quadam militaris sævitia. *Barth.*

356 *Tremulos colores*] Chlamydum versicolorum, quibus milites supra lineas vestes utebantur. *Idem.*

357 *Quos operit formatque chalybs*] Ut toti velut formati factique videantur ex chalybe. Sic alibi VI. Consul. Honor. 'Ut chalybe indutos equites, et in ære latentes Vidit cornipedes, quanam de gente, rogabat, Ferrati venere viri?' &c. Ait igitur Claudianus novam velut formam cataphractis datam a ferreis illis munimentis. *Formare* est suam formam rei speciemque tribuere.

Conjuncta per artem] Nullum majus artificium in tali armatura quam conjunctiones laminarum, ut ad usum sub iis et cum iis corpus humanum moveri queat. Catenulas in ea re agnoscit Sidonius, qui *catenas* pro ipsa concatenata armatura usurpat. Confirmatur clarissime a Poëta, suorum dictorum ubique memore, VI. Consulatu Honor. 'num Lemnius auctor Addidit hinnitum ferro? simulacraque Bellis Viva dedit?' Quæ hic *animari*, illic viva dicit, eodem sensu. Noster mox: 'credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' *Barth.*

358 *Animatur lamina*] Laminarum mentio frequens in loricarum descriptione, ex iis enim consertæ erant. Turneb. XXIX. 35. Serv. ante illum ad Æneid. V. 'Levibus huic hamis consertam auroque trilicem Loricam.' Stat. Theb. IV. 'ter insuto servant ingentia ferro Pectora.' Laminarum sane aliæ *squammas* referebant; aliæ *hamos*: pro squammis puto nostrum dixisse *laminas*. Sidon. 'sutilis illi Circulus impactis loricam texuit hamis.' Quære plura apud Lipsium, de Milit. Rom. lib. III. Dial. 6.

Hamatur lamina membris] Miror, qui hanc lectionem mordicus tuentur, non adduxisse Silii ista lib. V. 'Loricam induitur, tortos cui nexilis hamos Ferro squama rudi permixtoque asperat auro.' *Animatur* tamen cum veterrimis libris legendum probavi, lib. III. de Rapt. vs. 387. Vidit et curis secundis Barthius, et egregie locis Claudiani prorsus similibus adductis veram lectionem asseruit: qui hoc loco consulendus. *D. Heins.*

361 *Par vestitus equis*] Etiam Equi cataphractorum toti induti laminis ferreis apud veteres. *Barth.*

362 *Ferratosque levant armos*] Cataphractos describit, quorum armatura ex solido ferro: de quibus forte noster de III. Hon. Cons. et apertius de VI. Cons. ad finem: 'Ut chalybe indutos equites, et in ære latentes Vidit cornipedes, quanam de gente profecti Ferrati venere viri?' Veget. III. 6. et Propert. l. III. Eleg. 11. 'Ferreus armato neu cataphractus equo.' Erant ergo hi equites tantum, quos Livius, lib. V. in fine IV. Decad. *loricatos* vocat. Iidem *cataphractarii* dicuntur a Pollione in Claudio secundo: sed et *Clibanarii* Lamprid. in Alexandro Severo: videatur Salust. hist. l. IV. apud Nonium, c. 18. et Serv. ad illud Maronis, Æneid. XI. 'Spumantemque agitabat equum.' *Dempster.*

Ferratosque movent] *Levant* Lucens. et Vatic. cum tribus aliis; recte: nam *moveri* jam præcesserat. Initio Raptus: 'Colla levant attrita jugis:' Bello Get. 'Securas jam Roma levat tranquillior arces.' Stat. Theb. III. 'Sic fatur, et alto Membra levat scopulo,' ut quidem in scriptis. Sequenti versu, codices complures *Diviso stat quisque loco*; quod verum videri supra jam monuimus vs. 25. Vulgo *Et justo*: unde *Ut jusso* vel *justo* non inconcinne elicias. *Diviso* tamen malim. Capitolin. M. Antonino, 'Senatus populusque non divisis locis, sed in una sede, propitium Deum dixit.' Corippus l. IV. 'Divisum in turmas atque in sua corpora vulgus.' Noster Nupt. Hon. 'Divisa properate ma-

um.' III. in Stilich. 'Acceleret divisa manus.' Cæterum in primo Vaticano pro diversa lectione *Dimenso stat quisque loco*; eleganter profecto: quomodo apud Virgil. in Georg. 'Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:' et 'orbis certis partibus dimensus' apud eundem. Barthius emendat, *Ut jusso stat quisque loco.* D. Heins.

363 *Et jusso*] Tam certi loca sua occupant, ac si quispiam præsens singulos ordinarit. Expeditam celeritatem ea lectio commendat, cum laude occulta Stilichonis, ad cujus nutum etiam abeentis suos ordines occupabant scilicet. *Barth.*

Diviso stat quisque loco] In simulatis belli ludicris ita exercebantur tyrones, ut non magis loco cedere, aut stationem deserere liceret, quam si res vera ageretur. Asconius, et illud II. Catilinariæ: 'loco ille motus est;' deseruisse autem stationem in acie capitale: sed nota hæc sunt. *Dempst.*

366 *Veneranda prior vexilla salutat*] Non quia Crucis sacrum in iis signum erat, vel Labarum, ut interpres Claverius voluit, sed ex more quem principes Exercitibus servabant, primum post tempus aliquod visos salutare, et more cæterorum commilitonum signa venerari. *Barth.*

367 *Qui fallere cuncta solebat*] *Quo* Barthius: confirmat Vaticanus primus. *D. Heins.*

369 *Nomine quemque vocans*] *Vocat* Luc. Gyrald. et prim. Vatican. *Idem.*

Nomine quemque vocans] Imperatorum summorum more, qui student maximopere insigniores militum nomine nosse, facta memoriter recensere posse. Sic de Stilichone noster lib. II. 'mensæque adhibes, et nomine quemque Compellas, clari sub te quod gesserat olim Admonitor facti.' Sic Salustius de M. Petreio. *Barth.*

Natosque patresque, &c.] Milites apud Tacitum, neque conjugiis suscipiendis, neque liberis alendis assueti. Claudius vero Imp. militibus, quia uxores habere non poterant, jus maritorum ex lege indulsit, ut Dio probat. *Claver.*

371 *Extendere longos*] Non *intendere* Luc. et Gyraldinus: iidem pro *amplexus*, *flexus*; quod præfero. *D. Heins.*

372 *Insperatoque*] Nihil tale metuebat Rufinus, qui jam sceptrum et purpuram spirabat. Dicit autem circumjecisse sese agmen palpanti etiamnum milites quos nomine singulos compellabat. *Campus*, spatium quod gyro includitur. Sic supra vs. 126. 'tutoque includit pascua gyro.' Hoc fieri artificio quopiam Campidoctorum quotidie videmus, quod hic luculenter describitur. *Barth.*

374 *In se redeuntia*] Quales sunt omnes formæ rotundæ, cum enim in talibus nec finis nec principium appareat, *ex se incipere* et *in se finiri* dicuntur. *Idem.*

375 *Curvo paulatim sinuantur cornua ductu*] Hemicycli duo utrinque coëunt in absolutum orbem. Sic 'cornua Lunæ' ubique appellantur dimidiati orbes. Locum autem hunc, ubi Rufinus ab exercitu circumdatus obtruncatusque est, *Hebdomon* appellatum docet auctor Chronici Alexandrini. Huc processerat sceleratus Imperii affectator, quia ibidem coronari Imperatores Orientis solebant, ut discas ex eodem scriptore. *Idem.*

376 *Immensa virides indagine silvas*] Notum quid *indago*. Retia nimirum aut lineæ quibus feræ includuntur. Noster ex Marone expressit suum. Æneid. IV. 'Dum trepidant alæ saltusque indagine cingunt.' Porro nota, indaginem, inquisitionem attentiorem designare, quam indagationem crassius dicimus. *Idem.*

Virides indagine saltus] Sic Raphelengius ex vestigiis Isingriniani libri, quod a Lucens. Gyrald. Vatic. et quinque aliis confirmatur. Vulgo si-

virides silvas: noster lib. III. de Rapt. 'nec virides audebat visere saltus:' apud Maronem, l. IV. 'Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.' Isingrinus *Venetos saltus*, ut *Venetos montes* Fescenninis dixit. Sic et 'Libyci saltus' bello Gild. et 'Calabri saltus' apud Silium, l. VII. *Immissa* etiam *indagine pro immensa* Isingrinus: quod de nihilo non est, etsi *vastam indaginem* a Lucano dici sciam. Idem l. III. 'Hanc jubet immisso silvam procumbere ferro.' Vide notas Cons. Manlii, vs. 331. *D. Heins.*

378 *Æquoreus populator*] Nimium erat humile piscatorem nominare. *Populatorem* scite dicit, quia integra agmina cogit, et vastat iis pelagus, nam et piscium sunt populi.

Plagarum anfractus] Cavitates impares et nullo ordine. Sic 'aurium cavata anfracta' Varro dixit Parmenone. *Barth.*

380 *Excludunt alios*] Ad extremum circulus ille tam arcte clauditur, ut solus cum Principe in militum medio remaneat, cui mactando omnes istæ cæremoniæ fiebant. *Idem.*

Excludunt alios] Ut piscator minusculos pisces rejicit in aquam et quasi excludit, ut opimiorem prædam retineat: sic militum corona involvit Rufinum hujus rei imprudentem. *Claver.*

Cingi se fervidus ille] *Angi* in quinto Vaticano. *D. Heins.*

381 *Apprensa veste*] More hominum magna serietate aliquem attinentium aut urgentium. *Barth.*

382 *Augustum*] *Arcadium.* De Arcadio, nigellum hominem fuisse et staturæ pusillæ scribit Georgius Cedrenus, ad nihil magnopere aptum præterquam literas scite pingendas.

Tribunal] Ligneum electioni Imperatoris in Urbe id fuisse docet Codinus in Aulæ descriptione, in quod deinde throni aurei solebant imponi. *Barth.*

384 *Vox demper ingens*] Ex improviso ipsi velut cœlo illapsa, qui alia omnia tum exspectabat. Subita enim omnia cœlo demissa credebant veteres, et inopinata. *Barth.*

385 *Nobis etiam, deterrime, nobis*] Malo *teterrime:* quod postea confirmavit quintus Vaticanus. Ita enim in codice Theodosiano Rufinum vocant Arcad. et Honor. A. A. 'Ne unius viri illustris tantum valeat temporalis offensio teterrimi judicis inimici.' Nam Tatianum Rufinus proscripserat: noster l. I. de Rapt. 'teterrime fratrum.' *D. Heins.*

386 *Famulas catenas*] Alludit ad ritum triumphi, in quo captivi, catenati ducebantur, procul amoto pristinæ dignitatis statu. Tibull. lib. I. Eleg. 7. princip. et l. IV. ad Messalam: 'libera Romanæ subjecit colla catenæ.' Carm. II. fine, 'captivos vincture novos.' Propert. l. II. El. 2. Ovid. l. IV. Trist. Eleg. II. de Pont. El. 1. et l. 2. de Arte: 'Ibunt ante duces onerati colla catenis.' Flor. III. 1. in fine de Jugurtha; hinc est quod Varro, l. IV. de ling. Lat. *victoriam* a *vinciendo* dictam tradat. Rufinum ergo arguit, eadem feritate in cives utentem, qua alii in hostes belli jure atque æquo Marte devictos fuissent usi. *Dempst.*

387 *Unde redi nescis*] Nescisne, impure tyranne, nos a viris venire, viros debellasse in Italia hactenus, nunc fœmineis agminibus minime servituros? Laus occulta Stilichonis, Honorii, totius Antiquæ Romæ: dicit hoc miles olim sub Theodosio ab Oriente in Occidentem debellandis tyrannis ductus. Quomodo v. 217. Stilicho dixit: 'redeat jam miles Eous.' *Barth.*

389 *Bis domitum*] Papin. Silva I. 'Tu civile nefas, tu tardum in fœdera Montem Longo Marte domas.' Quem expressit Claudianus. Innuit autem bella, quibus Maximum et Eugenium Theodosius, socio Stilichone, subvertit. *Idem.*

Bis rupimus Alpes] Sæpius ita de

victoriis Theodosii loquitur. Annibalis eum occultè facinori æquat, qui vere Alpium obstacula rupit. *Barth.*

Bis domitum] *Domui* primus Vatican. et quinque alii: *servile nefas* tertius Vatic. *D. Heins.*

394 *Montes nuper dimisit avitos*] Sic primæ editiones: scripti fere omnes *nuper montes dimisit.* Vulgo, *montes amisit:* quomodo et prim. Vatic. *Idem.*

395 *Altorumque exsul nemorum*] Non enim sponte iis excessit. Nam *avitis sedibus* in fera effictis, scite exsilium ejusdem consonat. *Barth.*

Arenæ muneribus] Munus proprie ad gladiatores spectat, qui liberalitate summa magnificentiaque conducti populum recreabant. JC. *l. liberti.* § *Lucius. ff. de annul. leg.* et Modestinus, *l. legatum.* 16. *ff. de usu et usufructu legatis.* Quod autem de bestia arenæ damnata dicit, adverte matutina spectacula, ferarum commissiones; meridiana, hominum fuisse. Martial. 'Matutinarum non ultima præda ferarum.' Ovid. l. XI. Metam. Fab. 1. 'ut matutina cervus periturus arena.' Senec. l. III. de ira, cap. ult. 'ridere solemus, inter matutina arenæ spectacula, tauri et ursi pugnam inter se.' Symmach. l. II. Epist. 46. arena vero est theatrum, cujus solum arena sternebatur; vel ne sanguis horrorem incuteret; vel ne pugnantes laberentur. *Dempst.*

Damnatur arenæ Muneribus] Isingr. Lucens. prim. Vatican. multi alii, *Verberibus:* quidam etiam, *Vulneribus;* frustra. Nos vulgatam veram præstamus: quæ ab interpretibus sollicitari non debuit; præsertim cum a scriptis nonnullis confirmetur. Perperam etiam Delrius ex suo libro, *Vulneribus convicta.* *Commota*, Irata. Dicemus lib. II. in Eutrop. *Munera arenæ* spectacula vocabantur, sive quicquid in arena exhibebatur: ita et Lucan. lib. IV. 'veluti fatalis arenæ Muneribus non ira vetus concurrere cogit Productos: odere pares.' Manil. lib. IV. 'Nunc caput in Martem vendunt et munus arenæ:' quomodo scribendum esse censeo. Nunc legitur, *in mortem vendunt et funus arenæ.* Sic et *munera* feras ipsas in arena exhibendas noster vocat, lib. III. in Stilich. 'Pacet muneribus montes, ut legibus urbes.' Ita enim versum corruptissimum scribendum esse suo loco monebimus. Prudentius, lib. I. contra Symmach. 'Funditur humanus Latiari in munere sanguis.' Ovid. lib. I. Art. Am. ubi de spectaculis hisce: 'Saucius ingemuit telumque volatile sensit, Et pars spectati muneris ipse fuit.' Ita optimæ membranæ. Vulgo, *spectati vulneris.* D. Heins.

396 *Vir murmure contra Hortatur*] Quomodo vel quem vir contra hortatur? se, an provocat feram? An ruentem contra hortatur qui incitat ad pugnam? Nihil video, quod sit admodum dignum cæteræ hujus loci claritati. Egressus quidem feræ ex cavea describitur, non vero jam cinctæ, quod Rufini historiæ conveniebat. Nec sane ille hortatur feram qui venabulum oggerit. *Barth.*

398 *Cuneosque erecta theatri*] Fera sibilum strepitumque pavet, non aliter atque in lustris ad ignotum fragorem concuti etiam nobilissimæ belluæ solent. At mox, quantum quidem naturæ illius concessum est, non *timet:* sed *miratur*, amplitudinem aut copiam sibilantium. *Idem.*

399 *Respicit*] Sic Lucens. Gyrald. prim. et sec. Vatican. Vulgatum *Despicit* merito vapulavit Scaligero libris de Re Poëtica. Claverius, *Dispicit:* sed non persuadet. *D. Heins.*

Sibila vulgi] Hic designantur spectacula Romanorum. Tacitus ait; Romanos voluptatibus adversus subjectos plus valuisse, quam armis. Exstat vero apud Dionem locus, unde colligas non sine prudentia et ratione, ejusmodi munera esse edita: Συμφέ-

μαι γὰρ περὶ ταῦτα τὸν δῆμον ἀποδιατρίβεσθαι. *Claver.*

400 *Ense Prosilit exerto*] Non aliter scripti meliores, nec audiendi qui vulgatum *erecto* tuentur. Ovid. III. Fast. 'Ensibus exertis bellica læta Dea est.' Statius, 'fulgentemque exerit ensem:' et alibi, 'exertum dimittere dicitur ensem.' Lib. XI. Theb. 'ut exertos enses et cæde recenti Arma rubere notant.' Silius, l. XI. 'Donec ad exertos enses, fidissima tela, Devenium:' ita enim scribendum, quicquid Dausqueius obloquitur. Superiori versu malim *et lumine torvus* quam *vulnere* cum Patavino. *D. Heins.*

401 *Dictisque et vulnere*] Simul: ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. *Barth.*

402 *Hac petit, hac Stilicho*] Mendose hæc legebantur: nos priorem Leidensem et duos alios secuti sumus. Alii nonnulli, *Impetit:* quos inter primus Vaticanus. Vulgo, *Appetit.* Miram vim habet hæc repetitio: ut apud Virgil. 'Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat:' quod imitatus Statius, lib. IX. 'hanc tibi Tydeus, Tydeus ipse rapit.' Seneca Thyeste: 'Ne parce potu: restat etiamnum cruor Tot hostiarum. Veteris hunc Bacchi color Abscondet: hoc, hoc mensa claudatur scypho. Mistum suorum sanguinem genitor bibat.' Hercule Œtæo: 'dumque tremebundum manu Tenuit cadaver, Hac manu, hac, inquit, ferar, O fata, victus? Herculem perimet Lichas?' sic uterque locus ex optimis membranis Mediceæ bibliothecæ restituendus. *D. Heins.*

403 *Hoc absens*] Alludit ad ea quæ dicta sunt VII. 306. *Barth.*

406 *Fessi pœnam libraverit orbis*] Quam fesso tot modis et variis facinoribus adflicto orbi debebat impura illa bestia. Hoc est, Pœnam a toto orbe ingerendam ipsa libraverit in corpus suo ictu. Claverius *libaverit*, quod sane etiam nobis placet. Cum enim nec tot pœnæ satis sint, ut etiam inferis sedibus exigendam umbram in finem dicat, potius est primum ictum libasse supplicium quam quodammodo peregisse. *Libare* enim est degustare. *Barth.*

Et fessi pœnam libaverit] Libare est degustare et leviter attingere: ut velit Claudianus illam esse felicem manum, quæ prima levi aliquo vulnere inflicto vel cutem perstrinxerit, gravioribus vulneribus exemplum subministratura. Sunt qui legant *libraverit*, pro Longe ejaculatus erit. *Dempster.*

Pœnam] Rufinus enim adeo fuit oneri et pœnæ Orienti, ut pœna ipsa dici meruerit: sic Eutropius dicitur *Eoum crimen*. Claver.

Pœnam orbis] Ab orbe universo monstroso homini debitam. *Barth.*

Libaverat orbis] Ita cum Aldina et Claverii libro, et ex nostris Rottendorpiano, legendum: nec Lucensis dissentit, in quo *tivaverit:* vidit et veram lectionem Barthius. Vulgo insulse *libraverit.* Similiter Silius corrigendus, lib. IX. 'Bisque Dei summas libavit vertice cristas.' Nam vetus editio et scriptus codex *libravit:* vulgati, *vibravit.* Statius, Thebaid. V. 'moti tamen aura cucurrit Fulminis et summas libavit vertice cristas:' non *libravit;* quod in plurimis scriptis exstat. Theb. VIII. 'mortemque invenerat hasta: Sed prohibet, paulumque humeri libare sinistri Præbuit, et merito parcit Tritonia fratri.' *D. Heins.*

410 *Hos vultus avidos*] *Rabidos vultus* Lucens. et Gyrald. utrumque probum: pro *artusque trementes* septem scripti *artusque nefandos.* Idem.

Vultus avidos] Adhuc avaritiam insatiabilem oris lineamentis referentes. *Barth.*

Hi vultus avidos] Mirum supplicium, inauditaque barbaries et vix credibilis, nisi fidem faceret Procopius et alii illius sæculi scriptores, ita periisse Rufinum. *Dempst.*

413 *Reserat curvamina dorsi*] Rese-

aut legendum; et sic Moreti alter: confinia etiam Isingrinus: quomodo supra 'geminæ confinia libræ.' Mox anhelus, non anheli, Aldus et scripti omnes.

415 *Spatium non invenit ira*] Corporis tantilli spatium non sufficit tanto furori. *Barth.*

416 *Consumpto funere vix tum*] Lege *vixdum*: quomodo apud Statium, Theb. VI. 'Vix dum captus equis labor, et jam pulvere quarto Campum ineunt.' Lucensis tamen et Isingrinianus argute, *victor*: quomodo et Vaticanus primus a prima manu. Alii nonnulli *victum*. Unus *justum*. *Victorem* vocat, quod militum furor in cadavere ejus discernendo satiari non potuerit. Barthius τὸ *victor* ad militem refert: sed *vixdum* a Claudiani manu esse opinor. Ammianus, lib. XIV. 'qui ita evisceratus est, ut cruciatibus membra deessent.' Sequenti versu recte Luc. Isingr. prim. Vatican. et alii nonnulli *perit*, non *cadit*. Juvenalis ista Sat. III. imitatus videtur. 'Quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa Invenit? obtritum vulgi perit omne cadaver.' Euripides Andromacha, quem locum Livineius quoque vidit, πᾶν δ' ἀνάλωται δέμας τὸ καλλίμορφον τραυμάτων ὕπ' ἀγρίων. Lucretius, lib. v. sub finem: 'Et tamen inter eos distractum sanguine multo Disperiisse, neque in fructum convertere quisse:' quomodo duo veterrimi Vossianæ bibliothecæ codices, non *dispersisse*. Lucan. lib. II. 'vix te sparsum per viscera, Bæbi, Innumeras inter carpentis membra coronæ Disperiisse manus.' Ita enim legendum videtur, cum scripti nostri constanter, *Dispersisse*; nec damno tamen *Discessisse*: quod vir magnus amplexus est. Prudentius Psychomachia: 'Discissum fœdis animalibus omne cadaver Dividitur: ruptis heresis perit horrida membris.' *D. Heins.*

Consumto funere vix tum Deseritur] *Funus*, cadaver. Cadaver destituere furorem hostilem irati militis dicit, nec satis esse explendæ tantæ iræ tot modis memento concerptum corpus. Michaël Bentinus prætulit *consumtò funere Victor Deseritur*. Quam lectionem recipiendam arbitror. Non enim victum aut dilancinatum cadaver deseritur, sed inhiantem majoribus suppliciis deserit militem victorem. *Barth.*

417 *Perit per tela cadaver*] Ut nullibi appareat, ipsum uti cadaver consumatur. *Idem.*

418 *Mons Aonius*] Cytheron. Eurip. in Bacchis.

Penthea ferrent Mænades] Diruptum in partes. Vide Pausan. lib. II. *Barth.*

420 *Latonia virgo*] Lucensis *visa*: placet, ab Actæone scilicet nuda. Pro *Traderet* alter Moreti *proderet*, etiam bene. *D. Heins.*

421 *Speras, fortuna, mederi*] Aldus et plurimi ex scriptis *credis*, et sequenti versu pro *certas*, *speras*: *rependi* pro *rependis* Helmæstadiensis. *Idem.*

425 *Truncum*] *Truncus* designat corpus, capite dempto. Virgil. lib. II. 'Regnatorem Asiæ: jacet ingens littore truncus.' *Barth.*

427 *Sufficiunt*] Malim *Sufficiant*.

Vacuo plebs obvia muro, Jam secura ruit] Sic quatuor veterrimi et alii aliquot. Vulgo *undique*. Imitatus ipse bello Get. 'portas secura per omnes Turba salutatis effunditur obvia signis:' τὸ *effunditur* primi ac tertii Vaticani, et codicis Oiseliani lectionem confirmat, in illis enim pro *ruit*, *fluit* scriptum. Bene: nam *ruunt* statim sequitur. Videtur illa Lucani respexisse lib. III. 'non confluit usquam Obvia turba duci.' Ita enim ab illo relictum esse censeo; cum nunc legatur minus bene *constitit*: τὸ *fluere* plebis securitatem optime exprimit: sic et vestes laxæ *fluere* dicuntur. Virgil. Æn. XI. 'Olli convenere, fluuntque ad regia plenis Tecta viis:' et lib. XII. 'Antæus Mnestheusque omnisque relictis Turba fluit castris.' 'Populis

undare penates' noster supra dixerat, ut 'undam salutantum' Virgilius, et 'flumen militum' Silius lib. XII. 'Fertur acerba lues disjectis incita telis, Effusæque ruunt inopino flumine turbæ.' Ita vere libri scripti. Vulgo, *inopino turbine*. D. Heins.

428 *Jam secura, ruit*] Prædone videlicet publico peremto. *Barth.*

431 *Laceros juvat ire per artus*] Codices quidam *vacuos:* quod Delrius perperam probat, cum *vacuis muris* paulo ante præcesserit. Lucan. lib. II. 'Cum laceros artus æquataque vulnera membris Vidimus.' *D. Heins.*

Laceros per artus] Alii habent *vacuos*, id est, exsangues et inanimes. Sic Statius lib. IX. Thebaid. 'Vacuorum terga leonum.' *Schott.*

432 *Pressaque calcato vestigia*] Alibi dixit 'truncis immergere plantas.' Quod etiam Papinianam granditatem redolet. *Barth.*

433 *Certant elidere saxis*] *Flagrant* Lucens. Isingr. prim. Vat. et quinque alii: omnino rectius. Statius, Theb. III. 'pars visere flagrant Unius acta viri.' Lib. X. 'flagrant comitari et jungere casus.' Sic *fervent*, *calent*, *ardent*, *æstuant*, noster subinde: de quibus libro I. vs. 311. *D. Heins.*

434 *Prodigiale caput, &c.*] Immane hoc, sed tamen frequens, quod exercuit Dolabella in C. Trebonium. Tull. Philipp. XI. Augustus caput Bruti Romam misit, ut statuæ Cæsaris submitteretur. Suet. in eo cap. 13. caput Galbæ Aug. lixis calonibusque ab Othone donatum, hastæ affixum, non sine ludibrio circum castra portatum. Suet. in Galba, cap. 20. Silius, lib. XVII. 'Servili fers ora ducis suffixa veruto.' Lucan. lib. II. de Syllæ crudelitate: 'Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem.' Lege Senec. lib. III. Controv. 17. et antiquitatem hujus ritus disce ex Marone Æn. IX. de Euryali et Nisi morte: 'Quin ipsi arrectis, visu mirabile, in hastis Præfigunt capita.' Sic sæviit in Hippolochum Trojanum Agamemnon. Victor, XXVIII. 8. Flor. III. 10. *Dempst.*

Quod jam de cuspide summa Nutabat] More vetustissimo velut triumphantium de hostibus, quorum principum capita hastis præfixa in urbes reducebantur. *Barth.*

436 *Dextera*] Manum Rufini dextram pop. Byzantinus fertur abscidisse, ac per vias urbis circumtulisse, ut ostiatim mendicaret post mortem, qui vivus singulos argento emunxerat, quod pulchre Poëta enunciavit: qui vero manum illam ostentabat, hæc sermone patrio, quasi per jocum clamitabat: ΔΟΤΕ ΑΠΛΗΚΤΩ, iisque sic multum pecuniæ ex re ludicra obtigit. B. Hieronymus: 'Rufini caput pilo gestatum, abscissa manus dextra, ad dedecus insatiabilis avaritiæ, ostiatim scipem mendicavit.' *Claver.*

437 *Pœnasque animi persolvit avari*] *Fraudesque*, Lucens. Isingr. et quinque alii ex melioribus. Pro *vivosque imitata retentus*, multi veteres *receptus;* a recipiendis muneribus: quod nescio, an satis sit Latinum. Mox *adductos digitis inflectere nervos* primus Vaticanus et Oiselianus, non cum vulgatis *adductis digitos nervis*. D. Heins.

438 *Vivosque retentus*] Hominis avari atque rapacis manus comparantur unguibus ferinis, quia feræ volucres eos injiciunt retinendis unguibus.

440 *Desinat elatis quisquam confidere rebus*] Jam ad confirmationem argumenti principio primi libri propositi sub exemplo Rufini. Huc ait respicientes, qui malis artibus ad insignem aliquam potentiam provecti sunt, desinant alta cervice ingredi, et Fortunæ faventis lubricitatem considerent.

441 *Instabilesque Deos*] *Fortunam*, quam Deorum omnium nomine circumloquuntur scriptores, quoties de instabilitate rerum sermo vertitur.

Inst. Deos, ac lubrica numina] Non sine reconditiore doctrina numina

Diis subjunxit. *Numen* enim velut *anima* quæpiam Dei ipsius habebatur apud veteres, et ab Deo ipso sejunctim colebatur, tanquam aliquid divinius, nobilius, potentius. *Barth.*

442 *Sceptra sibi gestanda parabat*] Sceptri sumtio, Imperatoriæ Potestatis usurpatio. *Idem.*

443 *Cujus se toties submisit ad oscula supplex Nobilitas*] Osculatio manus venerationis signum, cujus vel cæremonia, vel certe verbis tenus oblatio, usque adeo apud eas gentes hodie frequens est, quæ a Latinis Barbarie permistis descendunt, Romanorum Græcorumque moribus receptissima erat, e quorum profundo usu ad hæc tempora descendit. Tacitus de Othone, Hist. I. 'Ruere cuncti in castra, laudare militum judicium, exosculari Othonis manum.' Phædrus, Fab. 82. 'Ut mos est vulgi passim et certatim ruit; Feliciter subclamant ipsi principes, Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum.' Lucan. lib. II. 'spes una salutis Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.' Inter Christianos quoque oscula manuum fuisse clarum ex Chrysostomo, lib. I. de Sacerdotio. *Idem.*

Submisit ad oscula supplex] Nam dextram osculari obsequii argumentum. Plutarch. Catone. Plin. II. 45. 'dextra osculis aversa petitur, in fide porrigitur.' Serv. I. Æneid. 'cur dextræ jungere dextram Non datur?' Lucan. lib. II. 'Spes una salutis Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.' *Dempster.*

445 *Feralem quæstum*] Exitialem, abominabilem. *Ferale* vocant Latini quicquid horrendum, abominabile, atrox est, et obscœnum. *Barth.*

Quæstum poposcit] Feralis quæstus ad se inhumandum tractum ab antiquitate Romana; nam in templo Libitinæ væniebant necessaria ad funus. Plutarch. in quæstionib. Rom. Cæl. Rhodig. XV. 22. Horat. 'Autumnusque gravis Libitinæ quæstus acerbæ.' *Dempst.*

446 *Aspiciat nequis*] *Quisquis* Lucensis, Isingr. prim. Vatic. et sequenti versu *gerit* iidem, non *gerat*. D. Heins.

Nimium sublata secundis] Est illud ὑψαυχενίζειν. Ita ὑψαύχενες ὑπερήφανοι Hesychio Lexicographo exponuntur. *Barth.*

447 *Triviis calcandus*] Projectamina sordesque domesticas veteres projiciebant in trivia, ubi loca erant ad ea destinata, viis juxta ædes aptatis. Hinc sermo trivialis, homo de trivio. *Idem.*

448 *Qui sibi pyramidas*] Ædificiorum magnificorum furorem in Rufino non semel notavit. *Idem.*

Qui sibi pyramidas] Pyramidas exstruxit antiquitas, non tantum ad servandum frumentum, quod Græci πυρὸν vocant; sed etiam ad regum claudenda cadavera. Strabo, lib. XVI. de his Mela, I. 5. Plin. XXXVI. 12. Mart. Ep. 1. Amphith. lib. VIII. Ep. 36. Lucan. lib. VIII. 'Ut Ptolemæorum Manes seriemque pudendam Pyramides claudant.' *Dempst.*

449 *Culmina manes*] Hic notat sepulchrum vacuum Rufini, quod sibi vivens exstruxerat; id facile superavit, opinor, cætera istius ævi Mausolea; in his enim rebus plus satis excelluit. *Claver.*

450 *Velari credidit*] Sese velandum. *Barth.*

Velari creditus ostro] Sic prior Moreti, Oxon. et Regius, cum primo Vaticano atque Oiseliano. Isingr. *creditur*. Vulgo, *credidit*. Dempsterus in Corippum commentario ex Bongarsianis membranis, 'Qui se Sidonio velandum credidit ostro.' Mox cum Aldo et melioribus scriptis, *nusquam*, non *nunquam*: quamvis in contraria eat Clarissimus Barthius, et vulgatum tueatur utroque loco. *D. Heins.*

451 *Pascit aves*] Pascere aves, est,

sepultura carere: hinc Augustus cuidam sepulturam precanti, respondit: 'jam istam in volucrum fore potestate.' Suet. c. 13. quod a Græcis derivatum est. Homer. Iliad. l. I. princ. Senec. Thyest. act. v. sc. 3. vs. 1029. 'Utrumne sævis pabulum alitibus jacent?' Ad quem ritum Maro Æn. IX. 'canibus data præda Latinis, Alitibusque jaces.' Et Pierius Hieroglyph. l. XVIII. ex Æn. x. 'Alitibus liquere feris.' Et Codrus ad Pompeii cadaver, l. VIII. apud Lucan. 'Ne fera, ne volucris, ne sævi Cæsaris ira Audeat.' Flor. IV. 7. *Dempst.*

Qui possidet orbem] Εἰρωνικῶς. Qui tantas moles suo sepulcro destinaverat, ut fama orbem terrarum expleturum se crederet. Vel simpliciter, possidebat. Cujus votis vix satis erat possessio universi terrarum orbis. *Barth.*

452 *Pulvere raro tegitur*] Pulvere tegi est hic sepeliri; licet apud Plin. VII. 46. sepultus sit, quoquo modo conditus, humatus, humo contectus, et cadaver terra conditum, est sepulturæ mandatum; ex JC. *tit. de sumptibus et religiosis funerum:* inde illa Palinuri precatio apud Virg. Æn. VI. 'Et tu mihi terram Injice,' &c. ubi Serv. observat, 'pœnam existimatam, caruisse sepultura.' Vide eundem ad Æneid. VI. 'Præcipue pius Æneas.' Horat. Od. I. 28. 'injecto ter pulvere curras.' Statius, Sylv. v. 3. 'Exere semirutos subito de pulvere vultus.' agit de exequiis patris, idque non Romani, verum etiam Græci ritus. Valer. Max. v. 3. *Dempst.*

453 *Nunquam toticsque sepultus*] Nunquam, cum de Rufino ipso seu corpore integro quod animum ejus vocabulo audito subit, cogitas. Toties, cum vides miserrimi corporis lacera frusta hinc inde infeliciter semisepulta. *Barth.*

455 *Amolitur onus*] Non *Emolitur* prior Leidensis: quomodo primus quoque et tertius Vaticani pro diversa lectione. Lucan. v. 'Heu quantum fortuna humeris jam pondere fessis Amolitur onus.' *D. Heins.*

Respirantibus astris] Superiore hac parte cœli. Eam enim astrorum nomine censent Poëticæ litteræ. Platonicum simul dogma exprimitur, ubi singulis astris sui adscribuntur dæmones, suæ animæ, sub omnium patre qui mundi universi anima est. *Barth.*

457 *Intrantemque etiam*] Τὸ *etiam* mendi suspectum: mox pro *nigri judicis* malim *Stygii*. D. Heins.

458 *Tunc animæ, quas ille fero sub jure peremit*] *Jus ferum* est imperium tyrannicum. Jus enim, regnum. Animas autem peremisse dicit imitatione sacrarum literarum, quarum apertissima lumina in toto hoc auctore apparent, et a nobis in gratiam Lectoris peculiari sunt libello enarratæ.

459 *Judicis urnam*] Quia judicia collectis suffragiis in urnas ei operi destinatas per universam fere Græciam exercebantur, inferis quoque talia asscripserant Poëtæ. Virgil. lib. VI. Papinius: 'immensis urnam quatit Æacus umbris.' Et inde urna ipsum fatum, ipsam necessitatem moriendi significat. *Barth.*

461 *Dulcia raptu Mella trahit*] Non insidiis sed raptu manifesto. *Idem.*

462 *Spicula tendunt*] Instar militum. *Idem.*

464 *Rimosam patriam*] Ex Marone: 'levi rimosa cubilia limo Unge fores circum.'

Pumicis antra] Gratissima sedes apibus. Idem Maro: 'sub terra fodere larem penitusque repertæ, Pumicibusque cavis exesæque arboris antro.' *Barth.*

465 *Pronoque favos*] Quod ob molem casui videtur vicinum. *Idem.*

Examine velant] *Vellant* unus Florent. Lego *vallant*. Statius, Thebaid. XII. 'Intus agunt natos et fœta cubilia vallant Unguibus, imbellesque

'citant ad prælia pennas :' pro *cinctæ* in aliis *cunctæ ;* nonnulli *cinta*. D. Heins.

466 *Est locus, &c.*] De Phlegethonte mythologi disseruere : noster lib. I. de Raptu princip. at cultissime, l. II. de Raptu : 'Flagrantibus hispida nimbis Barba riget, totoque fluunt incendia vultu.' Senec. Thyeste, act. I. sc. 1. 'Alveo medius tuo Phlegethon relinquar, igneo cinctus freto.' Serv. ad Æneid. VI. 'Tartareus Phlegethon.' Hunc *Pyriphlegethonta* appellat Tertull. Apol. c. 150. ad quod allusit eleganter Sidon. lib. III. Ep. 13. de parasiti oculis : 'Stygiæ vice paludis volvunt lacrymas per tenebras.' *Dempster.*

467 *Cocytus*] *Cocytos* bene Mazarin. prim. Vatic. et quinque alii, *Cocyton:* sic et *scorpion*, *Tityon*, pro *scorpios*, *Tityos*, sæpe in antiquis libris. Paulo ante *Est lacus* non *Est locus* corrigendum censet Barthius : qua castigatione non est opus. *D. Heins.*

Inamœnus uterque Alveus] Quod ipsa nomina arguunt. *Barth.*

469 *Turris per geminos flammis vicinior amnes Porrigitur*] Sciendum *Turrim* non unam molem solam, solumque in altum porrectam significare, verum munitionem latam, arcem, structuram plurium ædificiorum, castellum, modo altitudinis sit eminentioris, et quæ fortior ad permanendum. Sic omnes munitas moles turres vocat Lucretius, lib. V. 'non lapides quoque vinci cernis ab ævo ? Non altas turreis ruere, et putrescere saxa?' Unde et confugium quodvis, tutumque receptaculum, *Turris.* Sane cum per geminos amnes moles ista *adamantina* porrigatur, quomodo ei vicinior sit qui flammis perpetuis fluit, nondum ædepol satis perspicio. Nisi tu *vicinum* hic cognatum velut, similem, proximum, non tam loco quam natura interpretere, et ita boni scriptores. Prudentius in Hamartigenia : 'Et datur occultum per proxima quærere verum.' Hoc est, maxime similia, et naturæ non absimilis. *Barth.*

471 *Cocytia fundit Æquora*] Prim. Vatic. et quatuor alii, *findit;* bene : pro *fletu*, Lucens. et Gyrald. *fluctu:* ut *littora plangere* Virg. neque aliter Pomponiana excerpta et a manu prima primus Vaticanus cum Oiseliano : sed frustra. Statius, Theb. VIII. 'assistunt lacrymis atque igne tumentes Cocytos Phlegethonque :' alluditur enim ad Cocyti nomen. *D. Heins.*

472 *Fletu concita plangit*] Cocyti alveus lacrymis fluere omnium Poëtarum fabulis notissimus. Hujus aquas *fletum* vocat Claudianus, quibus impulsa turris plangit etiam ipsa, hoc naturaliter sive Deorum fato quopiam coacta facere, nequid absonum mœstitiæ infernali ferret, si non et ipsa plangeret. Unde quoque mihi videntur flebilem vocem dare, quæ turrim illam allatret velut. *Barth.*

473 *Huc post emeritam mortalia secula vitam Deveniunt*] Sapientium mortalium multi ante patefactam quoque veritatem sive ad coërcendos et in officio tenendos homines, quod Politici illi aiunt, sive conscientia quadam rerum divinarum, statuerunt locum quemdam esse ubi conveniant animæ morte a corporibus solutæ, vel ad præmia benefactorum vel ad capiendas pœnas male administratæ vitæ suæ. Cæteri omnia hæc fabulas rebantur, rati cum Epicuro nil nisi terriculamenta esse et superstitiosarum cogitationum ludibria ; inter quos comprimis est Lucianus. *Idem.*

474 *Nulla manent*] Lucianus νεκροῖς. ἰσοτιμία ἐν ᾅδου καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. *Idem.*

475 *Vanoque exsutum nomine Regem*] Tamquam in scena personam quampiam induisset. Et sic sapientissimi scriptores de vita et ambitione potentiæ superbiæque humanæ censuerunt ; ut celebre fuerit dictum Petronii Arbitri, 'totum mundum facere histrioniam.' In hanc autem senten-

tiam venit congrue ejusdem elegans Epigramma, quo ait: 'Grex agit in scena mimum, Pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet. Mox ubi ridendas inclusit pagina parteis; Vera redit facies, assimilata perit.' Eadem enim ratio honorum et dignitatum humanarum est. Et sic fabula vitæ construitur. *Barth.*

476 *Quæsitor Minos*] Ita appellant Poëtæ exactorem illum rigidum et justum, ad quem omnia a mortalibus commissa sisti, et ab eo examinari credebantur. Virgil. lib. VI. 'Quæsitor Minos urnam movet.'

In alto solio] Tale tribunal asscribebant Minoi. Minos autem ideo admotus rebus post mortem, quod in vita justissimus fuit, et ipsius Jovis colloquio leges scripsisse creditus, non secus atque Egeriæ Numa. *Barth.*

Quæsitor in alto Minos] *Quæstores parrici*, vel *parricidi*, ut vult Fest. lib. XV. dicebantur, 'penes quos cura erat criminis examinandi:' iidem *Triumviri capitales* (de quorum institutione Decad. I. lib. I.) scribente Varrone, l. IV. de ling. Lat. sed et *quæstores* vel *quæsitores* simpliciter vult vocari præpositos et actores judiciorum. Isid. lib. XVIII. c. 15. Senec. Herc. Fur. act. III. sc. 2. et Serv. ad Æneid. VI. 'Quæsitor Minos urnam movet.' *Dempst.*

Qui quæsitor pro tribunali, alto editoque loco sedebat, judices vero paulo inferius, humilioribus in subselliis. *Delrio.*

477 *Pertentat crimina Minos*] Minoëm autem primum discernere bonos a malis ait, deinde alteri judici eos destinari.

Pertentat crimina Minos] *Prætentat* quatuor scripti: hoc est, prius tentat, lib. I. in Eutrop. 'sævi prætentas Pallada campi,' cum membranis. Cons. Honor. III. 'Dircæaque tela solebat Prætentare feris, olim domitura gigantas:' et IV. 'tuus, ante profundum Prætentet sonipes.' Stat. Theb. II. 'sedit sententia fratris Prætentare fidem:' ita scripti: prim. Vatican. *pertentat*, vel *permutat*. Barthius *præsentat* me invito: nec felicius paulo post *diribit sontes* pro *diruit* reponi velit. *D. Heins.*

479 *Ad mala mox transmittit verbera fratris*] *Ad rigidi* Lucens. et Gyrald. omnino rectius: *ad sævi* quatuor alii: *ad duri* sec. Vatican. Thuan. *ad sævi mox mittit.* In prim. Vatican. *Ad mala mox....transmittit.* In Oiseliano, *Ad mala viderit transmittit.* Idem.

Ad mala verbera] Singularem energiam τὸ *mala* hoc loci habet, infert enim crudelitatem quandam nocentem, immanem, et astutam simul. Sic malæ Furiæ apud Horat. 'Ac non ante malis dementem actum furiis, quam In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.' Et 'malæ Orci tenebræ' apud Catullum. *Barth.*

480 *Superni Curriculi*] Sapientum vita humana *curriculo* comparatur, sacris potissimum literis. Juvenalis, Satyr. IX. 'festinat enim decurrere velox Flosculus, exiguæ miseræque brevissima vitæ Portio.' Virgil. 'Vixi, et, quem dederat cursum fortuna, peregi.' *Idem.*

481 *Perspexerit actus*] Non *prospexerit* meliores libri, et cum iis Barthius. *D. Heins.*

482 *Ferarum*] Μετεμψύχωσις in belluas hominum, hodie quoque credita, et Pythagoræorum hæc in speciem tantum doctrina erat, sub ænigmate velut docens quid mereatur vita voluptatibus fœdis atque belluinis dedita, ut clare videmus apud Hieroclem, cap. 52. aureorum Commentariorum in aurea Carmina. Et deflexio ab nobilitate animæ illa est quæ homines facit belluas. Arrianus Epicteti, lib. I. cap. 3. *Barth.*

483 *Vincla pati*] Corpora, quibus illigantur velut animæ et impediuntur ab actionibus puritati et rationi suæ convenientibus. Virgilius Culice: 'Minos Conscelerata pia secernit vi-

cula sede.' Arnobius eodem libro: 'quo facilius exsui corporalibus possit e vinculis.' Sic carcerem animæ vocant nobilissimi auctores corpus. Lucanus, lib. VI. 'Adspicit adstanti projecti corporis umbram Exanimes artus, invisaque claustra timentem, Carceris antiqui.' *Compages* elegantissime appellat Cicero de Senectute: 'Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur.'

Truculentos ingerit] Dogma Socraticorum et Platonis. Vide Phædonem, et ejus doctrinæ alios.

Ursis] Quia truculentissimum hoc animal, feris barbarisque moribus homines post vitam hanc in hujus formam vel corpus transire censebant.

484 *Prædonesque lupis*] Boëthius: 'avaritia fervet alienarum opum ereptor? similem lupo dixeris.' Et sic molliuntur tradita illa Platonis, ut pro lupo homo rapax, pro sue immundus, pro leone ferus intelligatur.

Fallaces vulpibus addit] Velut conjugio quopiam. *Barth.*

Vulpibus addit] Quidam *abdit* corrigunt: scripti non juvant. *D. Heins.*

485 *At qui desidia semper*] *Somno* Put. et pro diversa lectione primus Vaticanus: forte, *desidia somni*. Sequens versus nihil Claudiani habet. Puto interpolatores hic grassatos: pro *pingues artus*, unus Med. *pigros*. D. Heins.

Desidia semper] Asino hunc æquare poterat, quem mirum omitti, cum a cæteris fere huic ferorum catalogo accenseatur. *Barth.*

488 *Arcanaque suevit Prodere*] Hoc inter crimina summa constituerunt ii, qui Vitam Politicam, et inprimis Monarchiam, constituere pœnis post mortem sancitis voluerunt. Quicquid enim vel Patriæ, vel Regio, nonnunquam et tyrannico, contraire Imperio videbis, id reperies in Philosophorum et Poëtarum figmentis apud Inferos atrocissime punitum. Sic hoc loco proditio arcanorum æterno silentio punitur. Sic subdit summum scelus apud inferos esse refixionem et venditionem Legum: et talia. Sapienter ergo præcipit Horatius, lib. I. Epist. 18. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam, Commissumque teges et vino tortus et ira.' *Idem.*

490 *Æterna silentia vocem*] Pisces aiunt omnes mutos esse. Horatius: 'O mutis quoque piscibus, Donatura Cygni, si libeat, sonum.' *Idem.*

491 *Per varios annos, per mille figuras*] *Mille* autem *figuras* dixit, quod nunquam animam quiescere, sed hinc inde in et per animalia varia venire, sciverint Pythagoræi. Periodos illas Pythagoricas per *annos* intellige, quæ quoniam variæ et non unius spatii habebantur, varios annos eruditius dixit, qui non ad cursum Solis aut Siderum, sed sua propria proportione terminarentur. Et sic fatorum quidem Legem in Pythagoricis his transmigrationibus certam esse, ipsas autem animas varie multipliciterque mutari scribit Philostratus, lib. VIII. Apollon. cap. 3. transire in volucres, terrestres, et marinas animantes Ægyptii tradebant, post in hominem reverti, ut auctor Herodot. lib. II. *Idem.*

Per varios annos, per mille figuras] Scribendum cum Lucensi et Gyrald. *per varias annis ter mille figuras*, quod et Barthio in mentem venit: neque aliter primus Vaticanus a manu prima; nisi quod in eo *per* pro *ter*: tertius Vatic. *Varios animos per mille:* et emendatum, *varias animas.* Miror secundis curis Barthium de conjectura sua dubitasse. Ad Ægyptiorum Theologiam hæc refert in Euterpe Herodotus. Lovaniensis, *per varias, annos post mille, figuras:* etiam bene; et ex Virgilii sententia: 'ubi mille rotam volvere per annos, Lethæum ad fluvium Deus evocat.' *Mille lustra*

posuit Silius. *D. Heins.*

492 *Lethæo purgatos gurgite*] Virgil. lib. VI. Lethen autem ideo fabulis junxerunt, quia tale aliquid intervenire necesse erat, cum nemo unquam in vitam venerit memoriam eorum habens quæ ante ipsum facta fuerint. *Barth.*

495 *Veteresque reos*] Ut quisque appulerat, ordine temporis. *Idem.*

497 *Lustrat*] Diu in eo hæret, tot scelerum famosam umbram miratus. *Idem.*

Ex imo concussa sede] Indignatione nimia. *Idem.*

499 *Proluvies*] Obscœna, impura, abominabilis colluvies, et congestio. Virgil. de Harpyiis: 'Obscœni volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvies.' Hoc est, cloaca quæpiam, faricæve horrendæ. Alioqui *proluvies* ipsa alvi egestio. *Idem.*

500 *Quodque mihi summum scelus est*] Altera pars mythicæ Philosophiæ, nimirum non tam vulgum aut quemvis avarum improbumque hominem notans, quam et tyrannum, et Legum receptarum violatorem. Sane Legum auctoritatem servare hoc figmento voluerunt Poëtæ, ex persona vero Rhadamanthi apprime bene hoc loco; et paria sunt apud Maronem, lib. VI. 'Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Imposuit, fixit leges pretio atque refixit: Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.' *Idem.*

Improbe legum Venditor] Leges vendere summum crimen: hinc inter inferni cruciatus Æn. VI. 'Fixit leges pretio atque refixit.' *Dempst.*

Facile enim illi, utpote Præfecto Prætorio, leges figere ac refigere non minus quam Triboniano. *Claver.*

501 *Arctoi simulator perfide Martis*] Non enim vere Arctous seu Septentrionalium populorum is Mars erat, sed Rufini, qui ad Imperium sibi parandum tot barbarorum millia universo fere Romano orbi infuderat. Simulator est qui rei aliam a vera formam inducit. *Barth.*

503 *Plena laxatur portitor alno*] Proverbium quoddam de immensis stragibus. *Idem.*

504 *Quid demens manifesta negas*] *Quid deinceps* prim. Vatican. *D. Heins.*

Pectus inustæ Deformant maculæ] Platonis dogma. Animabus etiam defunctorum inhæsuras maculas, unde criminum ipsorum catalogus apud inferos possit recenseri. Revera autem per has maculas conscientiæ læsæ ineluibiles Notæ intelliguntur. *Barth.*

En pectus inustæ Deformant maculæ] Lucianus in Tyranno, eorum animis, qui magnis se facinoribus, dum vitam agerent, obstrinxerunt, maculas inustas esse docet: ὁπόσα ἄν τις ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσηται παρὰ τὸν βίον, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἀφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει. Brod. I. 4. ex Platon. Opinio ergo illa invaluit, criminum notas pectori impressas post obitum remanere; ut appareret, quomodo quisque se gessisset: piam sane placitum, et Christianæ religioni vicinum. *Dempst.*

505 *Vitiisque inolevit imago*] Malim *vitiique*; scilicet tergo. Pro *in te ferre libet*, cave quicquam mutes cum Barthio; vulgatam enim mordicus tuentur scripti. *D. Heins.*

Vitiisque inolevit imago] Umbra ipsa mortui vitiorum tuorum imagines refert. *Inolevit*, hoc est, crebra consuetudine velut innascitur et cognata fit. *Barth.*

510 *Arescat decepta sitis*] *Accrescat* Rottendorphianus. *D. Heins.*

Dapibusque relictis] Illis quas tanto jam tempore pascitur. Mansurus autem, ne te unquam putes pari modo solvendum pœna. Tibi enim mansurus est vultur. *Barth.*

512 *Pars quota sint*] *Sunt* primus Vatican. aliique nonnulli ex melioribus. *D. Heins.*

515 *Aut inconcessæ Tityos*] Non Ti-

tyus scripti meliores, quomodo et III. Cons. Honorii, vs. 158. *inconsulto* Gyrald. et Lucens. quomodo *inconsultus amor* apud Auson. nihil tamen muto. Sic 'inconcessi Hymenæi' Virg. Æneidos primo, et Ovid. Met. x. 'inconcessisque puellæ Ignibus attonitæ.' Virgil. Ciri: 'Sin concessus amor noto te macerat igne.' *D. Heins.*

Tityos deliquit] Fabulam Tityi explicat: hic enim *ob incontinentiam amoris*, ut ait Horat. Od. III. 4. apud Inferos *vulturem*, ut cum Ennio loquar, 'fibris semper renascentibus,' pascebat: Æn. VI. 598. 'immortale jecur tondens:' et per novem jugera distendebatur. Metam. IV. Fab. 13. Tibull. lib. I. El. 3. Homer. Odyss. XI. idem quidem ait, sed duos vultures ponit: lege nostrum, l. II. de Raptu in fine, et Ovid. in Ibin, vs. 188. 'Jugeribusque novem qui summus distat ab imo, Visceraque assidue debita præbet avi.' Quæ omnia mystice a Platone in Gorgia explicantur, et a Macrob. l. I. in Somn. Scipionis, cap. 10. et Pier. hieroglyph. l. XVIII. Ego sane puto id fictum, quod vultur etiam ultra mare cadavera sentiat. Isid. XII. 7. Mart. 'cujus vulturis hoc erit cadaver.' Adi Pontanum in Æn. VI. qui multa congessit huc spectantia. *Dempst.*

517 *Quo tanta piacula quisquam*] *Cui* quatuor scripti: eleganter. Ovid. Fast. v. 'Longa referre mora est collata oblivia damnis:' ita enim vetus liber. Vulgo, *collecta*: *cui* etiam pro diversa lectione primus Vaticanus. *D. Heins.*

521 *Oculis jam parcite nostris*] Ex superstitione, sive et usu communi, loquitur, oculos inquinari spurcis et inquinatis rebus objectis. Ovid. 'Cum spectant oculi læsos, læduntur et ipsi: Multaque corporibus transitione nocent.' *Suum* autem *Chaos* dixit inferos ipsis Inferis inferiores, nam nobis dum apud superos sumus, inferi Chaos appellantur. Vide ad l. I. de Raptu Proserp. vs. 27. Lucan. l. IX. 'Jam nunc te per inane Chaos per Tartara, conjux, Si sunt ulla, sequar.' Omnis confusio eo nomine censetur Poëtis: ut mundus, priusquam in ordinem suum omnibus membris veniret. Etiam pro tenebris nocturnis usurpant Christiani Poëtæ. Aliqui materiem illam omnium rerum fontem, quam semper fluentem appellat noster Panegyrico Mallii, hoc nomine censuerunt, quam Latini alioquin *silvam* vocarunt. *Barth.*

525 *Quo Ditis opaci*] *Qua* Gyrald. Lucens. et quinque alii: bene. Cum iisdem, *noctis opacæ* scribendum: nam *Ditis* jam præcesserat. *D. Heins.*

526 *Præcepsque ibi mersus anhelet*] Sic Lucens. alii *penitusque ibi*: sex *penitusque immersus*: placet; ut apud Prudentium Apotheos. 'Quo cum te Christus penitus nigrante profundo Immersum vocat.' Petron. 'Est locus exciso penitus demersus hiatu.' Severus in Ætna: 'Cernis et in silvis spatiosa cubilia retro Antraque demersas penitus fodisse latebras:' quomodo versus illi ex antiquis membranis legendi. *Penitus immersus* pro diversa lectione primus Vaticanus et multi alii ex scriptis. Sequenti versu Florentin. S. Marci, *feriant* et *rotet*: quomodo et Raphelengius; vulgo *feriunt* et *rotat*. Idem.

VI.

DE TERTIO CONS. HONORII PRÆFAT.

1 *Parvos non aquilis*] Concinniorem futurum versum jam olim rati sumus, si legeretur: *Non fas est Aquilis parvos educere fœtus.* Quod ut verum est, ita contra omnes tamen libros nihil mutamus. *Barth.*

Aquilis] Non quidem Menelætis, vel Pygargis, vel Anatariis, vel Olipelargis; sed Haliætis. *Delrio.*

Fas est educere fœtus] De solenni hoc Aquilarum sive fabula sive facinore perhibent testimonium scriptores varii. Silius Italicus, lib. x. 'Armiger haud aliter magni Jovis, anxia nido Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fœtus, Obversam spectans ora ad Phaëthontia prolem, Explorat dubios Phœbæa lampade natos.' Sic Lucan. lib. IX. 'Utque Jovis volucer calido cum protulit ovo Implumes natos, solis convertit ad ortus: Qui potuere pati radios, et lumine recto Sustinuere diem, cœli servantur in usus, Qui Phœbo cessere jacent.' Perspicaciam Aquilæ singularem celebrant Apuleius Floridis, Hyginus Poëtico Astronomico, alii infiniti.

Educere] Educare. Sic non semel Cicero. Terentius Adelphis: 'Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.' *Barth.*

2 *Fidem*] In re inanima. *Idem.*

3 *Excusso saliit*] Non enim usu aut tempore opus habet ut salire discat.

Excusso saliit cum germine proles] *Tegmine* emendarat in ora codicis sui ὁ θαυμάσιος Scaliger: quod Gyraldinus liber confirmat. noster de Crystallo: 'Clauditur immunis convexo tegmine rivus.' 'Corticem ovi' dixit Serenus Sammonicus, cap. 30. 'putamen' cap. 41. et 'fragmen juglandis' cap. 66. *saluit* etiam Lucensis, quomodo apud Ovid. Fast. v. 'Per flammas saluisse pecus, saluisse colonos.' quam illic veram esse lectionem testis Priscianus. Pro *excusso* perperam *excuso* Raphelengius. Si quis vulgatum τὸ *germine* tueri velit, ita licet interpretetur, quomodo noster Epistol. ad Serenam *germina* uniones vocat, et lib. I. de Rapt. cornua: 'Nec nova lunatæ curvavit germina frontis.' quare et forsan corrigendum, 'excluso germine.' quod proprium hac in re verbum. *D. Heins.*

Cum germine] Statim ut prodeunt, ovo rupto. Lucanus, lib. IX. 'Jovis volucer, calido cum protulit ovo Implumes natos, Phœbi convertit ad ortus.' *Barth.*

4 *Hiulca*] Semiaperta, scissa. Catull. 'Dulce viatori lasso in sudore levamen, Cum gravis exustos æstus hiulcat agros.' *Idem.*

5 *Implumes convertit ad æthera nidos*] Duo libri *natos*, quod Claverio probatum: totidem *pullos*: nihil muta. Avienus similiter Fab. XX. 'Sed vox inplumes turbavit credula nidos.' *Nidos* pro *pullis* etiam Virgilius dixit Georg. lib. IV. 'Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.' et Æn. XII. 'alta atria lustrat hirundo, Pabula parva legens nidisque loquacibus escas.' Et Dracontius illa imitatus:

'Sylva comis vestita viret, nidosque loquaces Exhibet:' plura ad rem Barthius curis secundis. mox cave audias legentes *Naturam vires* contra fidem membranarum castigatiorum. Virgilii locum observavit quoque Nonius Marcellus. Solinus: 'Ales est Ibis: ea serpentum pabulatur ova, gratissimamque ex his escam nidis suis defert.' Glossæ veteres, Νεοσσὸς, *nidus, pullus*. Naso Medicamine faciei: 'Adjice de querulo volucrum medicamina nido; Ore fugant maculas; Alcyonea vocant.' Seneca Hercule Furente: 'Pendet summo stridula ramo, Pennasque novo tradere soli Gestit querulos inter nidos Thracia pellex.' mox *Degenerem visum* Lucens. et alii aliquot. *D. Heins.*

Implumes nidos] *Nidi* sunt avium pulli, Poëtarum usu. Virgilius, Ge. VI. de Apibus et Hirundinibus: 'Omnia nam late vastant, ipsasque volantes Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.' *Barth.*

9 *Refugo*] At humani oculi luce directa et nimia læduntur; neque ideo viri magni et musæo suo adfixi, sunt degeneres. *Claver.*

10 *Ira paterna*] Occidi a patre, scribit Aristoteles. *Barth.*

11 *Exploratores ignes*] Ab ignis natura exigente omnia. Sic *Exploratores foci* Martiali, lib. VIII. Epig. 51.

12 *Sustinuitque acie*] Res nota ex superius adscriptis auctorum verbis. Philosophorum autem prudentiores hoc exemplo non quælibet ingenia, aut quoslibet homines institutioni aut disciplinæ suæ admittebant, sed quorum animos velut per corporum habitudines exploraverant.

Acie nobiliore] Contemtrice periculorum. Nobilitas animi et corporis in contemtu et superatione discriminum. Quo spectat illud vulgatum, 'Nobilitas sola est atque unica virtus.' *Barth.*

13 *Volucrumque potens*] Imperator aut Princeps. *Idem.*

14 *Gesturus summo*] Fulmen Jovi sceptrum dant Poëtæ, Sceptro gestatricem Aquilam, ut vis superna et inevitabilis caveretur bonis moribus et factis, pœnam atque ultionem iis administrari ducibus, qui essent omnium acerrimi, si qui malis se vitiis submisissent. *Idem.*

15 *Pieriis tentatum sæpius antris*] In umbra Studiorum Musicorum, inque speculationibus Musicis, carmine clausis, ingeniique exercendi ergo recitatis: nunc vero in Lucem se Regiam audere prodire dicit, et ipsius Imperatoris auribus probare Musas suas. *Idem.*

16 *Magna Roma*] Sane cujus comparatione aliæ omnes civitates fuerint minuta oppida.

Suo Deo] Roma Cœlum; Cœli Deus, Imperator. *Barth.*

17 *Jam dominas aures*] *Aures* autem *Dominas* præsentiam et approbationem simul Honorii Principis autumat, cum ea parte Judicium præsens Poëticum sæpe scriptores designent. Persius de acris judicii Magistro: 'Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto.' Acutæ aures, acre judicium. *Idem.*

VII.

DE TERTIO CONSULATU HONORII.

Consulatum ingredientes moris erat laudari et admoneri Officii. *Barth.*

1 *Tertia*] Hæc Panegyris in tertium Honorii Imp. Consulatum recitata est a Claudiano coram ipso principe, in palatio Mediolanensi, anno Domini 396. Collegam vero habuit, sed priorem, Arcadium. *Claver.*

Romulei] Romani, in loco ubi dominatus Romulus. Majestatem suam summo quondam civili magistratui reddidisse Honorium jactat, quod eum in Arce ipsa, Urbe scilicet rerum principe, sumserit.

Sumant exordia] Annum inchoent, quod scite Plinius dixit *annum aperire.*

2 *Terque suas ducat*] Sic e libro Claverius: quomodo et Florentinus S. Marci. Vulgo *tuas*. *Ter* pro tertium. Forte tamen rectius Oxoniensis *Et triplices ducat: pompa* etiam pro *Roma* meliores. Cæterum primo Vaticano hic panegyricus manu recenti erat adscriptus. *D. Heins.*

Terque suas ducat bellatrix pompa curules] Militarem pompam dicit Imperatoris Consularibus auspiciis præsentem, et Principem Togato Magistratu conspicuum comitantem, quod privato nemini licuerit, in Cæsare autem spectaculum præbeat lucdlentissimum. Alludit eodem aliis libris, ubi Martem et Quirinum ducere fasces Augustos, eisque ornandis adesse autumat.

Ducat] Comitetur ex Palatio sive Aula in Curiam. De domiciliis enim suis producebantur in Senatus congregati Concilium novi Consules, stipante clientium amicorumque agmine.

Curules] Solium Consulare. *Barth.*

3 *Festior*] Jucundior, Sanctior. Omnia tempora tam generosi Consulis auspicium felicitate secutura dicit.

Annus] Consulatus, cujus annua Potestas.

Cinctus] Vestitum omnem vox ista notat. Cum enim is veteribus longior prolixiorque foret, quam ut commode eo fluente incederetur, succingere eum usus jussit. Unde habitum omnem notat *Cinctus.*

Gabinos] Pacificos, Urbanos, quos Gabiis urbi illatos populus Romanus festos pacificosque servavit. Consul autem Romanus hoc habitu utebatur, cum magni aliquid facinoris conficiebat. Virgil. VII. 'Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino.' Manil. lib. IV. Astron. 'rituque Gabino Mœnia succinctus curvo describat aratro.' Gabini enim arantes quondam, cum ab hostibus forent ex improviso deprehensi, Togis eo habitu succinctis victoriam tenuerunt; itaque urbanis sacris festisque, eo cinctu, ut felici, postmodum sunt usi. *Barth.*

4 *Purpura*] Gentium consensu Regiæ potestatis insigne. Sic usurpatum etiam Consulibus Romanis. *Id.*

Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis] Purpura Consularis, alioquin pretiosissima, pretiosioribus gemmis, Imperatorio nimirum habitu iis exornato, augetur pretio. Hydaspes Indiæ fluvius, dives a gemmis, nobilissimo Indiæ proventu. Seneca: 'Ruraque dives cingat Hydaspes.' *Idem.*

5 *Succedant armis trabeæ*] Senatus conjunctionem cum Principe, et militem utrique servientem facit; raro exemplo temporum: cum plerique

principes nihil non militibus et debuerint et tribuerint. Ut rara res et principibus fere periculosa fuerit Senatum dignitatis suæ laudare vel auctorem vel fautorem; ut ii contra laudati supra omnes qui Senatui pristinam auctoritatem, quantum in ipsis fuit, restituerunt.

Succedant] Post Rempublicam armis defensam, Senatoria et Consulari auctoritate regendam dicit, ut priscis æquet suum Honorium. *Barth.*

Succedant] Id aliter exprimit Sidonius, nec minus præclare: *post palmam palmata venit.* Claver.

Tentoria lictor Ambiat] Ut Consules prisci, expeditionem subeuntes, Consularibus utebantur insignibus etiam apud exercitum. *Barth.*

6 *Latiæ secures*] Consularis potestas. Velut decreto Patrum Consuli datus sit exercitus. *Idem.*

7 *Tuque, o, qui patrium*] Exclamatio aut inclamatio Poëtica, usitata cum ad insignem personam res et oratio deflectitur. Valer. Flacc. l. I. 'Tuque, o, pelagi cui major aperti Fama,' &c.

Patrium orbem] Imperium Romanum, quod, ambitione loquendi, Orbem terrarum Universum denotat. *Barth.*

8 *Eoo cum fratre*] Alludit simul ambos Consules. Tertium enim Honorio in Occidente, quartum Consulatum in Oriente suo gessit Arcadius. *Idem.*

10 *Spes votumque poli*] Formula velut Acclamationis. Maro de Ascanio ex Ciceronis, ut volunt, verbis: 'Magnæ spes altera Romæ.' Votum, desiderium. *Idem.*

Spes votumque poli] Huic loco plane convenientia legimus in Oratione Commodi: 'Nunc me vobis, fortissimi milites, Fortuna principem defuncto patre, non quidem electum sed in palatio natum atque educatum, dedit, ut qui nec in plebeiis vagii cunabulis; simul enim mater me in lucem edidit, veste imperiali amictus sum, eodemque momento me Sol hic principem atque hominem vidit.' *Claver.*

Primo a limine vitæ] Malo *primæ*, sic apud Martial. lib. III. Ep. 5. *primæ in limine tectæ*. ita enim ex vestigiis Vaticani libri corrigebam olim: quod ad Senecam Cl. Gronovius jam occupavit. Vulgo *primi tecti*. *Tectam viam* intelligit. *D. Heins.*

Primo a limine vitæ] In contemtum præ Honorio Arcadii jactat illius nativitatem, patre jam Imperatore. Contra Arcadium commendat Synesius lib. de Regno. *Barth.*

13 *Privatos nescit fortuna*] Pulcre Georgius Pachymerius, lib. II. Histor. 'Eum principatum rectissime commendari ad quem spectata et probata virtute eveharis: quod is demum populo prosit, qui id exsequendum sibi putet, cujus gratia sit constitutus.' *Idem.*

14 *Et regnum cum luce dedit*] Eadem de eodem canit IV. Cons. 'Nasceris æquæva cum majestate creatus, Nullaque privatæ passus contagia sortis. Omnibus acceptis ultro te Regia solum Protulit, et patrio felix adolescis in ostro,' &c. *Idem.*

15 *Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro*] Regius mos purpura Principali excipere infantes recens natos. Sic de eodem, IV. Cons. 'Membraque, vestitu nunquam temerata profano, In sacros cecidere sinus.' Hic, ut primum utero materno prodiit Honorius, purpura Imperatoria est exceptus. Neque notatione hic indignum porro Romanorum etiam pueros, qui delicatius educarentur, in purpura enutritos, quod arguendo parentum luxui notat Quintilianus. *Idem.*

16 *Lustravitque tuos*] Supra dixit in castris natum esse Honorium: *Lustratio* autem hæc circumductionem notat. Nam recens nato infanti ludos militares exhibitos, in orbem decurrentibus legionibus circa locum

nativitatis, autumat. Mos autem vetustissimus recens natos Heroum infantes armata militia circumdecurrente lustrare. Velut autem Honorio nostro hoc loci gloriæ datur felicitatique in castris Imperatoriis nativitatem habuisse, sic intra Domum Cæsaream, aut in Castrensi Prætorio natum esse, summe felix fortitudinis auspicium, et ad res gerendas fatalis ducebatur destinatio. *Barth.*

Aquilis] Signa Romanorum intelligit.

17 *In mediis cunabula præbuit hastis*] *Præbita castris* forte scribendum: quanquam alteri scripturæ controversiam temere moveri nolim: in nonnullis codicibus insulse, *venabula præbuit escis.* D. Heins.

In mediis cunabula præbuit hastis] Ista autem, quæ de Honorio hic prædicat Claudianus, mirifica omnia verborum suavitate Valentiniani Laudibus accinit Themistius, Oratione XI. Dicit ergo Honorium Principem ad Virtutem sequendam Regiæ Nativitatis Felicitate esse compulsum, velut et a Natura Deoque ipso adductum. *Barth.*

18 *Ferox Germania*] Bellicosa, jugi dominationisque impatiens, Martia. *Idem.*

20 *Caucasus*] Ferarum gentium, Romanisque ignotarum, hospes mons.

Numen confessa] In puero modo nato. *Barth.*

21 *Meroë*] Meroë insula ambiente facta. *Idem.*

22 *Reptasti per scuta*] Sidonius Panegyrico Anthemiano: 'At postquam primos infans exegerat annos Reptabat super arma Patris, quamquam arcta tenebat Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna, Livida laxatis intrabat ad oscula cristis. Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas Festiva tractare manu.'

Regumque feroces Exuviæ] Recentes adhuc sanguine, taboque hostili adspersæ et horrentes. *Barth.*

Regumque recentes] Non bene vulgo *feroces.* nam *ferox* præcesserat. quatuor libri *jacentes.* veram lectionem vidit etiam Raphelengius, quam meliores scripti tuentur. *D. Heins.*

23 *Tibi ludus erant*] Pro ridiculo, nulli timori. Martialis: 'Ludus erat sacræ connubia fallere tædæ,' &c.

Primusque solebas] Ultro, tua sponte, nec ab eo jussus aut invitatus. Etiam hæc non sine invidia Arcadii dicta sunt. *Barth.*

24 *Torvum post prælia patrem*] Spirantem adhuc laborem bellicum, notasque, ut alibi loquitur, accensæ virtutis adhuc vultu præferentem. *Idem.*

25 *Signa triumphato quoties flexisset ab Istro*] *Torsisset* duo libri. non sequor, l. II. in Rufin. 'Flectite signa duces.' *D. Heins.*

Triumphato] Notæ pugnæ et victoriæ pro Republica Theodosii. Inter cæteras ejus virtutes notabilis ea, quod triumphandi studio, cum cætera Trajano omnium laudatissimo principi par esset, contemto hac parte summo fuerit superior.

Ab Istro] Scythia, Danubio. Quibus omnem immanium et invictarum Gentium molem scriptores circumloquuntur. *Barth.*

Ab Istro] Multa et præclara sunt Theodosii gesta contra Getas et Transistrianos, qui flumine trajecto Macedoniam invaserant. *Claver.*

28 *Fræna Suëvi*] Hanc nationem merito bellicosissimis accenset, qui eo postea militaris gloriæ venerunt, ut in conflictibus sociarum gentium ipsis primus cederetur congressus. Abbas Hirsfeldensis in rebus Henrici IV. Imperatoris: 'Datum est negotium Rodulpho, Suevorum Duci, ut ipse cum suis prima acie confligeret, peculiari Suevorum privilegio, quibus ab Antiquis jam diebus Legi datum est, ut in omni expeditione Regis Theutonici ipsi exercitum præcedere, et primi prælium committere debeant.' *Barth.*

30 *Sustulit arridens*] Summam generosissimamque indolem in contemtu sanguinolentorum et fulgentium Armorum ponit. *Barth.*

31 *Galeæ nec triste timentem Fulgur*] Indole vere ingenti et patria. *Triste fulgur*, horrendum. Galearum autem veterum ea cultura, ut timore hostes tangerent. *Idem.*

Triste timentem] *Trementem* scripti duo. quod nervosius. dictum supra. *D. Heins.*

33 *Tum sic lætus, &c.*] Hæc omnia ex Homero, Il. I. At Claudianus audaciorem minusque timidum facit Honorium, quam filium Hectoris.

Stellantis Olympi] Æn. VII. 'stellantis Regia cœli.' Omnem undique stellis micantibus splendentem intellige. *Barth.*

35 *Hyrcanas opes*] *Parthorum* et *Persarum* regna intelligit, confusa tum nominibus, unique parentia, sola infesta fere ad timorem Romanis rebus ad Orientem. *Idem.*

36 *Flamine crebro Turbidus*] Denso anhelitu, crebro spiramine tam contrariorum ventorum quam suo ipsius anhelitu. Quis ignorare potest tali facie ex præliis redire principes? *Idem.*

Flamine crebro] Vult indicare eo, suam crispulam cæsariem quasi ventorum contentione agitari: sequente Panegyr. idem Poëta se explicat: 'Ipse labor pulvisque decet confusaque motu Cæsaries.' *Claver.*

37 *Grato respersus pulvere belli*] Indice virtutis, reique strenue gestæ, pulvis enim de campo militarem laborem docet. *Barth.*

39 *Mox ubi firmasti*] Ab Infantia ad pueritiam nunc proscendit, et quæ jam gradum figenti Principis filio discenda sint, sub exemplo proponit. *Idem.*

40 *Nec marcida luxu*] *Non* secund. Vatic. Palat. Florent. S. Marc. et unus Ambros. *D. Heins.*

Non marcida luxu Otia] Qualia Primatum Optimatumque Romanorum sobolem corrumpere, omnibusque vitiis præparare, multis elegantissimisque verbis queritur Quintil. I. 2. Et Seneca alibi. *Barth.*

42 *Nova membra*] Viridia, vegeta, primæva ætate. Horatius: 'Dumque virent genua.' *Idem.*

Instruxit membra labores] Regia instructio talis esse debet, ut parentum ipsorum monitis et corhortationibus indoles egregia exempla et doctrinam morum conquirat, corporis autem exercitiis dedat sese aliis, qui ad roboranda et firmanda membra idoneas artes addoceant. 'Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum, Hæc exempla dabat.' Sine quibus videlicet manca Heroici animi videatur instructio. *Idem.*

43 *Cruda*] Viridi velut et laborum patiente. *Idem.*

Et cruda] Theodosius sane optimus Campi doctor. Veget. 'Per quotidiana exercitia armorum doctrina demonstranda est, ut missile destinato ictu et magnis viribus jaciant, norint tractare scutum.' *Claver.*

44 *Non cedere nimbis*] Silius: 'vertice nudo Excipere insanos imbres; cœlique ruinas Spectarunt Pœni,' &c.

45 *Transnare sonoras*] De natandi peritia Principi necessaria, alibi multis. *Barth.*

Tranare] Ideo campus Martius vicinus Tiberi delectus, in quo juventus post exercitium, sudorem pulveremque dilueret, ac lassitudinem natandi labore deponeret, auctore Vegetio. *Claver.*

46 *Adscensu vincere montes*] *Adscensum montis* Gyrald. Lucens. et unus Medic. nihil muto. Virgil. lib. II. Æneid. 'summi fastigia tecti Ascensu supero.' *D. Heins.*

47 *Planitiem cursu*] Celeritas in Heroibus laudatissima. Sic Achillem omnibus præfert Homerus. *Barth.*

Cursu] Ad cursum assuefieri milites debent, ut loca opportuna celeri-

ter occupent. Sic et ad saltandum exercendi, quo vel fossæ transiliantur. Veget.

Saltu] Silius Italicus, lib. VIII. 'Ipse inter medios venturæ ingentia laudis Signa dabat, vibrare sudem, transmittere saltu Murales fossas.'

48 *In clypeo*] Alibi Stilichonem laudat, clypeo fultum cervicem in silva dormivisse.

Vigiles noctes] Vigilantia inter summas Ducis Principisque Virtutes, strenuum animum nec in somnum supra necessarium remittens, ne occupata ingentibus cogitationibus mens, socordiam ullo tempore admittat. *Barth.*

Producere noctes] Ita membranæ fere omnes, non *perducere*. Propert. lib. I. El. 3. 'O utinam tales producas improbe noctes.' sic scribendum. Statius, Theb. VIII. 'vario producunt sidera ludo, Ante domos.' *educere* idem Theb. II. 'Insomnem ludo certatim educere noctem, Suaserat.' aliis *ducere*. sic et 'cœnas in lucem producere' noster bello Gild. dixit. Sequenti versu pro *portare* verum est *potare:* et sic Mazarinianus, et unus Vatic. a manu secunda. Sidonius Panegyr. Anthemii: 'Indicus Ausonia potetur casside Ganges.' Statius, Theb. III. 'Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibamus.' Albinovanus de obitu Mæcenatis, 'Potasti galea dulce jubante merum.' ut verissime in Venusinis lectionibus, quas luci aliquando daturus sum, ὁ μακαρίτης Janus Rutgersius avunculus meus legendum censet. Vulgo *juvante*. 'Jubantem galeam' dixit, ut *comantem* Virgilius. *D. Heins.*

49 *In galea portare nives*] Potum sibi galea portare, strenui pugnatoris argumentum, non deficientis videlicet etiam extremis rerum angustiis. *Barth.*

50 *Glandes baleari spargere funda*] Balearium Insularum incolæ nobiles pugnare funda. Florus, II. 8. *Idem.*

51 *Nimium*] In Honorio nimium amorem militaris virtutis, audaciamque annis majorem compescit etiam Theodosius Pater. *Idem.*

Nimium pugnæ inflammaret amorem] Malim *nimio amore flammaret*. Barthius ex suis codicibus. qui adeundus. *D. Heins.*

52 *Avi*] Theodosii.

Adustæ Libyæ] Ultimas, vixque pervias solitudines Africæ pacatas adscribit avo Honorii. Res gestæ sunt apud Ammianum. Libya autem interior perpetuo calore et fervore quasi adusta. *Barth.*

53 *Impervia Thule*] Eousque omnia pacasse laudat Theodosium. De Scotis, Pictis, nominatim Ammianus, qui restitutis Britanniis tam gloriosum rediisse ad Comitatum dicit Theodosium, ut Furio Camillo et Papinio Cursore victoriarum laudibus non fuerit minus insignis. *Thulen* pro ultimo orbe ponit Claudianus, ultra eam enim nihil certi compertique relatum habebant. *Idem.*

54 *Leves Mauros*] Fugax et instabile omne Maurorum Numidarumque genus, apud Livium, Polybium, Sallustium. De Mauris Theodosio avo subactis noster in Bello Gildonico.

Nec falso nomine Pictos] Gens quippe hujus vocabuli solita corpus etiam fuco pingere. Pingebant autem corpora Picti variis animantium figuris. *Barth.*

55 *Edomuit*] Perdomuit.

Scotumque vago] Vagum populatorem ubique persecutum, donec edomaret, dicit Theodosium. *Barth.*

Vago mucrone secutus] Non *vagum* scripti meliores. *D. Heins.*

58 *Tethyos alternæ*] Utriusque Oceani. *Refluum Oceanum* vocat, quod in se redeat, orbem amplexus, nullo ipse termino. *Barth.*

Refluas calcavit arenas] *Refugas* prim. Vatican. et Farnes. *D. Heins.*

59 *Semina laudum*] Quæ teneris annis instillantur, similitudine frugum, inseri quodammodo dicuntur. *Idem.*

60 *Non ocius hausit Achilles*] Sum-

mum Græciæ Heroëm exemplum Honorii rebus aliquoties componit.

Ocius hausit] Acumen et felicitatem ingenii mirificam commendat in Honorio. *Barth.*

61 *Semiferi*] Centauri.

Cuspidis artes] *Hastæ vibrationem.* Hastam pro armis omnibus dixit, quorum exercitiis Chiron imbuebat Achillem. *Barth.*

62 *Lyræ cantus*] His Poëtæ circumloquuntur omnem Musicam, omnesque aliquando artes Liberales.

Medicas seu disceret herbas] Chiron autem Centaurus Medicinæ consultissimus. *Barth.*

Medicas seu disceret herbas] In Ms. Dempsteri paulo aliter leg. *Medicas seu disceret artes.*

63 *Interea turbata fides*] Mira ingeniositate tumultum subitum, subito aliorsum et ad eum conversa raptaque oratio exprimit. Datam autem eo tumultu Principi ait materiam exserendæ virtuti. *Barth.*

64 *Bella tonant*] Pro tempestate ingenti, cui æquantur: IV. Consul. 'si bella tonant, prius agmina duris Exerce studiis, et sævo præstrue Marti.'

65 *Crimen Superum*] Indignæ rei familiaris Paganis scriptoribus exsecratio, Deorum pudorem, crimen, opprobrium, esse. Lucan. lib. VIII. 'nunquam superum caritura pudore Fabula.' Phædrus, Fab. XXXIX. 'Donec Fortunam criminis pudeat sui.' *Barth.*

Longi proh dedecus ævi] Ævi dedecus, extremum vituperium, ut et Seculi pudor, aliaque id genus non pauca. *Idem.*

66 *Barbarus Hesperias exsul*] Arbogasten dicit, qui Eugenium Magistrum, hominem de Schola, Rei Romanæ imponere voluit, paulo ante Tertium hunc Honorii Consulatum. Vide reliqua apud Barthium.

Barbarus] Et gente et moribus. Marcellinus: 'Arbogastes, vir barbarus, consilio, manu, potentia, audaciaque nimius.' *Barth.*

67 *Dejecto*] Humili, nullius dignitatis homini Grammatico primum, post militi; licet a prudentia et doctrina eum summopere commendet Zosimus, fatetur tamen Eugenium hunc Scholam habuisse, et inde ad Imperium translatum, quod sub ejus nomine Arbogastes erat administraturus, donec et umbram istam commode submovisset. *Idem.*

68 *Princeps*] Theodosius, ad quem miserat super Arbogastis temeritate Valentinianus, adolescens ad summa factus, nisi perfidia suorum occidisset. *Idem.*

Gentesque remotas] Omnem exercitum omni cura collegisse, ut summo discrimine impendente, tradit Zosimus. *Idem.*

69 *Tumidus Euphrates*] Ingens: is enim amnis inter maximos terrarum Orbis. *Idem.*

70 *Halys*] Vide Herodotum et Scholiasten Apollonii, lib. II.

Ditat Orontes] Amœnissimarum Syriæ regionum cultor ac peragrator. *Barth.*

71 *Thuriferos Arabes saltus*] Arabum divitiæ in silvis. Manil. lib. IV. 'Et molles Arabas, silvarum ditia regna.' *Idem.*

72 *Armenii Phasin*] Phasis nobilissimus Colchorum fluvius, Armenia oriundus.

Niphaten] Parthiæ sive Armeniæ fluvium, monte Niphate oriundum. *Barth.*

73 *Quæ tibi tunc Martis rabies*] Nonum ætatis annum egisse Honorium, Theodosio in Eugenium movente, colligimus ex Fastis Idatii. Sunt qui Expeditioni tantæ socium adscivisse puerum tantillum Theodosium scribant.

Sequendi Ardor erat] Flagrasse cupiditate belligerandi cum patre ait. *Barth.*

74 *Flagrabant pectora*] Ardentissimum desiderium ipsa flamma circumloquitur. *Idem.*

75 *Campi*] Belli, conflictus. *Barth.*

76 *Truncisque immergere plantas*] Pr. Vatic. et Farnes. *injungere.* Palat. *inmingere:* an *intinguere?* D. Heins.

79 *Terga jubis*] Barthius *colla jubis* reponit ex Statii istis, Theb. IX. 'Ut leo, cui parvo mater Gætula cruentos Suggerit ipsa cibos, cum primum crescere sensu Colla jubis:' sed obstat membranarum auctoritas. *Idem.*

81 *Getulo*] Inde nobiles Leones.

Stabulisque minari Æstuat] Non minatur, sed æstuat. Notatio juvenilium affectuum, nihil certi aut solidi concludentium. Cogitationes enim primæ ætatis variæ sunt, instarque æstuum sibimetipsis contrariæ. *Barth.*

82 *Cæsi terga absorbere juventi*] Τὸ *terga* jam præcesserat: amplector igitur Gyrald. et Lucens. lectionem, *celsi tabo sordere juvenci: sordere tabo* apposite etiam apud Silium, lib. I. 'Crasso sordida tabo Confundit maculas tigris.' Idem lib. XI. 'veteri stat sordida tabo Hirtaque canities et durus sanguine crinis:' ita enim lego, nisi quis *Atraque canities* malit. Hactenus *utraque* legitur: quod de barba et capillo insulse interpretantur. Lib. XII. 'et adhuc sordentia tabo Spicula.' *Celsi* quoque pro *cæsi* unus Petav. et duo Vaticani, qui paulo ante etiam *Jam fugit imbelles epulas,* non *negat.* Idem.

83 *Ille vetat*] Comitem accedere expeditioni.

Rerumque tibi] Cæsarem fecit ante discessum Constantinopoli Honorium Theodosius.

Habenas] Gubernacula. *Barth.*

85 *Tantaque se pietas*] Pietatis nomine omnem virtutem circumloquitur, exemplo Maronis, cui Pius Æneas omnem Heroëm absolvit.

Rudibus pietas ostendit in annis] Sic scripti omnes: præter prim. Vatic. et Farnes. in quibus, quomodo vulgati, *pietas rudibus ostentat.*

Rudibus ostentat in annis] Annos autem cura animoque senili prævenisse Honorium. *Barth.*

87 *Imperium tibi, &c.*] Inde colligitur Honorium jam Augusti nomine insignitum fuisse, non tamen reapse dici potuit Imperator; sed patri optimo et satis indulgenti ita placitum est, ut se vivo, neque diu victuro, filii adhuc juvenculi diadema præsumerent, non etiam habenas imperii. *Claver.*

Sero datum] Nil peccat. Papinius; 'Sero memor thalami.' *Barth.*

89 *Tu fatis*] Exquisitissima denuo adulatio. Cum enim per Naturam, et omnibus claram rerum fidem non liceret fingere, manu aut consilio puerum principem hostibus debellandis adfuisse, victoriamque patrasse, excogitarunt assentatorum natio sagacissima Fatum, Fortunam, Genium, ejus, quo duce, auspice, moderatore, victoria conficeretur; scilicet famulantibus ipsi universis, ad cujus felix futurum mox Imperium omnia Providentia componeret.

Genitor manu] Fortem manu Theodosium fuisse indicant Historiæ. *Barth.*

Genitorque manu] Ergo stricto ense in prælium ivit Theodosius, neque inglorius stetit post principia. Sane opus fuit, ut animo præsenti Martem belli sustineret: nam Arbogastes leonis instar multa hominum millia sanguine suo opplevit, ita ut ancipiti rerum facie Imperatoris agmina jam labascerent. *Claver.*

Te propter et Alpes Invadit faciles] *Invadi* cum primis editionibus et membranis legendum: miror non deprehensum ab interpretibus mendum. Sic Nupt. Honor. 'Flecti faciles iræ.' lib. II. in Eutrop. 'Securas barbarus urbes Invadit facilesque capi.' Lucanus, lib. II. 'Roma capi facilis.' Noster Cons. Manlii: 'rursus quæ digna petitu Largiri facilis.' Sic enim scribendum. Ovid. Amor. II. El. 4. 'Hæc quia dulce canit, flectitque facillima vocem:' quomodo vetus li-

ber: neque aliter noster, Silius, Statius, alii passim. Vidit genuinam hic loci scripturam curis secundis Barthius. *D. Heins.*

Te propter et Alpes Invadit faciles] Sane pro miraculo fuit, tam cauto hosti, tot victoriarum compoti, Alpes præcepisse vel extorsisse, quod scribit Sozomenus, VII. 24. cum aliis, Theodosium. *Barth.*

90 *Cauto hosti*] Arbogastem dicit laude bellica et prudentia clarissimum. *Idem.*

91 *Munitis hæsisse locis*] Sequitur eos qui Arbogasten aditus Alpium obsedisse tradere malunt. Vide Sozomen. VII. 22. et 24. *Idem.*

92 *Revulsis*] Tempestatis vim ait scopulos ipsos divulsisse, ut aditus pateret Theodosio. *Idem.*

93 *Aquilo de monte procellis*] Miraculosissimam rem nonnullorum scriptorum verbis proponam. Augustinus, lib. V. de Civ. Dei, cap. 26. 'Milites nobis, qui aderant, retulerunt extorta sibi esse de manibus quæcunque jaculabantur, cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus iret, et non solum quæcunque in eos jaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret.' Rufin. lib. XI. histor. Eccles. XXIII. *Idem.*

95 *Auctores*] Qui tela jecerant. *Idem.*

96 *Cui fundit ab antris Æolus armatas hyemes*] Augustinus, l. v. c. 26. de Civ. Dei. Orosius, Hist. VII. 35. Paulus Diacon. Hist. Miscell. l. XIII. et Abbas Urspergensis in Chronico, hæc omittunt, cum priora et sequentia agnoscant. Gyraldus tamen in codice suo notarat, Divum Thomam commento ad Augustinum, quod Mediolani in bibliotheca S. Marci extet, nihil a vulgatis Claudiani exemplaribus discrepare. Vetus quoque Orosii editio Augustana anni MCCCCLXXII. agnoscit, ut et Monachus Altissiodorensis in Chronico. Codex tamen Orosianus qui penes me est cum excerptis sex aliorum omittunt. Offendit, credo, bonos Monachos Æoli mentio facta. Plura ad rem Barthius curis secundis. *D. Heins.*

97 *Armatas hyemes*] Telis hostium Theodosianorum, in ipsos eorum vibratores.

Militat æther] Sic Josuæ in Scriptura paret Sol: 'Omnia enim sunt Piorum hominum.' Victoria vero de cœlo omnis. *Barth.*

99 *Frigidus amnis*] Nomen proprium fluvii, ut Barthius bene observat. *D. Heins.*

100 *Turbaque cadentum Staret*] Hyperbole Poëtica Triplex, artificiosissime uni versui impacta. Hic enim sanguis cursum fluminis juvat, et quidem stantem cadaverum copia; qui alioquin nec poterat nullibi impeditum. *Barth.*

101 *Juvisset flumina sanguis*] *Pavisset* tres libri: quod elegantius. Noster VI. Cons. Honor. 'multisque suorum Diras pavit aquas:' sic enim vetus codex, non *aves*. ibidem: 'Pavit Iuleos inviso sanguine manes:' apud Silium, lib. IX. 'pastusque sonoro Ignis edax vento:' ut recte cum Coloniensi libro Modius: obgannit tamen interpres veterum elegantiarum cum ignarissimis ignarus. Ovid. Trist. IV. El. 4. 'ubi Taurica dira Cæde pharetratæ pascitur ara Deæ:' quomodo vetus liber: optime. Valer. Flacc. lib. I. 'meritas tibi plurimus aras Pascet honos.' Noster 'honorum commercia pretio pascere' dixit l. v. in Stilich. vs. 115. ubi plura: sic et 'ali' et 'nutriri flumina' dicuntur 'imbre.' *meruisset flumina sanguis* Helmæstadiensis. Vulgata tamen scriptura in Claudiano potest ferri. Sic Sidonius Apollinaris, Carm. XXII. 'Arentes vitreis adjuvit fletibus undas.' *D. Heins.*

102 *At ferus inventor scelerum*] Ar-

bogastes, Comes Valentiniani, commotus in Principem suum ob frivolas primum caussas, deinde quod libellum exauctorationis ei pro tribunali sedens dederat, ut multis denarrat Zosimus. De feritate, scientia militaris rei, auctoritate, obitu Arbogastis, Orosius l. VII. 35. Sozomenus, VII. 26. *Barth.*

104 *Ultrices iras*] Scelerum suorum in semetipsum vindex, illa sua iracundia Barbarica, quæ caussa fuit tot malorum. *Idem.*

105 *Tandem justa manus*] Cum in auctorem rejecit vindictam interfecti Principis, et tanti Imperii bello involuti. Innuit non occulte manu Arbogastis cecidisse Valentinianum. Hæc autem consensu veterum Sapientum summa constituitur Justitiæ, mala consilia et facinora capita auctorum petere. *Idem.*

106 *Quamvis emeritum*] Sane divino consilio et clementia singulari esse actum, ut omnibus extraneis tumultibus sopitis, omni civili debellato, de composito velut obiret Theodosius, pacatum Orbem filiis juvenibus relinquens, nemo dubitaverit. Et non unus scriptor. Principes dari terris, et abinde in cœlum reduci, Horatius ad Augustum: ‘Serus in cœlum redeas, diuque Lætus intersis populo Quirini.’

Natura] Ordo ille omnium rerum seriem tenens et ordinans. Hunc hoc nomine Diis suis omnibus præponunt, arbitrumque constituunt scriptores. Lucan. lib. I. ad Neronem: ‘Jurisque tui Natura relinquet, Quis Deus esse voles.’

107 *Astrorum panderet arces*] Adscensuro videlicet Theodosio. Illud nota non ineptum, creditas bene sapienterque vita functorum hominum animas in ipsamet sidera recipi, atque commutari. *Barth.*

108 *Nutaretque oneri*] Lucan. ad Neronem: ‘Ætheris immensi partem si presseris unam, Sentiet axis onus.’ *Idem.*

109 *Cupido se reddere cœlo*] *Credere* Delrii codex et e nostris novem. Virgil. Æn. lib. VI. ‘Præpetibus pennis ausus se credere cœlo:’ plura de hoc verbo alibi. Vulgatam tamen scripturam tuetur erudite Barthius: sed quia *reverti* jam præcesserat, *credere* hoc loco amplector, ne bis idem dicatur. *D. Heins.*

Si reddere cœlo] Reges enim atque Principes cœlitus et ab Diis immortalibus regundis provinciis rebusque humanis donari demittique putabantur, uti et eodem, ab obitu, reduci. Manilius, lib. IV. de Divo Julio, recens tum amisso. ‘Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.’

Cupido cœlo] Diis Astrisque ambientibus tantum accedere Numen suo choro et collegio. Maro ad Augustum: ‘ipsum tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius, et cœli justa plus parte relinquit.’ *Barth.*

110 *Præsenti*] Accivit enim in hoc Constantinopoli Honorium Theodosius, quo præsente, visus convalescere, obiit volens. Sozom. VII. 28.

Traderet orbem] Solenni more ante excessum filiis Imperium tradidisse constat Theodosium. *Barth.*

Traderet] Traditio est, ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα, vel, ut Cujacius vult, Traditio est datio possessionis. Ergo Honorius, licet pridem Augusti nomen adeptus, rem ipsam non habuit; fuit in possessione rei, sed non possedit; non omnino, ne dicam omnino non, fuit imperator, nisi sola nominis umbra. *Claver.*

111 *Bistoniis ab oris*] Constantinopoli evocatis, ad Imperium Occidentis suscipiendum.

Alacer consurgis] Instar sideris. Alibi: ‘Sideris instar Emicuit Stilichonis apex.’ *Barth.*

112 *Ausus transire*] Barbaros Romanis non satis fidos dicit, quorum

tamen bonam copiam in Occidentem duxerat Theodosius, pars etiam sua sponte fuerant transeuntem secuti, ut Socrates et Sozomenus scribunt. *Barth.*

113 *Rhodopeia saxa Orpheis*] Notæ Fabulæ Orpheum Thraciam coluisse. *Barth.*

115 *Pelion intras*] Promontorium totum Thessaliæ hoc nomine censetur. Nerei Chori nuptiæ Pelei et Thetidis, Poëtarum cantilenis celebratissimæ. *Idem.*

116 *Nereis illustre choris*] Imo *toris*, quomodo Gyrald. prior Leid. Florent. S. Marci et unus Ambros. Nuptias Pelei et Thetidis in monte Pelio celebratas tangit: nupsit et hic mater Chironis Philyre: unde *Φιλύρης νυμφεῖον* locus hic Callimacho dictus hymno in Delum. Simile mendum apud Val. Flaccum, lib. v. 'Præterea infernæ quæ nunc sacrata Dianæ Fert castos Medea toros.' inepte *choros* nunc legitur. Innuptam fuisse Medeam designat. *D. Heins.*

Pulcer Enipeus] Vide Scholiasten Apollonii, l. III. Pulcer, ob amœnitatem regionis, qua omnem terræ orbem præcellere Thessaliam Græca Antiquitas tradit, 'Enipeum e monte Othri Thessaliæ oriri' notat Vibius Sequester. *Barth.*

117 *Rursusque locutæ*] Fatidicæ apud Dodonam quercus in ore omnium Mythologorum.

Locutæ] Sane Dodonæum Oraculum circa tempora ista non prorsus obmutuerat. Theodoretus, l. III. 9. Histor. Eccles. *Barth.*

118 *Moverunt*] Quodam velut Enthusiasmo. *Idem.*

119 *Legitur*] Cursu prætervehitur. *Idem.*

120 *Phrygii Timavi*] Ab Antenore illuc appulso, et remanente. Timavus Fons Galliæ Aquileiæ, Vibio Sequestro, fluvius Venetiæ.

Numerantur stagna] Ob frequentiam insularum Timavi. Vide Plin. III. 26. Vel septem fontes Timavi alludit, de quibus Strabo, l. v. *Barth.*

122 *Sacrata tuo*] Sacra omnia Imperatorum. Præcipue hujus, in quem immensus utique omnium Ordinum amor fuit, utpote in purpura natum, summæque exspectationis adolescentem, cujus divina omnia ubique facit Claudianus.

Submissus adorat] Morem omnium Imperio Romano subditorum, etiam fluviis, per eam ditionem transeuntibus adscribit, licet Semidei fuerint habiti, et cultu immortalium culti. *Adoratio* nota privatorum, nota universi populi, cum in conspectum prodiret ejus princeps. *Barth.*

125 *Sorores*] Heliades, quarum fabulæ pueris notæ. Ad Padum fluvium memoria hujus Phaëthontei casus atratos degere populos, aliaque fabulosa scripserat Timæus. *Idem.*

128 *Cum tu genitoris amico Exceptus gremio*] Confundere dicas tempora. Post victoriam enim Eugenianam Constantinopoli Mediolanum accitus est ab ægro jam parente Honorius, ut constat ex modo notatis. At Romam cum eodem Triumphans iniit Maximo superato et Victore. Sequitur eos noster hic, qui post Eugenianam victoriam Romam ingressum Theodosium, ibique tradunt Imperatorem fecisse Honorium. *Idem.*

129 *Veherere per urbem*] Triumphans aut Triumphabundus. *Idem.*

130 *Communis laurea currus*] Notum currus Triumphales Laureis redimitos fuisse. Currus autem ipsi erant aurei. Philostratus in Dione. *Idem.*

131 *Quis non Luciferum*] Frequens Formæ splendidioris comparatio cum astris. Virgilius de Ascanio: 'Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda Extulit os sacrum cœlo.' *Idem.*

132 *Junctum Bromio*] Bacchus inter formosissimas formas Deorum. Seneca Œdipo: 'Candida formosi venerabimur ora Lyæi.'

Radiare] Quod de formis formo-

sissimis dicitur. *Idem*.

133 *Floret cristatis*] Sic Isingr. Lucens. et tres alii: quidam *Flaret* corrupte, vel *Hæret*, vel *Fervet* cum vulgatis: veram lectionem vidit Scaliger, et illum secutus Raphelengius. Lib. I. in Stilich. 'Armifer et viridi floreret milite sulcus.' Val. Flacc. lib. I. 'Variis floret via discolor armis.' Ubi perperam Carrio *decolor* edendum curavit: noster alibi, 'Discolor incedit legio.' Idem Flaccus, lib. VII. 'armata florescant pube novales.'

Fervet cristatis exercitus undique turmis] Pulcerrima præfiguratio conorum cristarumque in capitibus galeatis fluctuantium. *Barth*.

134 *Quisque sua te voce canens*] Diversarum gentium milites ait uno ore conspiravisse in Laudes Honorii.

Aëna Lux] Fulgor äëneorum Armorum. Virgilius: 'et luce coruscus aëna.' *Barth*.

135 *Seges Mavortia ferri*] Maro idem, lib. VII. 'ferro ancipiti decernunt, atraque longe Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent,' &c. *Idem*.

136 *Ingeminat splendore diem*] Duplicata luce. *Idem*.

137 *Horrida contis*] A specie tremenda. Maro, lib. XII. 'strictisque seges mucronibus horret.' *Idem*.

138 *Picta draconum Colla levant*] Dracones veteribus signis componi apud Exercitum aut præponi soliti, quorum mentio in primis Imperatoribus nulla. Fuere autem simulacra Draconum perflatilia vento, textu laneo aut serico, purpura aliisque coloribus tincta, confecta, atque hastarum summitatibus affixa. Ammian. lib. XVI. Vegetius, lib. II. cap. 13. Ubi centuriis etiam singulis sua fuisse notat vexilla, quorum indicia in galeis portaverint Centuriones, ut a suis quisque militibus posset ubique agnosci. *Idem*.

139 *Serpens*] Signa militaria innuit, quæ tunc fuere triplicia, nempe Labarum, Aquilæ, Dracones, qui et Serpentes. *Claver*.

140 *Vivitque receptis*] Terrori simul et voluptati aptum spectaculum. *Barth*.

141 *Sibila*] Serpentum seu draconum propria.

142 *Ventum ad sedes*] Palatium Augustum. *Barth*.

Ad sedes] Nihil aliud intelligi puto quam palatium seu domum Cæsaream, ubi Imperator considebat.

Cunctos discedere] Facile credo primæ notæ primique gradus proceres Theodosio tum adfuisse, quos blanda inclinatione a se dimiserit: etsi enim jubet *discedere*; illud tamen non est semper δεσποτικὸν, sed quasi precarium: nam et κελεύω Græcis φιλικῶς usurpari notavit manu sua Cujacius. *Claver*.

Cunctos discedere tectis] Libri sex, *tutas*: quatuor, *tutos*: tres, *cunctis*. Delrii liber *tuto*. Latet aliquid mendi.

143 *Generum*] Fratris Theodosii filia nupserat Stilichoni. Zosimus, lib. IV. *Barth*.

146 *Quem merui te non sudante triumphum*] Male alii, *suadente*. Isingrin. et nonnulli ex nostris, *quod trophæum*. ut in veteri inscript. 'Dum tibi, Roma, decus æternaque sudo trophæa, Ister pacatis lenior ibat aquis.' Pro *Sarmaticas alas* potior scriptorum pars *Dalmaticas*: sed frustra. Rem docet inter alios Ammianus, lib. XXIX. *D. Heins*.

Te non sudante] Sudorem pro omni bellica opera mille locis ponit Claudianus, ita et isto loco. *Barth*.

147 *Odrysium pariter*] De Victoriis Theodosii in Thracia Theodoretus, lib. V. cap. 5. *Idem*.

150 *Rota sulcavimus Istrum*] De Danubio hoc idem sæpius in libris Tristium Ovidius. *Idem*.

152 *Solus*] Zosimus idem tradit lib. V. *Idem*.

154 *Noctemque beatam*] Longo voto petitam, qua Augustæ Familiæ accessit Stilicho, sane exitio postremum suæ. *Barth.*

155 *Per tædas quas ipsa tuo regina levavit Conjugio*] Flaccillam dicit, quam matrem suam agnoscit Honorius ipse in suis Nuptiis. Hanc ait Imperatricem pronubam in manus dedisse conjugem Regiæ familiæ Serenam Stilichoni, more prisco, qua filiarum Nuptiis solitæ tædas Geniales præferre Matres, qualis per adoptionem Serenæ erat Flaccilla. *Idem.*

Regina] Flaccilla Augusta uxor Theodosii, quam Græculi pæne omnes Placillam vocitant: eam vero quamvis amaret plurimum Theodosius, non tamen Αὐγούσταν ἐποίησε, nisi edito in lucem Arcadio. *Claver.*

156 *Sociaque nurum produxit ab aula*] *Producere*, Nuptiale verbum, eorum qui honoris gratia sponsos sponsasque ad Nuptialem domum thalamumve deducebant et comitabantur. *Socia aula*, deinceps in Consortium Imperatoriarum Curarum adscito Stilichone. *Barth.*

Nurum produxit ab aula] Sic veteres plerique, et Cl. Gronovius noster Elencho Antidiatribes Statianæ: vulgo *virum: nurum* pro nupta posuit aut simpliciter pro fœmina, ut poëtæ frequenter. Itaque controversiam isti scripturæ ab optimis membranis assertæ movere non debuit curis secundis Barthius. Epithalamio Celerinæ, 'Aggreditur Cytherea nurum:' ubi perperam *virum* quoque legebatur. Sequenti versu pro *dilige*, Isingrin. et tres nostri *dirige*. *D. Heins.*

157 *Indue mente patrem*] Paternum affectum, Curam Patriam. *Barth.*

159 *Te custode*] Tutore Præstite. *Idem.*

160 *Undis prosiliat*] *Vinclis* cum Isingrini libro recte legendum vidit Raphelengius: quomodo et ex nostris Lucensis cum uno Mediceo. De gigantum vinclis passim poëtæ: noster Gigantomach. 'Solvite Titanas vinclis.' Statius, Theb. IV. 'solidoque intorta adamante gigantum Vincula.' Theb. VIII. 'habeo jam quassa gigantum Vincula, et æthereum cupido exire sub axem Titanas.' Cœus apud Val. Flaccum, lib. III. 'Vincla Jovis fractoque trahens adamante catenas.' Noster Præf. in VI. Cons. Hon. 'Enceladus mihi carmen erat vinctusque Typhoëus.' Ita enim cum membranis legendum. Lib. I. de Raptu, Enceladus 'saucia membra revinctus' dicitur. Virgilius Culice: 'Nam vinctus sedet immanis serpentibus Otos, Devictum mœstus procul aspiciens Ephialten.' Lucan. lib. VI. 'Vincti membra gigantes.' Pro vulgata tamen scriptura digladiatur Barthius. Mox *Tityos* et *Arcados* et *cadant*, non, *Tityus* et *Arcadis* et *cadent*, meliores. *D. Heins.*

162 *Opposito Stilichone*] Sane cecidissent et Barbarorum in Italia conatus, in ipsis principiis, si quidem consiliis hujus obtemperatum fuisset. *Barth.*

163 *Sicut erat*] Nulla re mutatus, nullo modo alteratus, ut qui vivus vidensque Dei quædam spirans fuerit effigies.

Liquido signavit tramite nubes] Subvolans per nubes in cœlum, clara relicta semita, quam fecerat divini splendoris corpore. *Barth.*

164 *Ingreditur*] Dicas tibi conspicuum Theodosium aëra findere, ac cæli penetrare circulos. *Claver.*

Limenque reliquit Arcados] *Limenque* Lucens. et Aldus cum aliquot scriptis: recte. Sic apud Stat. Theb. IV. 'rabidi sub limine Cancri:' *relinquit* etiam non *reliquit* præstantiores. Barthius, qui aliter hunc locum distinguendum censet, minime est audiendus. Adeantur quæ ad Maronis sextum annotamus de *limine*. v. 255. *D. Heins.*

165 *Veneris clementes*] Lucanus, lib. I. 'Venerisque salubre Sidus habet.' *Barth.*

Pervolat auras] *Advolat* libri septem:

elegauter. Cons. Olybr. 'Dixerat, et velox jam nuncius advolat urbem.' Val. Flaccus, lib. IV. 'et trucis ultro Advolat ora viri.' mox *qua zona*, non *quo*, iidem: probe. *D. Heins.*

166 *Flammamque nocentem Gradivi*] *Gradivum* tertius Vatic. Rottendorph. Florent. S. Marci, et secundus Mediceus, ut sit appositio. *Idem.*

167 *Placidumque Jovem*] In quo quippe summa potestas, quæ inimica omni tumultui, iracundiæ, violentiæ.

169 *Machina laxatur cæli*] Ut spatium fiat novo sideri. Virgil. de Augusto: 'Locus Erigonen inter, chelasque sequentes, Panditur; ipse tibi jam brachia contrahit ardens Scorpius, et cœli justa plus parte relinquit.' *Barth.*

170 *Fores*] Summi illius globi, ubi conversatio cum Deo. *Idem.*

171 *Succinctus Orion*] Armatus, ad pugnam expeditus. Hunc enim Orioni habitum adscribunt Poëtæ. *Idem.*

172 *Pendentque vicissim*] Dubio sunt animo, inter spem metumque medio. *Idem.*

174 *Regione moveri*] *Morari* Gyrald. et quinque nostri, totidemque Vaticani: unus *teneri*. De stellis fixis agit: recte igitur *morari*. Paulo ante, *quibus ipse sodalis*, non *quibus esse* nonnulli: tres quatuorve *ille*. *D. Heins.*

Qua regione morari] Sedem figere, consistere tandem. *Barth.*

176 *Natali gurgite*] Hispanus enim natione Theodosius. Idatius Chronico: 'Theodosius, natione Hispanus, de Provincia Gallæcia. Civitate Cauca a Gratiano Augustus appellatur. Italica, divi Trajani natalibus clara, civitate oriundum scribit.' Marcellinus Comes. *Idem.*

Gurgite lassum] *Lapsum* Isingrin. et quatuor ex nostris: ut apud Virgil. 'tacito labentia sidera cœlo,' et 'lapsa sub terras signa' Ovid. Potest et vulgata ferri. *D. Heins.*

178 *Fortunate parens*] Alibi ad Stilichonem, 'fortunatissime patrum.' *Barth.*

179 *Cum te proclivior urges*] Rectius puto *proclinior*: quanquam aliter membranæ. Adeantur quæ notamus ad Fastos Nasonianos, lib. III. vs. 793. *D. Heins.*

Te proclivior urges] Erudite dictum, ut ab Apuleio, Tertulliano, Manilio, aliis, ferre, portare, vehere se. *Barth.*

181 *Quocunque vagos*] Oriens Occidensqne videbis omnia filiis tuis subjecta. [Respexisse dicas verba Lucani, lib. VII. 'Omniaque errantes stellæ Romana viderent.' *Idem.*

Flectas sub cardine cursus] Non *flectis* scripti potiores: quidam *currus* pro *cursus*.

182 *Mente serena*] Tranquillitate summa. *Barth.*

183 *Junctas moderamine gentes*] *Victas* malo cum octo scriptis. *forment* pro *formant* deinde Florentinus S. Marci, et tert. Vatic. *D. Heins.*

185 *Stygiis innexa catenis*] *Immersa* sex veteres. Forte *immersa cavernis*. Vide notas ad vers. ult. lib. II. in Ruf. *Idem.*

186 *Demens ambitus auro*] Avaritia atque Ambitio Potentium non alio facile tempore tanta aut majora mala confecerunt, quam isto ipso Claudiani; quibus notandis sane singularis est scriptio Zosimi, velut in theatro spectanda talia exhibens. *Barth.*

189 *Unanimi fratres*] Summa felicitas, sacris etiam Literis contestata.

192 *Sicula Cyclops*] Ad divinitatem Heroïcamque Principum virtutem demonstrandam æquat eos Homericis et Virgilianis Semideis. *Barth.*

196 *Lipare fumosa*] Officina Vulcani. *Idem.*

197 *Vobis Ionia*] Apparatum Consularem Ludorum Mediolani confecisse auctor Paullinus. Paria de Felicitate et splendore in Spectaculis, quibus maxime favor popularis conciliabatur, singulis fere extremis Panegyricis suis Consulibus accinit.

Neptunus] Præses Circi, et Equestrium decursationum, ut notarunt jam olim alii.




HDI
HW 2M7X 8



